174
33

S. fabio quintiliano Rhetorico y orador español
natural de calahorra - siendo de tierna
edad, fue llevado a Roma, Por el empera-
dor, Sergio sulpicio galba, 7. emperador.
en el año del nascimiento de christo de
70, - y vino a florescer en la lengua latina
y fue el primer Preceptor, que en
Roma leuo Stipendio publico, - lo
qual se colige. de eusebio y de angelo
poliziano, - Referido por caualdor.
Vrbuchronica. lib. 7. c. 7. - fue
emperador siete meses, y a cabo dellos
le fue cortada la cabeça -

Y en tpo de flauio domiciano emperador 12,
en el año de, 90 del nascimiento de xpo
comenco quintiliano a leer Publicamente
en Roma. co salario publico, y tuvo sigu-
lar preheminencia. - a publio Iuuenal. que
muchos dize ser español. y aplino Iuuen
ayudo a los andaluzes en los negocios
Sele ofrecieron en Roma. como lo dize
dho libro 7. C. 12

fabio

Literary Lubi Magistri qui minus ac verecundi primo imperent
sequuntur. Sectatores illius tardiores et reddunt et in odium disciplinae
bonae et artium eos pellunt, quos primo formidine verecundiae, inde
nanc pudore nimia sensibilitate emendare et efficiunt. Et
disciplinam odio sanent, malunt se ignorare, quam tanta cum
difficultate perdiscere, ex epistola Quintiliani Patroni. Lib. 2. Insti-
tuto. de Regis institutione.

Plus proficit exemplis apud prudentem, quam centum praecepta
apud stultum.

M. FABII

QVINTILIANI

INSTITVTIONVM ORATORIARVM LIBRI DVODECIM,

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti, ac restituti. Cum rerum verborúmque indice locupletissimo.

Declamationum liber eiusdem.



LVGDVNI,
APVD LVDOVICVM CLOQVEMIN,
ET STEPHANVM
MICHAELEM.

1575.

M. FABII QVINTILIANI VITA.

MArcus Fabius Quintilianus Romæ natus est: quibus consulibus, aut quo imperante Cæsare, non legi. Verisima coniectura adducor, vt fidem libris temporum non habeam, vbi legitur, Quintilianus Calagura vrbe Hispaniæ oriundus. Nam M. Valerius Martialis Calagurritani agri alumnus, cum Iberos memoria dignos suis epigrammatibus inserat, nullam de Quintiliano mentionem facit, sed eum seperatim cum veneratione nominat,

Quintiliane vagæ moderator summe iuventæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipse dicit, se, cùm esset adolescentulus, cognouisse Domitium Afrum, & Senecam: qui ambo sub Nerone periere. Seneca in libro sexto Diuisionum, Quintiliani declamatoris meminit, cuius adhuc extant multæ declamationes acutæ & breues, stylo aliquantulùm remissiore. Is auus fuit M. Fabij Quintiliani, qui Romæ multis annis rhetoricen cum summa laude docuit. Et ipse rursus Quintilianus mentionem facit patris, qui causidicus fuit apud principem. Neque notitia, neque gratia caruit. Domitiani enim Cæsaris nepotum cura ei delegata fuit. Disciplinæ eius castigatissimæ plenissimum testimonium Caius Cælius affert: qui sub tali præceptore tantum profecit, vt sui temporis oratores facilè superauerit. Duxit vxorem ex nobili familia, ex qua liberos suscepit: quæ acerbissima fatorum sorte in primo iuuentutis flore rapta fuit. Alterum ex liberis, quum librum de causis corruptæ eloquentiæ edidisset, amisit: postea cum rhetorices libros scriberet, Marcellum vnicum parentis lumen ac solatium rogo dedit, testis & ipse infelix senex suarum lacrymarũ. Eius filiola ex alia (vt credo) vxore, Tutilij equitis Romani filia, genita nupsit Nouio Celeri, viro claro. Quo tempore decesserit, affirmare non audeo, quoniam is qui tradit, fide caret.

EX

EX ANGELI POLITIANI PRAEFATIONE IN M. FAB. Quintiliani Institutiones oratorias.

QVINTILIANVM verò non nos quidē illum Ciceroni prætulerimus, sed has certè eius oratorias institutiones Rhetoricis Ciceronis libris pleniores vberioréſque esse existimamus: nempe quæ ab ipsa quasi infantia, atque ipsis incunabulis instituendum oratorem susceperint, summámque eius eloquentiæ manum imposuerint. Itaque ne ipse quidem Cicero satis, quæ de arte oratoria scripserit, probasse omnia videtur. Nam & Rhetoricos libellos, in iis qui de Oratore sint, haud vsquequaque sequitur, & rudes inchoatósque adolescenti sibi excidisse è manibus affirmat, & ab his ipsis de oratore in alio ad Brutum libro identidem desciscit: neque in hoc quoq; quem extremū absoluerit, vlla de arte præcepta ponit, sed oratorem quasi ipsum informat, & quod dicendi sit optimum genus, decernit. Ergo vt Philosophi nostri nō, cùm in primis Aristotelem sequantur, statim illum Platoni anteponunt: ita nos quòd Quintilianum quàm Ciceronem interpretari maluimus, non quidem Ciceronis sacrosanctam illam gloriam detrectauimus, sed ad Ciceronem festinantibus vobis egregiè cosuluimus. Hæc igitur & de Quintiliano nostra ratio fuerit. Sed neque inusitatas vias indagamus, cùm veterum libros autorum in manus sumpserimus, qui tamen si minus in vsum consuetudinémque hominum aliquot iam antè seculis non venerunt, nō tam ipsorum culpa, quàm fortunæ ac temporum iniuria effectum est. Quid enim nunc attinet superiorum calamitatem temporum memoria repetere? quod sine summo dolore facere vix piè possumus, quibus insignes illi, atque immortalitate dignissimi scriptores, partim à Barbaris cæsi, fœdéque laniati sunt, partim ab his ipsis ad nostrorū vsque parentum memoriam velut in carcerem coniecti, atque in compedibus habiti, vix tandem aliquando, sicut erant semilaceri atque trunci, multúmque à seipsis immu-

tati, suam hanc in patriam reuerterunt. Perquàm igitur inhumanum facinus à nobis fieret, si de nobis, déque maioribus nostris optimè meritos insigneis hos viros, dudum deposita capitis diminutione, iure postliminij ciuitatem repetentes, non vel quamlubentissimè agnoscamus, atque in ipsam, quæ his maximè debet, latinitatem, suam in rempublicam, suum in ordinem, atque adeò intra priuatos parietes nostros, intra nostrum sinum benignè admiserimus. Quod quidem si me nunc primùm autore adipiscentur, cur mihi tandem id vitio vertatur, aut cur non summa potius gratia ab omnibus habeatur, quòd quasi mea priuata pecunia publicum omnium ęs alienum dissoluere non dubitarim? Postremò ne illud quidem magnifecerim, quòd horum scriptorum seculo corrupta iam fuisse eloquentia obiiciatur. nam si rectius inspexerimus, non tam corruptam atque deprauatam illam, quàm dicendi mutatum genus intelligemus. Neque autem statim deterius dixerimus, quod diuersum sit. maior certè cultus in secundis est, crebrior voluptas, multæ sententiæ, multi flores, nulli sensus tardi, nulla iners structura, omninóque non tantùm sani, quin & fortes sunt omnes, & læti, & alacres, & pleni sanguinis atque coloris. Quapropter vt plurima summis illis sine vlla controuersia tribuerimus, ita priora in his aliqua, multóque potiora existere iure contenderimus. Itaque cùm maximum sit vitium, vnum tandem aliquem solúmque imitari velle, haud ab re profectò facimus, si non minus hos nobis, quàm illos proponimus, si quæ ad nostrum vsum faciunt, vndique elicimus, atque (vt est apud Lucretium)

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

Atque hoc profectò est, quòd cùm diu Marcus Cicero Atticis illis limatis & emunctis oratoribus operam dedisset, post illa tamen & Rhodiis & Asiaticis oratoribus aures commodauit: quorum lenti illi quidem, atque remissi: ij verò inflati, vani, atque iactantes: vtrique verò minores Atticis, quasique ab iis degenerantes existimarentur. Itaque egregiè nobilis pictor, qui cùm interrogaretur quonam in primis magistro profecisset, illo, inquit, populum intuens. & rectè id quidem. Nam cùm nihil in

natura

natura hominum sit ab omni parte beatum, plurium bona ante oculos ponenda, vt aliud ex alio hæreat: & quod cuique conueniat, aptandum est. Est autem Quintiliano propositum, oratorem eum instituere qualem fuisse neminem memoriæ sit proditum: qui & moribus perfectus, & omni scientia, omnique dicendi facultate sit absolutus. quapropter qui tantæ moli sit destinatus, eum recens natum, quasi de matris gremio suum in sinum continuò accipit, nihilque sibi reliqui facit, quod quidem ad educandum, erudiendum, informandúmque illum pertinere intelligat: nunquàm à se antè dimissurus, quàm cùm viuendi, sciendi, dicendique omnibus numeris perfectum atq; absolutum, planéque oratorem summum singularémque reddiderit. Atque ad hunc vnum terminum, omnes non suas modò, sed omnium, vt quique probatissimi forent, veterum scriptorum sententias, omniáque præcepta quasi sagittas in scopum rectissimè collimat. Ac de intentione hactenus. Vtilitas autem tanta in his voluminibus existit, quantam vix fortasse in vnius alterius ve ex omni Græcorum Latinorúmque copia inueneritis.

Marcus Fabius Quintilianus, ex Hispaniæ oppido Calagurriæ, maximè propter obsessum in eo Sertorium insigni, Nerone imperante, à Galba (qui & ipse deinde imperator fuit) Romam adolescens admodum perductus est. Patre autem, quantum colligimus, cùm erudito viro, tum in reipublicæ suæ administratione honestissimè versato, vsus est. Ipse cùm in ea tempora incidisset, quibus & Annæus Seneca, & Iulius Africanus, & Vibius Crispus, & Tracallus, & Afer Domitius, aliáque Romanum forum præclarissima ingenia illustrarent: Domitium in primis senem iam colendum sibi affectandúmq; proposuit, hominem cũ omnium eius ætatis oratorum eminentissimum, tum præcipua quadam facetiarum atque vrbanitatis laude memorãdum. neque illius solùm actiones, verum & domesticos sermones diligẽtissimè omnes obseruauit. Amauit etiam familiarissime æqualem suum Iulium Secundum, miræ facundiæ miræq; gratiæ virum: cui tametsi properata mors iniuriam fecit, magnum tamen is quoque inter laudata ingenia sibi locum vindicat. Cùm verò & probatissimis moribus, & sũma ingenij vi, & acerrimo studio Quintilianus

essēt, prima statim iuuenta celebrare forum, atque in sum mis patronorum numerari occœpit: ad eámque virtutis & ingenij commendationem repentè peruenit, vt non solùm maximæ quæq; ad illum causæ deferrentur, sed & no tarij qui eius dicentis verba exciperent, vulgò à studiosis hominibus conducerentur. Quoties verò cum aliis age bat, omnium non solùm consensu, sed & consensu ferè ab ipso ponendæ causę initium exigebatur. Primam verò actionem iuuenili quadam cupiditate gloriæ ductus, eam emisit, quæ Næuij Arpiniani causam continebat, in qua quæsitum fuerat, præcipitatáne esset ab illo vxor, an se ipsa sua sponte iecisset. Inter cæteras autem quas egit cau sas Quintilianus, duæ in primis insignes habentur: altera, quâ pro regina Berenice apud eam dixit: altera, qua ream tuebatur, quæ subiecisse dicebatur mariti testamentum, & chirographum marito expirante hæredibus dedisse: quod verum erat. Nam quia per leges institui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum peruenirent. Et caput quidem quæri fa cile erat, si hoc diceret palàm, sed pariebat hæreditas. Ita ergo figuratè causam egit, vt iudices illud intelligerent factum, delatores autem non possent apprehendere vt dictum: idque cum maxima Quintiliani laude vtrunque cō tigit. Verùm præter ingenium, quod in illo fuit emi nentissimum, tantam etiam vim concipiendarum imagi num, quas phantasias vocant, habuisse accepimus, vt fre quenter ita motus sit, vt non solùm lacrymæ illum, sed & pallor & vero similis dolor deprehenderent. Sed cùm diu iam in foro tanto successu tantáque gloria versatus foret, vt inde non ingenteis modò opes, sed & Romanam ciui tatem, omniáque nobilitatis iura cōsequutus esset, & iam maximus (vt Iuuenalis inquit) orator haberetur, hone stissimum sibi agendi causas finem statuens dum adhuc desideraretur, receptui cecinit, suámque mox operam vir proculdubio hominum causa natus, ad præcipiendi mu nus transferre coactus est. Quo loco adnotandum nobis est primum omnium, Quintilianum Romæ publicum iu uentutis gymnasium, & è fisco eximium stipendium ac cepisse: multique ex eius ludo quasi ex equo Troiano li terarum proceres extiterunt, inter quos & *Plinius ille iu nior*

nior fuit, qui etiam in epistolis Quintilianum præceptorem suum libentissimè agnoscit: & Iuuenalem item fuisse (vt quidam arbitrantur) maximè verisimile est, qui de illo his verbis honorificè mentionem facit,

- Vnde igitur tot
Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
Fatorum transi: felix & pulcher, & acer,
Felix & sapiens, & nobilis, & generosus,
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.
Felix orator quoque maximus, & iaculator.
Et si perfrixit, cantat bene.

Erat autem in eo præter cætera adeò exprompta fidelisq; memoria, vt quæ ex tempore aliquando dixisset, ad verbum etiam repetita redderet: cuius rei sæpissimè periculum fecit, siquando interuentus aliquorum qui hunc honorem mererétur, iterare declamationis partem coëgisset. Postquam verò in erudiendis iuuenibus viginti annos tanta sua gloria tantáque iuuentutis Romanæ vtilitate posuit, vt ab ingeniosissimo Latinorum epigrammatum poëta, & vagæ iuuentutis moderator, & Romanæ togæ gloria verè meruerit appellari: etiam hunc laborem deprecatus, studiis aliquando suis quietem impetrauit: atque vt non solùm ætatis suæ hominibus, sed & posteris quoque consuleret, totum illum ocium ad hos de oratoria institutione liberos componendos trãstulit: quorum cum tertium iam in manibus volumen haberet, Domitianus Augustus curam illi sororis suę nepotum delegauit. Vxorem prætorij viri filiam, omnes quæ in fœminam cadunt laudes (vt ipse inquit) supergressam, cum nondum ætatis vndeuigesimum explesset annum, duos enixam filios, amisit. Quorum alterum quintum iam annum egressum, miræ gratiæ, iucunditatis, ingeniíque puerum, defleuit extinctum. Alter autem sui nomen parentis referens, iámque ætatis decimum egressus annum omnibus etiam quas vix illa capiat ætas, corporis animíque laudibus cumulatus, & consulari nuper adoptione ad omnium spes honorum prius admotus, atque auunculo prætori gener destinatus, & omnium spe sacris eloquentiæ candidatus, cum octo mensium valetudinem perpessus esset, infelici parenti hos ipsos etiam in pueri vsum elucubranti libros, alterum orbi

tatis vulnus inflixit. atque hunc suum casum in horum librorum sexto vir pius, sed omnium suorum superstes, miserabiliter delamentatur. Hos autem qui nunc in manibus nostris libri versantur, Victorio Marcello quum summa sibi amicitia coniuncto, tum eximio studiorum amore flagranti, dicauit: de quibus, id quod de Carthagine Sallustius ait, silere satius puto, quàm pauca dicere. Ferebantur autem & alij duo sub Quintiliani nomine libri artis rhetoricæ, neque editi, vt ipse inquit, à se, neque in hoc comparati. Nam alterum sermone per biduum habito, pueri quibus id præstabatur, exceperant: alterum pluribus sanè diebus, quantum notando consequi potuerant, interceptum, boni iuuenes temerario editionis honore vulgauerant. Hos deinde composuit, in quibus eadem sunt aliqua, multa mutata, plurima adiecta. Fuit enim in homine, vt in nullo vnquam, ingenuus quidam animus. Itaque omnia in his libris sedulò præcipit, & omisso interdum speciosiore styli genere, ad vtilitatem se discentium summittit: omniáque in iis quæ secutus ipse est, quæ partim præceptis, partim ratione cognouerit vsurpata, sine vlla dissimulatione promit. Sed neque veterem prorsúsque vulgatam opinionem suam damnare ipse in his libris est veritus, neque in tanta re homo candidissimus conscius esse sibi dissimulanti in vlla parte iudicij sui sustinuit. Præter hos autem, & vnum librum de causis corruptæ eloquentiæ, & alterum item, qui nunc quoque extat, declamationum composuit. Miro autem candore veterum ingenia virtutésque omnium indicauit. Senecam tantùm damnare, inuisúmque habere est creditus: quod accidisse sibi ipse scribit, dum corruptum & omnibus vitiis deprauatum dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia contendit. Nã cùm solus ferè Seneca in manibus adolescentium foret, non quidem ipsum omnino conabatur excutere, sed potioribus præferri non sinebat. Hactenus quæ mihi de Quintiliano comperta sunt.

DOC

DOCTISS. HVMANISS. QVE VIRO, D. PETRO CASTELLANO, Tutelensium Episcopo, anagnostæ Regio, Petrus Galandius S. P. D.

SAEPENVMERO mirari soleo, Antistes ornatissime, cur in tanta præclarorum ingeniorum multitudine, tanta bonorum autorum luce, qui quotidie nouo splendore prodeunt, tam pauci cùm in cæteris artibus summis, tum præcipuè in eloquentia, admirabiles existant. Ac possit aliquis iure quodammodo in aliis reconditioribus disciplinis linguæ Græcæ ignorātiam prætexere, cùm ad hanc diem latina ferè sola nobis in vsu fuerit, & qui disciplinas eas tradere sunt aggressi, tam procul à vera Græcorum methodo abfuerint, vt nulla eos propinquitate contingere videantur. Nam & plurima aliena fide miscendo Plinius, centones inferciſſe, & de medicina loquens Celsus, latinè quidem, temere tamen multa pronuntiasse, & quod ait Persius, coruos passim secutus dici potest: & hoc prestare philosophi Seneca, quòd vitia strenuè & Stoicè insectetur. Porrò Ciceronem constat in eo genere ad Platonis æmulationem per dialogos philosophiæ frusta quædam ab aliis tractata concinnasse ad pompam potius & splendorem, quàm vlla methodi commoditate instituisse. Eloquentiam verò, rerum, vt Euripides ait, reginam, à nobis in hodiernum diem turpiter neglectam, quo ore excusabimus? Ea enim non poëtis & historicis modò, quibus Græcis pares esse facilè possumus, verumetiam Ciceronis immortalibus orationibus, & ad eam via perueniendi eiusdem & Quintiliani præceptionibus certissima, tam ad viuum expressa est, vt non æquatam hac parte Græciam solùm, verùm etiam longissimo interuallo superatam existimem. Nam cùm tenui, medio, & sublimi, tribus dicendi generibus, quæ nobis docere, delectare, mouere, tria oratoris officia referunt, vniuersa contineatur eloquentia: iis ita omnibus vbertim efflorvit Cicero, vt non modò qui in horum singulis excelluerunt apud Græcos plurimi, verumetiam Demosthenem ipsum,

cui hęc laus vni tanquam principi tribuitur, facilè, præcipuis in eloquentia rebus anteuerterit. Nam vt cum eo Demosthenes docendi diligentia atque omni inueniendi acumine paria fecerit, ornatu tamen & salibus, commotioníque & commiserationis vehementia cedat necesse est. Iam verò de præceptis viam ad eloquentiam communientibus si sermo instituatur, quis Græcorum de Rhetorica libros, magna superstitione atque ambitione ad ingenij ostentationem comparatos, cum Ciceronis & Quintiliani politissimis scriptis, quæ nihil superuacui, nihil impediti, nihil non ad artem pertinentis complectuntur, cõparauerit? Et sanè peruulgata quædam rhetorum præcepta negligens prætermiserit aut breuiter perstrinxerit Cicero, viri consularis & in eloquentia eminentissimi seruata dignitate: quid in Quintiliano, viuo quodam præceptionum omnis generis exundante gurgite, quod vel ad mores, vel ad docentis discentísque vtilitatem pertineat, desiderare possis? Quo magis Ciceronis quibusdam similis, nihil eius præter vmbram & laruam habentibus, infensus sum, qui Quintilianum prolixum, & nullo certo docentem ordine clamitantes, de manibus studiosorum excutere meditantur. Cuius mentem, & susceptam à principio ad finem instituendi rationem, si intetis oculis acrius intueantur, facilè obstinatum in praua sententia animum mutauerint. Tanta enim facundia, diligentia, dexteritate, industria ab imis fundamentis ad summa fastigia partibus omnibus expressam hanc eloquentiæ architecturam comperient, vt prauis affectibus depositis, facilè confessuri sint, nihil in eo genere ne mente quidem & cogitatione perfectius concipi posse. Tradiderunt rhetorica varij cum Latini, tum Græci: quorum cum alij tanquam neglectis carceribus metam solam spectarent, elementa, & omnium disciplinarum studia, sine quibus eloquentiæ corpus nullo modo coalescere potest, prætermiserunt. Alij ex difficultate inusitata, nominis & famæ cupiditate, his flexibus & mæandris rhetorica implicuerunt, vt & Dædali iuxta poëtas labyrintho te facilius quàm è sinuosis eorum diuisionibus explicare queas. Alij ea sermonis inopia & paupertate eadem tradere sunt egressi, vt non modò non inflammarent ad eloquentiæ

quẽtiæ ſtudium bene dicendi cupidos, verumetiam deterrerent. Plerique verò cùm linguæ atque animi diuortium facerẽt, tam ſunt ſubtiliter de rebus iſtẽ nugati, vt de moribus, officio, & omni virtutũ vſu, non aliter conticuerint, quàm ſi ea ab oratoris profeſsione alieniſſima fuiſſent. At Fabius cùm faſtigia nõ poſſe cõſiſtere niſi bene iactis fundamẽtis iudicaret, ad ipſam pueri ſtatim nati balbutientẽ infantiã, & minima quæq;, ſine quibus maioribus locus eſ ſe nequit, demittere ſeſe non recuſauit. A nutricibus enim æqualibus, pedagogisq; ſanctis iuxtà ac diſertis incipiẽs, cum puerũ tanquã gremio fouendum ſuſcepiſſet, ad præceptorẽ in ſchola publica præſtantiſſimũ, qui non acerbus ſtudiorũ exactor ſit, ſed per luſum & iucundã æmulationẽ aſſiduus magis quàm vehemẽs excitator, deducit. Legere, ſcribere, pronunciare ſingulari artificio docet: exercitatione optima & grauiſsima paulatim ediſcendi, memoriã firmat. Ipſius etiã præceptoris officia perſequens, vt illi diſcipuli ingenũ explorandũ ſit: vt ad eius naturam ſeipſum ac commodare, optimis animũ imbuere, mores ſuos auſteritate & comitate temperare, vt alias omnes diſciplinas ordine ante rhetorica tradere (quod vtinã noſtris temporibus negligi, iure queri nõ poſſemus) vt profeſsionũ diſcrimẽ facere, autorumq; delectum habere debeat, grauiſsimè præcipit. Hinc rhetorices progymnaſmatis breuiter percurſis, ſumma eiuſdem capita oratione locupletiſsima diſcutit, de ipſius vtilitate, materia, ſimul & diuiſione, totoq; genere & ſubſtantia. His accedũt ex libro tertio ſtatim ſcitu perquàm neceſſariæ quæſtiones de rhetorices origine & initio, progreſſu, perfectione, partibus, ſtatibus, quæſtionũ & cauſarum generibus, in quibus inuẽtionis & diſpoſitionis fontes aperiuntur. & hæc quidem tribus primis libris. Quatuor autem ſequentibus in partibus orationis ordine quodã doctrinæ faciliori inuẽtionis & diſpoſitionis vſum oſtendit. Et quamuis diſpoſitionem coniunctam eſſe velit cũ inuentione, quam duplicẽ facit, vnã quæ ad docendũ, alteram quæ ad affectus mouendos pertineat: illã tamen peculiariter libro ſeptimo deſcribit, vbi quotuplex ſit, quid ſit, quãta ſit eius vtilitas, primùm in vniuerſum: deinde in ſingulis cauſarũ generibus & ſtatibus prudẽtiſſimè docet. Elocutionẽ autẽ, & difficilima,

& in immensum effusa sit, cui memoriam & pronuntiatio nē adnectit, ad peculiarem tractationē in quatuor libros sequentes reiicit. Quibus cùm quicquid de arte dici potest, abūdē edisseruisset, cumq; ad partes diuisionis libro secūdo factæ, de artifice, arte, & opere respiceret, vltimo libro qui mores ipsius oratoris, quæ causas suscipiēdi, discendi agēdiq; ratio, finisq;, & quæ post finē studia esse debeāt, magna cū dignitate præscribit. Et ne parū alere facūdiam & augere vires eloquētiæ posset, si aliorū moræ præcepta sterilia & nuda traderet, sine vlla subtilitatis affectatione, quæ robur omne naturæ & virtutē artiū debilitare concidendo solet, bonos medicos, qui cùm absinthiū propināt, prælito melle poculo fallunt imitatus est. Ea enim tāto verborū ornatu velut ossa carne operuit, & sententiarū interiectarū grauitate tanquā neruosis toris adstrinxit, tāta series monis copia, quæ à Cicerone breuitate constricta, rudioribus obscura esse poterāt, latē persequēdo explanauit, vt luce clariora omnia, omnia admirabilia, iucunda, amabiliaq; iuuenibus reddiderit. Quē si quis obiiciat nō esse structuræ artificio, cōpositionisq;, concinnitate & numeris Ciceroni similē, respondebo, nō propterea disertū & eloquētem non esse. An idcirco non habet orationem, quantū in hac præceptorū traditione fieri potest, numerosam? Quæ nā rerum natura est, quæ in eodē genere non habeat complura dissimilia, cōmuni tamen laude digna? Id nos docēt innumerabiles quas auribus atq; oculis colligimus voluptates, quæ diuersæ nostros tamē sensus ita delectant, vt difficillimū sit iudicare à qua maximē afficiantur. Quid Cæsar propriē eleganterq; dicere contentus, Plinius, Suetonius, Titus Liuius, in quo Pollio patauinitatem notauit, Ciceroni dissimillimi: an propterea nō legendi, non in diuerso genere suspiciēdi? Quanquā in his institutionibus oratoriis, in quibus oratione perpetua vti nō potest, minus id à Fabio requirendū erat, quàm in eius orationibus aut declamationibus: quæ si extarent hodie earū loco quæ suppositiciæ. Quintiliani nomine circunferuntur, quam pluri mas virtutes Tullianis proximas in his fortasse animaduerteremus. Atq; vt quod sentio, exemplo planē familiari patefaciā, tantū vtilitatis adferre eloquentiæ studiosis post Ciceronem mihi Fabius videtur, quatū medicinā tractan

ætatibus post Hippocratē Galenus. Ne igitur eum qui tot res tā disipatas & genere distantes, vinculo tamē naturæ quodā inter se colligatas nec aliter ad eū quem quærimus perficiendū, quàm flores & succos diuersorum generū ad mellis suauissimum saporē, necessarias, in vnū tanto facilitatis studio cōgesserit, perfricta fronte tanquā confusum aut prolixū vituperemus: neq; prę stantissimorū autorum, quos omnino duos in hoc genere habemus, pernicioſum diuortiū admittamus: nec verò si nobis terra in Italiā via pateat, mare ad magnas merces importandas accōmodatius, intercludamus. Sed vt ad id vnde digressa est, nostra reuertatur oratio, hāc ego fastidioſam & insolentē quorū dā censurā, qui pro Cicerone nō aliter vmbrā eius, quàm apud poëtas pro Iunone nubem Ixion, amplectūtur, inter exteras causam statuo cur tā pauci hodie verè eloquētes euadant: & Ciceronis amore inflammati, cutē summā atque extima quædā lineamenta, non animum aut spiritum assequātur. Ac cùm me animo & cogitatione ad exquirēdas huius eloquentiū penurię causas attentius cōuerto, lō gè imaximā eloquētiæ pestē adferre mihi videtur qui pro grauioris notæ autotib⁹ ineptissimos libellos (q quotidie primo cogitationis impetu, tanquā è satis Cadmi serpētis dētibus emergūt) imperitæ iuuētuti obtrudūt. Cùm enim grauiū autorū sentētia idē esse in animorū affectionib⁹ atque saporibus coloribusq; cōstet vt quemadmodū quo primùm colore simplex vellerū candor tingitur, elui, quē liquorē testa recens cōbiberit, abstergi non possit, sic quæ tenellis animis primùm insederunt, vitiosa præsertim, vix vnquā mutari cōtingat: à prodigiosis eiusmodi libellis parerat adolescentes esse primis annis remotissimos, & Ciceroni Quintilianoq;, qui acuere & alere ingenia possunt, addictissimos. In hoc itaq; rei literariæ scopulos cùm semel incurrerūt nullo iudicio prædīti adolescētes, vel cum voluptatū studio laborem detrectāt, vel ad quæstuosas artes præpropere festināt, facilè tanquā naufragio studiorū omniū facto eloquentiæ & sapiētiæ curā abiiciunt: nō alia quidē dementia, quàm qui riuulis aut potius turbibis lacunis contenti, lympidissimos fontes, & pleno torrentes alueo fluuios aspernantur. Quid aliud his qui ante tempus à grauium autorum monumentis abducuntur, contingere putan

putandũ est, quàm spuriis eiectis, qui certæ nutricis vbertũ beneficio priuati, nunquã virile corporis robur colligunt? Quî poterũt auaritia atq; ambitione quasi abortu quodã ad honores & sordidam aduocationũ stipem præmaturè abrepti, sibi vtiles, aut patriæ ciues salutares esse? Nulla seueriore disciplina in tuto collocatis moribus, nulla subnixi bonarũ artium scientia, effreni vitæ licẽtia, & falsæ doctrinæ persuasione tumẽtes, cùm se ad gubernacula reipublicæ tractanda euehi vident, quid nõ sibi licere autumãt? quàm insolescunt? in quæ flagitia sese nõ ingurgitãt? quid fœcũditate inscitiæ suæ, immundo cõtactu veluti Harpyiæ Vergilianæ nõ contaminant? Quid discordiis non cõmittunt, & in rẽ priuatã conuertunt? Quẽ nõ virum bonũ religionis aut æquitatis assimulatæ specie opprimere conantur? Itaq; pro pacificatoribus, discordiarũ flabella: pro religionis & legum assertoribus, proditores & pernicioſiſsima busta: pro ciuibus honestis vtilibus & salutaribus, pro bra, pestes & funera sunt reipublicæ. Quis bene natus nõ indigniſsimè ferat, sacrorũ concionatorum ex horũ autorũ contemptu fœdã inscitiam? qui cùm ex sophistarum & barbarorum hominũ tenebris prodigiosa quãdã rerum & uerborũ farragine sint instructi, nec populũ docent veram de religione persuasionem, & spinis quibusdã omnia exasperantes, nullis dictionis aut sententiarum ornamentis delectant, nec maioribus affectibus ad uerã pietatẽ inflãmãt. Quibus eo minus ignoscendũ esse puto, quòd omnibus ferẽ curiis & iudiciis excluſa hodie vetus illa fori Romani dicendi facultas, apud hos solos locũ habere videatur, quodq; ipsi in his rebus versentur, quæ nullum ornamentorum, amplificationum, aut locorum communiũ genus respuãt. Harum ego rerum causa, vt ad Quintiliani lectionem aliqua facilitatis illecebra studioſos adolescẽtes inuitarem, argumenta nostra singulis capitibus præfixa, sub incudem reuocaui, & castigatiora plenioraq; rursus typis excudi ad publicam vtilitatem passus sum. Idque eò feci lubentius, rogante & multis precibus præter cæteros à me contendente Vascosano nostro, huius Academiæ typographo præstãtiſsimo, cui in hoc genere denegare quid quam magnopere inhumanũ iudicabam. Ea est enim hominis in arte typographica excellens industria, in conquirendis

rendis vetustis exemplaribus, conferendis & castigãdis diligentia, in doctos homines, quorum opera vtitur, liberalitas, in omnes beneuolentia, vt generosos eius conatus non adiuuare, studioq; honestissimo nõ obsequi nefas esse existimem. Hæc ad te doctissimũ hominem pro tua prudentia atque dignitate occupationumq; magnitudine nimis fortasse multa, pro rei verò necessitate pauca admodũ, scribenda duxi: non vt Quintiliano satis ex sese iudiciis sanis commendato, aliquam oratione nostra commẽdationẽ conciliarem, verùm vt quid tu de restituenda perturbata disciplina vetere, & certo tradendarum artium cõstituendo ordine, nõ ita pridem sensisses, tibi in memoriã reuocarem. Memineram enim te ante annum Regis sapientissimi, humanissimi, atque omnium literarum studiosissimi iussu id non animo solùm agitasse, ac vsurpasse sermonibus, verumetiam scriptis acutissimis mandauisse, & vehementer ei placuisse primam descriptionẽ tuam. Cumq; autoritate & gratia tantum hodie apud illum discendi cupidissimum, quantum mortalium nemo, valeas, fisq; rectõditarum omnium artium cognitione, atq; insuper incomparabili eloquentia clarissimus: facilè rectam viam qua ad eam perueniendum sit, tuis auspiciis aliis indicari & præscribi, & loco motam perturbatamq; veterem instituendi rationem in gradum & pristinam dignitatem reponi posse sperauimus. Quam ad rem egregiè stabiliendam, quàm esset optandum à regia prouidentia & potestate, vt Critici prauis affectibus exuti, & disciplinis omnibus non leuiter tincti deligerentur, qui, ne statim cum nutricis lacte errorem fugere possemus, constitutam cum ratione formã retinerent, & ne in posterum libellorum nouorum peruersitate deprauari, extinctis naturæ igniculis, possent inconsiderati iuuenes. prouiderent. Nam quos adhuc experti sumus siculnos planè censores, qui frugibus glandẽ anteponunt & de literis non aliter quàm de coloribus cæci iudicãt, quis aliquo iudicio præditus diutius ferat? Hæc me vehemẽs iuuandæ rei literariæ cura studiumq; impulit vt ad te scriberẽ, & vt simul opus ipsum nostra industria illustratum mitterem, insignis cupiditas tibi significandi quantũ laboris in eo, vetusta cum nouis exemplaria conferendo, cum doctis viris communicando, animaduersione digna

notan

notando, obscura explicando, deprauata reponẽdo & corrigendo, exhausissemus. Nam cùm omnes docti certatim tibi velut Apollini musarum choro præsidenti, non quantum merere hac eruditione & moribus, verùm quantum possunt deferant, multis ego beneficiis nec iis vulgaribus à te affectus, ingratissimus sim omniũ mortalium, nisi aliquo ingenij monumento, quanti te faciam, quantumque tibi literæ debeant, apud omnes testatum relinquam. Vale. Parisiis è gymnasio nostro Becodiano.

M. FAB. QVINTILIANVS TRYPHONI BIBLIOPOLAE SALVTEM.

Causam edendi operis profert, quòd illud efflagitari vehementer intelligat: & beneuolentiam captat à sua modestia, & fide diligentiaque Tryphonis,

EFFLAGITASTI quotidiano conuitio, vt libros quos ad Marcellum meum de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem: nã ipse eos nondum opinabar satis maturuisse: quibus componẽdis (vt scis) paulo plus quam biennium, tot alioqui negotiis districtus, impendi: quod tempus non tam stylo, quàm inquisitioni instituti operis propè infiniti, & legendis autoribus, qui sunt innumerabiles, datũ est. Vsus deinde Horatij consilio, qui in arte poëtica suadet ne præcipitetur editio, nonúmque prematur in annum, dabam iis ocium, vt refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpenderem. Sed si tantopere efflagitatur, quàm tu affirmas, permittamus vela ventis, & orã soluentibus bene precemur. Multum autem in tua quoque fide ac diligentia positum est, vt in manus hominũ quàm emendatissimi veniant.

M. FAB.

M. FAB. QVINTILIANI IN ORATORIAE INSTITVTIONIS LIBROS XII.

Ad Marcellum victorinum proœmium.

ARGVMENTVM.

Proœmium quatuor cõtinet: Causas condendi operis, Marcello dicandi, qualem oratorem instituat, quo pacto vniuersum opus partiatur. Operis condendi causæ: vt inter opiniones varias facilior esset electio quid potissimum sequendum. Causæ copiosius etiam scribendi quàm ab amicis efflagitatum erat, vt eos plenius sibi demereretur, ne alienis solùm vestigiis insistere videretur, si prioribus nihil adderet: ne duo libelli de rhetorica impoliti & manci diutius sub eius nomine circunferrentur. Causæ Marcello dicandi, quia amicissimus, quia literarum amore flagrans: quia instituendo eius filio plurimùm profuturos putauerit.

Oratorem instituit perfectissimum, eloquentissimum, omnibus disciplinis & virtutibus instructissimum: atque in philosophorum arrogantiam inuehitur, vltimam hanc partem ab oratoribus separantium, & sibi vendicantium.

Totum opus in duodecim libros partitur: quorum primus elementa ante rhetoris officium continet: secũdus rhetorices progymnasmata: tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, inuentionem & dispositionem, cum orationis partibus. octauus, nonus, decimus, elocutionẽ. Vndecimus, memoriam & pronuntiationem. Duodecimus, vltimam partem definitionis oratoris, id est mores eius, virtutes, & officia. Primæ partes ad beneuolentiam sunt comparatæ, dum suam modestiam, & scribendi causas profert. Marcellóque opus dicat. Attentos reddit, oratorem instituendo, & pleniora omnia quàm vetera promittendo. Diuisio operis ad docilitatem pertinet.

POST *impetratam studijs meis quietem, quæ per viginti annos erudiendis iuuenibus impenderam, cùm à me quidam familiariter postularent, ut aliquid de ratione dicendi cõponerem, diu sum equidẽ reluctatus: quòd autores utriusq;*

que linguæ clarißimos non ignorabam multa quæ ad hoc opus pertinerent, diligentißimè scripta posteris reliquisse. Sed qua ego ex caussa faciliorē mihi ueniam meæ depreca-tionis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis: quòd inter diuersas opiniones priorū, & quasdā etiam inter se contrarias, difficilis esset electio: ut mihi si nō inueniēdi no ua, at certè iudicādi de ueteribus, iniungere laborē nō iniu stè uiderentur. Quanuis autem non tam me uinceret præ-standi quod exigebatur fiducia, quàm negandi uerecun-dia: latius se tamen aperiente materia, plus quàm impone-batur oneris, sponte suscepi: simul ut pleniori obsequio de-merercr amātißimos mei: simul ne uulgarē uiam ingressus alienis demū uestigijs insisterem. Nam cæteri ferè, qui artē orandi literis tradiderunt, ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinæ, summā in eloquētia manū im-ponerēt: siue cōtemnentes tanquā parua quæ prius disci-mus studia, siue non ad suum pertinere officium opinati, quādo diuisæ professionum uices essent: seu, quòd proximū uero, nullā ingenij spērātes gratiam circa res etiamsi ne-cessarias, procul tamen ab ostētatione positas: ut operum fastigia spectantur, latent fundamenta. Ego cùm nihil exi stimem arti oratoriæ alienū, sine quo oratorem non posse fieri fatendum est: nec ad ullius rei summā, nisi præcedēti-bus initijs peruenire: ad minora illa, sed quæ si negligas, non sit maioribus locus, demittere me non recusabo: nec aliter quam si mihi tradatur educādus orator, studia eius formare ab infantia incipiam. Quod opus Marcelle Vi-ctori tibi dicamus: quē cū amicißimū nobis, tū eximio li-terarū amore flagrantē, non propter hæc modò (quāquā sunt magna) dignißimū hoc mutuæ inter nos charitatis pi gnore iudicabamus, sed quòd erudiēdo nato tuo, cuius pri

ma ætas manifestũ iter ad ingenij lumẽ ostẽdit, nõ inutiles fore libri uidebantur, quos ab ipsis discẽdi uelut incunabulis, per omnes quæ modò aliquid oratori futuro conferant artes, ad summã eius operis perducere destinabamus. Atq; eò magis, quòd duo iam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricæ, neque editi à me, neque in hoc comparati. Nanque alterũ, sermone per biduũ habito, pueri quibus id præstabatur, exceperant: alterũ pluribus sanè diebus, quãtum notãdo consequi potuerãt, interceptũ, boni iuuenes, sed nimiũ amãtes mei, temerario editionis honore uulgauerãt. Quare in his quoq; libris erunt eadem aliqua, multa mutata, plurima adiecta, omnia uerò cõpositiora, & quàm nos poterimus elaborata. Oratorẽ autem instituimus illũ perfectũ, quẽ esse nisi uir bonus nõ potest. Ideoq; nõ dicẽdi modò eximiã in eo facultatẽ, sed oẽs animi uirtutes exigimus. Neq; enim hoc concesserim, rationẽ rectæ honestæq; uitæ (ut quidam putauerunt) ad philosophos relegandã: cũ uir ille uerè ciuilis, & publicarũ priuatarũq; rerũ administratiõi accõmodatus, qui regere consilis urbes, fundare legibus, emẽdare iudicijs possit, nõ alius sit profectò quàm orator. Quare tametsi me fateor usurũ quibusdã quæ philosophorum libris continentur, tamen ea iure uereq; cõtẽderim esse operis nostri, proprieq; ad artem oratoriã pertinere. An si frequentissimè de iustitia, fortitudine, temperantia, cæterisq; similibus sit disserendum, & adeò, ut uix ulla possit causa reperiri, in quam non aliqua quæstio ex his incidat, eaq; omnia inuentione atq; elocutione sint explicanda, dubitabitur, ubicunque uis ingenij & copia dicendi postulatur, ibi partes oratoris esse præcipuas? Fuerunt q; hæc, ut Cicero apertissimè colligit, quemadmodum iuncta natura, sic officio quoq; copulata, ut ijdem sapien-

Oratoris quæ-litas.

tes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde se studium, atque inertia factum est, ut artes esse plures uiderentur. Nam ut primùm lingua esse cœpit in quæstu, institutumq; eloquentiæ bonis malè uti, curam morum qui diserti habebantur, reliquerunt. Ea uerò destituta, infirmioribus ingenijs uelut prædæ fuit. Inde quidam contempto bene dicendi labore, ad formandos animos, statuẽdasq; uitæ leges regressi, partem quidem potiorem, si diuidi posset, retinuerunt: nomen tamen sibi insolentissimum arrogauerunt, ut soli sapientiæ studiosi uocarentur: quod neque summi imperatores, neque in consilijs rerum maximarum, ac totius administratione reipublicæ præclarissimè uersati, sibi unquam uendicare sunt ausi. Facere enim optima quàm promittere maluerunt. Ac ueterum quidem sapientiæ professorum multos & honesta præcepisse, & ut præceperunt, etiam uixisse facilè concesserim: nostris uerò temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque uitia latuerunt. Non enim uirtute ac studijs ut haberentur philosophi, laborabant, sed uultum, & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant. Nunc autem quæ uelut propria philosophiæ asseruntur, passim tractamus omnes. Quis enim non de iusto, æquo ac bono, modò non uir pessimus, loquitur? Quis non etiam rusticorum aliqua de causis naturalibus quærit? Nam uerborum proprietas ac differentia, omnibus qui sermonem curæ habẽt, debet esse communis. Sed ea & sciet optimè & eloquetur orator: qui si fuisset aliquando perfectus, non à philosophorũ scholis uirtutis præcepta peterentur: nũc necesse est ad eos aliquando autores recurrere, qui desertam, ut dixi, partem oratoriæ artis, meliorẽ præsertim, occupauerunt, & uelut i nostrum reposcere: non ut nos illorũ utamur inuentis

Orator perfectus nondum inuentus.

uentis, sed ut illos alienis usos esse doceamus. Sit igitur orator uir talis, qualis uere sapiens appellari possit: nec moribus modò perfectus (nam id mea quidem opinione, quanquam sint qui dissentiãt, satis non est) sed etiam scientia, & omni facultate dicendi: qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad summam tendendum est, quod fecerunt plerique ueterum: qui etsi nondum quem quam sapiẽtem repertum putabant, præcepta tamen sapientiæ tradiderunt. Nam est certè aliquid consummata eloquentia, neque ad eam peruenire natura humani ingenij prohibet: quod si non contingat, altius tamen ibunt qui ad summa nitentur, quam qui præsumpta desperatione quò uelint euadendi protinus circa ima substiterint. Quo magis impetranda erit uenia, si ne minora quidem illa, ueru operi quod instituimus, necessaria, præteribo. Nam liber primus ea quæ sunt ante officium rhetoris continebit. Secundo, prima apud rhetorẽ elementa, & quæ de ipsa rhetoricæ substãtia quæruntur, tractabimus. Quinque deinceps inuentioni (nã & huic dispositio subiungitur) quatuor elocutioni (in cuius partem memoria ac pronuntiatio ueniũt) dabuntur. Vnus accedet, in quo nobis orator ipse informãdus est, ut qui mores eius, quæ in suscipiendis, discendis, agendis causis ratio, quod eloquentiæ genus, quis agendi debeat esse finis, quæ post finem studia, quantum nostra ualebit infirmitas, differamus. His omnibus admiscebitur, ut quisque locus postulabit, dicendi ratio, quæ non eorum modò scientia, quibus solis quidam nomen artis dederunt, studiosos instruat, & (ut sic dixerim) ius ipsum rhetorices interpretetur, sed alere facundiam, uires augere eloquentiæ possit. Nam plerunque nudæ illæ artes, nimia subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid est in ora-

Operis diuisio.

tione generoſius, & omnem ſuccum ingenij bibunt, & oſſa detegunt: quæ ut eſſe, & adſtringi neruis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt. Ideoq; nos non particulam illam, ſicut plerique ſed quicquid utile ad inſtituendum oratorẽ putabamus, in hos duodecim libros contulimus breuiter omnia demonſtrando. Nam ſi quantum de quaque re dici poteſt, proſequamur, finis operis nõ reperietur. Illud tamẽ in primis teſtandum eſt, nihil præcepta atque artes ualere, niſi adiuuante natura. Quapropter ei cui deerit ingenium non magis hæc ſcripta ſunt, quam de agrorum cultu ſterilibus terris. Sunt & alia ingenita quidem adiumenta, uox, latus patiens laboris, ualetudo, conſtãtia, decor: quæ ſi modica obtigerunt, poſſunt ratione ampliari: ſed nonnunquã ita deſunt, ut bona etiam ingenij ſtudijq; corrumpant: ſicut & hæc ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci, ſcribendi, legendi, dicẽdi multa & cõtinua exercitatione, per ſe nihil proſunt.

Quid circa primam pueri inſtitutionem prouidendum ſit: & quemadmodum prima elementa tradenda ſint. CAP. I.

ARGVMENTVM.

Patrem de filio, quò ſit circa eius inſtitutionem diligentior, non diffidere, ſed ſpem optimam capere iubet: cùm vis percipiendi, quæ traduntur, ſit hominibus propria: vt auibus volandi facultas, & equis currendi. Nutrices, puerósque inter quos educabitur infans vitioſo ſermone, malíſque moribus infames, repudiandos: quia tenacius hæreant quæ rudibus annis percipiuntur. In parentibus etiã plurimum eruditionis optat. Pædagogos quoque moribus probatis, & doctos eſſe vult, aut qui ſe doctos non eſſe intelligant. A ſermone Græco puerum incipere mauult, & quia Latinus pluribus in vſu vel nolentibus ſe præbeat, & quia diſciplinis Græcis prius inſtituendus ſit, vnde Latinæ fluxerunt, ita tamen, vt Latina ſtatim ſubſequantur, & citò pariter eant.

Eúmque

Eúmque statim vt fandi potens erit, literis instituendum, nec expectandum annum septimum, cùm initia literarum sola memoria constent, quæ in pueris tenacissima est. Eundem docendum esse per lusum, & iucundam æmulationem, legere primùm, deinde scribere: quorum primum vt expeditissimè faciat, literarum formas prius quàm nomina, contextum & syllabas perdiscat. ad quod profuturum ait, literas eburneas aut quid simile obiecisse, quo facilius ad discendum allici tenera illa ætas possit. Hinc syllabas omnes, & statim difficillimas quasque perdiscendas. nec in continuanda lectione nimium properandum, cum hanc festinationem incommoda plurima consequãtur. Scribere verò & celeriter & rectè perdiscere posse, si literæ ex solida materia tabellæ insculpantur, quarum sulcos stylo sequens puer, articulos firmet. Sed primam operam non in vulgaribus & fortè occurrentibus verbis ponendam, verùm iis & verbis & sententiis, vnde plurimum fructus ad puerum redeat, qui eclam nomina quædam versúsque difficultatis affectatæ, syllabis asperrimæ coeuntibus catenatos celeriter proferre consuescat, vt os absolutius, & sermò expressior esse possit.

IGITVR nato filio, spem pater de illo primùm quàm optimam capiat. ita diligentior a principiis fiet. Falsa enim est querela, paucissimis hominibus vim percipiendi quæ tradantur, esse concessam, pleroſque verò laborem ac tempora tarditate ingenij perdere. Nam contra plures reperias & faciles in excogitando, & ad discendum promptos. quippe id est homini naturale: ac sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria est mẽtis agitatio atque solertia: vnde origo animi cælestis creditur. Hebetes verò & indociles non magis secundum naturam hominis eduntur, quam prodigiosa corpora, & monstris insignia: sed hi pauci admodum. fuerit argumentum, quòd in pueris elucet spes plurimorum: quæ cum emoritur ætate, manifestum est non naturam defecisse, sed curam. Præstat tamen ingenio alius alium: concedo: sed vt plus efficiat, aut minus: nemo tamen reperitur, qui sit studio nihil consecutus. Hoc qui peruiderit, protinus vt erit

Val. Max. lib. 6. cap. 9. de mutatione morũ & fortunæ. memoriæ studium eius perpetuæ infelicitatis se prædamnare:

Nutrices probæ & disertæ.

parens factus, acrem quammaxime curam spei futuri oratoris impendat. Ante omnia, ne sit vitiosus sermo nutricibus: quas si fieri posset, sapientes Chrysippus optauit: certè, quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est: recte tamen etiã loquantur. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus: vt sapor quo noua imbuas, durat: nec lanarũ colores quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Nam bona facile mutãtur in peius: nunc quando in bonũ verteris vitia? Non assuescat ergo, ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit.

Martial. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu.

Parentes eruditi.

In parentibus verò quamplurimũ esse eruditionis optauerim. Verũ nec de patribus tantũ loquor. nam Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus: & Lælij filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam dicitur: & Quinti Hortensij filiæ oratio apud Triumuiros habita, legitur non tantum in sexus honorem. Nec tamen ij quibus discere ipsis non contigit, mimorem curam docendi liberos habeant: sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes. De pueris inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idem quod de nutricibus dictum sit. De pædagogis hoc amplius, vt aut sint eruditi plane, quam primam esse curam velim: aut se non esse eruditos sciant. nihil enim peius est iis qui paulum aliquid vltra primas literas progressi falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignantur, & velut iure quodam potestatis, quo ferè hoc hominum genus intumescit, imperiosi atque interim sæuientes

Cicero in Bruto, & Val. lib. 8. titu. 3.

uientes, stultitiam suam perdocent. Nec minus error eorum nocet moribus. Siquidem Leonides Alexandri pædagogus, vt a Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit, quæ robustum quoque & iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt prosecuta. Sicui multa videor exigere, cogitet oratorem institui, rem arduam: etiam cum ei formando nihil defuerit, præterea plura ac difficiliora supereſſe. Nam & studio perpetuo, & præstantissimis præceptoribus, & pluribus disciplinis opus est. Quapropter præcipienda sunt optima: quæ si quis grauabitur, non rationi defuerit, sed homini. Si tamen non continget quales maximè velim, habere nutrices, pueros, pædagogos: at vnus certè sit assiduus dicendi non imperitus: qui si qua erunt ab his præsente alumno dicta vitiosè, corrigat protinus, nec insidere illi sinat: dum tamē intelligatur, id quod prius dixi, bonum esse: hoc, remedium, A sermone Græco puerum incipere malo: quia Latinus, qui pluribus in vsu est, vel nobis nolentibus se perhibet: simul quia disciplinis quoque Græcis prius instituendus est, vnde & nostræ fluxerunt. Non tamen hoc adeò superstitiosè velim fieri, vt diu tantum loquatur Græcè aut discat, sicut plerisque moris est. hinc enim accidunt & oris plurima vitia in peregrinum sonum corrupti, & sermonis, cui cum Græcæ figuræ assidua consuetudine hæserint, in diuersa quoque loquendi ratione pertinacissime durāt. Non longe itaque Latina subsequi debent, & citò pariter ire. Ita fiet, vt quam æquali cura linguam vtranque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidam literis instituēdos, qui minores septem annis essent, nō putauerunt, quòd illa prima ætas & intellectum disciplinarum capere, & laborem pati non posit. In qua sententia Hesiodum esse

Latina statim Græca subsequi debent.

plurimi tradunt, qui ante Grammaticum Aristophanem fuerunt. nam is primus τροφὰς, in quo libro scriptum hoc inuenitur, negauit esse huius poetæ. Sed alij quoque autores, inter quos Eratosthenes, idem præceperunt. Melius autem, qui nullum tempus vacare cura volunt, vt Chrysippus. nam is quanuis nutricibus triennium dederit, tamē ab illis quoque iam informandam quam optimis institutis mentē infantium iudicat. Cur autem non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Neque ignoro, toto illo de quo loquor tempore vix tantum effici, quantū conferre vnus postea possit annus: sed tamē mihi, qui hoc senserunt, videntur non tam discentibus in hac parte, quam docentibus peperciſſe. Quid melius alioqui facient, ex quo loqui poterunt? Faciant enim aliquid necesse est. Aut cur hoc, quantulumcunq; est, vsq; ad septem annos lucrum fastidiamus? Nam certe quamlibet parum sit quod cōtulerit ætas prior, maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, insummam proficit: & quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. Idem etiam de sequentibus annis præceptum sit: ne quod cuique discendū est, serò discere incipiat. Non ergò perdamus primum statim tempus: atque eo minus, quod initia literarum sola memoria constant: quæ non modò iam est in paruis, sed tum etiam tenacissima est. Nec sum adeò ætatum imprudens, vt instandum teneris protinus acerbe putem, exigendamque plenam operam. Nam id in primis cauere oportebit, ne studia qui amare nondum potest, oderit, & amaritudinem semel præceptam, etiā vltra rudes annos reformidet. Lusus hic sit: & rogetur, & laudetur: & nonnunquam scisse se gaudeat. aliquando ipso nolente doceatur alius, cui inuideat

Infantia per lusum docenda.

deat. contendat interim, & sæpius vincere se putet. præmijs etiam, quæ capit illa ætas, euocetur. Parua docemus, instituendum oratorem professi: sed est sua etiam studijs infantia: & vt corporum mox etiam fortissimorum educatio a lacte cunisq; initium ducit: ita futurus eloquentissimus edidit aliquando vagitum, & loqui primùm incerta voce tentauit, & hæsit circa formas literarum. Nec si quid discere satis non est, ideo necesse non est. Quòd si nemo reprehendit patrem qui hæc non negligenda in suo filio putet, cur improbetur, si quis ea quæ domi suæ recte faceret, in publicum promit? Atque eò magis, quòd minora etiam facilius minores percipiunt: & vt corpora ad quosdam membrorum flexus formari nisi tenera non possunt, sic animos quoque ad pleraque duriores robur ipsum facit. An Philippus Macedonum rex Alexandro filio suo prima literarum elementa tradi ab Aristotele summo eius ætatis philosopho voluisset, aut ille suscepisset hoc officiũ, si non studiorum initia a perfectissimo quoque tractari, pertinere ad summam credidisset? Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impositum gremio, dignum tanta cura infantem (quanquam suus cuique dignus est) pudeatne me in ipsis statim elementis etiam breuia docendi monstrare cõpëdia? Neque enim mihi illud saltem placet, quod fieri in plurimis video, vt literarum nomina & contextũ prius quam formas paruuli discant. Obstat hoc agnitioni earum, non intendentibus mox animum ad ipsos ductus, dum antecedentem memoriam sequuntur. Quæ causa est præcipientibus, vt etiam cùm satis affixisse eas pueris recto illo quo primum scribi solent cõtextu videntur, retro agant rursus, & varia permutatione perturbent, donec literas, qui instituuntur, facie norint, nõ ordine. Quapropter

Literarum traditio.

pter optimè, ſicut hominum, pariter & habitus & nomina edocebuntur. Sed quod in literis obeſt, in ſyllabis non nocebit. Non excludo autem, id quod eſt notum, irritandæ ad diſcendum infantiæ gratia, eburneas etiam literarum formas in luſum offerre, vel ſi quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inueniri poteſt, quod tractare, intueri, nominare, iucundum ſit. Cum verò iam ductus ſequi cœperit, non inutile erit eas tabellæ quamoptimè inſculpi, vt per illos velut ſulcos ducatur ſtylus. Nam neque errabit quemadmodũ in ceris (continebitur enim vtrinque marginibus) neque extra præſcriptum poterit egredi: & celerius ac ſæpius ſequendo certa veſtigia, firmabit articulos: neque egebit adiutorio manum ſuam manu ſuperimpoſita regentis. Non eſt aliena res, quæ ferè ab honeſtis negligi ſolet, cura bene ac velociter ſcribendi. Nam cùm ſit in ſtudiis præcipuum, quoq; ſolo verus ille profectus, & altis radicibus nixus paretur, ſcribere: tardior ſtylus cogitationem moratur, rudis & confuſus intellectu caret: vnde ſequitur alter dictandi quæ ex his transferenda ſunt, labor. Quare cum ſemper & vbique, tum præcipuè in epiſtolis ſecretis & familiaribus delectabit ne hoc quidem neglectum reliquiſſe. Syllabis nullum compendium eſt: perdiſcendæ omnes: nec, vt fit plerunque, difficillima quæque earum differenda: ut in omnibus ſcribendis deprehẽdãtur. Quinimò ne primæ quidem memoriæ temerè credendum: repetere, & diu inculcare, fuerit utilius: & in lectiõe quoque non properare ad continuandam eam uel accelerandã niſi cùm inoffenſa atque indubitata literarum inter ſe cõiunctio ſuppeditare ſine vlla cogitãdi ſaltem mora poterit tunc ipſis ſyllabis uerba complecti, & his ſermonem connectere incipiat. Incredibile eſt quantum moræ lectioni feſtinatione

ſtinatione adijciatur. Hinc enim accidit dubitatio, intermiſſio, repetitio, plus quàm poſſunt audentibus: deinde cùm errarunt, etiam ijs quæ iam ſciunt, diffidentibus. Certa ſit ergo in primis lectio, deinde cõiuncta, & diu lẽtior, donec exercitatione contingat emẽdata uelocitas. Nã proſpicere in dextrum (quod omnes præcipiunt) & prouidere, nõ rationis modò, ſed uſus quoque eſt: quoniã ſequentia intueti, priora dicenda ſunt, & quod difficillimum eſt, diuidẽda intentio animi, ut aliud uoce, aliud oculis agatur. Illud non pœnitebit curaſſe, cùm ſcribere nomina puer (quẽadmodũ moris eſt) cœperit, ne hanc operã in uocabulis uulgaribus & fortè occurrẽtibus perdat. Protinus enim poteſt interpretationẽ linguæ ſecretioris, quas Greci γλώσσας uocãt, dum aliud agitur, ediſcere, & inter prima elementa cõſequi rem poſtea proprium tempus deſideraturam. Et quoniã adhuc circa res tenues moramur: ij quoque uerſus qui ad imitationem ſcribendi proponentur, non ocioſas uelim ſententias habeant, ſed honeſtum aliquid monẽtes. Proſequitur hæc memoria in ſenectutẽ: & impreſſa animo rudi, uſque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum uirorum, & electos ex poëtis maximè (nanque eorũ paruis cognitio gratior eſt) locos ediſcere inter luſum licet. Nam & maximè neceſſaria eſt oratori (ſicut ſuo loco dicã) memoria: & ea præcipuè firmatur atq; alitur exercitatione: & in ijs de quibus nũc loquimur ætatibus, quæ nihildũ ipſæ ex ſe generare queunt, propè ſola eſt quæ iuuare curam docentiũ poßit. Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus, quò ſit abſolutius os, & expreſſior ſermo, vt nomina quædã verſusq; affectatæ difficultatis ex plurib. aſperrimè coëuntibus inter ſe ſyllabis catenatos, & velut confragoſos, quã citatiſſimè voluant. χαλεπὸι Græcè vocantur. res modica

Quæ ſcribendo proponenda.

Ariſtoteles lib. de poët & Feſt. Pomp.

Lib. II. cap. 2.

dica dictu: qua tamen omissa, multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.

Vtrũ vtilius domi, an in scholis erudiantur. C. II.

ARGVMENTVM.

Refellit eorum opiniones qui puerum à schola publica arcentes domi institui volunt, duplici nitentes argumento, quòd in schola facilius corrumpantur, quodq; vnus magis vacaturus sit vni. Priorem causam ostendit ad scholas non pertinere, & retorquet in aduersarios: cùm pueri licentia parentum corrupti, domo malos mores adferant, qui tamé præceptoris sancti & grauis vigilãtia corrigi queãt: qui vt talis sit, multis vndique stimulis vrgetur, cùm domesticus ille maiori securitate turpitudinem domi exercere possit. Secundum planè falsum ostendit, cùm contrà optimus quisq; præceptor maiori theatro & frequentia accendi soleat. Ergo vtilius publicè quàm domi institui, quanuis non sit incommodum futurum, si domesticus aliquis doctus & probus lateri puerorum adiungatur.

Inserit & obiectiones duas, doctum illum præceptorem publicum non se ad pueri captum accommodaturum: & numerum auditorum impedire præceptoris castigationem prælectionemq;. Primum ostendit esse falsum: secundum in speciem probabile, multis commodis compensat. His argumentis confirmat, quòd in scholis discat non reformidare homines: quòd amicitias contrahat perduraturas in extremam senectutem, quòd ibi prudentiam & sensum communem discat: quòd ex æmulatione inflammetur ad discendum: quòd audiat etiam quæ ad alios pertineant: quòd condiscipulorum facilitas accommodatior iucundiorem faciat imitationem: Postremò, quòd præceptor vno præsente non concipiat idem spiritus, nec effundat eas vires, quas in celebritate. His morem pueros instituendi laudatissimum, suis olim præceptoribus familiarem, interserit.

SEd nobis iã paulatim accrescere puer, & exire de gremio, ac discere seriò incipiat. Hoc igitur potissimũ loco tractãda quæstio est, vtiliúsne sit domi atque intra priuatos parietes studentem continere, an frequentiæ scholarum & velut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem quum iis à quibus clarissimarum ciuitatũ mores sunt instituti, tũ eminentissimis autoribus video placuisse. Non est tamen dissimulandum, esse nonnullos qui ab hoc prope publico more priuata quadam persuasione dissentiant. Hi

duas

duas præcipuè rationes sequi videntur: Vnam, quòd moribus magis consulant fugiendo turbã hominum eius ætatis, quæ sit ad vitia maximè prona: vnde causas turpium factorum sæpe extitisse vtinam falsò iactaretur. Alteram, quòd quisquis futurus est ille præceptor, liberalius tempora sua impensurus vni videtur, quàm si eadem in plures partiatur. Prior causa prorsus grauis. Nam si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret, potior mihi ratio viuendi honestè, quàm vel optimè dicendi videretur. Sed mea quidem sententia, iiũcta ista atque indiscreta sunt. Neque enim esse oratorem nisi bonum virum iudico: & fieri etiam si posset, nolo. de hac re igitur prius. Corrumpi mores in scholis putant: nam & corrumpuntur interim: sed domi quoque: & sunt multa eius rei exempla, tam læsæ hercle quàm conseruatæ sanctissimè vtrobiq; opinionis. Natura cuiusque totum cur̃áque dictat. Da mẽtem ad peiora facilem, da negligentiã formandi custodiendique in ætate prima pudoris: non minorem flagitiis occasionem secreta præbuerint. nam & esse potest turpis domesticus ille præceptor: nec tutior inter seruos malos, quã ingenuos parum modestos, conuersatio est. At si bona ipsius indoles, si non cæca ac sopita parentum socordia est: & præceptorem eligere sanctissimum quenque (cuius rei præcipua prudentibus cura est) & disciplinam quæ maximè seuera fuerit, licet: & nihilominus amicum grauem virum, aut fidelem libertum lateri filij sui adiungere: cuius assiduus comitatus etiã illos meliores faciat, qui timebuntur. Facile erat huius metus remedium. Vtinam liberorũ nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim deliciis soluimus. Mollis illa educatio, quã indulgentiã vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frãgit. Quid

Parentum indulgentia pernicios.

non

non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, & iam coccũ intelligit, iam conchylium poscit. Antè palatum eorũ quàm os instituimus. In lecticis crescunt. si terram attigerint, è manibus virüsque sustinentium pendent. Gaudemus siquid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidẽ permittenda delitiis, risu & osculo excipimus. Nec mirũ: nos docuimus, ex nobis audierũt: nostras amicas, nostros cõcubinos vident. Omne conuiuium obscœnis canticis strepit: pudenda dictu spectantur. Fit ex his cõsuetudo, deinde natura. Discunt hæc miseri antè quàm sciant vitia esse: inde soluti ac fluentes, nõ accipiũt è scholis mala ista, sed in scholas afferunt. Verùm in studiis magis vacabit vnus vni. Ante omnia nihil prohibet esse istũ, nescio quẽ vnum, etiã cum eo qui in scholis eruditur. Sed etiãsi iungi vtrunq; non posset, lumẽ tamen illud cõuentus honestißimi, tenebris ac solitudini prætulissem. Nã optimus quisq; præceptor frequẽtia gaudet, ac maiore se theatro dignũ putat. At verò minores ex cõscientia suæ infirmitatis hærere singulis, & officio fungi quodammodo pædagogorũ non indignantur. Sed præstet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctißimũ atque incõparabilem magistrũ domi habeat: num tamen ille totũ in vno diẽ consumpturus est? aut potest esse vlla tã perpetua discẽtis intentio, quæ non vt visus oculorũ obtutu continuo fatigetur? cũ præsertim multo plus secreti temporis studia desiderent. Neque enim ediscẽti, scribenti, & cogitanti præceptor assistit: quorũ aliquid agentibus, cuiuscũque interuẽtus impedimento est. Lectio quoque non omnis nec semper præeunte vel interpretante eget. Quando enim tot autorũ notitia cõtingeret? Ergo modicũ tempus est, quo in totum diẽ velut opus ordinetur. Ideóque per plures ire possunt

etiam

etiam quæ singulis tradenda sunt. Pleraque verò hanc eon-
ditionem habent, vt eadē voce ad omnes simul perferātur.
Taceo de partitionibus & declamationibus rhetorū: quibus certè quantuscunque numerus adhibeatur, tamē unusquisque totum feret. Non enim uox illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus sufficit: sed ut sol, uniuersis idē lucis caloríque largitur. Grammaticus quoque de ratione loquendi si disserat, quæstiones explicet, historias exponat, poëmata enarret: tot illa discent, quot audiēt. Atenim emendationi prælectioniq; numerus obstat. Sit incommodū (nam quid fere undique placet) mox illud cōparabimus cōmodis. Nec ego tamen eò mitti puerum uolo, ubi negligatur. Sed neque præceptor bonus maiore se turba, quam ut sustinere eam possit, onerauerit: & in primis ea habenda cura est, ut is omnino fiat nobis familiariter amicus: nec officium in dicendo spectet, sed affectum. ita nunquam erimus in turba. Nec sane quisquā literis saltem leuiter imbutus, eum in quo studium ingeniumq; perspexerit, non in suam quoque gloriam peculariter fouebit. Sed ut fugiēdæ sint magnæ scholæ (cui ne ipse quidem rei assentior) si ad aliquem meritò cōcurritur: non tamen hoc eò ualet, ut fugiendæ sint omnino scholæ. Aliud est enim uitare eas, aliud eligere. Et si refutauimus quæ contrà dicuntur, iā explicemus quid ipsi sequamur. Ante omnia, futurus orator cui in maxima celebritate & in media reipub. luce uiuēdum est, assuescat iam à tenero non reformidare homines, neque illa solitaria & uelut umbratili uita pallescere. Excitanda mens & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis aut langueſcit, & quendam uelut in opaco situm ducit: aut contrà tumeſcit inani persuasione. Neceſſe est enim sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat. Deinde cum proferenda sunt studia, ca-

Partitionibus id est, materiis diuisis discipulis, quæ dicūtur παρεξηγήσεις

Non fugiendæ magnæ scholæ

Solitaria studia.

ligat in Sole,& omnia noua offendit: vt qui solus didicerit, quod inter multos faciendum est. Mitto amicitias, quæ ad senectutem usque firmissimæ durant, religiosa quadam necessitudine imbutæ. Neque enim est sanctius, sacris iisdem quàm studijs initiari. Sensum ipsum qui communis dicitur, vbi discet, cum se à congressu, qui nõ hominibus solùm, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit? Adde, quòd domi ea sola discere potest, quæ ipsi præcipientur: in schola, etiã quæ alijs. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi. proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata industria: excitabitur laude æmulatio: turpe ducet cedere pari, pulchrum superasse maiores. Accendunt omnia hæc animos: & licet ipsa uitium sit ambitio, frequenter tamen causa uirtutum est. Non inutilem scio seruatum esse à præceptoribus meis morem, qui cum pueros in classes distribuerant, ordinem dicendi secundũ uires ingenij dabant: et ita superiore loco quisq; declamabat, vt præcedere profectu uidebatur. Huius rei iudicia præbebãtur. ea nobis ingens palmæ cõtentio. ducere uerò classem, multo pulcherrimum. Nec de hoc semel decretũ erat: triceſimus dies redebat uicto certaminis potestatem. Ita nec superior successu curam remittebat, & dolor victũ ad depellendã ignominiã concitabat. Id nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse, quàm exhortationes docentiũ, pædagogorũ custodiam, uota parentum, quantum animi mei cõiectura colligere possum, contenderim. Sed sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus, atque adhuc teneris, condiscipulorum quàm præceptoris, iucundior, hoc ipso quòd facilior, imitatio est. Vix enim se prima elemẽta ad spẽ tollere effingendæ, quàm summam putant, eloquẽtiæ audebunt: proxima amplectẽtur magis: vt vites arboribus applicitæ

Sensus cómunis.

Ducere classẽ, id est primum locum tenere. Semel, id est in perpetuum.

Elementa pro elementarijs ut seruitia pro seruis.

applicitæ, inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt. Quod adeò uerum est, vt ipsius etiam magistri, si tamen ambitiosis vtilia præferet, hoc opus sit, cùm adhuc rudia tractabit ingenia, nõ statim onerare infirmitatem discentium, sed temperare uires suas, & ad intellectum audientis descendere. Nam vt uascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt: sensim autem influentibus, vel etiam insti latis complentur: sic animi puerorum quantum excipere possint, uidendũ est. Nam maiora intellectu velut parum aptos ad percipiendum animos non subibunt. Vtile igitur est habere quos imitari primum, mox uincere velis. ita paulatim & superiorũ spes erit. His adijcio, præceptores ipsos non idem mentis ac spiritus in dicendo posse concipere singulis tantùm præsentibus, quod illa celebritate audientium instinctos. Maxima enim pars eloquẽtiæ constat animo. hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodammodo ad naturam eorum de quibus loquimur, necesse est. Is porrò quò generosior celsiorq; est, hôc maioribus velut organis cõmouetur: ideoq; & laude crescit, & impetu augetur, et aliquid magnum agere gaudet. Est quædã tacita dedignatio, vim dicendi tantis comparatam laboribus, ad unum auditorem demittere. pudet supra modũ sermonis attolli. Et sanè cõcipiat quis mente vel declamantis habitum, vel orantis uocem, incessum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum, sudorem, vt alia præteream, & fatigationem, audiente uno, nõnne quiddam pati furori simile uideatur? Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantùm cum singulis loqueremur.

Qua ratione puerorum ingenia dignoscantur, & quomodo tractanda sint. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Duo tradit hoc capite, puerorum ingenia primùm perſpicienda, eosq; non temere cedendos eſſe. Nam cùm primum & præcipuum omnium in puero quem in oratorem euadere deſideramus, ſit natura, qua inuita nequicquam tentantur omnia, ad ſummã illam ſpem quéque alere conari, natura eius & ingenio nõ diligenter explorato, eſſe uehementer abſurdum. Signa quibus id colligi poſſit, hec eſſe, Memoriam primùm, que duas habet partes, facilè percipere, & fideliter continere. Deinde imitationem non illam quidem uitiorum, aut rerũ per ſe parum momenti habentium, ut eſt habitus & inceſſus, ſed omniũ bonorum: nam ut à probitate ſeiũcta ſit imitatio, nullo pacto ferẽdũ. Subiungit & hæc, ſi ultro interroget: ſi nõ ingenium tanquam præcox effundat ante tempus: ſi laude excitetur & iuuetur: ſi uictus fleat: ſi luſu aliquo liberali cupiat interdum recreari. Poſtremò, temerè non eſſe cedendos, quia turpe & ſeruile ſit.

TRadito ſibi puero, docendi peritus ingenium eius in primis naturamq; perſpiciat. Ingenij ſignũ in paruis præcipuum, memoria eſt. Eius duplex uirtus, facile percipere, & fideliter cõtinere. Proximũ, imitatio: nam id quoque eſt docilis naturæ: ſic tamen, ut ea quæ diſcit, effingat, non habitum forte & inceſſum, & ſi quid in peius notabile eſt. Non dabit mihi ſpem bonæ indolis, qui hoc imitandi ſtudio petet, ut rideatur. Nã probus quoque in primis erit ille uerè ingenioſus: alioqui nõ peius duxerim tardi eſſe ingenij, quàm mali. Probus autẽ ab illo ſegni & iacente plurimum aberit. Hic meus, quæ tradentur, non difficulter accipiet: quædam etiam interrogabit: ſequetur tamen magis quàm præcurret. Illud ingeniorum uelut præcox genus, nõ temerè unquam peruenit ad frugem. Hi ſunt qui parua facilè faciũt: & audacia prouecti, quicquid illud poſſũt, ſtatim oſtendunt. Poſſunt autem id demum quod in proximo eſt: uerba continuant: hæc uultu interrito nulla tardati uerecũdia proferunt, non multum præſtant, ſed citò. non ſubeſt uera uis, nec penitus immiſſis radicibus nititur, ut quæ ſũmo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundũt: & imitatæ ſpicas herbulæ, inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt.

Placent

Placent hæc annis comparata, deinde stat profectus, admiratio decrescit. Hæc cùm animaduerterit, perspiciat deinceps quonam modo tractandus sit discentis animus. Sũt quidam, nisi institeris, remissi: quidam imperia indignãtur: quosdam cõtinet metus, quosdam debilitat: alios cõtinuatio extundit, in alijs plus impetus facit. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quẽ gloria iuuet, qui uictus fleat. hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidiam nunquam uerebor. Danda est tamen omnibus aliqua remissio: non solum quia nulla res est quæ perferre possit continuum laborem: atque ea quoque quæ sensu & anima carent, ut seruare uim suam possint, uelut alterna quiete retenduntur: sed quòd studium discẽdi, uoluntate, quæ cogi non potest, constat. Itaque & uirum plus afferunt ad discendum renouati ac recentes, & acriorem animum, qui fere necessitatibus repugnat. Nec me offenderit lusus in pueris: est & hoc signum alacritatis: neq; illum tristem, semperq; demissum, sperare possum erectæ circa studia mentis fore, cùm in hoc quoque maximè naturali ætatibus illis impetu, iaceat. Modus tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatæ, aut ocij consuetudinem nimiæ. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingenijs non inutiles lusus, quum positis inuicem cuiusque generis quæstiunculis æmulantur. Mores quoque se inter ludẽdum simplicius detegunt: modo nulla uideatur ætas tam infirma, quæ non protinus quid rectum prauũq; sit, discat, tum vel maximè formanda, cùm simulandi nescia est, & præcipientibus facillimè cedit. Frangas enim citius quàm corigas quæ in prauum induruerunt. Protinus ergo nequid cupidè, nequid improbè, nequid impotenter faciat, monẽdus est puer: habẽdumq; in animo semper illud Virg.

Remissio.

Retẽduntur id est laxantur & recreantur.

Georgic.2. Non esse cædendos pueros.

-Adeò in teneris consuescere multum est.

Cædi uerò discentes, quanquam & receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime velim: primùm, quia deforme atque seruile est: & certè, quod conuenit, si ætatem mutes, iniuria. deinde, quòd si cui tã est mẽs illiberalis, vt obiurgatione nõ corrigatur, is etiam ad plagas, vt pessima quæque mancipia, durabitur. postremò quod ne opus quidem erit hac castigatione. si assiduus studiorum exactor adstiterit. Nunc fere negligentia pædagogorum sic emendari uidetur, ut pueri non facere quæ recta sunt cogantur, sed cur non fecerint puniantur. Denique cum parumdum verberibus coëgeris, quid iuueni facias, cui nec adhiberi potest hic metus, & maiora discenda sunt? Adde, quòd multa vapulantibus dictu deformia, & mox verecundiæ futura, sæpe dolore vel metu accidunt: qui pudor refrigit animum, & abijcit, atque ipsius lucis fugam & tædium dictat. Iam si minor in deligendis custodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere in quæ probra nefandi homines isto cædendi iure abutantur, quam det alijs quoque nonnunquam occasionem hic miserorum metus. Non morabor in parte hac. nimium est quod intelligitur. Quare hoc dixisse satis est, in ætatem infirmã, & iniuriæ obnoxiã, nemini debet nimium licere. Nunc quibus instituendus sit artibus qui sic formabitur, ut fieri possit orator, & quæ in quaque ætate inchoanda, dicere ingrediar.

De Grammatica. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Puerum huic spei destinatum, legendi scribendique iam peritum, bonis moribus, bono ingenio præditum, grammaticis tradendũ præcipit. Grammatices facit duas partes, vnam rectè loquendi scientiam,

quam

quam horisticen alij, alij methodicen nominant, quòd præcepta, primas rerum finitiones, & methodum emendatè loquendi scribendique tradat, sub qua scribendi rationem continet. Alterà poëtarum & historicorum enarrationem, quam exegeticen vocant, ad quam emendatam lectionem refert. In hac grammatices professione musicen propter rhythmum & metrum requirit. Astrologiæ etiam cognitionem, propter poëtas, qui syderum ortu & occasu tempora rerum declarare consueuerunt. Et philosophiam, propter locos plurimos in autoribus ex intima philosophia petitos, & propter Empedoclem Varronêque, qui præcepta sapientiæ uersibus tradiderunt. Addit & eloquentiam, vt omnia propriè & copiosè dem ôstrare queat. Hinc elementorum uim statim tradendam: & non solum quo pacto uocales à consonantibus distinguantur, & hæ rursus in semiuocales & mutas partiantur: uerumetiam quas literas à Græcis mutuemur scribendis eorum nominibus, nempe y & z, & in latinis an Aeolicum digâma desideretur. Et qui sonus medius sit inter I & V. An redundent H & k & X. Quo pacto I & V transeant in consonantes, præpositæ uocalibus, vt Venus, Iuno. Quid in literis proprium, quid commune. Quæ mutationes accidant declinatione aut præpositione, vt seco secui, cadit excidit. Quæ cum quibus cognatio, vt R & S. Valerij Valesij, arbos labos. T & S. pultare pulsare. & olim T cum D, Alexanter Alexander. Et pro aspiratione Digamma vel F. fordeum, fœdus, pro hordeum & hœdus. B pro P, F, & H. Byrrus, Bruges, Belena. O pro V, & contrà, Hecoba Chulcydes. E & I, leber, Menerua. Hinc quot sint partes orationis, & quo pacto earum numerus ad octo paulatim deductus sit, reiectis articulis, assueratione, & attractione, uocabulo appellationéque nomini subiectis. His cognitis ad declinationes nominum & uerborum accedit: quibus neglectis ambitiosi quidam suos discipulos humi adhuc reptantes, circa sublimiora ostentare uolentes, præposterè docebant. Et primum declinare nomina & uerba præcipit, doceri genera, nominum origines scrutari, unde Burri Agrippæ, Posthumi. Deinde sitne aliqua uis sexti casus apud latinos, septimi apud Græcos. In uerbis quoque præter accidentia nosse quæ sint anomala, vt in nominibus quæ heteroclita. Vt participia transeant in nomina uerbalia, ut sapiens, nutritor. Cuius rationis sunt illa impersonalia passiua, Itur in antiquam syluam. Et illud, totis Vsque adeo turbatur agris. Item & illud, Campus curritur. Vt quædam passiua positione, actiuam habeant significationem: vt, pransus, potus. Vt quædam nomina transeant in aduerbia, noctu, diu. Et quædam his simile quid patiantur: vt dictu, factu.

Primus in eo qui legendi scribẽdiq; adeptus erit facultatem, grammaticis est locus. Nec refert, de græco, an de latino loquar: quanquam græcum esse priorum placet.

Grammatices diuisio.

Vtrique eadem via est. Hæc igitur professio cùm breuissimè in duas partes diuidatur, rectè loquēdi scientiā, & poëtarū enarrationem: plus habet in recessu, quàm in fronte promittit. Nam & scribendi ratio cōiuncta cum loquendo est, & enarrationem præcedit emendata lectio: & mistum his omnibus iudicium est: quo quidē ita seuerè sunt usi ueteres

Criticorum ueterū censura

grammatici, ut non uersus modò censoria quadam uirgula notare, & libros qui falsò uiderentur inscripti, tanquam subdititios summouere familia permiserint sibi: sed autores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec poëtas legisse satis est: excutiendū omne scriptorum genus: non propter historias modò, sed uerba, quæ frequenter ius ab authoribus sumunt. Tū nec citra musicē grammatice potest esse perfecta, cùm ei de metris rhythmisq; dicendum sit. Nec si rationem syderum ignoret, poëtas intelligat: qui (vt alia mittam) toties ortu occasuq; signorum in declarandis temporibus utuntur. Nec ignara philosophiæ, cùm propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclē in græcis, Varronem ac Lucretiū in Latinis: qui præcepta sapientiæ uersibus tradiderunt. Eloquētia quoque non mediocri est opus vt de unaquaque earum quas demonstrauimus rerū dicat proprie & copiosè. Quo minus sunt ferendi, qui hanc artem vt tenuem ac ieiunam cauillantur: quæ nisi oratori futuro fundamēta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris, corruet: necessaria pueris, iucunda senibus: dulcis secretorum comes: & quæ vel sola omni studiorum genere plus habet operis quam ostentationis. Ne quis igitur tanquā parua fastidiat grammatices elementa: non quia magnæ sit operæ, consonantes a vocalibus discernere, ipsasq; eas in

semiuocalium

semiuocalium numerum, mutarúmque partiri: sed quia interiora velut sacri huius adeuntibus, apparebit multa rerum subtilitas, quæ non modò acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit. An cuiuslibet auris est exigere literarum sonos? Non Hercule magis, quam neruorum. At grammatici saltem omnes in hanc descendent rerum tenuitatem, desint ne aliquæ nobis necessariæ literæ, non quum Græca scribimus (tum enim ab iisdem duas mutuamur) sed proprie in Latinis, vt in his, Seruus, & Vulgus, Aeolicum digamma desideratur. Et medius est quidam V & I literæ sonus. Non enim sic optimum dicimus, vt optimum. Et in Here, neque E plane, neque I auditur. An rursus aliæ redundent, præter illam aspirationis: quæ si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit, Et Q, quæ & ipsa quorundam nominum nota est. Et K, cuius similis effectus speciésque, nisi quòd paulum à nostris obliquatur, Kappa apud Græcos: nunc tantum in numero manet. Et nostrarum vltima X, qua tamen carere potuimus, si non quæsissemus. Atque etiam in ipsis vocalibus grammatici est videre, an aliquas pro consonantibus vsus acceperit, quia Iam sicut Tam scribitur, & Quos vt Cos. Atque vt vocales iungantur, aut enim vnam longam faciunt, vt veteres scripsere, qui geminatione earum velut apice vtebantur: aut duas: nisi quis putat etiam ex tribus vocalibus syllabam fieri, quod nequit, si non aliquæ officio consonantium fungantur. Quæret etiam hoc, quomodo duabus demum vocalibus in seipsas coëundi natura sit, cum consonantium coëat nulla, nisi alteram frangat. Atqui litera I sibi incidit. Coniicit enim est ab illo Iacit. Et V, quomodo nunc scribitur Vulgus & Seruus. Sciat

De literis, & earũ potestate.

Duas, y & z. Nã in optimo media breui plenum sonum non habet, vt in optimo longa.

In oratore. etiam Ciceroni placuisse Aiio Maiiamq; geminata I scri-
bere: Quod si est, etiam iungetur vt consonans. Quare di-
scat puer, quid in literis proprium, quid commune, quæ cũ
quibus cognatio: nec miretur cur ex Scamno fiat Scabel-
lum: aut a pinna (quod est acutum) securis vtrinque habẽs
aciem, Bipennis: ne illorum sequatur errorem, qui quia à
pennis duabus hoc esse nomen existimant, pinnas auium
dici volunt. Neque has modò nouerit mutationes, quas af-
ferunt declinatio, aut præpositio, vt secat seciit, cadit exci-
dit, cædit cecidit, calcat exculcat: & sic a lauando lotus, &
inde rursus illotus & mille alia: sed & quæ rectis quoque
casibus ætate transierunt. Nam vt Valesij & Fusij in Va-
lerios Furiósque venerunt: ita arbos, labos, vapos etiam
& clamos ac lases, ætatis fuerunt. Et hæc ipsa S litera ab
his nominibus excluſa, in quibusdam ipsa alteri succeßit:
nam mertare atque pultare dicebant. Quin fœdum fœduſ-
* Vau, vel si. que, pro aspiratione, *F, vel simili litera vtentes: nam cõ-
tra Græci aspirare solent φ: vt pro Fundanio Cicero testẽ
qui primam eius literam dicere non posset, irridet. Sed B
quoque in locum aliarum dedimus aliquando, vnde Bur-
Pyrrhus, Phryges, Phalæna. Cicero in Oratore. rhus, & Bruges, & Balæna. Necnon eadem fecit ex duello
bellum, vnde Duellios quidam dicere Bellios ausi. Quid
pro, Locum, litésque Sext. stlocum stlitésque? Quid T literæ cum D quædam cogna-
tio? Quare minus mirum si in vetustis operibus vrbis no-
Põp. fragm. 19. stræ, & celebribus templis legãtur Alexanter & Caſſan-
tra. Quid O atque V permutatæ inuicem? vt Hecoba & no
trix, Culchides, & Pulyxena scriberentur: ac ne in Græcis
id tantùm notetur, dederõt, ac probauerõt. Sic ὀδυσσεύς,
quem ὀλυσσέα fecerunt Aeoles, ad Vlyxem deductus est.
Gell. li. 5. ca. 12. Quid? non E quoque I loco fuit? vt Menerua, & leber, &
mageſter, & Diiouе & Veioue, pro Diiouі & Veiouі?

* Sed

* Sed mihi locum signare satis est. Non enim doceo, sed admoneo docturos. Inde in syllabas cura transibit, de quibus in orthographia pauca annotabo. Tum videbit ad quē hoc pertinet, quot & quæ sint partes orationis: quanquam de numero parùm conuenit. Veteres enim, quorum fuerūt Aristoteles quoque atque Theodectes, verba modò & nomina & coniunctiones tradiderunt: videlicet quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, (quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur) in conuinctionibus autem complexum eorum esse iudicauerūt, quas coniunctiones a plerisque dici scio: sed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria translatio. Paulatim a philosophis, ac maximè Stoicis, auctus est numerus: ac primum conuinctionibus articuli adiecti, pòst præpositiones nominib. appellatio, deinde pronomen, deinde mistum verbo participium, ipsis verbis aduerbia. Noster sermo articulos non desiderat, ideóque in alias partes orationis spargūtur. Sed accedit superioribus interiectio. Alij tamen ex idoneis duntaxat autoribus octo partes secuti sunt, vt Aristarchus, & ætate nostra Palæmo, qui vocabulum siue appellationem nomini subiecerunt tanquam species eius. At ij qui aliud nomen, aliud vocabulum faciunt, nouem. Nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent, vt esset vocabulum, corpus visu tactúque manifestum, domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deest, vel vtrunque, ventus, cœlum, deus, virtus. Adiiciebant & asseuerationem, vt heu: & attractionem, vt fascatim. quæ mihi non approbantur. Vocabulum, an appellatio dicenda sit προσηγορία, & subiicienda nomini, necne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo. Nomina declinare & verba in primis pueri sciant: neque enim aliter

* aliàs, Deioue victore, nō Deioui victori.

De partibus orationis.

Nomen. Vocabulum. Appellatio.

aliter peruenire ad intellectum sequentium possunt. quod etiam monere superuacuum fuerat, nisi ambitiosa festinatione plerique a posterioribus inciperent: & dum ostentare discipulos circa speciosa malunt, compendio morarẽtur. At si quis & didicerit satis, & (quod non minus deesse interim solet) voluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria genera, & quæ sint duobus omnibusue communia. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicœna dicuntur, ostenderit, in quibus sexus vterque per alterũ apparet: aut quæ fœminina positione mares aut neutrali fœminas significant, qualia sunt Muræna, & Glycerium. Scrutabitur mille præceptor acer atque subtilis origines nominum: vt quæ ex habitu corporis* Ciceones, Rufos Longósque fecerũt: (*nisi erit aliud secretius, Syllæ, Burrhi, Galbæ, Planci, Pãsæ, Scauri, taliáque) & ex casu nascentium: hinc Agrippa & Opiter & Cordus & Posthumus erunt. & ex ijs quæ post natos eueniunt, vnde Vopiscus. Iam Cottæ, Scipiones, Lænates, Scrani sunt: & ex variis causis. Gentes quoque ac loca, & alia multa reperias inter nominum causas. In seruis iam intercidit illud genus quod ducebatur a domino, vnde Marcipores, Publiporesque. Quærat etiam, sitne apud Græcos vis quædam sexti casus, & apud nos quoque septimi. Nam cùm dico, hasta percussi, non vtor ablatiui natura: nec si idem græcè dicam, datiui. Sed in verbis quoque quis est adeò imperitus, vt ignoret genera & qualitates & personas & numeros? Literarij penè ista sunt ludi, & triuialis scientiæ. Iam quosdam illa turbabunt, quæ declinationibus non tenentur. Nam & quædam, participia, an verbi appellationes sint, dubitari potest, quia aliud alio loco valent, vt lectus, & sapiens. Quædam appellationibus similia,

Genus epicœnum.

Origines nominum.

* Allobros, Ciceros, Rufos. * vbi erit aliquid secre.

Vis sexti casus apud græcos & septimi apud Latinos.

similia, vt fraudator, nutritor. Iam, Itur in antiquam syluã, Aeneid. 6.
nónne propriæ cuiusdam rationis est? nam quod initium
eius inuenias? cui simile Fletur accipimus: aliter vt, In Andria.
Pãditur interea domus omnipotẽtis olympi. Aliter vt, Aeneid. 10.
-Totis Vsque adeò turbatur agris- Aegloga. 1.
Est etiam quidam tertius modus, vt vrbs habitatur: vnde
& campus curritur, mare nauigatur. Pransus quoque atq;
potus diuersum valent, quàm indicant. Quid quòd multa
verba non totum declinationis ordinem ferunt? Quædam
etiã mutantur, vt fero in præterito. Quædam tertiæ demũ
personæ figura dicuntur, vt licet, piget. Quædam simile
quiddã patiũtur vocabulis in aduerbiũ transeũtibus. Nam
vt noctu & diu, ita dictu & factu. Sunt enim hæc quoque
verba participialia quidẽ, nõ tamen qualia dicto factóque.

De virtutibus & vitiis orationis.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Orationis virtutes & vitia aggreditur, virtutes tres esse numero, vt oratio sit emendata, dilucida & ornata. nam aptè dicere ornatui subiici. Hanc exigi verbis, primum singulis deinde coniunctis. In singulis an latina sint, peregrina, simplicia, composita, propria, translata, vsitata, aut ficta, considerari. In coniunctis laudati verba bene rebus accommodata, in quibus meritò placeat bona vocalitas, quam Græci euphoniam vocent. Duo esse orationis non emendatæ vitia, barbarismum & solœcismum. Et barbarismum quidem esse in singulis verbis: fierique scripto vel dicto tribus modis. Primo siquis nomen peregrinum latinæ orationi inserat. Secundo, animi natura, vt siquis quid dicat insolẽter, minaciter, aut crudeliter. Tertio, partim scripto, partim dicto, additione, detractione, mutatione, transmutatione, diuisione, complexione, aspiratione, ectasi, systole, genere, numero, sonis, quales sunt iotacismi, lambdacismi, ischnothetes, plateiasmi, chiosmus. Accentu, cuius Græcis longè sit ratio difficilior quàm Latinis, vt cùm acuta & grauis alia pro alia ponitur. vbi breuiter quæ ratio accentuum sit, præscribit: antepenultimam longam natura circunflecti. Rõma: Longam positione acui, feruor: breuem in polysyllabis reiicere acutum in antepenultimam, vt tártarus: Monosyllaba,

natura

natura circunflecti, R ŏs: breuia, aut longa positione, acui, ŏb, lūx. Verùm hic notandum esse, tertium barbarismi genus in poëtis aut venia dignum, aut etiam laudi duci. In prosa quoque immutationem recipi: vt Canopitarum apud Ciceronem, p pro b. literarum adiectionem, vt in assentior. Quædam etiam iuncta sine reprehensione dici, quæ singula vitiosa sint, vt duapondo, trepondo. Solœcismum complexu orationis fieri, etiam cum in verbo est vitium. Adiectione, detractione, transmutatione, immutatione: atque etiam in partibus orationis per varia earum accidentia, per genera, tempora, personas, modos, numeros: per comparationes, superlationes, atque vbi patrium pro possessiuo ponitur: vbi quies pro motu: & vt in summa dicam, vbi quæuis particula alterius officio seu potestate fungitur. Quædam etiam faciem solœcismi habere, quæ schemata sint: vt Thyestes tragœdia, ludi Floralia. His omnibus ad finem adiungit sibi placere, vt in peregrinis quibus latini pro suis vtuntur, accentuum & casuum rationem latinam sequamur, quousque patitur decor, quia in quibusdam consuetudo superet autoritatem, & quædam sint quæ vtroque modo non indecenter efferri possunt. Postremò, quæ ratio sit vocum compositarum: & Græcos componendis nominibus fingendisque, Latinis esse feliciores ostendit: & quæ propria & translata verba sint, definitione explicat.

IAm cùm omnis oratio tres habeat virtutes, vt emendata, vt dilucida, vt ornata sit (quia dicere aptè, quod est præcipuum, plerique ornatui subiiciunt) totidem vitia, quæ sunt supradictis contraria, emendatè loquendi regula, quæ grammatices prior pars est, examinet. Hæc exigitur verbis aut singulis, aut pluribus. Verba nunc generaliter accipi volo: nam duplex eorum intellectus est: alter, qui omnia per quæ sermo nectitur, significat, vt apud Horatium in arte:

Duplex verborũ intellectus.

Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur.

Alter, in quo est vna pars orationis, lego, scribo. Quam vitantes ambiguitatem quidam dicere maluerunt, voces, dictiones, locutiones. Singula sunt aut nostra, aut peregrina: aut simplicia, aut composita: aut propria, aut translata: aut vsitata, aut ficta. Vni verbo vitium sæpius quàm virtus inest. Licet enim dicamus aliquid proprium, speciosum,

De vocib' quibus singulis vitiũ sæpius quã virtus inest.

cioſum, ſublime, nihil tamen horum niſi in complexu loquendi ſerieque contingit. Laudamus enim verba bene rebus accommodata: ſola eſt quæ notari poßit velut vocalitas, quæ εὐφωνία dicitur: cuius in eo delectus eſt, vt inter duo quæ idem ſignificant, ac tantundē valent, quod melius ſonat, malis. Prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abſit. Sed quia interim excuſantur hæc vitia aut conſuetudine, aut autoritate, aut vetuſtate, aut denique vicinitate virtutum (nam ſæpe à figuris ea ſeparare difficile eſt) ne quem tam lubrica obſeruatio fallat, acriter ſe in illud tenue diſcrimē grammaticus intendat, de quo nos latius ibi loquemur, vbi de figuris orationis tractandum erit. Interim vitium quod ſit in ſingulis uerbis, ſit barbariſmus. Occurrat mihi forſan aliquis, quid hic promiſſor tāti operis dignum? aut quis hoc neſcit, alios barbariſmos ſcribendo fieri, alios loquendo? quia quod malè ſcribitur, malè etiam dici neceſſe eſt: quæ vitioſe dixeris, non vtique & ſcripto peccant. Illud prius adiectione, detractione, immutatione, tranſmutatione: hoc ſecundum, diuiſione, complexione, aſpiratione, ſono contineri? Sed vt parua ſint hæc, pueri docentur adhuc: & grammaticos officij ſui commonemus. Ex quibus ſi quis erit planè impolitus, & veſtibulum modò artis huius ingreſſus, intra hæc quæ profitentium commentariolis vulgata ſunt, conſiſtet: doctiores multa adijcient: vel hoc primùm, quòd barbariſmum pluribus modis accipimus. Vnum gente, quale ſit ſiquis Afrum vel Hiſpanum Latinæ orationi nomen inſerat: vt ſerrum quo rotæ vinciuntur, dici ſolet canthus, quanquam eo tanquam recepto vtitur Perſius. ſicut Catullus plo-xenum circa Padum inuenit: & in oratione Labieni, ſiue illa Cornelij Galli eſt, in Pollionē, caſnar aſſectator è Gallia

Alluſio ad illud in arte, Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Barbariſmi ſpecies.

Satyra. 5. Ad Aemilium.

lia ductum est. nam mastrugã, quod Sardũ est, illudens Cicero ex industria dixit. Alterũ genus barbarismi accipimus, quod fit animi natura, vt is à quo insolenter quid aut minaciter aut crudeliter dictũ sit, barbarè locutus existimetur. Tertiũ est illud vitium barbarismi, cuius exempla vulgò sunt plurima, sibi etiã quisque fingere potest, vt verbo cui libebit adiiciat literam syllabámue, vel detrahat, aut aliam pro alia, aut eandem alio quàm rectum est loco ponat. Sed quidã ferè in iactationem eruditionis sumere illa ex poëtis solent: & autores quos prælegunt, criminantur. Scire autem debet puer, hæc apud scriptores carminum aut venia digna, aut etiam laude duci: potiúsque illa docendi erunt minus vulgata. nam duos in vno nomine faciebat barbarismos Tinca Placentinus (si reprehendẽti Hortensio credimus) preculam pro pergulam dicens, & immutatione, cum c pro g vteretur: & transmutatione, cum r præponeret e antecedenti. At in eadẽ vitij geminatione Metieo Suffetieo dicens Ennius, poëtico iure defenditur.

Pro Scauro, & de prouinciis consularibus.

Barbarismi apud poëtas.

Ex Cicerone in Bruto.

Sed in prosa quoque iam est quædam recepta immutatio. Nam Cicero Canopitarum exercitum dicit, ipsi Canobon vocant: & Tharsomenũ pro Tharsumeno multi authores etiam si est in eo transmutatio, uendicauerunt: similiter alia. nam siue est falsum * assentior, Sisenna dixit assentio, multique & hunc & analogiam secuti. siue illud verum est, hæc quoque pars consensu defenditur. At ille pexus pinguisque doctor, aut illic detractionem, aut hic adiectionem putabit. Quid quòd quædam quæ singula proculdubio vitiosa sunt, iuncta sine reprehensione dicuntur? Nam & dua & tre & pondo, diuersorum generum sunt barbarismi: at duapõdo & trepõdo, usque ad nostrã ætatem

* Sentior. Vide Cel. lib. 2. cap. 25.

ab omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat. Absurdum forsan uideatur dicere, barbarismum, quod est unius uerbi uitiū, fieri per numeros, aut genera, sicut solœcismum: scala tamen & scopa, contraq; hordea & mulsa, *licet literarum mutationem, detractionem, adiectionē non habeant, non alio uitiosa sunt, quàm quòd pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferuntur: & gladia qui dixerunt, genere exciderunt. Sed hoc quoque notare contentus sum, ne arti culpa quorundam peruicaciū perplexæ, videar & ipse quæstionem addidisse. Plus exigunt subtilitatis quæ accidunt in dicendo uitia, quia exempla eorum tradi scripto non possunt, nisi cùm in uersus inciderunt, ut διαίρεσις Europæi. & ei contrarium vitium, quod συναλοιφὴν & συναλοιφὴν Græci vocant, nos complexionem dicimus: qualis est apud P. Varronem:

*inusta.

*diuisio.

Cum te flagranti deiectum fulmine Phæton.

Nam si esset prosa oratio, easdem literas enunciare ueris syllabis licebat. Præterea quæ fiunt spacio, siue cum syllaba correpta producitur, vt,

Italiam fato profugus-

Seu longa corripitur. ut, Vnius ob noxam & furias- extra carmen non deprehendas: sed nec in carmine vitia dūcenda sunt. Illa uerò nō nisi aure exiguntur, quæ fiūt per sonos: quanquam per aspirationem, siue adijcitur uitiose, siue detrahitur, apud nos potest quæri an in scripto sit uitium, si H litera est, non nota. cuius quidē ratio mutata cū temporibus est sæpius. Parcissimè ea ueteres usi etiam in uocalibus, cum œdos ircosq; dicebant. Diu deinde *seruatum ne consonantibus aspiraretur, vt in Græcis, & triumphis. Erupit breui tēpore nimius usus, vt choronæ, chen- turiones, prœchones adhuc quibusdam inscriptionibus

Ibidem.

H aspiratio.

*reseruatum. obseruatū Cic. in Orat.

maneant. quæ de re Catulli nobile epigramma est. Inde duxerat ad nos usque vehementer, & comprehendere, & mihi nam mehe quoq; pro me *apud antiquos tragœdiarũ præcipuè scriptores in veteribus libris inuenimus. Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidẽ ab antiquis dictos tonores cõperi, vt videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνος dicunt: vel accentus, quas Græci προσῳδίας uocant, cùm acuta & grauis alia pro alia ponitur, vt in hoc Cámilus, si acuitur prima. Aut grauis pro flexa, vt Chétegus, & hìc prima accuta: nam sic media mutatur. Aut flexa pro graui, vt apici circunducta sequente, quam ex duabus syllabis in unam cogentes, & deinde flectentes dupliciter peccant, sed id sæpius in Græcis nominibus accidit: vt Atreũs: quem nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, vt necessariò secunda grauis esset. Itẽ Terã, Nerâq;. Hæc de accẽtibus tradita. Cæterùm iam scio quosdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui, vt propter quædam vocum discrimina verbum interim acuto sono finiant, vt in illis:

De Attio vide Polit. c. 19. initiall.

*mee

De accentuum ratione.

Térei.

Nérei.

Aeneid. 4. -Quæ circum littora, circum Piscósos scopulos-

ne si grauem posuerint secundam, circus dici videatur, non circuitus. Item quantum, quale, interrogantes, graui: comparantes, acuto tenore cõcludunt: quod tamen in aduerbiis ferè solis ac pronominibus vindicant, in cæteris veteres legem sequuntur. Mihi videtur conditionem mutare, quo his locis verba coniungimus. Nam cùm dico, circũ litto-ra tanquam vnum enuncio, dissimulata distinctione: itaque tanquam in vna voce, vna est acuta: quod idẽ accidit in illis

Aeneid. 1. -Troiæ qui primus ab oris.

Ibidem. -Euenit vt metri quoque conditio mutet accentum: vt -Pecudes pictæq; volucres.

Na

Nam uolúcres media acuta legam: quia etsi natura breuis, tamen positione longa est, ne faciat iambũ, quem non recipit uersus heroicus. Separata uero hæc, á præcepto nostro nõ recedẽt: aut si consuetudo uicerit, vetus lex sermonis abolebitur: cuius difficilior apud Græcos obseruatio est, (quia plura illis loquendi genera, quas Διαλέκτους vocant: & quod aliâs utiosum, interim aliâs rectum est) apud nos verò rectissima ratio, ac etiam breuissima. Nanque in omni uoce, acuta intra numerum triũ syllabarum continetur siue hæ sint in verbo solæ, siue vltimæ: et in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Triũ porrò de quibus loquor, media lõga, aut acuta, aut flexa erit: eodem loco breuis, utique grauem habebit sonum: ideoq; positam ante se, id est ab vltima tertiam, acuet. Est autem in omni voce utique acuta, sed nunquam plus vna: nec vltima vnquam: ideoq; in disyllabis prior. Præterea nunquam in eadem, flexa et acuta, quoniam eadem flexa ex acuta. itaque neutra claudet uocẽ Latinam. Ea uerò quæ sunt syllabæ unius, erunt acuta aut flexa, ne sit aliqua vox sine acuta. Et illa per sonos accidũt, quæ demonstrari scripto non possunt, vitia oris et linguæ: ἰωτακισμὸς & λαμβδακισμὸς, ἰσχνότητας & πλατειασμὸς, feliciores fingendis nominibus Græci uocant: sicut κοιλοστομίαν, cum uox quasi in recessu oris auditur *. Sunt etiam proprij quidam et ineuitabiles soni, quibus nonũquam nationes reprehendimus. Remotis igitur omnibus quæ suprà diximus uitijs, erit illa quæ uocatur ὀρθοέπεια, id est emendata cum suauitate uocũ explanatio. nam sic accipi potest recta. Cætera uitia omnia ex pluribus uocibus sunt, quorum est solœcismus: quanquam circa hoc quoque disputatum est. nam etiam qui contextu vel cõplexu orationis accidere eum confitentur, quia tamẽ vnius emẽ-

*diuiditur

De solœcismo

datione verbi corrigi posſit, in verbo esse vitium, non in sermone contendunt: cum siue amaræ corticis, seu medio cortice, per genus facit solœcismum. quorum neutrum quidem reprehendo, cùm sit vtriusque Virgilius author. Sed fingamus vtrũlibet non rectè dictum: mutatio uocis alterius in qua vitium erat, rectam loquendi rationem sic reddit, ut amari corticis fiat, uel media cortice. quod manifestæ calumniæ est: neutrum enim uitiosum separatum est, sed compositione peccatur, quæ iam sermonis est. illud eruditius quæritur, an in singulis quoque uerbis posſit fieri solœcismus: vt si vnum quis ad se vocans, dicat: Venite. aut si plures à se dimittens, ita loquatur, Abi. aut, Discede. Necnon cum responsũ ab interrogatione dissentit, ut si dicenti, Quem video? ita occurras, Ego. In gestu etiam nõnulli putant idem vitium ineſſe, quum aliud voce, aliud nutu vel manu demõstratur. Huic opinioni neque omnino accedo, neque planè dissentio. nam id fateor posſe accidere uoce una, non tamen aliter, quàm si sit aliquid quod uim alterius uocis obtineat, ad quod uox illa referatur: vt solœcismus ex complexu fiat eorum quibus res significantur, & uoluntas ostenditur. Atque ut omnem effugiam cauillationem, fit aliquando in uno verbo, nunquam in solo verbo.

Aeglog. 6. & Geor. 2.

An in gestu fiat solœcismus

Per quot autem & quas accidat species, non satis conuenit. Qui plenissimè, quadripertitam uolũt esse rationem, nec aliam quàm barbarismi: ut fiat adiectione: ut, Veni de Susis in Alexandriã. Detractione, Ambulo uiam, Aegypto uenio, Ne hoc fecit. Transmutatione, qua ordo turbatur, Quoque ego, Enim hoc uoluit, Autem non habuit. Ex quo genere an sit igitur, in initio sermonis positum, dubitari potest, quia maximos autores in diuersa fuisse opinione uideo, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquã reperiatur.

reperiatur. Hæc tria genera quidam diducunt à solœcismo, & adiectionis uitium, πλεονασμὸν: detractionis, ἔλλειψιν: inuersionis, ἀναστροφὴν vocant: quæ si in speciem solœcismi cadant, ὑπέρβατον quoque appellari eodem modo posse. Immutatio sine controuersia est, cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprehendimus, frequentissime in uerbo, quia plurima huic accidunt, ideóque in eo fiunt solœcismi per genera, tempora, personas, modos, siue cui status eos dici, seu qualitates placet, uel sex, uel (vt alij volunt) octo: nam totidem vitiorum erunt formæ, in quot species eorum quidq; de quibus supra dictum est, diuiseris. Præterea numeros, in quibus nos singularem ac pluralem habemus, Græci & δυϊκὸν. Quanquam fuerunt qui nobis quoque adijcerent dualem, scripsere, legere: quod euitandæ asperitatis gratia mollitum est, vt apud veteres pro malè mereris, malè merere. ideoq; quod vocant duale, in illo solo genere consistit, cum apud Græcos & in verbi tota fere ratione, & in nominibus deprehendatur, & sic quoque rarissimus eius sit vsus, apud nostrorum uero neminem hæc obseruatio reperiatur: quin è contrario

Deuenere locos: &, Conticuere omnes: &, Consedere duces, aperte nos doceant, nihil horum ad duos pertinere: Aene. 2. & 6. Aeneid. 2.

Dixere quoque, quanquam id Antonius Rufus ex diuerso ponit exemplum, de pluribus patronis præco pronuntiet. Metam. 13.

Quid? non Liuius circa initia statim primi libri, Tenuere, inquit, arcem Sabini: & mox, In aduersum Romani subiere: sed quem potius ego quam M. Tullium sequar? qui in Oratore, Non reprehendo, inquit, scripserunt esse verius sentio. Similiter in vocabulis & nominibus fit solœcismus genere, numero, aut casibus. Quicquid eorum alteri succedet, huic parti subiungatur licet, per comparationes &

primitiuum. superlationes: itemq; in quibus patrium pro possessiuo dicitur, vel contrà. Nam vitium quod fit per quantitatem, ut magnum peculiolum, erunt qui solœcismum putent, quia pro nomine integro positum sit diminutum. Ego dubito an id improprium potius appellem: significatione enim deerrat. Solœcismi porrò uitium non est in sensu, sed in complexu. In participio, per genus, et casum, vt in vocabulo: per tempora, vt in verbo: per numerum, vt in utroque, peccatur. Pronomen quoque genus, numerum, casus habet: quæ omnia recipiunt huiusmodi errorem. Fiunt solœcismi, & quidem plurimi, per partes orationis: sed id tradere satis non est: ne ita demum vitium esse credat puer, si pro alia ponatur alia: vt uerbum, vbi nomen esse debuerit: vel aduerbium, vbi pronomen, & similia. Nam sunt quædam cognata, vt dicunt, id est eiusdem generis, in quibus qui alia

An, aut Ne, non. permutato deliquerit. Nã & an, & aut, cõiunctiones sunt:

Intrò, Intus. malè tamen interroges, hic, aut ille sit. Et ne ac non, aduerbia: qui tamen dicat pro illo, Ne feceris, Nõ feceris, in idem incidat vitium: quia alterũ negandi est, alterũ vetandi. Hoc amplius, intrò & intus, loci aduerbia: Eo tamen intus, & Intrò sum, solœcismi sunt. Eadem in diuersitate pronominum, interiectionum, præpositionum, accidunt. Est enim solœcismus in oratione comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se inconueniens positio. Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici vitiosa non possunt: ut tragœdia Thyestes, & ludi Floralia ac Megalesia: quamquam hæc sequenti tempore interciderunt, nunquam aliter a ueteribus dicta. Schemata igitur nominabuntur, frequentiora quidem apud poëtas, sed oratoribus quoque permissa.

Verum

Verùm schema ferè habebit aliquam rationem, ut docebimus eo quem paulò ante promisimus loco. Sed hoc quoque quod schema uocatur, si ab aliquo per imprudentiam factũ erit, solœcismi uitio non carebit. In eadem specie sunt. Sed schemate carent, vt supra dixi, nomina fœminina quibus mares utuntur, & neutralia quibus fœminæ. Hactenus de solœcismo. Neque enim artem grammaticam componere aggressi sumus: sed cùm in ordinem incurreret, inhonoratam transire noluimus. Hoc amplius, vt institutum ordinẽ sequar, verba aut Latina aut peregrina sunt. Peregrina porrò ex omnibus prope dixerim gentibus, vt homines, vt instituta etiam multa, uenerunt. Taceo de Tuscis & Sabinis & Prænestinis quoque: nam vt eorum sermone vtentem Vectium Lucillius insectatur: quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem: licet omnia Italica pro Romanis habeam. Plurima Gallica valuerunt, vt rheda ac petoritum: quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur. Et mappam quoque, usitatum Cicero nomen, Pœni sibi vendicant: & Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audiui. Sed hæc diuisio mea ad Græcum sermonem præcipue pertinet: nam & maxima ex parte Romanus inde conuersus est, & confessis quoque Græcis utimur verbis, vbi nostra desunt, sicut illi a nobis nonnunquam mutuantur. Inde illa quæstio exoritur, an eadem ratione per casus duci externa, qua nostra, conueniat. Ac si reperias grammaticum veterum amatorem, neget quicquam ex Latina ratione mutandum: quia cùm sit apud nos casus ablatiuus, quem illi non habent, parum conueniat, vno casu nostro, quinque Græcis uti. Quinetiam laudet vir-

Lib. 9. cap. 1.

Ca. de declin. nominum.

Peregrina verba.

Patauinitas Liuij.

Pro Milone Serm. 1. Sat. 6. Martial. lib. 12.

Roman. sermo ex Græco conuersus.

tutem eorum, qui potentiorem facere linguam Latinam studebant, nec alienis egere institutis fatebantur: inde Castórem media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas Castor literas exit: et ut Palæmo, ac Thelamo, & Plato (nam sic eum Cicero quoq; appellat) dicerentur, retinuerunt: quia Latinum quod o & n literis finiretur, non reperiebant. Ne in a quidem atque s literas exire temerè masculina Græca nomina recto casu patiebantur: ideoq; & apud Cælium legimus, Pelia Cinnatus: & apud Messalam, Bene fecit Euthia: & apud Ciceronem, Hermagora: ne miremur quòd ab antiquorum pleriſque Aenea & Anchisa sit dictus. Nam si ut Mecœnas, Suffenas, Asprenas dicerentur, genitiuo casu non e litera, sed tis syllaba terminarentur. Inde olýmpo & tyránno acutam mediam syllabam dederunt, quia duabus longis sequentibus primam breuem acui noster sermo non patitur. Sic genitiuus Achilli* & Vlyßi fecit, sic alia plurima. Nunc recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare: quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem placet Latinam rationem sequi quoſque patitur decor. Neque enim iam Calypsonem dixerim, vt Iunonem: quanquam secutus antiquos C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. Sed autoritatem consuetudo superauit. In cæteris quæ potuerunt vtroque modo non indecenter efferri, qui Græcam figuram sequi malit, non Latinè quidem, sed citra reprehensionem loquetur. Simplices uoces, prima positione, id est natura sua constant: compositæ, aut præpositionibus subiunguntur, vt innocens: interdum repugnantibus inter se duabus, quale

Propria nomina in o.

In as.

Rhet. 1. & in Bruto.

*per synæresin ab Achilleus & Vlysseus.

est

est imperterritus: alioqui possunt aliquando continuari duæ, vt incompositus, reconditus, & quo Cicero vtitur, subabsurdum. Aut è duobus quasi corporibus coalescunt, vt maleficus. Nam ex tribus nostræ vtique linguæ non concesserim: quamuis capsis Cicero dicat compositum esse ex cape si vis: & inueniantur qui Lupercalia æquè tres partes orationis esse contendant, quasi luere per caprum. nam Solitaurilia iam persuasum est esse ex sue, oue, & tauro. & sanè ita se habet sacrum quale apud Homerum quoque est. Sed hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium coëunt. Cæterùm etiam ex præpositione & duobus uocabulis durè uidetur struxisse Pacuuius*

*1, de Orat. In Orator. & Quintil. infra li. 6. c. de risu. Ouid. lib. 11. Fast.

*Suouetaurilia Liu. deca. prima li. 1. Odyssex. 8.

Vide Crinit. lib. 19. ca. 5.

-Nerëi
Repandirostrum incuruiceruicum pecus.

*Iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris, vt superfui, subterfugi: (quanquam ex integris an composita sint, quæritur) aut ex integro & corrupto, ut maleuolus: aut ex corrupto & integro, vt noctiuagus: aut ex duobus corruptis, vt pediseguus: aut ex nostro & peregrino, vt biclinium, aut contrà, vt epitogium, & Anticato: aut ex duobus peregrinis, vt epirhedium. Nam cùm sit præpositio ἀπὸ Græca, rheda Gallicum: nec Græcus tamen nec Gallus vtitur composito: Romani suum ex alieno vtroque fecerunt. Frequenter autem præpositiones quoque copulatio ista corrupit: inde abstulit, ausugit, amisit: cum præpositio sit ab, sola: & coit, cum sit propositio con: sic ignaui, & * erepti, & similia. Sed res tota magis Græcos decet, nobis minus succedit: nec id fieri natura puto, sed alienis fauemus: ideóque cum κυγχανόντα mirati sumus, incuruicer-*

Cic. in Orat.

*è rep.

uicum, vix à risu defendimus. Propria sunt verba, cùm il
significant, in quod primùm denominata sunt. Translata
cum alium naturæ intellectum, alium loco præbent. Vsita-
tis tutius vtimur: noua non sine quodam periculo fingi-
mus. Nam si recepta sunt, modicam laudem afferunt ora-
tioni: repudiata, etiam in iocos exeunt. Audendum tamen
Cic. 1. de natu. Deorum. *nanque, vt Cicero ait, etiam quæ primò dura visa sunt, us*
Hom. 4. Iliad. & Odyss. 9. *molliuntur. Sed minimè nobis concessa est ὀνομαποιΐα:*
quis enim ferat si quid simile illis meritò laudatis, λίγυς
* ἀρεμὸς. *βιὸς, & σίζει * ὀφθαλμὸς, fingere audeamus? Iam ne ba-*
lare quidem aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudici
vetustatis niterentur.

De quatuor quibus sermo constat.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Profert quatuor quibus sermo constat: rationem, autoritatem, vetustatem, & consuetudinem. Rationem duobus constare, analogiæ præcipuè, & etymologiæ. Analogiam duplici ratione exigi, comparatione similium, & diminutione. Comparationem aut genere deprehendi, aut declinatione. Genere: vt cum panis masculinum sit, etiam funis. Declinatione: vt cum ornatus, quartæ sit: ita tenatus. Diminutione: vt cuius generis sit diminutiuum, eiusdem intelligatur & primitiuum, vt cum funiculus masculini sit generis, eiusdem intelligatur funis. Primam etiam positionem ex obliquis inueniri: vt cum cecidi à cado sit, sic & pepigi à pago. Verùm cùm analogia sit plurimis in locis repugnet, rationem eius per omnia duci non posse. Quare eruditorum quorundam nimiam curiositatem circa hanc partem irridendam, qua per eam omnia defendere velint, cùm plurimis vsui & consuetudini cedat. Addit, etymologiam, quàm originationem, Cicero notationem vocauerit, habere in se multam eruditionem: vel cùm ex Græcis orta tractet, vel cùm ex historiis veterum, nomina hominum, locorum, gentium, vrbium, requirat: vt vt de Bruti, Publicolæ. Et hanc necessarium habere vsum quoties res de qua quæritur, interpretatione eget: vt si dicat Cicero assiduum abundantibus dandis locupletem. Verùm & hanc aliquando consuetudini seruire, vt in triquetra & meridie. Quare hîc non aliter quàm in analogia eruditos nimis curiosos ridet, qui ad hanc omnia exigentes, a

fœdi

fœdissima vsque ludibria dilabantur. Vetera orationi maiestatem afferre cum delectatione, modò non sint nimis crebra, & ab vltimis & iam obliteratis temporibus repetita: qualia sint Topper & Antigerio. Similem esse citea autoritatem rationem: quare videndum esse non solum quid dixerint quantumuis magni, sed quid persuaserint. Nam hoc tempore laturum neminem tuburchinabundum & lurchabundum, quibus Cato vsus sit. In consuetudine constituendum in primis quid consuetudinem vocari velimus: nempe loquendo consensum eruditorum, sicut viuendo consensum bonorum.

Est etiam sua loquentibus obseruatio, sua scribentibus: Sermo constat ratione, vetustate, autoritate, consuetudine. Rationem præstat præcipuè analogia, nonnunquã & etymologia. Vetera, maiestas quædam, & vt sic dixerim, religio commendat. Autoritas ab oratoribus vel historicis peti solet. nam poëtas metri necessitas excusat, nisi siquando nihil impediente in vtroque modulatione pedum, alterum malunt: qualia sunt, -Imo de stirpe recisum. & -Aëriæ quò congessere palumbes. &, -Silice in nuda. Aeneid. 11. Ecl. 3. & 1.

& similia: cum summorum in eloquentia virorum iudicium pro ratione, & vel error honestus est magnos duces sequentibus. Consuetudo verò, certissima loquendi magistra: vtendúmque planè sermone, vt numo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt acre iudicium, analogia præcipuè, quam proxime ex Græco transferentes in Latinum, proportionem vocauerunt. Eius hæc vis est, vt id quod dubium est, ad aliquid simile de quo non quæritur, referat: vt incerta certis probet. Quod efficitur duplici via: comparatione similium in extremis maximè syllabis, (propter quod ea quæ sunt è singulis, negantur debere rationem) & diminutione. Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem: Genus, vt si quæratur, sunis masculinum sit, an fœmininum, simile illi sit panis. Declinationem, vt si veniat in dubium, hac domu dicendum sit,

3 Consuetudo.

Analogia.

dum sit, an hac domo, & domuum an domorum: simi
sint domus, anus, manus. Diminutio genus modò deteg
& ne ab eodem exemplo recedam, funem masculinum
funiculus ostendit. Eadem in verbis quoque ratio comp
rationis: vt si quis antiquos sequutus feruêre breui me
syllaba dicat, deprehendatur vitiose loqui, quòd omn
Fatendi. i. indicandi. quæ e & o literis fatendi modo terminantur, eadem si
infinitis e literam media syllaba acceperunt, vtique pr
ductam habent, prandeo, pendeo, spondeo, prandêre, pe
dêre, spondêre. At quæ o solam habent, dummodo per ea
dem literam in infinito exeant, breuia fiunt, lego, dico, cu
ro, legĕre, dicĕre, currĕre, etiamsi est apud Lucillium,

Feruit aqua, & feruet: feruit nunc, feruet ad annum.

Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si feruit put
illi simile currit & legit, feruo dicetur, vt curro & leg
quod nobis inauditum est. Sed non est hæc vera compa
tio: nam feruit illi est simile feruit: quam proportionem se
quenti dicere necesse est feruêre, vt seruire. Prima quoqu
aliquando positio ex obliquis inuenitur, vt memoria repe
to conuictos a me qui reprehenderant quòd hoc verb
vsus essem, pepigi. Nam id quidem dixisse summos autore
confitebantur, rationem tamen negabant permittere: qu
prima positio paciscor, cum haberet naturam patiend
faceret tempore præterito pactus sum. Nos præter auto
ritatem oratorum atque historicorum analogia quoqu
dictum tuebamur. Nam cum in 12. tabulis legeremus, S
ita pagunt: inueniebamus simile huic, cadunt. inde prim
positio, etiamsi vetustate exoleuerat, apparebat, pago,
cado: vnde non erat dubium sic pepigi nos dicere, vt cec
di. Sed meminerimus non per omnia duci analogiæ pos
rationem, cum sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Qua

dam

lam sine dubio conantur eruditi defendere, vt cùm depre-
ensum est, lepus & lupus simili positione, quàtum nume-
is que dissentiant: ita respondent, non esse paria, quia le-
us epicœnum sit, lupus masculinum: quanquam Varro in
o libro quo initia vrbis Romæ enarrat, lupum fœminant
licit, Ennium Pictorémque Fabium secutus. Illi autem ijdē
um interrogantur cur aper apri, & pater patris faciat:
llud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt. Præ-
erea quoniam vtrunque à Græco ductum sit, ad eam ra-
ionem recurrunt, vt πατὴρ patris, κάπρος capri faciat.
lla tamen quomodo effugient, vt nomina quamuis fœmi-
ina singulari nominatiuo u, s, literis finita: nunquam ge-
nitiuo casu in syllabam terminantur, faciat tamen Venus
Veneris? Item cum e, s, literis finita, per varios exeant ge-
nitiuos, nunquam tamen eadem ris syllaba terminatos, Ce-
es cogat dici Cereris? Quid verò quæ tota positionis eius-
em, in diuersos flexus exeunt? cum Alba faciat Albanos
& Albenses, Volo volui & volaui. Nam præterito quidem
empore variè formari verba prima persona o, litera ter-
minata, ipsa analogia confitetur. Siquidem facit cado cecī-
li, spondeo spopondi, pingo pinxi, lego legi, pono posui,
rango fregi, laudo laudaui. Non enim cùm primùm fin-
erentur homines, analogia demissa cælo formam loquēdi
edit: sed inuenta est postquam loquebantur, & notatum
n sermone, quid quomodo caderet. itaque non ratione ni-
itur, sed exemplo: nec lex est loquendi, sed obseruatio: vt
psam analogiam nulla res alia fecerit, quàm consuetudo.
nhærent tamen quidam molestissima diligentiæ peruersi-
ate, vt audaciter potius dicant quàm audacter, licet omnes
ratores aliud sequantur: & emicauit, non emicuit: & co-
itre, non coire. His permittamus & audiuisse, & sciuisse,

& tribu

& tribunale, & faciliter, dicere. frugalis quoque sit ap illos, non frugi: nam quo alio modo fiat frugalitas? Iide centum millia nummûm, & fidem Deûm, ostendant dupl ces solœcismos esse, quandò & casum mutant, & num rum. Nesciebamus enim, ac non consuetudini & dec seruiebamus: sicut in plurimis quæ Tullius in Oratore uine, vt omnia, exequitur. Sed Augustus quoque in epis

C. Cæsarem, Agrippæ, & Iuliæ filium, quẽ adoptauit Augustus. Sueto.

lis ad C. Cæsarem scriptis emendat quod is calidum dic quàm caldum malit: non quia illud non sit Latinum, quia sit odiosum, & vt ipse Græco verbo significa περίεργον. Atqui hanc quidam ὀχθηρὰν solam puta quam ego minimè excludo. Quid enim tam necessariu quàm recta locutio? Imò inhærendum ei iudicio quo ad cet: diu etiam mutantibus repugnandum: sed abolita at abrogata retinere, insolentiæ cuiusdam est, & friuol paruis iactantiæ. Multum enim literatus, qui sine aspi tione & producta secũda syllaba salutauit, auete (est en & calefacere dixerit potius quàm quod dicimus, & seruauisse: his adiiciat face, & dice, & similia. Recta est via: quis negat? sed adiacet & mollior, & magis trita. tamen non alio magis angor, quàm quòd obliquis cas ducti etiam primas sibi positiones non inuenire, sed m re permittunt: vt cum ebur & robur, ita dicta ac scr summis autoribus, in o, literam secundæ syllabæ tra runt, quia sit roboris & eboris: sulfur autem & gutt literam in genitiuo seruent: ideóque etiam iecur & f controuersiam fecerunt. quod non minus est licentio quàm si sulfuri & gutturi subiicerent in genitiuo lite

Gnipho grammaticus, quem & Cicero, teste Tranquillo, audiit.

o mediam, quia esset eboris & roboris: sicut Antonius pho, qui robur quidem & ebur atque etiam marmur tur esse, verùm fieri vult ex his robura, ebura, marm

Quòd si animaduerterent literarum affinitatem, scirent
de sic ab eo quod est robur, roboris fieri: quomodo ab eo quod
pl est miles limes, militis limitis: iudex vindex, iudicis vindi-
m cis: & quæ suprà iam attigi. Quid? non similes quoque (vt
ec dicebam) positiones, in longè diuersas figuras per obli-
e i quos casus exeunt? vt virgo, Iuno, fusus, lusus: cuspis pup-
ist pis, & mille alia? cùm illud etiam accidat, vt quædam plu-
ia raliter non dicantur, quædam contrà singulari numero,
, quædam casibus careant: quædam à primis statim positio-
a nibus tota mutentur, vt Iupiter. Quod verbis etiam acci-
ta dit, vt fero tuli: cuius præteritum perfectum, & vlterius
in nõ inuenitur. Nec plurimum refert, nulla hæc, an prædura
d sint. Nam quid progenies genitiuo singulari, quid plurali
t: spes faciet? Quomodo autem quire & ruere, vel in præ-
la terita patiendi modo, vel in participia transibunt? Quid
bi de aliis dicam, cum senatus senatus senatui, an senatus se-
m nati senato faciat, incertum sit? Quare mihi non inuenu-
ci stè dici videtur, aliud esse Latinè, aliud Grammaticè loqui.
Ac de analogia vel nimium. Etymologia, quæ verborum
.E origines inquirit, à Cicerone dicta est notatio, quia no- In Topic.
sf men eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est Aristot. lib.
m nota: nam verbum è verbo ductum, id est veriloquium, ipse περὶ ἑρμηνείας.
ri Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti,
m origimationem vocent. Hæc habet aliquando vsum neces-
u sarium, quoties interpretatione res de qua quæritur, eget:
fi vt cùm M. Cælius se esse hominem frugi vult probare, non
os quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed
ei quia vtilis multis, id est fructuosus, vnde sit dicta frugali-
s tas. Ideóque in definitionibus assignatur etymologiæ locus. Frugalitas.
s Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur di-
m scernere, vt cum Triquetram dici Siciliam, an Triquedrã: Cic. in Orat.
C meridiem,

meridiem, an medidiem oporteat, quæritur, aliáque quæ consuetudini seruiunt. Continet autem in se multam eruditionem, siue illa ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipuéque Aeolica ratione (cui est sermo noster simillimus) declinata: siue ex historiarum veterum notitia, nomina hominum, locorum, gentium, vrbium requiramus, vnde Bruti, Publicolæ, *Pici: cur Latium, Italiá, Beneuentum: quæ Capitolium, collem. Quirinalem, & Argiletum appellandi ratio. Iam illa minora, in quibus maximè studiosi eius rei fatigantur, qui verba paulum declinata, varie & multipliciter ad veritatem reducunt, aut correptis aut porrectis, aut adiectis aut detractis, aut permutatis literis syllabisue. Inde prauis ingeniis ad fœdissima vsque ludibria dilabuntur: sit ne Consul à consulendo, an à iudicando: nam & hoc consulere veteres appellauerunt: vnde adhuc remanet illud, Rogat, boni cõsulas: id est bonum iudices. Senatui nomen dederit ætas: nam iidem Patres sunt: & Rex, rector: & alia plurima indubitata. Nec abnuerim tegulæ, regulæq;, & similium his, rationem. Iam sit & classis à calando, & lepus leuipes, & vulpes volipes: etiámne à contrariis aliqua sinemus trahi? vt lucus, quia vmbra opacus, parum luceat? & ludus, quia sit longissimè ab lusu? & dis quia minimè diues? Etiámne hominem appellari quia sit humo natus? (quasi verò non omnibus animalibus eadem origo, aut illi primi mortales antè nomen imposuerint terræ, quam sibi) & verba ab aëre verberato? Pergamus: sic perueniemus eoúsque, vt stella, luminis stilla creatur: cuius etymologiæ autorem, clarum sanè in literis, nominari ea parte qua à me reprehenditur, inhumanum est. Qui verò talia libris complexi sunt, nomina sua ipsi inscripserunt, ingenioséque sibi visus est Caius Granius

*Pythici.

Consulere.

*cælibes

*cælibes dicere ueluti cælites, quòd onere grauissimo uacent, idq; Græco argumento. nigrès enim eadem de causa dici affirmat. Nec ei cedit Modestus inuentione. nam quia Cælo Saturnus genitalia abscideri, hoc nomine appellatos qui uxore careant. At *L. Aelius pituitam, quia petat uitam. Sed cui non post Varronem sit uenia, qui agrum, quòd in eo agatur aliquid: & graculos, quia gregatim uolent, dictos, Ciceroni persuadere uoluit, cùm alterum ex Græco sit manifestum duci, alterum ex uocibus auium? Sed huic tanti fuit uertere, ut merulà, quia sola uolat, quasi mera uolans nominaretur. Quidam non dubitauerunt etymologiæ subijcere omnem nominis causam: ut ex habitu, quemadmodum dixi, longos, & rufos: ex sono strepere, murmurare: etiam deriuata, ut à uelocitate dicitur uelox: & composita pleraque his similia, quæ sine dubio aliunde originem ducunt, sed arte non egent, cuius in hoc opere non est usus nisi in dubiis. Verba à uetustate repetita, non solùm magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi maiestatem aliquam, non sine delectatione: nam & autoritatem antiquitatis habent: & quia intermissa sunt gratiam nouitati similem parant. Sed opus est, modo ut neque crebra sint hæc, neque manifesta, quia nihil est odiosius affectatione: nec utique ab ultimis & obliteratis repetita temporibus, qualia sunt topper, & antigerio, & exanclare, & prosapia, & Saliorum carmina uix sacerdotibus suis satis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & consecratis utendum est. Oratio verò, cuius summa uirtus est perspicuitas, quam sit uitiosa si egeat interprete? Ergo ut nouorum optima erunt maximè uetera, ita ueterum maximè noua. Similis circa autoritatem ratio. Nam etiam si potest uideri nihil peccare, qui

*Caninius legit Valla in Dialecticis: alii Gabinius. *Lælius. Lib. 4. de lingua Latina.

Supra cap. 4. pag. 48.

De uerbis uetustis: & quatenus iis utendū.

Affectatio odiosa.

De autoritate.

vtitur ijs verbis quæ summi autores tradiderunt, multum tamen refert non solùm quid dixerint, sed etiam quid per suaserint. Neque enim turbinabundum & turchabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit autor: nos hos lodices, quanquã id Pollioni placeat: nec gladiola, atq; Messala dixit: nec parricidatũ, quod in Cælio uix tolerabile videtur: nec collos mihi Caluus persuaserit: quænec ipsi ia-

De consuetudine vide Gelliũ lib. 1. cap. 10.

dicerent. Superest igitur cõsuetudo: nã fuerit penè ridiculum malle sermonem quo locuti sunt homines, quam quo loquuntur. Et sanè quid est aliud vetus sermo, quam vetus loquendi consuetudo? Sed huic ipsi necessarium est iudicium constituendumq; in primis, id ipsum quid sit, quod consuetudinem vocemus. Quæ si ex eo quod plures faciũt, nomen accipiat, periculosissimum dabit præceptum, non oratio modò, sed (quod maius est) vitæ. Vnde enim tantum boni pluribus quæ recta sunt placeãt? Igitur vt velli, & comam in gradus frangere, & in balneis perpotare, quãlibet hoc inuaserint ciuitatem, non erit cõsuetudo, quia nihil horum caret reprehensione: at lauamus & tondemus & conuiuamus ex consuetudine: sic in loquendo, non si quid vitiosum multis insederit, pro regula sermonis accipiendũ erit. Nã vt transeam quemadmodum vulgò imperiti loquuntur, ita sæpe theatra, & omnẽ Circi turbam exclamasse barbarè scimus. Ergo consuetudinem sermonis, vocabo consensum eruditorum: sicut viuendi, consensum bonorum.

De Orthographia. CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Post rationem loquendi, ad scribendi regulam accedit: hanc (eis orthographiam dictam: locum habere in dubiis, quo apice sit dæ. neque enim in aliis desiderari, quia his quæ natura verbi satis teant, apponere apicem sit ineptissimum. At in málus pro arbor pálus secundæ declinationis, longa nota monendos esse. Conclu-

&

& ad hoc orthographiâ, vt quo pacto præpositiones cũ verbis iũgendę sint, sciamus: vt ex, cum ſpecto, remanente ſ, ex ſpecto: cũ pecto, remota ſ, expecto. Nã in iis ſolùm fieri, in quibus id dubij propter affinitatem ſuboriri poſsit. Præpoſitiones per n ſcribendas, vt adiaduerbia & coniunctiones per t: at, ſet. Quædam quæ per b ſcribantur, magis efferri per p, obtinuit. Per n, ſcripta, commutari in m, immunis. In compoſitione manentibus omnibus, mediam literarum conſonantem ſequẽti iungi, aru ſpex: quia ſit à ſpectando. Contra in abſtemius, priori, quia fit ex abſtinentia temeti, abſtemius. Orthographiam quoque conſuetudini ſeruire. Olim ſemiuocales non fuiſſe geminatas. Ciceronis temporibus ſ, literam mediam vocalium longarum, vel ſubiectam lõgis, geminatam: vt diuiſio, cauſſas. Vſum fuiſſe ei diphthongi vbi eſſet i, in pluralibus & in datiuis ſingularibus: quod ſuperuacuum erat. Et ai, pro æ, in genitiuis & datiuis primæ: vt aulai, aquai. Quædã eſſe quæ ſcribantur aliter quàm enuntientur, Cneus, Caius. Alioqui ſic ſcribendum eſſe quodque, quomodo ſonat: niſi contrà conſuetudo obtinuerit.

NVnc quoniã diximus quæ ſit loquẽdi regula, dicendũ quæ ſcribẽtibus cuſtodienda: quod Græci ὀρθογραφίαν vocant, nos rectè ſcribendi ſcientiã nominemus. Cuius ars non in hoc poſita eſt, vt nouerimus quibus quæq; ſyllaba literis conſtet (nã id quidem infrà grammatici officium eſt) ſed totã, vt mea fert opinio, ſubtilitatẽ in dubiis habet: vt longis ſyllabis omnibus apponere apicẽ, ineptiſſimũ eſt, quia plurimæ natura ipſa verbi quod ſcribitur, patent: ſed interim neceſſariũ, cum eadem litera aliũ atq; aliũ intellectũ, prout correpta vel producta eſt, facit: vt malus: vtrũ arborem ſignificet, an hominem non bonum: apice diſtinguitur. Palus aliud priore ſyllaba longa, aliud ſequẽti ſignificat: & cùm eadem litera nominatiuo caſu breuis, ablatiuo lõga eſt, vtrũ ſequamur, plerũq; hac nota monendi ſumus. Similiter putauerunt illa quoq; ſeruanda diſcrimina, vt ex præpoſitionẽ ſi verbũ ſequeretur ſpecto, adiecta ſecundæ ſyllabæ ſ litera, ex ſpecto: ſed ſi pecto, remota ſ ſcriberemus illa quoque ſeruata eſt à multis differentia, vt ad, cum eſſet præpoſitio, d literam: cum autem cõiunctio, t accipe-

Quando apicis appoſitio neceſſaria.

*per q, u, o, m; si comitem, per c, u, m.

ret. Item cum ſi tempus ſignificaret, *per q: ſi comitem, per c: ſi verò cauſam, per q. ac duas ſequentes u u, ſcriberetur. Frigidiora his alia, vt quicquid, c quartam haberet, ne interrogare bis videremur. Et quotidie, nõ cotidie, vt ſit, quot diebus. * Verùm hæc iam inter ipſas ineptias euanuerunt.

*vide Vallam lib. 6. cap. 60.

Quæri ſolet in ſcribendo, præpoſitiones, ſonum quem iunctæ efficiunt, an quem ſeparatæ, obſeruare conueniat: vt cũ dico, obtinuit. ſecundam enim b literam ratio poſcit, aures magis audiunt p. Et immunis, illud n, quod veritas exigit. ſequentis ſyllabæ ſono uictum, m gemina commutatur. Eſt etiam in diuidendis uerbis obſeruatio, mediam literam cõſonantem priori an ſequenti ſyllabæ adiungas. Aruſpex enim, quia pars eius poſterior à ſpectando eſt, ſ, literam tertiæ dabit: abſtemius, quia ex abſtinẽtia temeti compoſita uox eſt, primæ relinquetur. Nam K, quidem in nullis uerbis utendum puto, niſi quæ ſignificat, etiã ut ſola ponatur. Hoc eò non omiſi, quòd quidã eam quoties a ſequatur neceſſariam credunt: cum ſit c litera, quæ ad omnes uocales uim ſuam perferat. Verùm orthographia quoque conſuetudini ſeruit, ideóq; ſæpe mutata eſt. Nam illa uetuſtiſſima tranſeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec ſimiles his noſtris earum formæ fuerunt, & uis quoq; diuerſa: ſicut apud Græcos o literæ, quæ interim longa ac breuis, ut apud nos: interim pro ſyllaba quam nomine ſuo exprimit, poſita eſt: ut Latinis ueteribus d plurimis in uerbis ultimã adiectam: quod manifeſtum eſt etiam ex columna roſtrata quæ eſt C. Duellio in foro poſita. Interim g quoque, ut in puluinari Solis qui colitur iuxta ædem Quirini, ueſperugquòd ueſperuginem accipimus. De mutatione etiam literarum, de qua ſupra dixi, nihil repetere hîc neceſſe. Fortaſſe enim ſicut ſcribebant, etiã ita loquebantur. Semiuocales

In verbis diuidendis obſeruatio.

Plin. lib. 34. cap. 5.

Cap. 4.

non

non geminare, diu fuit usitatissimi moris: atque e contrario usq; ad Accium & ultra, porrectas syllabas geminis, ut dixi, uocalibus scripserunt. Diutius duravit ut e, i, iungendis, eadem ratione qua Græci ει, uterentur. ea casibus numerisque discreta sunt, ut Lucillius præcipit, Iam puerei uenere, e postremum facito, atque i,

Vt pueri plures fiant. ac deinceps idem,

Mendacei fureiq; addes e, cum dare furi lusseris.

Quod quidem cum superuacuum est, quia i, tam longæ quàm breuis naturam habet: tum incommodum aliquando. Nã in iis quæ proximam ab ultima literã e habebunt, & i longa terminabuntur, illã rationem sequentes, utemur e gemina, qualia sunt hæc, aureei, argenteei, & similia. idq; ijs præcipue qui ad lectionem instituentur, etiam impedimento erit: sicut in græcis accidit adiectione i literæ: quam non solùm datiuis casibus in parte ultima asscribunt, sed quibusdam etiam interponunt, ut in ΛΗΙΔΗ quia etymologia ex diuisione inter* syllabas facta, desideret eam literam. ai syllabam, cuius secundã nunc e literam ponimus, variè per a & i efferebant, quidam semper ut Græci: quidam singulariter tantùm, cum in datiuum uel genitiuum casum incidissent, unde pictai uestis, & aquai, Virgilius amantissimus vetustatis, carminibus inseruit. In ijsdem plurali numero e utebantur, by Sylle, Galbæ, Est in hac quoque parte Lucilij præceptum: quod quia pluribus explicatur versibus. si quis parum credat, apud ipsum in nono requirat. Quid quod Ciceronis temporibus, paulumq; infrà, fere quoties s litera media uocalium longarum, vel subiecta longis esset, geminabatur: ut causse, cassus, diuissiones: quo modo & ipsum, et Virgilium quoque scripsisse, manus eorum docent. Atqui paulum su-

*in trisyllabis

Aen. lib. 9. & 3. Vide Celiũ. lib. 14. ca. 39. & Politicianum miscella. c. 48.

periores, etiam illud quod nos gemina ſ dicimus iuſſi, vo
dixerunt, iuſi. Etiam optimus, maximus, vt mediam i litte
quæ veteribus uſurpata, acciperent, C. primum Cæſarius
ſcriptione traditur factum. Here, nũc e litera terminare
at veterum Comicorum adhuc libris inuenio, Heri ad ſ
venit. Quod idẽ in epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcri
pſit, aut emẽdauit, deprehẽditur. Quid? non Cato Cẽſorem
dicam & faciam, dicem & faciem ſcripſit? eundemq; in ce
teris quæ ſimiliter cadunt, modum tenuit? quod & ex em
teribus eius libris manifeſtum eſt, & a Meſſalla in libricis
S litera poſitum. Sibe et quaſe, ſcriptum in multorum libris
eſt: ſed an hoc voluerint autores, neſcio: T. Liuium itaq
vſum, ex Pediano comperi, qui & ipſe eum ſequebatur, pu
nos i litera finimus. Quid dicam vortices, & vorſus, cau
teraq; ad eundem modum, quæ primò Scipio Africanus co
e literam ſecundã vertiſſe dicitur? Noſtri præceptores ſu
uom ſeruomq;, u & o literis ſcripſerunt, quia ſubiecta id
vocalis, in vnum ſonum coaleſcere, & confundi nequa
nunc u gemina ſcribuntur, ea ratione quam reddidi: nec
Supra ca. 4. ſane modo vox quã ſentimus, efficitur. Nec inutiliter Cl
dius Aeolicam illam ad hos vſus F literam adiecerat. Il
nunc melius, quod, cui, tribus quas propoſui literis eno
*Vide Polit. ca. 89. miſcell. Genetus Sexto Pompeio ſcribitur à generando. mus: in quo pueris nobis, ad pinguẽ ſane ſonum, *qu &
vtebantur, tãtum vt ab illo qui, diſtingueretur. Quid, q
ſcribuntur aliter quam enuntiantur? Nã & Gaius C lic
notatur, quæ inuerſa mulierẽ declarat: quia tam Caia
ſe vocitatas, quam Caios, etiã ex nuptialibus ſacris app
* & columa & Coss. exempta n litera legimus. ret. Nec Cneus eam literã in prænominis nota accipit, q
ſonat: *& columa exempta n litera, & Cõſules, gemmi
ta s litera Coss. legimus: & Suburra quũ tribus literis u
Sue. a pago Succuſano. tatur, *c tertiam oſtẽdit. Multa ſunt generis huius: ſed ho

quoq

oq; vereor ne modū tam paruæ quæstionis excesserint. dicium autem suum grammaticus interponat his omnibus. Nam hoc valere plurimum debet. Ego nisi quod consuetudo obtinuerit) sic scribendū quicque iudico, quomodo sonat. Hic enim vsus est literarū, vt custodiant voces, & velut depositum reddant legentibus. itaq; id exprimere debent, quod dicturi sumus. Hæ fere sunt emendate loquendi scribendiq; partes: duas reliquas, significāter ornateq; dicendi, non equidem grammaticis aufero: sed cum mihi officia Rhetoris superfint, maiori operi reseruo. Redit autem illa cogitatio, quosdam fore, qui hæc quæ diximus, paruula nimium, & impedimenta quoq; maius aliquid agendi, putent. Nec ipse ad extremam usq; anxietatem, & ineptas cauillationes descendendum, atque his ingenia concidi & comminui credo. Sed nihil ex grāmatica nocuerit, nisi quod superuacuū est. An ideo minor est M. Tullius orator, quòd idē artis huius diligētissimus fuit, & in filio (ut in epistolis apparet) recte loquendi vsquequaq; asper quoq; exactor? Aut vim C. Cæsaris fregerunt editi de analogia libri? Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos nō de verbis modo singulis, sed etiam literis dedit? Non obstāt hæ disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus. Lib. 8.

De lectrone pueri. CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Hactenus de his quæ ad methodicen grammaticam pertinebant, nunc quæ ad historicen siue exegeticen, proponit. In legendi ratione. docendum puerum esse, vbi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, vbi claudatur lentus, vnde incipiat, quando attollenda vel submittenda vox, quid lentius, celerius, concitatius, lenius, dicendum. Lectionem virilem esse debere, & cum suauitate grauem. Et quia teneræ mentes altius trahant quicquid rudibus annis insederit, placere, vt lectio ab Homero & Virgilio incipiat, vt

præter alia commoda sublimitate carminis heroici animus assur
& magnitudine rerum spiritum ducat. Vtiles esse etiam & tragœ
Alere lyricos, si partes operum præsertim quæ vocant obscœni
eligantur. Elegiam quo amat, repudiandam. Comœdiam quæ pl
mum ad eloquendam coparat, cum mores erunt in tuto, inter
cipua legendam. In quibus grammatici officium sit, curare partes
tionis sibi solum uersu reddi, & pedum proprietates: vt quæ barb
quæ impropria, deprehendat: ostendatque vel venia digna propter
cessitatem, vel etiam laudi ducenda: vt etiam demonstret quot q
que verba modis intelligenda sint. Circa glossemata quoque, i
voces minus vsitatas, pueros diligenter exerceat. Præterea tropos
iore cura, & figuras tum sententiarum tum verborum excutiat.
etiam vt accedat enarratio historiarum non nimis operosa. Nam
bulas etiam contemptissimas persequi, esse insani. In omnibus
ceat quæ in œconomia virtus, quid in decoro rerum, quid perso
cuique conueniat, quid in senibus, vbi copia probabilis, vbi mod

Vpoëtarum in primis lec. Vide Cæliũ Rhodig. lib. 5. ca. 24.

Svpereſt lectio: in qua puer ut ſciat ubi ſuſpendat ſpiritum debeat, quo loco uerſum diſtinguere, ne claudatur ſenſus, unde incipiat, quando attollenda ſummittenda ſit uox, quid quoque flexu, quid lentius celerius, concitatius, lenius dicendum, demonſtrari in opere ipſo non poteſt. Vnum eſt igitur quod in hac parte præcipiam: ut omnia iſta facere poßit: intelligat. Sit autem in primis lectio uirilis, & cum ſuauitate quadam grauis: & non quidem proſæ ſimilis, quia carmen eſt, & ſe poëtæ canere teſtantur: non tamen in cantica diſſoluta, nec plaſmate (ut nunc a plerisque fit) effœminata. de quo genere optimè C. Cæſarem prætextatum audiui huc accepimus dixiſſe: Si cantas, male cantas: ſi legis, cantas. Nec proſopopœias, ut quibusdam placet, ad comicum morem pronuntiari uelim: eſſe tamen flexus quendam, quo diſtinguantur ab iis in quibus poëta perſona ſua utetur. Cætera admonitione magna egent: ut primis, ut teneræ mentes, tracturæq; altius quicquam rudibus & omnium ignaris inſederit, non modò quæ ſ*

ſcri

ſerta, ſed uel magis quæ honeſta ſunt, diſcant: ideoq; optimè inſtitutum eſt vt ab Homero atque Virgilio lectio incipiat: quanquam ad intelligendas eorum uirtutes, firmiore iudicio opus eſſet. ſed huic rei ſupereſt tempus: neq; enim ſemel legentur. Interim & ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat: & ex magnitudine rerum ſpiritum ducat, & optimis imbuatur. Vtiles tragœdiæ. Aiunt & lyrici: ſi tamen in his non autores modò, ſed etiã partes operis elegeris. Nam & Græci licenter multa, & Horatium in quibuſdã nolim interpretari. Elegia uero, utiq; quæ amat, & hendecaſſyllaba, quibus ſunt commata ſotadeorũ (nam de ſotadeis ne præcipiendum quidem eſt) amoueantur, ſi fieri poteſt: ſi minus, certè ad firmus ætatis robur reſeruentur. Comœdiæ, que plurimum conferre ad eloquentiam poteſt, cùm per omnes & perſonas & affectus eat, quem uſum in pueris putem, paulò pòſt ſuo loco dicam. Nã cùm mores in tuto fuerint, inter præcipua legenda erit. de Menandro loquor: nec tamen excluſerim alios. Nam Latini quoque autores afferent utilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maxime ingenium alant, atque animum augeant, prælegenda: cæteris quæ ad eruditionem modò pertinent, longa ætas ſpatium dabit. Multum autem ueteres etiam Latini conferunt, quanquam plerique plus ingenio quam arte ualuerunt. In primis copiam uerborum, quorum in tragœdiis grauitas, in comœdiis elegãtia, & quidam uelut ἀστεϊσμὸς inueniri poteſt. Oeconomia quoque in his diligentior, quam in pleriſque nouorum erit, qui omniũ operum ſolam uirtutem ſententias putauerunt. Sanctitas certè, & ut ſic dicam, uirilitas ab his petenda, quando nos in omnia delitiarum genera uitiaque, dicendi quoque ratione defluximus. Denique credamus ſummis oratoribus, qui

quos libros pueri audiant.

e Legiã.

quid pueris legendum ſit.

quid in tragœdiis.

quid in comœdiis.

veterum poëmata vel ad fidem cauſſarum, vel ad ornamẽtum eloquẽtiæ aſſumunt. Nam præcipuè quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Aſinium etiam, & cæteros, qui ſunt proximi, vidimus Ennij, Accij, Pacuuij, Lucillij, Terentij, Cæcilij, & aliorum inſeri verſus, ſumma non eruditionis modo gratia, ſed etiam iucunditatis: cum poëticis voluptatibus aures a forenſi aſperitate reſpirent. quibus accedit non mediocris vtilitas, cum ſententiis eorum velut quibuſdam teſtimoniis, quæ propoſuere confirmẽnt. Verum prïora illa ad pueros magis, hæc ſequentia ad robuſtiores pertinebunt: cum grammatices amor, & vſus lectionis, non ſcholarum temporibus, ſed vitæ ſpatio terminentur. In prælegendo grammaticus & illa quidem minora præſtare debebit, vt partes orationis reddi ſibi ſoluto verſu deſideret, & pedum proprietates: quæ adeo debent eſſe notæ in carminibus, vt etiam in oratoria compoſitione deſiderentur: deprehendátque quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi ſunt poſita: non vt ex his vtique improbentur poëtæ (quibus quia plerunque metro ſeruire coguntur, adeo ignoſcitur, vt vitia ipſa aliis in carmine appellationibus nommentur. metaplaſmos enim, & ſchematiſmos, & ſchemata, vt dixi, vocamus, & laudem virtutis neceſsitati damus) ſed vt commoneat artificialium, & memoriam agitet. Id quoque inter prima rudimenta non inutile, demonſtrare quot quæque verba modis intelligenda ſint. Circa gloſſemata etiam, id eſt voces minus vſitatas, non vltima eius profeſſionis diligentia eſt. Enimuero iam maiore cura doceat tropos omnes, quibus præcipuè non poëma modò, ſed etiam oratio ornatur: ſchemata vtraque, id eſt figuras quæq; λέξεως, quæq; διανοίας vocantur: quorum ego, ſicut troporum, tra-

Pro Cælio, pro Cor. Balbo, in Antonium, in Piſonem.

Suprà cap. 5. de virtutibus & vitiis orationis.

Gloſſemata.

Libro 8.

ctatum

ctatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Præcipuè verò illa infigat animis, quæ in œconomia virtus, quæ in decoro rerum: quid personæ cuique conuenerit: quid in sensibus laudandum, quid in verbis: vbi copia probabilis, vbi modus. His accedat enarratio historiarum, diligens quidem illa, non tamen vsque ad superuacuum laborem occupata. Nam receptas, aut certe claris autoribus memoratas exposuisse satis est. Persequi quidem quod quisque vnquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis iactantiæ est: & detinet atque obruit ingenia melius aliis vacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam potest. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimentis grammaticorum commentarij, vix ipsis qui composuerunt, satis noti. Nam Didymo quoque, quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est, vt cùm historiæ cuidam tanquam vanæ repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat. Quod euenit præcipuè in fabulosis vsque ad deridicula, quædam etiam pudenda: vnde improbissimo cuique pleraque fingendi licentia est, adeò vt de libris totis, & autoribus, vt succurrit, mentiatur tutò, quia inueniri, qui nunquam fuere, non possunt. Nam in notioribus frequentissimè deprehenduntur a curiosis. Ex quo mihi inter virtutes grammatici habebitur, aliqua nescire. Nescienda aliqua.

De officio grammatici, & quæ primordia sint dicendi. CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Perfectis duabus grammaticæ partibus, nempe methodice & historice, adiicit veluti corollarium grammaticorum curæ quædam dicendi primordia: Fabellas primùm Æsopicas, & earum tractandarum

darum rationem: chrias etiam & ethologias, atque sententias: chriarum plura genera, aliud voce simplici, aliud in respondendo, aliud in facto, aliud huic pene par, quod chriodes appellant.

ET finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc profes- L. politcetur, id est ratio loquendi, & enarratio auc rum: quarum illam methodicen, hanc historicen voca Adiectamus tamen eorum curæ quædam dicendi primo dia, quibus ætates nondum rhetorem capientes institua Igitur Æsopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proxi succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra m dum extollente, deinde eandem gracilitatem stylo exig re condiscant: Versus primò soluere, mox mutatis uerb interpretari: tum paraphrasi audacius vertere, qua c breuiare quædam, & exornare, saluo modò poëtæ sens permittitur. Quod opus, etiam consummatis profession difficile, qui commode tractauerit, cuicunque discendo su ficiet. Sententiæ quoque & chriæ & ethologiæ * subiecti dictorum rationibus apud grammaticos scribantur, qui initium ex lectione * ducunt. Quorum omnium similis e ratio, forma diuersa: quia sententia vniuersalis est vo ethologia * personis continetur. Chriarum plura genera traduntur. Vnum, simile sententiæ, quod est positum in vo ce simplici, Dixit ille aut, Dicere solebat. Alterum, quo est in respondendo: Interrogatus ille, vel, Cum hoc ei di ctum esset, respondit. Tertium huic non dissimile, cùm qui non dixisset, sed aliquid fecisset. Etiam in ipsis factis est chriam putant: vt, Crates cum indoctum puerum vidisset, pædagogum eius percussit. Et aliud pene par ei, quod ta men eodem nomine appellare non audent, sed dicunt χρειώδες: vt, Milo quem uitulum assuescerat ferre, taurum ferebat. In his omnibus & declinatio per eosdem ductus casus, &

*ætiologiæ.

*ratione.

* ætiologia.

Chriarum genera.

casus, & tam factorum quàm dictorum ratio est. Narra-
tiunculas à poëtis celebratas, notitiæ causa non eloquen-
tiæ tractandas puto. Cætera maioris operis ac spiritus,
Latini rhetores relinquendo, necessaria grammaticis fe-
cerunt: Græci magis operum suorum & onera & mo-
dum norunt.

An Oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. CAP. X.

ARGVMENTVM.

Puerum hactenus à grammaticis doctum, priusquam rhetori tradatur, vt efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci encyclopædiam vocant, mathematicis instituendum contendit: quæ etiam si in dicendo se non ostendunt & proferunt, vim tamen occultè suggerere, & tacitè sentiri confirmat. nec aliter ex iis oratorem consummatum effici, quàm antidota & pharmaca ex multis diuersas vires habentibus perfectissima, aut meluario florum ac succorum genere suauissimum euadere. Primam mathematicarum musicam tractat, cuius laudes primum ab efficientibus, adiunctis, exemplis, & testimoniis maiorum celebrat. Deinde ad usum eius accedit, eámque apud veteres coniunctam cum grammatica fuisse probat. Oratorem etiam ab ea petere numeros qui in corpore sint, & in voce, quorum alij ad gestum, alij ad collocationem verborum, ad flexus vocis alij pertineat. Denique de qua musica præcipiat ostendit, nempe non de effœminata, & impudicis modis fracta, sed de graui & sancta, ratio. ísque cognitionem habente: quæ ad mouendos leniendósque affectus plurimum valeat. Geometriam probat oratori esse necessariam, eámque latè accipiendo ad arithmeticam & astrologiam extendit. summas & computationes incidere frequenter in causas, quæ arithmetices beneficio sint explicandæ. Esse etiam & sæpe de terminis, mensuris, finibus & magnitudinibus controuersias: quare lineares illas formas tenendas esse. Porrò maiore geometriæ cum arte oratoria esse cognationem, propter ordinem vtrobique necessarium. nam quod in demõstrando faciant geometræ, vt ex prioribus probent insequentia, ex certis incerta: idem facere & oratores dicendo. hinc secundum plerosque cum dialectica maiorem habere affinitatem. Geometriæ vsum aliquem formis subiectis commonstrat: & formam quidem orbiculatem esse omnium capacissimam & perfectissimam, quadratam triãgulis esse perfectiorem, triangula æquis lateribus, inæqualibus: & hãc se tollere vsque ad rationem mundi: vnde numeris cognoscimus certos esse syderum constituõsque cursus: quod & ad oratorem pertinere subiectis exemplis probat.

Hæc

HAec de Grammatica, quàm breuissimè potui: non vt omnia dicerem, sectatus, quod infinitum erat: sed vt maximè necessaria: nunc de cæteris artibus, quibus instituendos prius quàm tradantur rhetori, pueros existimo, strictim subiungam, vt efficiatur orbis ille doctrinæ, quam Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Nam iisdē ferè annis aliarum quoque disciplinarum studia ingredienda sunt: quæ quia & ipsæ artes sunt, & * esse perfecta sine his orandi scientia non potest, nec rursus ad efficiendum oratorem satis valent solæ: an sint huic operi necessariæ, quæritur. Nam quid, inquiunt, ad agendam causam, dicendā ue sententiam pertinet, scire quemadmodum in data linea constituta triangula æquis lateribus possint? Aut quo melius vel defendet reū, vel reget consilia, qui citharæ sonos nominibus & spaciis distinxerit? Enumerent etiam fortasse multos quamlibet vtiles foro, qui nec geometrem audiuerint, nec musicos nisi hac communi voluptate aurium intelligant. Quibus ego primum hoc respondeo, quod & M. Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur, non eum à nobis institui oratorem, qui sit, aut fuerit: sed imaginem quandā concepisse nos animo perfecti illius, ex nulla parte cessantis. Nam & sapientem formantes eum, qui sit futurus consummatus vndique, & (vt dicunt) mortalis quidā deus, non modò cognitione cœlestium vel mortalium putant instituendum, sed per quædam parua sanè si ipsa denum æstimes, ducunt sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia Ceratinæ aut Crocodilinæ possint facere sapiētem, sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorem (qui debet esse sapiens) non geometres faciet, aut Musicus, quæq; his alia subiungam, sed hæ quoq; artes vt sit consummatus iuuabunt. Nisi fortè antidotum quidem,

* alias, & esse perfectæ sine or. sc. possunt, nec rurs. &c.

Politianus Miscel. c. 54. & 55.

quidem, atque alia quæ morbis aut vulneribus medentur, ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi videmus, quorum ex diuersis fit illa mistura vna, quæ nulli earum similis est quibus constat, sed proprias vires ex omnibus sumit: & muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi saporem, vario florum ac succorum genere perficiunt: nos mirabimur, si oratio, qua nihil præstantius homini dedit prouidentia, pluribus artibus eget: quæ etiam cum se non ostendunt in dicendo, nec proferunt, vim tamen occultam suggerūt, & tacitè quoque sentiūtur. Fuit aliquis sine his disertus: at ego oratorem volo. Non multum adiiciunt: sed æque non erit totū, cui vel parua deerunt: & optimum quidem hoc esse conueniet: cuius etiā si in arduo spes est, nos tamen præcipiamus omnia, vt saltem plura fiant. Sed cur deficiat animus? Natura enim perfectum oratorem esse non prohibet: turpiterque desperatur, quicquid fieri potest. Atq; ego vel iudicio veterum poteram esse contentus. Nam quis ignorat musicen (vt de hac primùm loquar) tantum iam illis antiquis temporibus non studij modò, verum etiā venerationis habuisse, vt ijdem musici, & vates & sapientes iudicarentur? mittam alios, Orpheus & Linus: quorum vtrūque diis genitum, alterum verò, quod rudes quoque atq; agrestes animos admiratione mulceret, nō feras modò, sed saxa etiā syluasq; duxisse, posteritatis memoriæ traditum est. Et Timagenes autor est, omnium in literis studiorum antiquissimā musicem extitisse: & testimonio sunt clarissimi poëtæ, apud quos inter regalia conuiuia laudes heroum ac deorū ad citharam canebantur. Iopas verò ille Virg. non ne.

-canit errantem Lunam, Solisque labores? & cætera.

Quibus certè palam confirmat autor eminentissimus, musicen

Cic. 3. de Oratore.

Cic. 3. de Orator. & Strabo. 1. de geogra. li. & 10.

Virg. eclo. 4. Hora. in art. Apud Home. Achilles, & Phemius. odyss. 1. Aeneid. 1. & eclog. 4.

muſicen cum diuinarum etiam rerum cognitione eſſe coniunctam. Quod ſi datur, erit etiam oratori neceſſaria. Siquidem (vt diximus) hæc quoque pars quæ ab oratoribus relicta, a philoſophis eſt occupata, noſtri operis fuit: ac ſine omnium talium ſcientia non poteſt eſſe perfecta eloquentia. Atque claros nomine ſapientiæ viros, nemo dubitauerit ſtudioſos muſices fuiſſe, quum Pythagoras, atque eum ſecuti, acceptam ſine dubio antiquitus opinionem, vulgauerint, mundum ipſum eius ratione eſſe compoſitum, quâ poſtea ſit lyra imitata. Nec illa modò contenti diſſimilium concordiam, quam vocant ἁρμονίαν, ſonum quoque his motibus dederunt. Nam Plato cum in aliis quibuſdam, tum præcipuè in Timæo, ne intelligi quidem niſi ab iis, qui hâc quoque partem diſciplinæ diligenter perceperint, poteſt. Quid de philoſophis loquor, quorum fons ipſe Socrates iam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat? Duces maximos & fidibus & tibiis cecinisſe traditum, & exercitus Lacedæmoniorum muſicis accenſos modis. Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua ac tubæ faciunt? quorum concentus quanto eſt vehementior, tanto Romana in bellis gloria cæteris præſtat. Non igitur fruſtra Plato ciuili viro, quem πολιτικὸν vocant, neceſſariam muſicen credidit. Et eius ſectæ, quæ aliis ſeuerißima, aliis aſperrima videtur, principes in hac fuere ſententia, vt exiſtimarent ſapientum aliquos nonnullam operam his ſtudiis accommodaturos. Lycurgus durißimarum Lacedæmoniis legum autor, muſices diſciplinam probauit. Atque eam natura ipſa videtur ad tolerandos facilius labores velut muneri nobis dediſſe. Siquidem & remiges cantus hortatur: nec ſolùm in iis operibus, in quibus plurium conatus præeunte aliqua iucunda voce conſpirat, ſed etiam ſingulorum fatigatio

Vide Macro. libr. 2. ſomnij Scipionis.

Cic. in Cato. Valer. lib. 2. ti. de inſtitut. antiqui. & Gell. libro 1. cap. 11.

Libr. 2. de legi. Stoicos intelligc.

fatigatio quamlibet se rudi modulatione solatur. Laudem adhuc dicere artis pulcherrimæ videor, nondum tamen eam oratori coniungere. Transeamus igitur id quoque, quòd grammatice quondam ac musice iunctæ fuerunt. Siquidem Architas atque Aristoxenus etiam subiectam grãmaticen musicæ putauerunt: & eosdem vtriusque rei præceptores fuisse, cum Sophron ostendit mimorum quidem scriptor, sed quem Plato adeò probauit, vt suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse credatur: tũ Eupolis, apud quem Prodamus & muscen & literas docet. Et Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire nisi literas confitetur. Aristophanes quoque non vno libro sic instituit pueros antiquitus solitos esse demonstrat. Et apud Menandrum in Hypobolimæo, senex reposcenti filiũ patri, velut rationem impendiorum quæ in educationem cõtulerat, opponens, psaltis se et geometris multa dicit dedisse. Vnde etiam ille mos, vt in conuiuiis post cœnam circumferretur lyra: cuius cum se imperitum Themistocles confessus esset, vt verbis Ciceronis vtar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoque Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoque Saliorum habent carmẽ. Quæ cum omnia sint à Numa rege instituta, faciunt manifestum, ne illis quidem qui rudes ac bellicosi videntur, curam musices, quantam illa recipiebat ætas, defuisse. Deniq; in prouerbium vsque Græcorum celebratum est, Indoctos à musis atque Gratijs abesse. Verùm quid ex ea propriè petat futurus orator, disseramus. Numeros musice duplices habet, in vocibus, et in corpore. vtriusque enim rei aptus quidam modus desideratur. Vocis rationem Aristoxenus musicus diuidit in ῥύθμον, & * μέλος ἔμμετρον: quorum alterum modulatione, alterum canore ac sonis constat.

Aristopha. in Nebu. In Ἱππεῦσι.

Tuscula. 1.

* Alij legunt, & μέλος, & μίτρον. Vide

Gell.lib. 16. ca. 18. & Boetium de Musica. libro 1.

Num igitur non hæc omnia oratori necessaria? quorum vnum ad gestum, alterum ad collocationem verborum, tertium ad flexus uocis, qui sunt in agendo quoque plurimum pertinet. Nisi forte in carminibus tantùm & canticis existimatur structura quædam & inoffensa copulatio uocum, agendo superuacua est? aut non compositio & sonus in oratione quoque varie pro rerum modo adhibetur, sicut in musice. Namque & voce & modulatione grandia elata iucunda dulciter, moderata leniter canit: totaq; arte consentit cum eorum quæ dicuntur, affectibus. Atqui in oratore quoque intentio vocis, remissio, flexus, pertinet ad mouendos audientiũ affectus: aliaq; & collocationis & vocis (vt eodem vtar verbo) modulatione concitationem iudicis, alia misericordiam petimus: cum etiã organis, quibus sermo exprimi non potest, affici animos in diuersum habitus sentiamus. Corporis quoque decens & aptus motus, quem dicitur εὐρυθμία est necessarius: nec aliunde peti potest. Lib. 11. in quo pars actionis non minima consistit: qua de re sepositus nobis est locus. Age, si habebit in primis curam uocis orator, quid tam Musices proprium? Sed ne hæc quidem præsumenda pars est: ut vno interim contenti simus exemplo C. Gracchi præcipui suorum temporum oratoris, Cic. 3. de Oratore. & Gell. lib. 1. cap. 11. concionanti consistens post eum musicus, fistula quam τονόριον vocant, modos quibus deberet intendi, ministrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones, vel timenti optimates uel iam timenti fuit. Libet propter quosdam imperitiores, etiam crassiore, vt vocant, musa, dubitationem huius utilitatis eximere. Nam poëtas certè legendos oratori futuro cõcesserint: num igitur hi sine musice? At si quis tam cæcus animi est, vt de alijs dubitet: illi certè, qui carmina ad lyram composuerunt. Hæc diutius scire

quor rent dicenda, si hoc studium velut nouũ præciperem. Cum
um, te verò antiquitus vsque à Chirone atque Achille ad nostra
plurim empora apud omnes, qui modò legitimam disciplinam nõ
icis ex int perosi, durauerit, non est committendum vt illa du-
ocum bia faciam defensionis solicitudine. Quamuis autem satis
onus iam ex ipsis quibus sum modò usus exemplis, credam es-
, sicu se manifestum, quæ mihi, & quatenus musice placeat:
ia ela apertius tamen profitendum puto, non hanc à me præcipi,
te co quæ nunc in scenis effœminata, & impudicis modis fra-
n ora cta, non ex parte minima, siquid in nobis virilis roboris
t ad m manebat, excîdit: sed qua laudes fortium canebantur,
& vo quaq; & ipsi fortes canebant, nec psalteria & spadicas,
iudic etiam virginibus probis recusanda: sed cognitionem ra-
bus se tionis, quæ ad mouendos leniendosq; affectus plurimum Cælius lib. 5. cap. 23.
habitu valet. Nam & Pythagoram accepimus, concitatos ad uim
us, q pudicæ domui afferendam iuuenes, iussa mutare in Spon-
i pote deum modos tibicina, composuisse: & Chrysippus etiam Boetius in proœmio de musica.
re sep nutricum quæ adhibentur infantibus, allectationi, suum
m uo quoddam carmen assignat. Est etiam non inerudite ad de-
quid clamandũ ficta materia, in qua ponitur tibicen qui sacrifi De harmoniis multa Athenæus lib. 14.
us ex canti Phrygiũ cecinerat, actoillo in insaniam, & per præ-
ris, c cipitia delato, accusari, quòd causa mortis extiterit. quæ
t qua si dici debet ab oratore, nec dici citra scientiam musices
, min potest, quomodo non hanc quoque artem necessariam esse
vel te operi nostro vel iniqui consentiant? In geometria partem
r quæ fatentur esse vtilem teneris ætatibus. agitari nanque ani-
usa, d mos, atque acui ingenia, & celeritatem percipiendi ve-
erte h nire inde, concedunt: sed prodesse eã non vt cæteras arteis,
e mus cum perceptæ sint, sed cũ discatur, existimant. Id vulgaris
t: ille opinio est. Nec sine causa summi uiri etiã impensam huic Arithmeticen sub Geome-
tius so scientiæ operam dederunt. Nam quũ sit geometria diuisa
re

ria cõprehendit, vt paulò pòst astrologiã

in numeros atque formas: numerorum quidem notitia oratori modò, sed cuicunque primis saltem literis erudito necessaria est. In causis verò vel frequentissimè versari let: in quibus actor non dico si circa summas trepidat, digitorum saltem incerto aut indecoro gestu à computo ne dissentit, iudicatur indoctus. Illa verò linearis ratio, ipsa quidem cadit frequenter in causas: nam de termi mensurisq; sunt lites: sed habet maiorem quandam cum arte oratoria cognationẽ. Iam primum ordo est metriæ necessarius: nonne & eloquentiæ? Ex prior geometria probat insequentia, & certis incerta: nonn in dicendo facimus? Quid? illa propositarum quæstion conclusio, non tota ferè constat syllogismis? propter plures inuenias qui dialecticæ similem, quàm qui rhet cæ fateantur hanc artem. Verùm & orator, etiam si r nõ tamen nunquã probabit dialecticè. Nã & syllogis si res poscet, vtetur: & certè enthymemate, qui rhetori est syllogismus. Denique probationum quæ sunt potent

Aristote. in poster. analyticis

simæ, γραμμικὴ ἀποδείξεις vulgò dicuntur. Quid aut magis oratio quàm probationem petit? Falsa quoque r similia, geometria ratione deprehendit. Fit hoc & in meris per quasdam quas ψευδογραφίας vocant: quib pueri ludere solebamus. Sed alia maiora sunt. Nã quis ita proponenti credat: Quorum locorum extremæ lin eandem mensuram colligunt, eorum spatium quoque q his lineis continetur, par sit necesse est? At id falsum Nã plurimum refert cuius sit formæ ille circuitus: repr henſiq; a geometris sunt historici qui magnitudines ins larum satis significari nauigationis ambitu credider Nam vt quæque forma perfectissima, ita capacissima Ideóque illa circumcurrens linea si efficiet orbem, q

form

forma est in planis maximè perfecta, amplius spatium complectetur, quam si quadratum paribus oris efficiat. Rursus quadrata triangulis, triãgula ipsa plus æquis lateribus quam inæqualibus. Sed alia forsitan obscuriora: nos facillimum etiam imperitis sequamur experimentum. Iugeri mensuram, ducentos & quadringenta longitudinis pedes esse, dimidióque in latitudinem patere, non ferè quisquam est qui ignoret: & qui sit circuitus, & quantum campi claudat, colligere expeditum. At centeni & octogeni in quanque partem pedes, idem spatium extremitatis, sed multo amplius * diuisæ quatuor lineis areæ faciunt. Id si computare quem piget, breuioribus numeris idem discat. nam deni in quadram pedes: quadraginta per oram, intra centum erunt. At si quinideni per latera, quini in fronte sint: ex illo quod amplectitur, quartam deducent eodem circunductu. Si verò porrecti virique vndeuiceni singulis distent, non plures intus quadratos habebunt, quam per quot longitudo ducetur: quæ circumibit autem linea, eiusdem spatij erit cuius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit. Ergo etiam id fieri potest, vt maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. Hoc in planis. Nam in collibus vallibusque etiam imperito patet plus soli esse quam cœli. Quid quòd se eadem geometria tollit ad rationem vsque mundi? in qua cum siderum certos constitutósque cursus numeris docet, discimus nihil esse inordinatum atque fortuitum: quod ipsum nonnunquam pertinere ad oratorem potest. An vero cum Pericles Athenienses Solis obscuratione territos, redditis eius rei causis, metu liberauit: aut cum Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de Lunæ defectione disse-

* clausæ.

Plutar. in vitâ Periclis. Plin. lib. 2. c. 12. Valer. lib. 8. c. 11.

ruit, ne velut prodigio diuinitus facto militum animi tu
rerentur, non videtur esse vsus oratoris officio? Qui ne
Thucy.lib.7 Plutar.in uitâ Dionis, & Marcelli. *Nicias in Sicilia sciisset, non eodem confusus metu* t e
cherrimum Athenienſium exercitum perdidiſſet: ſicut I qu
cum ad deſtruendam Dionyſij tyrannidem venit: non ac
tali caſu deterritus. Sint exempla licet uſus bellici, tra qu
eamusq; quòd Archimedes vnus obſidionem Syracuſan pl
in longius traxit: illud vtique iam proprium eſt ad q ex
ciendum quod intendimus, plurimas quæſtiones, quar ea
difficilior alia ratione explicato eſt, vt de ratione d do
dendi, de ſectione in infinitum, de celeritate augendi, de
nearibus illis probationibus ſolui ſolere: vt ſi eſt ora en
Ca de materia Rhetorices. *(quod proximus demonſtabit liber) de omnibus rebus* di
cendum, nullo modo ſine geometria eſſe poſſit orator. fi
p
la
c
il
r
n
t
b
t

De prima pronuntiationis & geſtus inſtitutione.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Comœdo & palæſtritæ operam aliquam propter pronũtiation geſtum, & motum, dandam cenſet. Non quia puerum fœmineæ v exilitate frangi, aut ſeniliter tremere, aut ebrietatis effingere vitia corporis cura mentem obruere oporteat, ſed vt eorum imitatio oris vitia emendet: geſtum & motum quantum oratoris grauitas ſtulat componat: quomodo narrandum, qua ſit autoritate ſuadend quidque ſingulis partibus agendum, diſcat. Ad quę omnia plurim profututum ſit, ſi electa ex grauibus orationibus ediſcere, & ſtan dicere, & quemadmodum agere oporteat, cogatur.

DAndum aliquid comœdo quoque, dum eatenus, q pronuntiandi ſcientiam futurus orator deſider Non enim puerum quem in hoc inſtituimus, aut fœmin vocis exilitate frangi volo, aut ſeniliter tremere. N vitia ebrietatis effingat, nec ſeruili vernilitate imbu

tur

tur: nec amoris, auaritiæ, metus discat affectum: quæ neque oratori sunt necessaria, & mentem præcipuè in ætate prima teneram adhuc & rudem inficiunt. Nam frequens imitatio transit in mores. Ne gestus quidem omnis ac motus a comœdis petendus est. Quanquã enim vtrunque eorum ad quendam modum præstare debet orator: plurimum tamen aberit a scenico, nec vultu nec manu nec excursionibus nimius. Nam siqua in his ars est dicentium, ea prima est, ne ars esse videatur. Quod est igitur in his doctoris officium? In primis vitia siqua sunt oris, emendet: vt expressa sint verba, vt suis quæque literæ sonis enuntientur. Quarundam enim vel exilitate vel pinguedine nimia laboramus: quasdam velut acriores parum efficimus, & alijs non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe ϱ literæ, qua Demosthenes quoque laborauit, λ succedit: quarum vis est apud nos quoque. Et cum c ac similiter t non ualuerunt, in g ac d molliuntur. Ne illas quidem circa ſ literam delicias hic magister feret: nec verba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare: nec, quod minimè sermoni puro conueniat, simplicè uocis naturã pleniore quodã sono circunlinire, quod Græci κατατεπλασμένον dicunt. Sic appellatur cantus tibiarum, quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt. Curabit etiã ne extremæ syllabæ intercidant, vt par sibi sermo sit: vt quoties exclamandum erit, laterum conatus sit ille, non capitis: vt gestus ad uocem, vultus ad gestum accommodetur. Obseruandum erit etiam, vt recta sit facies dicentis: ne labra distorqueantur: ne immodicus hiatus rictum distẽdat: ne supinus vultus, ne deiecti in terrã oculi, ne inclinata vtrolibet ceruix. Nã frõs pluribus generibus peccat.

Cælius lib. 7. c. 12.
Cicer. 1. de Oratore.
Vide Halicar. in arte.

Vidi multos quorum supercilia ad singulos vocis cona
alleuarentur, aliorum constricta: aliorum etiam dissidẽ
cum altero in verticem tenderent, altero penè oculus
premeretur. Infinitum autem, vt mox dicemus, in his q
Lib. 11. cap. de pronũtiatione. que rebus momentum est. Et nihil potest placere, quod
decet. Debet etiam docere comœdus quomodo narrand
qua sit autoritate suadendum: qua concitatione consur
ira, qui flexus deceat miserationem. Quod ita optime
ciet, si certos ex comœdijs elegerit locos, et ad hoc max
idoneos, id est actionibus similes. Iidem autem non ad p
nuntiandum modò vtilissimi, verùm ad augendam quo
eloquentiam maximè accommodati erunt. Et hæc, dum
firma ætas maiora nõ capiet. Cæterùm cum legere ora
nes oportebit, cum virtutes earum iam sentiet, tum
diligens aliquis ac peritus assistat: neque solùm lecti
formet, verumetiã edisce electa ex his cogat, & ea dicẽ
stantem clarè, & quemadmodum agere oportebit vt pse
pronuntiationem. tinus pronuntiatione vocem & memoriam exerceat.
illos quidem reprehendendos putem, qui paulum etiam
læstricis vacauerint. Non de his loquor, quibus pars vit
oleo, pars in vino consumitur, qui corporis cura men
obruerunt (hos enim abesse ab eo quem instituimus, qu
longissimè velim) sed nomen est idẽ ijs a quibus gestus
tusq; formãtur: vt recta sint brachia, ne indoctæ rustic
manus, ne status indecorus, nequa in proferendis pedi
inscitia, ne caput oculiq; ab alia corporis inclinatione d
sideant. Nam nec hoc esse in parte pronuntiationis neg
uerit quisquam, nec ipsam pronuntiationem ab orato
secernet. Et certè quod facere oportet, non indignandu
est discere, cùm præsertim hæc chironomia, quæ est
nomine ipso declaratur (lex gestus, & ab illis tempori

heroic

*heroicis orta sit, & a summis Græciæ viris, & ab ipso etiam Socrate probata, a Platone quoque in parte ciuilium posita virtutum, & a Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis non omissa. Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque vtilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Neque id veteribus Romanis dedecori fuit: argumentum est, sacerdotum nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio: & illa in tertio Ciceronis de oratore libro verba Crassi, quibus præcepit vt orator vtatur laterum * inclinatione forti ac virili, non a scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palestra: cuius etiam disciplinæ vsus in nostram vsque ætatem sine reprehensione descendit. A me tamen nec vltra pueriles annos retinebitur, nec in his ipsis diu. Neque enim gestum oratoris componi ad similitudinem saltationis volo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, vnde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.*

Odyss. 3. & 8. Ilia. 17. Lib. 1. de Rep. & de legib. 7. Pyrrhichen.

Saliorum.

*Inflexione. habet Cic.

An plura eodem tempore doceri prima ætas possit.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Refellit eorum sententiam, qui artes de quibus egit hoc primo libro, eodem tempore tradi vetabãt. Quod oportere probat similibus, ab agricolis, citharœdis, & oratoribus. Efficientibus, à natura puerorum, priusquam obdurescunt, aut laboris iudicium colligerunt maximè docili, & laborum patientissima. Id probat effectis, quòd breuissimo tempore sine cuiusquam opera rectissimè omnia loqui consuescant, quod nouitiis seruis vix tota vita contingit: quódque nullo labore discursationibus & reptationibus vnquam defatigentur. Postremò Platonis exemplo, cuius bono ingenio prædito ea omnia inesse posse contendit.

QVæri solet, an etiam si discenda sint hæc, eodem te
pore tamen tradi omnia & percipi possint. Neg
enim quidam, quia confundatur animus ac fatigetur
disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens,
corpus, nec dies ipse sufficiat: & si maximè patiatur
ætas robustior, tamen pueriles annos onerari non op
teat. Sed non satis perspiciunt quantum natura hum
ingenij valeat: quæ ita est agilis & velox, sic in omn
partem, vt ita dixerim, spectat, vt ne possit quidem
quid agere tantùm vnum: in plura vero, non eodem
modò, sed eodem temporis momento vim suam imp
dat. An verò citharœdi non simul & memoriæ, & so
vocis, & pluribus flexibus seruiunt, cùm interim al
neruos dextra *percutiunt, alios læua trahunt, contin
probant, ne pes quidem ociosus, certam legem tempor
seruat, & hæc pariter omnia? Quidnos agendi subita
cessitate deprehensi, nonne alia dicimus, alia prouidem
cùm pariter inuentio rerum, electio verborum, compo
tio gestus, pronuntiatio, vultus, motusque desiderent
Quæ si velut sub vno conatu tam diuersa parent simul, p
non pluribus horis diuersa partiamur, cùm præsertim
ficiat animos ac reparet varietas ipsa, contrahique sit a
quanto difficilius in labore vno perseuerare? Ideoque
stylus lectione requiescit, & ipsius lectionis tædiũ vici
leuatur. Quanlibet multa egerimus, quodam tamen mo
recentes sumus ad id quod incipimus. Quis non obtu
possit, si per totum diem cuiuscunque artis vnum mag
strum ferat? Mutatione recreabitur: sicut in cibis, quor
diuersitate reficitur stomachus, & pluribus minore fa
dio alitur. Aut dicant isti mihi, quæ sit alia ratio disce
Si grammatico soli deseruiamus, deinde geometræ ta

*percurrunt.

Varietas suauissima.

tu

tum? omittamus interim quod didicimus, mox transeamus ad musicum, excidant priora? & quum Latinis studebimus literis, non respiciamus ad Græcas? &, vt semel finiam, nihil faciamus nisi nouissimum? Cur non idem suademus agricolis, ne arua simul & vineta, & oleas & arbustum colãt? ne pratis & pecoribus, & hortis & aluearibus accommodent curam? Cur ipsi aliquid forensibus negotiis, aliquid desideriis amicorum, aliquid rationibus domesticis, aliquid curæ corporis, nonnihil voluptatibus quotidie damus? quarum nos vna res quælibet nihil intermittentes fatiget. Adeò facilius est multa facere, quam diu. Illud quidem minimè verendum est, ne laborem studiorum pueri difficilius tolerent. neque enim vlla ætas minus fatigatur. Mirum sit forsitan, sed experimentis deprehendas. Nam & dociliora sunt ingenia priusquam obduruerunt. Id vel hoc argumento patet, quòd intra biennium quam verba rectè formare potuerunt, quamuis nullo instante, omnia fere loquuntur: at nouitiis nostris, per quot annos sermo Latinus repugnat? Magis scias, si quem iam robustum instituere literis cœperis, non sine causa dici πολυμαθεῖς eos, qui in sua quidque arte optimè faciant. Et patientior est laboris natura pueris quam iuuenibus. Videlicet vt corpora infantium nec casus quo in terram toties deferuntur, tam grauiter affligit, nec illa per manus & genua reptatio, nec post breue tempus continui lusus, & totius diei discursus, quia pondus illis abest, nec se ipsi grauant: sic animi quoque, credo, quia minore conatu mouentur, nec suo nisu studiis insistunt, sed formandos se tantummodo præstant, non similiter fatigantur. Præterea secundum aliam ætatis illius facilitatem, velut simplicius docentcis sequuntur, nec

quæ

quæ iam egerint, metiuntur. Abest illis etiam adhuc libo-
ris iudicium. Porrò, vt frequenter experti sumus, mim-
afficit sensus fatigatio, quam cogitatio. Sed ne tempori
quidem vnquam plus erit: quia his ætatibus omnis in a-
diendo profectus est. Cum ad stylum secedet, cum genera-
bit ipse aliquid atque componet, tum inchoare hæc studi-
vel non vacabit, vel non libebit. Ergo cum grammatica
totum diem occupare non possit, nec debeat, ne discenti
animum tædio auertat: quibus potius studiis hæc tempo-
rum velut subsidia donabimus? Nam nec ego consumi stu-
dentem in his artibus volo: nec vt moduletur, aut musica
modis cantica excipiat, nec vtique ad minutissima geome-
triæ opera descendat. Non comœdum in pronuntiando
nec saltatorem in gestu facio: quæ si omnia exigerem, sup-
peditabat tamen tempus. Longa est enim quæ discit ætas,
& ego non de tardis ingentis loquor. Denique cur in his
omnibus, quæ discenda oratori futuro puto, eminuit Pla-
to? qui non contentus disciplinis quas præstare poterat
Athenæ, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauiga-
uerat: Aegypti quoque sacerdotes adiit, atque eorum ar-
cana perdidicit. Difficultatis patrocinia præteximus se-
gnitiæ. Neque enim nobis operis amor est: nec quia sit ho-
nesta, atque pulcherrima rerum eloquentia, petitur ipsa,
sed ad vilem vsum & sordidum luerum accingimur. Di-
cant sine his in foro multi, & acquirant, dum sit locuple-
tior aliquis sordidæ mercis negotiator, & plus voci suæ
debeat præco: ne velim quidem lectorem dari mihi, qui
studia referant computaturum. Qui verò imaginem ipsam
eloquentiæ diuina quadam mente conceperit, quique illam (vt ait non ignobilis tragicus *) reginam rerum ora-

Plato.
Cic. 4. Tusc. & 5. Finium.

* Euripides in Hecuba, vnde

tionem

tionem ponet ante oculos, fructúmque non ex stipe ad-
uocationum, sed ex animo suo, & contemplatione ac
scientia petet, perpetuum illum, nec fortunæ subiectum,
facilè persuadebit sibi, vt tempora quæ spectaculis, campo,
tesseris, ociosis denique sermonibus, ne dicam somno, &
conuiuiorum mora conterunt, geometræ potius ac mu-
sico impendat, quanto plus delectationis habiturus, quam
ex illis ineruditis voluptatibus? Dedit enim hoc prouiden-
tia hominibus munus, vt honesta magis iuuarent. Sed nos
hæc ipsa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo de
studiis, quibus antequam maiora capiat, puer
instituendus est: proximus liber velut
nouum sumet exordium, &
ad rhetoris officia
transibit.

*

& Pacuuius apud No. Marcel. transtulit. vide Cice. 2. de Orat. cir. medium.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER SECVNDVS.

Quando sit rhetori tradendus puer. CAP. I.

ARGVMENTVM.

Agitat hoc capite tria, Quando rhetori tradendus sit puer, quou
que grammatici professio extendatur, vnde rhetoris inchoet. Pri
quæ præcipua est, ex aliis pendet rhetori tradendum esse puerum n
net quando per iustam eruditionem poterit. neque enim ætatis h
bendam rationem. Id aute.n verè æstimari non posse, nisi rhetoris
grammatici professiones suis terminis circunscribantur, & quasi ce
sit cancellis includantur. Et grammaticum quidem suæ art
appellatione, quæ intra literas consistit, assumptis poëtarum & h
storicorum viribus, contentum esse debere. Rhetorem etiam prim
suæ artis opuscula, vt sunt narrationes, laudes, vituperationes, loc
communes, non oportere detrectare, quamuis consuetudo, huius a
ignauia aut fastu, vel illius temeritate licentiâque diuersum obtinu
rit: quæ si locum habeat, rhetore tardius: sin minus, eodem citius opu
fore, etiam cùm grammaticis puer operam dabit: neque enim in
commodum esse vt eodem tempore grammatico & rhetori diuerti
horis det operam puer, quòd horum quisque rectius suas partes ob
turus sit.

TENVIT *consuetudo, quæ quotidie magis inualescit, vt præceptoribus eloquentiæ, Latinis quidem semper, sed etiam Græcis interim, discipuli serius quàm ratio postulat, traderentur. Eius rei duplex est causa: quòd & rhetores vtique nostri suas partes omiserunt, & grammatici aliena occupauerunt. Nam & illi declamare modò, & scientiam declamandi ac facultatem tradere, officij sui ducunt, idque intra deliberatiuas iudicialesque materias: nam cætera vt professione sua minora despiciunt: & hi non satis credunt*

credunt excepisse quæ relicta erant (quo nomine gratia quoque his est habenda) sed ad prosopopœias vsque, & ad suasorias, in quibus onus dicendi vel maximum est, irrumpunt. Hinc ergo accidit, vt quæ alterius artis prima erant opera, facta sint alterius nouissima: & ætas altioribus iam disciplinis debita, in schola minore subsideat, ac rhetoricem apud grammaticos exerceat. Ita, quod est maximè ridiculum, non antè ad declamandi magistrum mittendus videtur puer, quàm declamare iam sciat. Nos suum cuique professioni modum demus. Et grammatice (quam in Latinum transferentes, literaturam vocauerunt) fines suos norit, præsertim tãtum ab hac appellationis suæ paupertate, intra quam primi illi constitére, prouecta. Nam tenuis à fonte, assumptis poëtarum historicorúmque viribus, pleno iam satis alueo fluit: cum præter rationem rectè loquendi, non parùm alioqui copiosam, propè omnium maximarum artium scientiam amplexa sit. Et rhetorice, cui nomen vis eloquẽdi dedit, officia sua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinentem ad se laborẽ: quæ dum operæ cedit, iam penè possessione depulsa est. Nec inficiabor, ex iis aliquem qui grammaticen profitentur, eousque sciẽtiæ progredi posse, vt ad hæc quoq; tradenda sufficiat: sed cum id aget, rhetoris officio fungetur, non suo. Nos porrò quærimus, quando iis quæ rhetorice præcipit, percipiendis puer maturus esse videatur. In quo quidem non id est æstimandum, cuius quisque sit ætatis, sed quantum in studiis iã effecerit. Et ne diutius differam quando sit rhetori tradendus, sic optimè finiri credo, cùm poterit. Sed hoc ipsum ex superiore pendet quæstione. Nam si grammatices munus vsque ad suasorias (* quæ sunt apud rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi) prorogatur, tardius rhetore opus

Cicero in Oratore.

* Hæc paréthesis nõ est in vetustis codicib. scriptis.

re opus est. Si rhetor primò operis sui officia non recusa à narrationibus statim, & laudandi vituperandique opu sculis cura eius desideratur. An ignoramus antiquis ho fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, v theses dicerent, & communes locos, & cætera circa com plexum rerum personarúmque, quibus veræ fictæq; con trouersiæ continentur? Ex quo palàm est quàm turpite deserat eam partem rhetorices institutio, quam & pri mam habuit, & diu solam. Quid autem est ex iis de quibu supra dixi, quod non tum in alia quæ sunt rhetorum pro pria, tum certè in illud iudiciale causse genus incidat? An non in foro narrandum est? qua in parte nescio an sit vi plurimum. Non laus ac vituperatio certaminibus illis fre quenter inseritur? Non communes loci? siue qui sunt in vi tia directi, quales legimus à Cicerone compositos: se quibus quæstiones generaliter tractantur, quales sun editi à Quinto quoque Hortensio: vt, sitne paruis argu mentis credendum, & pro testibus, & in testes, in medii litium medullis versantur. Arma sunt hæc quodammodo præparanda semper, vt his, cùm res poscet, vtaris. Qua qui pertinere ad oratorem non putabit, is ne statuam quidem inchoari credet, cùm eius membra fundentur. Neque hanc (vt aliqui putabunt) festinationem meam sic quis quam calumnietur, tanquam eum qui sit rhetori tradendus, abducendum protinus a Grammaticis putem. Dabuntur illis tum quoque tempora sua: neque erit verendum, ne binis præceptoribus oneretur puer. Non enim crescet, sed diuidetur qui sub vno miscebatur labor: & erit sui quis que operis magister vtilior: quod adhuc obtinent Græci, a Latinis omissum est: & fieri videtur excusatè, quia sunt qui labori isti successerunt.

Vt in paradoxis.

De

De moribus & officiis præceptoris.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Eligendum esse thetorices præceptorem maxima cura, sanctissimis præditum moribus, & omnibus quæ illam professionem deceant officiis insignem: quia pueri tum adulti ferocientes, & iam ad libidinem procliviores facti, grauitate & sanctitate docentis in officio continueri debent. Officia connumerat. Inuehitur in puerorum petulantiam, & assurgendi exultandique aliis declamantibus licentiam, quos ex præceptoris vultu & iudicio pendere oportebat. Postremò pueros ab adolescentibus separandos censet, ne ab illis ad vitia illecti, & ante tempus corrumpi queant.

ERgo cum ad eas in studiis vires peruenerit puer, vt quæ prima esse præcepta rhetorum diximus, mente consequi possit, tradendus eius artis magistris erit. Quorũ in primis inspici mores oportebit. Quod ego non idcirco potissimùm in hac parte tractare sum aggressus, quia non in cæteris quoque doctoribus idem hoc examinandũ quam diligentissimè putem, sicut testatus sum libro priore: sed quod magis necessariam eius rei mentionem facit ætas ipsa discentium. Cap. 1. & 2.

Nam & adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos iuuenes etiam facti perseuerant: ideoque maior adhibenda tum cura est: vt & teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis cistodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Neque verò satis est summam præstare abstinentiam, nisi disciplinæ seueritate conuenientium quoque ad se mores adstrinxerit. Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum à quibus sibi liberi traduntur, existimet. Ipse nec habeat vitia, nec ferat. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas: ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sit sermo. Nam quò sæpius monuerit, hòc ra-

Præceptoris officia & mores.

rius castigabit. Minimè iracundus: nec tamen eorum quæ emendanda erunt, dissimulator, simplex in docendo, patiēs laboris, assiduus potius quàm immodicus. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes percontetur ultro. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus: quia res altera tædium laboris, altera securitatem parit. In emendando quæ corrigenda erunt, non acerbus, minimeq; contumelios⁹. nam id quidem multos à proposito studendi fugat, quòd quidam sic obiurgat, quasi oderint. Ipse aliquid, imò multa quotidie dicat, quæ secum audita referant. Licet enim satis exemplorū ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viua illa, vt dicitur, vox alit plenius, præcipuèq; præceptoris, quem discipuli, si modò rectè sunt instituti, & amant, & verentur. Vix autem dici potest, quanto libentius imitemur eos quibus fauemus. Minimè verò permittenda pueris, vt sit apud plerosque, assurgendi exultandiq; in laudando licentia: quin etiam iuuenum modicum esse, cùm audiēt, testimonium debet. Ita fiet, vt ex iudicio præceptoris discipulus pendeat, atque id se dixisse rectè, quod ab eo probabitur, credat. Illa verò uitiosissima, quæ iam humanitas vocatur, inuicem qualiacunque laudandi, cùm est indecora & theatralis, & seuerè institutis scholis aliena, tum studiorum perniciosissima hostis. Superuacua enim videtur cura, ac labor, probata, quicquid effuderint, laude. Vultum igitur præceptoris intueri tam qui audiunt, debent, quam ipse qui dicit. Ita enim probanda atque improbanda discernet: sic styli facultas continget, auditioni iudicium. At nunc proni atque succincti ad omnem clausulam nō exurgunt modò, verumetiam excurrunt, & cum indecora exultatione concla-mant. Id mutuum est, & ibi declamationis fortuna. Hinc tumor

tumor & vana de se persuasio, usque adeò, vt illo condiscipulorum tumultu inflati, si parum a præceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant. Sed se quoque præceptores intente ac modeste audiri velint. Non enim iudicio discipulorũ dicere debet magister, sed discipuli magistri. Quin, si fieri potest, intendendus animus in hoc quoque, vt perspiciat quæ quisque & quomodo laudet: & placere quæ bene dicet, non suo magis quàm eorum nomine delectetur, qui rectè iudicabunt.

Pueros adolescentibus sedere permistos, non placet mihi. Nam etiamsi vir talis, qualem esse oportet studijs moribusq; præpositum, modestam habere potest etiam iuuentutem, tamen vel infirmitas a robustioribus separanda est: & carendum non solum crimine turpitudinis, verumetiam suspicione. Hæc notanda breuiter existimaui. Nam vt absit ab vltimis vitijs ipse præceptor, ac schola, ne præcipiendum quidem credo. Ac si quis est qui flagitia manifesta in deligendo filij præceptore non vitet, iam hinc sciat cætera quoque quæ ad vtilitatem iuuentutis componere conamur, esse sibi hac parte omissa superuacua.

Cæsaris apophthegma.

An protinus præceptore optimo sit vtendum. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Refellit eorum opinionem qui puerum eminentissimo statim tradendum negabant, sed mediocri committendum, his argumentis persuasi, quòd & minores illi sufficerent docendis mediocribus, quodque eminentes ad minora sese demittere nollent. Sufficere minores non posse probat, cum illi non minus, sed peius, & dedocenda doceant. Id Timothei musici exemplo confirmat. Optimum uerò quenque non fastidire hanc curam, quia per initia ad summam tendendum esse intelligat, rationemque & viam maximè compendiariam noscat, per quam ad eloquentiam peruenerit. Inde aliquas obiectiones soluit, & quo pacto prudens & probus præceptor se ad mensuram discentis submittat, & magna perspicuitate, quæ prima sit eloquentiæ virtus, vtatur, commemorat.

NE illorum quidem persuasio silentio transeunda est, qui etiam cum idoneos rhetori pueros putauerunt, non tamen continuò tradendos eminentissimo credunt, sed apud minores aliquandiu detinẽt: tanquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas præceptoris, cum ad intellectum atque imitationem facilior, tum ad suscipiendas elementorum molestias minus superba. Qua in re mihi nõ arbitror diu laborandum, vt ostendam quanto sit melius optimis imbui, quantaq; in eluendis quæ semel insederint vitiis, difficultas consequatur: cum geminatũ onus succedẽtes premat, & quidẽ dedocendi grauius ac prius quam docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum, seruntur duplices ab ijs quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur. Error tamen est in re duplex. Vnus, quod interim sufficere illos minores existimant: & bono sane stomacho contenti sunt. Qua quanquam & ipsa reprehensione digna securitas, tamen esset vtcunque tolerabilis, si eiusmodi præceptores minus docerent, non peius. Alter, ille etiam frequentior, quod eos qui ampliorem dicendi facultatem sunt consecuti, non putant ad minora descendere: idq; interim fieri, quia fastidiũt præstare hanc inferioribus curam: interim, quia omnino non possint. Ego porrò eum qui nolit, in numero præcipientium non habeo: posse autem maximè, si velit, optimum quenque contendo. Primùm, quod eum qui eloquentia ceteris præstet, illa quoque per quæ ad eloquentiam peruenitur, diligẽtissimè percepisse credibile est: Deinde, quia plurimũ in præcipiendo valet ratio, quæ doctissimo cuiq; plenissima est: Postremò, quia nemo sic in maioribus eminet vt eũ minora deficiant. Nisi forte Ioue quidẽ Phidias optime fecit, illa autem quæ in ornamentũ operis eius accedũt alius

*Duplices, pro duplo maiores.

Vide Pausaniam Heliacôn primo.

alius melius elaborasset: aut orator loqui nesciet: aut leuiores morbos curare non poterit medicus præstantissimus. Quid ergo? non est quædã eloquentia maior quam vt eam intellectu consequi puerilis infirmitas possit? Ego verò cõfiteor sed hunc disertũ præceptorem, prudentem quoq;, & non ignarum docendi esse oportebit, submittentem se ad mensurã dicentis: vt velocissimus quisque si fortè iter cum paruulo faciat, det manum, & gradum suum minuat, nec procedat vltrà quam comes possit. Quid si plerunque accidit vt faciliora sint ad intelligendum, et lucidiora multo, quæ a doctissimo quoque dicuntur? Nam & prima est eloquentiæ virtus, perspicuitas, & quò quisque ingenio minus valet, hòc se magis attollere & dilatare conatur: vt statura breues, in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur: Nam tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo nõ virium, sed infirmitatis uitio laborare: vt corpora non robore, sed valetudine inflantur: & recto itinere lapsi, plerunque diuertunt. Erit ergo obscurior etiam quo quisque deterior. Nõ excidit mihi, scripsisse me in libro priore, cũ potiorem in scholis eruditionem esse quam domi dicerem, libẽtius se prima studia teneros q; profectus ad imitationem condiscipulorum, quæ facilior esset, erigere. quod a quibusdam sic accipi potest, tanquam hæc, quam nunc tueor, sententia, priori diuersa sit. Id à me procul aberit. nanque ea causa vel maxima est cur optimo cuique præceptori sit tradendus puer, quòd apud eum discipuli quoque melius instituti, aut dicent quod inutile non sit imitari: aut siquid errauerint, statim corrigentur: at indoctus ille etiam probabit fortasse vitiosa, & placere audientibus iudicio suo coget. Dabit ergo tam eloquentia quam moribus præstantissimus, Cap. 1. Ilia 9. & Cic. 1. de Orato.

qui ad Phœnicis Homerici exẽplũ dicere ac facere doceat.

De primis apud rhetorem exercitationibus. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Primas apud rhetorem exercitationes aggreditur: narrationis, præter eam quæ propria causſarum eſt, quam in librum quartum differt, tres ſpecies facit, fabulã, argumentum, & hiſtoriam: hanc apud rhetorem ſtatim tractandam puero proponit: nam poëticas quæ fabuloſæ ſunt grammaticis addixit: eamque vult eſſe non ieiunam & aridam, ſed ſplendentem: nec rurſus ſinuoſam, aut poëtica licentia laſciuientem. Quorum vtrunque cum vitioſum ſit, minus tamen eſſe copiæ quàm inopiæ vitium. In paruis etiam copiam illam redundantẽ maximè probandam: quia cum ſterilia nullo labore uincantur, facile temedium ſit vbertatis. Eam ob rem magiſtrum aridum, & ex ſeſe nil niſi maciem & infirmitatem gignentem in primis euitandum. Atque obiter quæ ratio ſit emendandi quæ à pueris conſcripta ſunt, præſcribit: nempe nimia ſeueritate non eſſe ad deſperationem & diffidẽtiam redigẽdos, ſed mediocri laude, & dictatis interdum totis fere materiis quas illi mirentur, & tanquam ſuas amẽt, excitandos, nec ferendam in illis extemporalem ſine cogitatione garrulitatem, quam plurima incommoda conſequantur. Narrationibus confirmationes & confutationes ſubiungit, rerum non ſolùm à poëtis, verumetiam ex ipſis annalium monumentis petitarum. Laudes clarorum hominum ac vituperationes, ſimplices primum, deinde comparatas annectit: ex quibus incredibilem manare vtilitatem oſtendit. Hinc theſes ex rerũ comparatione, vt viri militaris ſit ne maior gloria quàm iuriſperiti. Deinde locos cõmunes in vitia citra complexum perſonarum: alios item de teſtibus & argumentis non minus ad forenſes actiones pertinentes: quibus qui velut emblematis nulla cognitione rerum inſtructi ad omnem occaſionem vtuntur, vehementer improbat. Admiſcet exercitationes quæ præparant ad coniecturales cauſſas: vt cum quæritur cur armata apud Lacedæmonios Venus. Atque vltimo loco legum tractandarum rationem ad laudem aut vituperationem, ad ſuaſionẽ, aut accuſationem pro conſuetudine & iure ciuitatum, & quicquid circa has refelli aut aſtrui poſſit (quòd genus propter difficultatem exercitationes omnes ſuperet) diligenter exequitur.

HInc iam quas primas in docendo partes rhetorum putem, tradere incipiã: dilata parumper illa quæ ſola vulgò vocatur, arte rhetorica. Ac mihi opportunus maximè videtur ingreſſus ab eo cuius aliquid ſimile apud grammaticos puer didicerit. Et quia narrationum, excepta quæ

in

in causis vtimur, tres accipimus species: fabulam, quæ versatur in tragœdijs atque carminibus, non à veritate modò, sed etiam a forma veritatis remotam: argumentum, quod falsum, sed vero simile comœdiæ fingunt: historiam, in qua est gestæ rei expositio: grammaticis autem poëticas dedimus: apud rhetorem initium sit historia, tanto robustior, quanto verior. Sed narrandi quidem quæ nobis optima ratio videatur, tum demonstrabimus, cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud satis est, vt sit ea neque arida prosus atque ieiuna: (nam quid opus erat tantum studijs laborem impendere, si res nudas atque inornatas indicare satis videretur?) neque rursus sinuosa, & accersitis descriptionibus, in quas plerique imitatione poëticæ licentiæ ducuntur, lasciua. Vitium utrunque: peius tamen illud quod ex inopia, quam quod ex copia venit. Nam in pueris oratio perfecta nec exigi nec sperari potest: melior autem est indoles læta, generosique conatus, & vel plura iusto concipiens interim spiritus. Nec unquam me in his discētis annis offendat si quid superfuerit. Quin ipsis doctoribus hoc esse curæ velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum molius alant, & satiari velut quodam iucundioris disciplinæ lacte patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas adstringat. Hinc spes roboris. Maciem nanque & infirmitatem in posterum mirari solet protinus omnibus membris expressus infans. Audeat hæc ætas plura, & inueniat, & inuentis gaudeat, sin licet illa non satis interim sicca & seuera. Facile remedium est vberitatis, sterilia nullo labore vincūtur. Illa mihi in pueris natura nimium spei dabit, in qua ingenium iudicio præsumitur. Materiam esse primum volo vel abundantiorē, atq; vltra quam oporteat fusam. Multū inde

Cic. Rhet. 1.

Lib. 1. cap. 4.

Libro 4.

decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut ip
ipso deteretur, sic modò vnde excidi possit, & quod ex
culpi. erit autem, si non ab initio tenuem nimium lamin
2. de Orat. duxerimus, & quam cælatura altior rumpat. Quod me
his ætatibus sentire minus mirabitur qui apud Ciceron
legerit, Volo enim se efferat in adolescente fœcundita
Quapropter in primis euitandus, & in pueris precipu
magister aridus non minus quam teneris adhuc plan
ficcum & sine humore vllo solum. Inde fiunt humiles ja
tim, & velut terram spectantes, qui nihil supra quotidia
num sermonẽ attollere audeant. Macies illis pro sanita
& iudicij loco infirmitas est: & dum satis putant vi
carere, in id ipsum incidunt vitium, quòd virtutibus ca
rent. Quare mihi ne maturitas quidem ipsa festinet, ne
musta in lacu statim austera sint: sic & annos ferent, q
uetustate proficient. Ne illud quidem quod admoneam
indignum est, ingenia puerorum nimia interim emẽdatio
nis seueritate deficere. nam & desperant, & dolent, q
nouissimè oderunt: &, quod maximè nocet, dum omni
Virg. Geor. 2. timent, nihil conantur. Quod etiam rusticis notum es
qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem
quia reformidare ferrum uidentur, & cicatricem nondum
pati posse. Iucundus ergo tum maximè debet esse præce
ptor, ut remedia, quæ alioqui natura sunt aspera, mol
manu leniantur: laudare aliqua, ferre quædam, mutare
etiam, reddita cur id fiat ratione: illuminare, interpo
nendo aliquid sui. Nonnunquam hoc quoque erit utile,
totas ipsum dictare materias, quas & imitetur puer, q
interim tanquam suas amet. At si tam negligens ei stylus
fuerit, vt emendationem non recipiat: expertus sum pro
desse, quoties eandem materiam rursus a me tractatã, scri
bere de integro iuberem: posse enim eum adhuc melius

quatenus nullo magis studia quam spe gaudent. Aliter autem alia ætas emendanda est, & pro modo virium exigendum & corrigendum opus. Solebam ego dicere pueris aliquid ausis licentius aut lætius laudare illud me ad huc uenturum tempus quo idem non permitterem. ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallebantur. Sed ut eo reuertar, unde sum egressus: Narrationes stylo componi quanta maxima possit adhibita diligentia volo. Nam ut primò cùm sermo instituitur, dicere quæ audierint, utile est pueris ad loquendi facultatem, ideóque & retro agere expositionem, & à medio in utranque partem discurrere sanè meritò cogantur: sed ad præceptoris gremium, & dum aliud non possunt, & dum res ac verba connectere incipiunt, ut protinus memoriam firment: ita cum iam formam rectæ atque emendatæ orationis accipient, extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix surgendi mora, circulatoriæ verè iactationis est. Hinc parentum imperitorum inane gaudium, ipsis verò contemptus operis, & inuerecunda frons, & consuetudo pessimè dicendi, & malorum exercitatio, & quæ magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogans de se persuasio innascitur. Erit suum parandæ facultati tempus, nec à nobis negligenter locus iste transibitur. Interim satis est si puer omni cura, & summo quantum ætas illa capit, labore, aliquid probabile scripserit: in hoc assuescat, huius rei naturam sibi faciat. Ille demum in id quod quærimus, aut ei proximum poterit euadere qui ante discet rectè dicere, quam citò. Narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas quod ἀναςκευὴ & κατασκευὴ uocantur. Id porrò non tantum in fabulosis et carmine traditis fieri potest: verumetiã in ipsis an-

Lib. 10. cap. 7

nalium monumentis: vt si quæratur an sit credibile supra

Liuius dec. 1. libr. 7. *caput Valerij pugnantis sedisse eorum, qui os oculosq*

Gel.lib.9. ca.11. *hostis Galli rostro atque alis cuerberaret: sit in vtranq*

Gel.libr.7.ca.1. Liu.dec.3.lib.6. & dec.1.lib.10. *partem ingens ad dicendum materia. vt de serpente q*

Scipio traditur genitus, & lupa Romuli, & Aegeria Nu

mæ. Nam Græcis historiis plerunque poëticæ similis

licentia. Sæpe etiam quæri solet de tempore, de loco, q

gestares dicitur. Nonnunquam de persona quoque, si

Liuius frequentissime dubitat, & alij ab aliis historici di

sentiunt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, la

dare claros viros, & vituperare improbos: quod non sim

plicis vtilitatis opus est. Nanque & ingenium exercet

multiplici variáque materia, & animus contemplation

recti pravique formatur, & multa inde cognitio rerum

venit: exemplisque, quæ sunt in omni genere caussarum

potentissima, iam tum instruitur, cum res poscet vsum

Hinc illa quoque exercitatio subit comparationis, vt

melior, vterue deterior: quæ quanquam versatur in rati

ne simili, tamen & duplicat materiam, & virtutum viti

rumque non tantum naturam, sed etiam modum tract

Verum de ordine laudis, contráque, quoniam tertia hi

Libro 3. *rhetorices pars est, præcipiemus suo tempore. Communes*

loci (de iis loquor quibus extra personas in ipsa vitia re

ris est perorare, vt in adulterum, aleatorem, petulantem

ex mediis sunt iudiciis, & si reum adiicias, accusationi

quanquam hi quoque ab illo generali tractatu ad quæsti

deduci species solent, vt si ponatur adulter cæcus, aleato

pauper, petulans senex. Habent autem nonnunquam et

defensionem. Nam & pro luxuria, & pro amore dicitu

& leno interim pæraſitusque defenditur: sic vt non hom

ni patrocinemur, sed crimini. Theses autem quæ summ

tur

tur ex rerum comparatione, vt rusticáne vita an vrbana potior, iurisperiti an militaris viri laus maior, mirè sunt ad exercitationem dicendi speciosæ atque vberes: quæ vel ad suadendi officium, vel etiam ad iudicium disceptationemque iuuant plurimum. Nam posterior ex prædictis locus, in caussa Murænæ copiosissime à Cicerone tractatur. Sunt & illæ penè totæ ad deliberatiuum pertinentes genus, ducendáne vxor, petendine sint magistratus. Nanque hæ personis modò adiectis suasoriæ erunt. Solebant præceptores mei, neque inutili, & nobis etiam iucundo genere exercitationis, præparare nos coniecturalibus caussis cum quærere atque exequi iuberent, cur armata apud Lacedæmonios Venus: & quid ita crederetur Cupido puer, ac volucer, & sagittis ac face armatus, & similia: in quibus scrutabamur voluntatem, cuius in controuersiis frequens quæstio est: quod genus chriæ videri potest. Nam locos quidem, quales sunt de testib. sempérne his credendum: & de argumentis, an habenda etiam paruis fides: adeò manifestum est ad forenses actiones pertinere, vt quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus, scriptos eos, memoriæque diligentissime mandatos, in promptu habuerint, vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Quo quidem (nec enim eius rei iudicium differre sustineo) summam videbantur mihi infirmitatem de se confiteri. Nam quid hi possint in caussis quarum varia ac noua semper est facies, proprium inuenire, quomodo propositis ex parte diuersa respondere, altercationibus velociter occurrere, testem rogare, qui etiam in iis quæ sunt communia, & in plurimis caussis tractantur, vulgatissimos sensus verbis nisi tanto antè præparatis, prosequi nequeant? Necesse est his, cum eadem indiciis

Auson. sect. 1. Lactantius de falsa religion. libr. 1. capit. 11. Proper. libr. 11.

diciis pluribus dicunt, aut fastidium moueant, velut frigidi & repositi cibi: aut pudorem deprehensa toties audientium memoria infelix supellex: quæ, sicut apud pauperes ambitiosos, pluribus & diuersis officiis conteratur: cum eo quidem, quòd vix vllus est tam communis locus, qui possit choærere, cum causa, nisi aliquo propriæ quæstionis vinculo copulatus: appareátque eam non tam insertum, quam applicitum, vel quòd dissimilis est cæteris, vel quòd plerunque assumi etiam parum aptè solet, non quia desideratur, sed quia paratus est: vt quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcessunt, cum ex locis debeat nasci sententia. Ita sunt autem speciosa hæc & vtilia, si oriuntur ex causa. Cæterùm quamlibet pulchra locutio, nisi ad victoriam tendit, vtique superuacua, sed interim etiam contraria est. Verum hactenus euagari satis fuerit. Legum laus & vituperatio iam maiores ac propè summis operibus suffectura vires desiderant: quæ quidem suasoris magis an controuersiis accommodata sit exercitatio

Vide Demost. in orat. περὶ παρ. ἔπους, καὶ καθ' τιμοκράτης.

cõsuetudine & iure ciuitatum differt. Apud Græcos enim lator earum ad iudicem vocabatur: Romanis pro concione suadere ac dissuadere moris fuit. Vtroque autem modo pauca de his, & ferè certa dicuntur. Nam genera sunt tria, sacri, publici, priuati iuris. Quæ diuisio ad eandem magis spectat, si quis eam per gradus augeat, quòd lex, quòd publica, quòd ad religionem deùm comparata sit. Ea quidem de quibus quæri solet, communia omnibus. An

Suet. in Cæsa. & Cic. in ora. pro domo sua.

enim de iure dubitari potest eius qui rogat, vt de P. Clodii, qui non rite creatus tribunus arguebatur: Aut de ipsius rogationis, quod est varium, siue non primo forte nundinum promulgata, siue non idoneo die, siue contra intercessiones, vel auspicia, aliudue quid quod legitimè obstet, dicitur lata esse?

* Vide Macrobium libro 1. Saturn. cap. 15.

lata esse vel ferri, siue alicui manentium legum repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes non pertinent. Nam sunt hæ citra complexum personarum, temporum, caussarum. Reliqua eadem ferè vero fictóque certamine huiusmodi tractantur. Nam vitium aut in verbis est, aut in rebus. In verbis quæritur, an satis significent, an sit in his aliquid ambiguum. In rebus, an lex sibi ipsa consentiat, an in populum ferri debeat, an in singulos homines. Maximè verò commune est quærere, an sit honesta, an vtilis. Nec ignoro, plures fieri a plerisque partes: sed nos iustum, pium, religiosum, cæteráque his similia, honesto complectimur. Iusti tamen species non simpliciter excuti solet. Aut enim de re ipsa quæritur, vt dignáne pœna vel præmio sit: Aut de modo præmij, pœnæue, qui tam maior quam minor culpari potest. Vtilitas quoque interim natura discernitur, interim tempore. Quædam an obtineri possint, ambigi solet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi solere, cum exemplum rei vtriusque nobis claris orationibus præbeatur. Nec me fallit eas quoque leges esse, quæ non in perpetuum rogentur, sed de honoribus aut imperiis, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est. Sed de his nihil hoc loco præcipi potest. Constant enim propria rerum de quibus agitur, non communi qualitate. His ferè veteres facultatem dicendi exercuerunt, assumpta tamen a dialecticis argumentandi ratione. Nam fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Græcos dicere, circa Demetrium Phalereá institutum ferè constat. An ab ipso id genus exercitationis sit inuentum (vt alio quoque libro sum confessus) parum comperi: sed ne ij quidem qui hoc fortißime affirmant, vllo satis idoneo auctore

Cic. in ora. pro lege agraria.

Demosthenis & Aeschinis.

tore nituntur. Latinos verò dicendi præceptores ex-

Libro 3. de Oratore. *mis L. Crassi temporibus cœpisse, Cicero autor est: q-*
rum insignis maximè Plotius fuit.

De lectione oratorum & historicorum apud rhetorem.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Profuturum discipulis plurimum ait, si rhetor eos historiæ a-
etiam magis orationum lectione instruxerit. Atque hoc loco e-
sit rhetoris officium docet, nempe silentio facto vnum aliquem
vices constituere lectorem, in quo virtutes demonstrare, vel, si in-
cidat, vitia possit, vt reliqui protinus pronuntiationi quoque a-
scantium diligenter partes omnes orationis, earum vim & pro-
tatem excutere: ne quid maneat intactum. quid elocutionis inuer-
nisue proprium, quæ prudentia diuidendi, quæ subtilitas argu-
tandi: sæpe frequenter etiam suos interrogare, & eorum iudicium exp-
Fore etiam vtile, si corruptæ & vitiosæ orationes pueris non qu-
ad imitationem, sed vt vitari vitia facilius queant, proponantur.
que interim prohibet vt vel ipse præceptor declamet, vel suos de-
mationibus exerceat: verum multo plus collaturum discipulis, si
operam in grauium hominum orationibus posuerit. Et quia per-
losum est sine delectu quemuis in manum sumere, optimos quo-
& candidissimos, suaui copia & perspicuitate amabiles, quales Ci-
& Liuius, eligendos censet. Atque autorum genera duo esse cau-
horridum vnum, & iam oblitera- æ illius antiquitatis. alterum
licentiæ lenociniis sine grauitate lasciuiens. Solidis tamen & in-
mis ingeniis in vtrisque versari permittit, vt ex illis virile quid
ex his flosculos & nitorem detergendo rudis seculi squalori a
colligere possint.

Cap. 11. infrà. SEd de ratione declamandi pòst paulò: interim, quid
ma rhetorices rudimenta tractamus, non omittem-
videtur id quoque vt moneam, quantum sit collatur-
profectum discentium rhetor, si quemadmodum à gr-
maticis exigitur poëtarum enarratio, ita ipse quoq-
storiæ, atque etiam magis orationum lectione susce-
se discipulos instruxerit: quod nos in paucis quorũ id-
exig-

exigebat, & parentes vtile esse crediderant, seruauimus. Cæterùm sentientibus iam tum optima, duæ res impedimento fuerunt, quòd & longa consuetudo aliter docēdi fecerat legem, & robusti ferè iuuenes, nec hunc laborem desiderantes, exemplum nostrum sequebantur. Nec tamen etiam si quid noui vel serò inuenissem, præcipere in posterum pudoret. Nunc verò scio id fieri apud Græcos, sed magis per adiutores: quia non videntur tempora sufficturi, si legentibus singulis præire semper ipsi velint. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, vt facilè atque distincte pueri scripta oculis sequantur etiam illa quæ vim cuiusque verbi si quod minus vsitatum incidat, docet, multū infra rhetoris officium existimanda est. At demonstrare virtutes, vel, siquando ita incidat, vitia: id professionis eius atque promissi, qui se magistrum eloquentiæ pollicetur, maximè proprium est: eo quidem validius, quod non vtique hunc laborem docentium postulo, vt ad gremium reuocatis, cuius quisque eorum velit libri lectioni deseruiant. Nam mihi cum facilius, tum etiam multo magis videtur vtile, facto silentio vnum aliquem (quod ipsum imperari per vices optimum est) constituere lectorem, vt protinus pronuntiationi quoque assuescant: tum expositæ caussa in quam scripta legetur oratio (nam sic clarius quæ dicentur, intelligi poterunt) nihil ociosum pati, quódque in inuentione, quódque in elocutione annotandum erit: quæ in procœmio conciliandi iudicis ratio: quæ narrandi lux, breuitas, fides: quod aliquando consilium, & quam occulta calliditas. Nanque ea sola in hoc ars est, quæ intelligi nisi ab artifice non possit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quam subtilis & crebra argumentatio: quibus viribus inspiret, qua iucunditate permulceat: quanta in

ta in maledictis asperitas, in iocis vrbanitas. vt denique pro
minetur in affectibus, atque in pectora irrumpat, aper
múmque iudicium similem ijs quæ dicit, efficiat. Tum in fu
tione eloquendi, quod verbum proprium, ornatum, sub
me: vbi amplificatio laudanda, quæ virtus ei contra lo
quid speciose translatum, quæ figura verborum, quæ nil
& quadrata: sed virilis tamen compositio. Ne id qui ver
inutile, etiam corruptas aliquando & vitiosas oratio dit
quas tamen plerique iudiciorum prauitate mirantur, ne
palam pueris, ostendique in his quam multa impro ras
obscura, tumida, humilia, sordida, lasciua, effœminata, eti
quæ non laudantur modò à pleriſque, sed (quod peius mo
propter hoc ipsum quòd sunt praua, laudantur. Nam mi
mo rectus, & secundum naturam enuntiatus, nihil ha cer
ex ingenio videtur: illa verò quæ vtcunque deflexa ri,
tanquam exquisitiora miramur: non aliter quam dis cip
tis, & quocúque modo prodigiosis corporibus apud in
dam maius est pretium, quam iis quæ nihil ex comm ad
habitus bonis perdiderunt: atque etiam qui specie cap tu
tur, vulsis, læuatisque, & inustas comas acu comenti eo
& non suo colore nitidis, plus esse formæ putant, q lin
possit tribuere incorrupta natura: vt pulchritudo cor his
ris venire videatur ex malis moribus. Nec solum hæc la
debebit docere præceptor, sed frequenter interrogare, iu
iudicium discipulorum experiri. Sic audientibus secun Pr
aberit, nec quæ dicentur, perfluent aures: simúlque a mo
perducentur, quod ex hoc quæritur, vt inueniant ipsi mu
intelligant. Nam quid aliud agimus docendo eos, quos Vi
semper docendi sint? Hoc diligentiæ genus aussim di Gr
plus collaturum discentibus, quam omnes omnium ar du
quæ iuuant sine dubio multum: sed latiore quadam ne
pro

prehensione, per omnes quidem species rerum quotidie pene nascentium ire qui possunt? Sicut de re militari quamquam sunt tradita quædam præcepta communia, magis tamen proderit scire, qua ducum quisque ratione, in quali loco, tempore, sit vsus sapienter, aut contrà. Nam in omnibus ferè minus valent præcepta, quam experimẽta. An verò declamabit quidem præceptor, vt sit exemplo suis auditoribus, non plus contulerint lecti Cicero ac Demosthenes? Corrigetur palam siquid in declamãdo discipulus erraverit: non potentius erit emendare orationem? quinimo etiam iucundius. Aliena enim vitia quisque reprehendi mauult, quam sua. Nec deerant plura quæ dicerem: sed neminem hæc vtilitas fugit: atque vtinam tam non pigeat facere istud, quam non displicebit. Quod si potuerit obtineri, non ita difficilis supererit quæstio, qui legendi sint incipientibus. Nam quidam illos minores, quia facilior eorũ intellectus videbatur, probauerunt: alij floridius genus, vt ad alenda primarum ætatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem & statim, & semper, sed tamen eorum candidissimum quenque, & maximè expositum ueli m: vt Liuium à pueris magis quàm Sallustium: & hic historiæ maioris est autor: ad quem tamen intelligendum iam profectu opus sit. Cicero, vt mihi quidem videtur, & iucundus incipientibus quoque & apertus est satis: nec prodesse tantum, sed etiam amari potest, tum (quemadmodum Liuius præcipit) vt quisque erit Ciceroni simillimus. Duo autem genera maximè cauenda pueris puto: Vnum, ne quis eos, antiquitatis nimius admirator, in Gracchorum, Catonisque, & aliorum similium lectione durescere velit. Fient enim horridi atque ieiuni. Nam neque uim eorum adhuc intellectu consequentur: & elo-

In epist. ad Filium: cuius meminit libr. 10. cap. 1.

cutione, quæ tum sine dubio erat optima, sed nostris temporibus aliena, contenti, quod est pessimum, similes magnis viris videbuntur. Alterum, quod huic diuersum ne recētis huius lasciuiæ floscul is capti, voluptate quadam praua deliniantur, vt prædulce illud genus, & puerilibus ingenijs hoc gratius, quo propius est, adament. Firmet autem iudicijs, iamq; extra periculum positis, suasserim & antiquos legere, ex quibus si assumatur solida ac virilis ingenij vis, detersa rudis seculi squalore, tum nitidior hic cultus clarius enitescet: & nouos, quibus & ipsis videbitur virtus adest. Nec enim nos tarditatis natura damnauit, sed dicendi mutauimus genus, & vltrà nobis, quàm oportebat indulsimus. ita non tā ingenio illi nos superarūt, quàm proposito. Multa ergo *oportebit eligere: sed curandum erit, ne iis quibus permista sunt, inquinentur. Quos *semper. verò etiam quos totos imitari oportebit, & fuisse nonnunquam & nunc esse quidem, libenter non concesserim modò, verumetiam contenderim. Sed hi qui sint, non cuiusquam pronuntiare. Tutius circa priores vel erratur: ideoq; nouorum distuli lectionē, ne imitatio iudicium antecedat.

*licebit.

De diuisione. CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Qua ratione pueri adueram compositionem & plenā styli facultatem à præceptoribus perducendi sint, docet. Et primum duplicem ostendit viā à diuersis usu receptam: vnā, qua materias quas discendabant in summa capita partitas, latius dicendo prosequebantur argumentis affectibusq; implebant: Alteram, qua eadem singulas proponere contenti, post declamationem in quo quisque errasset ostendebant, quarum si separandę sint, priorem tubiectis rationibus longè commodiorem esse probat. Vtranque rationem miscendam docet, & primùm materias velut præformatas tradere secundum cuiusque vires, deinde cum profectu breuia quæ lā signare vestigia Postmò suis eos permittere uiribus, autium exemplo, suos pullos ad volatum ita paulatim instituentium.

FVit etiam in hoc diuersum præcipiẽtium propositum, quòd eorum quidam materias quas discipulis ad dicendum dabant, non contenti diuisione dirigere, latius dicendo prosequebantur: nec solùm probationibus implebant, sed etiam affectibus. Alij cùm primas modò lineas duxissent, post declamationes, quid omississet quisque tractabant: quosdam verò locos non minore cura, quam cùm ad dicendum ipsi surgerent, excolebant. Vtile vtrunque: & ideo neutrum ab altero separo: sed si facere tantum alterum necesse sit, plus proderit demonstrasse rectam proposuinus viam, quam reuocare ab errore iam lapsos. Primum, quia emendationem auribus modò accipiunt, diuisionem verò ad cogitationem etiam & stylum perferunt: deinde, quòd libẽtius præcipientem audiunt, quam reprehendentem. Siqui verò paulò sunt viuaciores, in his præsertim moribus, etiam irascuntur admonitioni, & taciti repugnant. Nec ideo tamẽ minus uitia aperte coarguenda sunt. Habenda enim ratio cæterorum, qui recta esse quæ præceptor non emendauerit, credent. Vtraque autem ratio suscipienda est, & ita tractanda, vt ipsæ res postulabunt. Tanque incipientibus danda erit velut præformata materia secundum cuiusque vires. At cùm satis composuisse se ad exemplum videbuntur, breuia quædam demonstrantis vestigia: quæ persecuti, iam suis uiribus sine admiculo progredi possint. Nonnunquam credi sibi eos oportebit: ne mala consuetudine semper alienum laborem quærendi, nihil per se conari & quærere sciant. Quòd si quæ prudenter dicenda viderint, iam prope consumata fuerit præcipientis opera. Si quid errauerint adducent, erunt ad ducem reducendi. Cui rei simile quiddam nascentes aues cernimus, quæ teneris infirmisque fœtibus

cibos ore suo collatos partiuntur: at cum visi sunt adulti paulum egredi nidis, & circumuolare sedem illam pra cedentes ipsæ docent: tum expertas vires, libero cœl suæq; ipsorum fiduciæ permittunt.

De ediscendo. CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Consuetudinem sui temporis improbat, qua pueri quæ scribeba omnia ediscebant & declamabant. Id quemadmodum aliquãdo p mittere non inutile, maximè cum aliquid politius & limatius scrip rint, ita longè utilius electos ex claris autoribus locos ediscere, & i operam in illis ponere censet, quod argumentis subiectis probat.

ILlud ex consuetudine mutandũ prorsus existimo in de quibus nunc disserimus ætatibus, ne omnia quæ sc pserint, ediscant, & certa, vt moris est, die dicant: qu quidem maximè patres exigunt: atque ita demum studi liberos suos, si quam frequentissimè declamauerint, e dunt: cùm profectus præcipuè diligentia constet. Nam scribere pueros, plurimúmque esse in hoc opere plane lim: sic ediscere electos ex orationibus vel historiis, alii quo genere dignorum ea cura voluminum locos, multo gis suadeam. Nam & exercebitur acrius memoria, alie complectendo, quam sua: & qui erunt in difficiliore hu generis labore versati, sine molestia, quæ ipsi compos runt, iã familiarius animo suo affigent, & assuescent op mis, semperq; habebunt intra se, quod imitentur: etiam sentientes, formam orationis illam quam mente pen acceperint, expriment. Abundabunt autem copia ver rum opportunorum, & compositione, ac figuris iam non q sitis, sed sponte & ex repositio velut thesauro se offere bus. Accedit his & iucunda in sermone bene a quoq; di rum relatio, & in causis vtilis. Nam & plus autoritati ferunt ea quæ non præsentis gratia litis sunt compar.

& laudem sæpe maiorem, quam si nostra sint, conciliant. Aliquando tamen permittendum, quæ ipsi scripserint, dicere, vt laboris sui fructum etiam ex illa quæ maximè petitur laude, plurimum capiant. Verùm id quoque tum fieri oportebit, cùm aliquid commodius elimauerint: vt eo velut præmio studij sui donentur, ac se meruisse vt dicerent, gaudeant.

An secundum sui quisque ingenij docendus sit naturam.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Discrimina ingeniorum nosse, & quo quenque natura ferat: & hinc quèque maximè qui imbecillo est ingenio, secundum uim naturámque ingenij sui docere, primam boni præceptoris uirtutem esse dicit, liberaliore autem ingenio præditum, quem oratorem fieri posse speramus, per omnia quæ oratorem perficiunt, exercendum &, versandum, pancratiastæ exemplo, & phonasci, qui non uno aliquo suarum artium aut certaminum genere, reliquis omissis, contenti in omnibus excellere studeat.

VIrtus præceptoris haberi solet, nec immeritò, diligenter in ijs quos erudiendos susceperit, notare discrimina ingeniorum, & quò quèque natura maximè ferat scire. Nam est in hoc incredibilis quædam varietas: nec pauciores animorum penè quam corporum formæ. Quod intelligi etiam ex ipsis oratoribus potest qui tantum inter se distant genere dicendi, vt nemo sit alteri similis: quamuis plurimi se ad eorum quos probabant, imitationem composuerint. Vtile deinde plerisque visum est ita quenque instituere, vt propria naturæ bona doctrina fouerent, & in id potissimum ingenia quò tenderent, adiuuarentur: vt si quis palæstræ peritus, cùm in aliquod plenum pueris gymnasium uenerit, expertus eorum omnimodo corpus, animumq;, discernat cui quisque certamini sit præparãdus: ita

Cicer. de opt. dicendi genere, & de clar. oratoribus.

præceptorem eloquentiæ, cum ſagaciter fuerit intu
cuius ingenium preſſo limatoq; genere dicendi, cuius a
graui, dulci, aſpero, nitido, vrbano maxime gaud
ita ſe commodaturum ſingulis, vt in eo quo quiſque e
net, prouehatur: quòd & adiuta cura natura magis e
leſcat: & qui in diuerſa ducatur, nec in ijs quibus m
aptus eſt, ſatis poſſit efficere: & ea in quæ natus vide
deſerendo faciat infirmiora. Quod mihi (libera enim
contra receptas perſuaſiones rationem ſequenti, ſent
tia eſt) in parte verum videtur. Nam proprietates in
niorum diſpicere prorſus neceſſarium eſt. In his quo
certum ſtudiorum facere delectum nemo diſſuaſerit. Nã
erit alius hiſtoriæ magis idoneus, alius compoſitus ad
men, alius vtilis ſtudio iuris, vt nonnulli rus fortaſſe mi
di. Sic diſcernet hæc dicendi magiſter, quo modo palæſ
cus ille curſorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, a
ve quid ex ijs quæ ſunt ſacrorum certaminum. Verũ
qui foro deſtinabitur, non in vnam partem aliquam,
in omnia quæ ſunt eius operis, etiam ſiqua difficiliora
ſcenti videbuntur, elaborandum eſt. Nam & omnino
peruacua erat doctrina, ſi natura ſufficeret. An ſiquis
genio corruptus ac tumidus, vt plerique ſunt, incideri
in hoc cum tre patiemur: aridum atque ieiunum non a
mus, & quaſi veſtiemus? Nam ſi quædam detrahere nec
ſarium eſt, cur non ſit adijcere conceſſum? Neque ego co
tra naturam pugno. Non enim deſerendum id bonum,
quod ingenitum eſt, exiſtimo, ſed augendum, addendum
quod ceſſat. An uerò clariſſimus ille præceptor Iſocra
quem non magis libri bene dixiſſe, quam diſcipuli bene d
cuiſſe teſtantur, cùm de Ephoro atque Theopompo ſic
dicaret, vt alteri frænis, alteri calcaribus opus eſſe dicere

aut ill

De his Ariſtotel. libr. 1. rhet. & Cælius libr. 7. cap. 31. antiquitat.

Cic. 3. de Ora.

aut illo lentiore tarditatem, aut in hoc penè præcipiti cõ-
itationem adiuuandam docendo existimauit, cùm alterum
alterius natura miscendum arbitraretur? Imbecillis tamen
ingenijs sanè sic obsequendum sit, vt tantùm in id quo uo-
at natura, ducantur. Ita enim quod solum possunt, melius
ficient. Si verò liberalior * natura contigerit, & in qua *materia
meritò ad spem oratoris simus aggressi, nulla dicendi vir-
us omittenda est. Nam licet sit aliquam in partem pronior
et necesse est cæteris tamen non repugnabit, atque ea cura
aria faciet ijs in quibus eminebat: sicut ille (ne ab eodem
exemplo recedamus) exercendi corpora peritus, non si do-
cendum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce
tantum, aut nexus modò, atque in his certos aliquos do-
cebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis. Erit qui ex his
aliqua non posit? In id maximè quod poterit incũbet. Nam
sunt hæc duo vitanda prorsus: Vnum ne tentes quod effici
non possit. Alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in
aliud cui minus est idoneus, transferas. At si fuerit qui do-
cebitur, ille quem adolescentes senem vidimus, Nicostra-
tus, omnibus in eo docẽdi partibus similiter vtetur: efficiẽt-
que illum, qualis hic fuit, luctando, pugnandoq; (quorum
vtroque certamine iisdem diebus coronabatur) inuictum.
Et quanto id magis oratoris futuri magistro prouidendum
erit? Non enim satis est dicere presse tantùm, aut subtili-
ter, aut asperè: non magis quam phonasco acutis tantum,
aut medijs, aut grauibus sonis, aut horum etiam particulis
excellere. Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est,
nisi ab imo ad summũ omnibus intenta neruis consentiat.

De officio discipulorum. CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Quia parum profuerit docere nisi discipuli se præbeãt dociles: quo
acto id heri possit, demonstrat, nimirum si pietatem in præceptores
exerceant, & eos tanquam animorum parentes colant amentque.

PLura de officis docentium locutus, discipulos id vn
interim moneo, vt præceptores suos non minus qu
ipsa studia ament: & parentes esse non quidem corpor
sed mentium credant. Multum hæc pietas confert stu
nam ita & libenter audient, & dictis credent, & esse si
les concupiscent: in ipsos denique cœtus scholarum
& alacres conuenient, emendati non irascentur, lau
gaudebunt. vt sint charissimi, studio merebuntur. Nam
illorum officium est docere, sic horum præbere se doc
alioqui neutrum sine altero sufficiet. Et sicut hominis
tus ex vtroque gignentium confertur, & frustra spa
ris semina, nisi illa præmollitus fouerit sulcus: ita eloqu
tia coalescere nequit, nisi sociata tradentis accipient
concordia.

De vtilitate & ratione declamandi.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Præexercitationes hactenus traditæ sunt, & orationum memb
reliquis sciunctis: nunc corpus ipsum, declamationes iudiciales &
sorias, ultimum rhetoris munus aggreditur: & primum eas ab
litate commendat: deinde formam depingit, ostenditque qui
earum proprium, nempe vt ueris actionibus sint quàm simili
quamuis plusculum nitoris assumere permittantur. Inuehitur in
tiam atque insciriam declamatorum: & quatenus poëtica thes
pertractãda iuuenibus permitti oporteat statuit, nempe ut vberia
xuriantes crescant, & eloquentiæ uires maiores adiiciant.

IN his primis operibus, quæ non ipsa parua sunt,
maiorum quasi membra atque partes, bene institut
satis exercitato, iam fere tempus appetet aggrediendi s
sorias iudicialesq; materias: quarum antequam viam
gredior, pauca mihi de ipsa declamandi ratione dice
sunt: quæ quidem vt ex omnibus nouissimè inuẽta, ita m
to est vtilissima. Nam & cuncta illa de quibus diximus

sc

se serè continet, & veritati proximam imaginem reddit: ideoq; ita est celebrata, vt pleriſque uideretur ad formandam eloquentiam vel sola sufficere. Neque enim virtus vlla perpetuæ duntaxat orationis reperiri potest, quæ non sit cum hac discendi meditatione communis. Eò quidem res ista culpa docentium recidit, vt inter præcipuas quæ corrumperent eloquentiam causſas, licentia atque inscitia declamantium fuerit. Sed eo quod natura bonum est, bene vti licet. Sint ergo & ipsæ materiæ quæ fingentur, quam simillimæ ueritati: & declamatio inquantum maxime potest, imitetur eas actiones in quarum exercitationem reperta est. Nã magos & pestilentiam, & responſa, & sæuiores tragicis nouercas, aliaq; magis adhuc fabuloſa, fruſtra inter ſponſiones & interdicta quæremus. Quid ergo? Nun quam hæc ſupra fidem, & poëtica (ut uerè dixerim) themata, iuuenibus pertractare permittemus, vt expatientur, & gaudeant materia, & quaſi* in corpus etiam? Erat optimum, ſed certè ſint grandia & tumida, non ſtulta etiam, & acrioribus oculis intuenti ridicula: ac ſi iam cedendum eſt, impleat ſe declamator aliquando, dum ſciat, vt quadrupedes cum viridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur, & ſic ad cibos viribus conſeruandis idoneos redeunt: ita ſibi quoque tenuandas adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus ac robuſtus volet. Alioqui tumor ille inanis primo cuiuſque veri operis conatu deprehendetur. Totum autem declamandi opus qui diuerſum omnino à forenſibus cauſsis exiſtimant, ij profectò ne rationẽ quidem qua iſta exercitatio inuenta ſit, peruident. Nã ſi foro non præparat: aut ſcenicæ oſtentationi, aut furioſæ vociferationi ſimillimũ eſt. Quid enim attinet iudicem præparare, qui nul

* σφυματίδας Græci dicunt.

lus est? narrare quod omnes sciant falsum? probationes adhibere causſæ, de qua nemo sit pronuntiaturus? Et hæc quidem ociosa tantum: affici verò, & ira vel luctu permouere, cuius est ludibrij, nisi quibusdam pugnæ simulacris? verum discrimen aciémque iustam consueſcimus? Nihil ergo inter forense genus dicendi, atque hoc declamatorium intererit? Si profectus gratia dicimus, nihil. Vtinámq; adiici ad consuetudinem posset, vt nominibus * veteremus & perplexæ magis, & longioris aliquando actus contrauersiæ fingerentur, & verba in vsu quotidiano posita minus timeremus, & iocos inferere moris esset: quæ nos, quibet per alia in scholis exercitati sumus, tyrones in foro inueniunt. Si verò in ostentationem comparetur declamatio, sanè paululum aliquid inclamare ad voluptatem audientium debemus. Nam & ijs actionibus quæ in aliqua ne dubio veritate versantur, sed sunt ad popularem applausionem delectationem, quales leginus panegyricos, totumq; hoc demõstratiuum genus, permittitur adhibere plus cultus, omnémque artem (quæ latere plerunque in iudiciis debet) non confiteri modò, sed ostentare etiam hominibus hoc aduocatis. Quare declamatio, quoniam est iudiciorum consiliorúmque imago, similis esse debet veritati: quoniam autem aliquid in se habet ἐπιδεικτικὸν, * nonnihil sibi oris assumere. Quod faciunt actores comici: qui nec prorsus vt nos vulgò loquimur, pronuntiant, quod esset sine arte: nec procul tamen a natura recedãt, quo vitio periret imitatio: sed morem cõmunis huius sermonis decore quodam scenico exornant. Sic quoq; aliqua nos incommoda ex his quas finxerimus materiis, consequentur, in primis præcipue, quòd multa in his relinquuntur incerta, quæ sic minus vt videntur ætates, facultates, liberi, parẽtes, vrbs

* nominibus, intellige propriis.

Panegyrici.

* demonstratiuum.

ipsarum vires, iura, mores, aliaq; his similia. Quin aliquã-do etiã argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus. Sed hæc suo quæque loco. Quamuis enim omne propositũ operis à nobis destinati eò spectet, vt orator instituatur: tamen nequid studiosi requirant, si quid erit quod ad scholas pertineat proprie, in transitu non omittemus.

An artis huius necessaria cognitio sit.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Naturam ad eloquentiam minimè sufficere, verùm artem adiungendam contendit, refellendo & ridendo eorum ineptiam insciti-amque, qui contempta arte, naturæ & ingenij viribus gloriantes, pro tersa, culta, nitida, & vbique consona oratione, hiulca, dissoluta, & monstrosa vtantur.

IAm hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initiũ solẽt qui priora omiserũt: quanquã video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi, qui nihil egere huiusmodi præceptis eloquentiã putent: sed natura sua, & vulgari modo, & scholarũ exercitatione contenti, rideãt etiã diligentiã nostrã, exemplo magni quoq; nominis professorũ, quorũ aliquis, vt opinor, interrogatus quid esset σχῆμα & νόημα, nescire se quidẽ, sed si ad rem pertineret, esse in sua declamatione respõdit. Alius percõtanti, Theodoreus, an Apollodoreus esset, Ego, inquit, parmularius sum. Nec sanè potuit vrbanius ex confessione insciti-æ elabi. Porrò hi, quia & beneficio ingenij præstãtes sunt habiti, & multa etiã memoria digna exclamauerũt: plurimos habẽt similes negligẽtiæ suæ, pauciss imos naturæ. Igitur impetu dicere se, & viribus vti gloriantur. Nec enim opus esse probatione aut dispositione in rebus fictis: sed (cuius rei gratia plenum sit auditorium) sentẽtiis

gran

grandibus, quarum optima quæque a periculo petat. Quin etiam in cogitando nulla ratione adhibita, aut tu intuentes, magnum aliquid quod vltro se offerat, plerum sæpe diebus expectantes, aut murmure incerto velut lu fico instincti, concitatissimum corporis motum non erir tiandis sed quærendis verbis accommodant. Nonnulli tas sibi initia priusquam sensum inuenerint destinant, in bus aliquid diserti subiungendum sit: eáque diu secum que clarèque meditati, desperata connectendi facultate, dim runt: & ad alia deinceps, atque inde alia non minus e munia atque nota diuertunt. Qui plurimum videntur bere rationis, non in causas tantum laborem suum, s locos intendunt: atque in his non corpori prospicium abrupta quædam, vt forte ad manum venère, iacula Vnde fit, vt dissoluta & ex diuersis congesta oratio rere non possit, similisque commentariis puerorum quos ea quæ aliis declamantibus laudata sunt, rege magnas tamen sententias, & res bonas (ita enim gl ri solent) elidunt. nam & barbari, & serui: & s sat est, nulla est ratio dicendi.

Quare ineruditi ingeniosiores vulgò habeantur. CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Hoc caput ex superiori pẽdet. rationes etenim profert, quibus imperiti, ineruditos & artis expertes melius artificibus & ex dicere iudicent: quia trahant, non ducant: rumpant, non soluant fringant, non aperiant, quod illis videtur robustius. Quia dis (quæ speciem virium minuere videtur) non vtuntur: quia sine d omnia dicant, vnde copiosiores apparent: quia argumentis n inhæreant: quia effusius maledicant: quia inter sordes magis om eorum sententiæ: quia gestu, motu, & pronuntiatione impotent iacentque: tamen omnia à vera eloquentia sunt alienissima.

No

NE hoc quidem negauerim, sequi plerunque hanc opinionem vt fortius dicere videantur indocti. Primum vitio male iudicantium, qui maiorem habere vim credunt ea quæ non habent artem: vt effringere, quàm aperire: rumpere, quam soluere: trahere, quam ducere, pugnant robustius. Nam & gladiator qui armorum inscius in pugnam ruit, & luctator qui totius corporis nisu in id quod semel inuasit, incumbit, fortior ab his vocatur: cùm interim & hic frequenter suis viribus ipse prosternitur, & illum vehementis impetus, excipit aduersarij mollis articulus. sed sunt in hac parte quæ imperitos etiam naturaliter fallant. Nam & diuisio cùm plurimum valeat in causis, speciem virium minuit: & rudia politis maiora, & sparsa compositis numerosiora creduntur. Est præterea quædam virtutum vitiorúmque vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. Maledicit autem ineruditus apertius, & sæpius vel cum periculo suscepti litigatoris, frequenter etiam suo. Affert & ista res opinionem, quia libentissimè homines audiunt ea quæ dicere ipsi * noluissent. Illud quoque alterum quod est in elocutione ipsa periculum, minus vitat, conatúrque perdite: vnde euenit nonnunquam, vt aliquid grande inueniat, qui semper quærit quod nimium est: verùm & rarò euenit, & cætera vitia non pensat. Propter hoc quoque interdum videntur indocti copiam habere maiorem, quòd dicunt omnia: doctis est & electio, & modus. His accedit, quòd a cura docendi quod intenderint, recedunt. Itaque illud quæstionum & argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant: nihilque aliud quam quo vel prauis voluptatibus aures assistentium permulceant, quærunt. Sententiæ quoque ipsæ, quas solas petunt, magis eminent, cùm

* voluissent.

omnia

omnia circa illas sordida & abiecta sunt: vt lumina ne
inter vmbras (quemadmodum Cicero dicit) sed plane
tenebris clariora sunt. Itaque ingeniosi vocentur vt libe
dum tamen constet, contumelioſe sic laudari disertum. N
hilominus confitendum est etiam detrahere doctrinam
quid, vt limam rudibus, & cotes hebetibus, & vino ve
statem: sed vitia detrahit: atque eo solo minus est quod
teræ perpolierunt, quo melius. Verùm hi pronuntiatio
quoque famam dicendi fortius quærunt. Nam & clama
vbique, & omnia leuata (vt ipsi vocant) manu, emugien
multo discursu, anhelitu, iactatione, gestu, motu capitis f
rentes. Iam collidere manus, terræ pedem incutere, femu
pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum fac
cùm ille eruditus, vt in oratione multa summittere, varia
re, disponere, ita etiam in pronuntiando suum cuique e
rum quæ dicet, colori, accommodare actum sciat: & siqui
sit perpetua obseruatione dignum, modestus & esse & vi
deri malit. At illi hanc vim appellant, quæ est potius vio
lentia: cùm interim non actores modò aliquos inueni
sed (quod est turpius) præceptores etiam, qui breuem di
cendi exercitationem consecuti, omissa ratione, vt tulit im
petus, passim tumultuentur, eósque qui plus honoris li
teris tribuerunt, & ineptos, & ieiunos, & trepidos, & in
firmos, vt quodque verbum contumeliosissimum occurru
appellent. Verùm illis quidem gratulemur sine labore, sine
ratione sine disciplina disertis: nos quando & præcipien
di munus etiam pridem deprecati sumus, & in foro quo
que dicendi, quia honestissimum finem putabamus, desine
re dum desideraremur, inquirendo scribendóque talia con
solemur ocium nostrum, quæ futura vsui bonæ mentis iu
uenibus arbitramur, nobis certè sunt voluptati.

Quis modus sit in arte. CAP. XIII.

ARGVMENTVM.

Esse artem ad naturam adiungendam, contra imperitos ostendit. Nunc autem quis modus in arte statui debeat (ne in hanc etiam partem anili superstitione obstricti simus) docet nempe rhetorices præceptis, quæ catholica vocent, ita adhærendum esse, vt intelligamus ea pro ratione loci, temporis, & personarum, pro necessitate, aut occasione (quibus tota dicendi doctrina constat) mutari. Id probat & illustrat similitudine à bonis imperatoribus, statuariis, & pictoribus ducta: qui etiam si de acie instituenda, de statuis, & picturis faciendis, ordinem certum, constitutumque habeant, de illo tamen plurima frequenter mutent, varios flexus auertionésque sequentes. Quare in omni actione duo spectanda monet, quid deceat, & quid expediat: ad quæ respicientes, artem dicendi non solis præceptis, verum multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, præsentissimo consilio constare, cognoscamus.

NEmo autem à me exigat id præceptorum genus, quod est à plerisque scriptoribus artium traditum, vt quasi quasdam leges immutabili necessitate constrictas studiosis dicendi ferant: vtique proœmium, & id quale: proxima huic narratio: quæ lex deinde narrandi: propositio post hanc, vel, vt quibusdam placuit, excursio: tum certus ordo quæstionum, cæteráque quæ velut si aliter facere fas non sit, quidam tanquam iussi sequuntur. Erat enim rhetorice res prorsus facilis ac parua, si vno & breui præscripto contineretur: sed mutantur plerãque causis, temporibus, occasione, necessitate. Atque ideo res in oratore præcipua consilium est, quia varie & ad rerum momenta conuertitur. Quid si enim præcipias imperatori, quoties aciẽ instruet, dirigat frontẽ, cornua vtrinq; promoueat, equites pro cornib. locet? Erit hæc quidem rectissima fortasse ratio, quoties licebit: sed mutabitur natura loci, si mõs occurret, si flumẽ obstabit, si collibus, syluis, asperi

asperitate alia prohibebitur. Mutabit hostium genus, m
tabit præsentis conditio discriminis. nunc acie direc
nunc cuneis, nunc auxilijs, nunc legione pugnabitur: no
nunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit.
procœmium necessarium, an superuacuum: breue, an lo
gius: ad iudicem omni sermone directo, an aliquãdo au
so per aliquam figuram, dicendum sit: constricta an la
fusa narratio, continua an diuisa, recta an ordine per
tato: caussæ docebunt. Itémque de quæstionum ordine,
in eadem controuersia aliud alij parti prius quæri freq
ter expediat. Neque enim rogationibus plebisue scitis
cta sunt ista præcepta, sed hoc quicquid est, vtilitas ex
gitauit. Non negabo autem sic vtile esse plerunque, alio
nec scriberem: verùm si eadem illa nobis aliud suadebit
litas, hanc relictis magistrorum autoritatibus sequem
Equidem id maximè præcipiam, ac repetens iterum

Aeneidos. 3. rumque monebo, Res duas in omni actu spectet ora
quid deceat, quid expediat. Expedit autem sæpe mutare
illo constituto traditóque ordine aliqua, & interim de
vt in statuis atque picturis videmus variari habitus,
tus, status. Nam recti quidem corporis vel minima gr
est. Nempe enim aduersa sit facies, & demissa brachia,
iuncti pedes, & a summis ad ima rigens opus: flexus

aliàs, actum quendam, & factum. & vt sic dixerim, motus, dat actum quẽdam effictis.
nec ad vnum modum formatæ manus, & in vultu mille
cies. Cursum habent quædam & impetum, sedent alia,
incumbunt. nuda hæc, illa velata sunt: quædam mista

Plin. libr. 34. cap. 8. vtroque. Quid tam distortum & elaboratum, quam est
Discobolos Myronis? Si quis tamen vt parum rectum
probet opus, nónne ab intellectu artis abfuerit, in qua
præcipue laudabilis est illa ipsa nouitas, ac difficultas?

quid

quidem gratiam & delectationē afferunt figuræ, quæq; in sensibus, quæq; in verbis sunt. Mutant enim aliquid à recto, atque hanc præ se virtutem ferunt, quòd à consuetudine vulgari recesserunt. Habet in pictura speciem tota facies: Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantùm altero ostendit, vt amissi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda sunt quædam, siue ostendi non debent, siue exprimi pro dignitate non possunt? vt fecit Timanthes, vt opinor, Cithnius, in ea tabula quā Coloten Telum vicit. Nam cū in Iphigeniæ immolatione pinxisset tristem Calchantem, tristiorem Vlyssem, addidisset Menelao quam summum poterat ars efficere mœrorem: consumptis affectibus, non reperiens quo digne modo patris vultum posset exprimere, velauit eius caput, & suo cuique animo dedit æstimandum. Nónne huic simile est illud Sallustianum, Nam de Carthagine tacere satius puto, quàm parū dicere? Propter quæ mihi semper moris fuit, quamminime alligare me ad præcepta quæ καθολικὰ vocant, id est (vt dicamus quomodo possumus) vniuersalia, vel perpetualia. Rarò enim reperitur hoc genus, vt non labefactari parte aliqua, aut subrui possit. Sed de his plenius suo quisq; loco tractabimus. Interim nolo se iuuenes satis instructos, siquē ex his qui breues plerunque circumferuntur, artis libellum edidicerint, & velut decretis technicorum tutos putent. Multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, præsentissimo consilio constat ars dicendi. Sed adiuuatur his quoque. Si tamen rectam viam, non vnam orbitam monstrent: à qua declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. Itaque & stratum militari labore ter sæpe deserimus compendio ducti: & si rectum limitem

Cicer. in Orat. Plin. lib. 35. ca. 10. & Valerius lib. 8. cap. 11.

In Iugurtha.

rupti torrentibus pontes inciderint, cicumire cogem
& si ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus.
tè fusum opus est, & multiplex, & propè quotidie
uum, & de quo nunquam dicta erunt omnia. Quæ sunt
men tradita, quid ex his optimum, & si quid mutari,
ci, detrahi melius videbitur, dicere experiar.

Rhetorices etymon, & totius operis diuisio. CAP. XIIII.

ARGVMENTVM.

Rhetoricen non aptè in Latinum sermonem transferri posse
ideo Græco nomine nobis vtendum, quod & in multis retine
ri, concludit. Deinde in partes, quæ rursus in alias libro tertio &
to diducantur, diuidit: nempe in artem, artificem, & opus.

RHetoricen in Latinum transferẽtes, tum orator
tum oratricem nominauerunt. Quos equidem
fraudauerim debita laude, quòd copiam Romani serm
augere tentauerint. Sed non omnia nos ducentes ex Gr
sequuntur, sicut ne illos quidem quoties suis utique ve
signare nostra voluerunt. Et hæc interpretatio non m
dura est, quàm illa *Plauti essentia atque entia: sed ne p
pria quidẽ. Nã oratoria sic effertur, ut elocutoria: ora
vt elocutrix. Illa autẽ de qua loquimur rhetorice, tali
qualis eloquentia. nec dubiè apud Græcos quoq; duplic
tellectũ habet. Nanque vno modo fit appositum, ars r
torica, vt nauis piratica: altero nomen rei, qualis est p
losophia, amicitia. Nos ipsam nũc uolumus significare
stantiam, vt grãmatice literatura est, non literatrix qu
admodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum o
toria. Verùm in rhetorice non sic. Ne pugnemus igitur
præsertim plurimis alioqui Græcis sit vtendum. Nam c
& *physicos, & musicos, & geometras dicam: nec vim
ser

*aliàs Flauij, vt & infra lib. 3. c. 6. de statu. & li. 8. c. 3. de ornatu

*philosophos.

rã his nominibus indecora in Latinum sermonẽ mutatio
e. Deniq; cum M. Tullius etiam ipsis librorũ quos hac de
e primum scripserat, titulis Græco nomine utatur, profe-
ctò nõest uerendum ne temerè uideamur oratori maximo
le nomine artis suæ credidisse. Igitur Rhetorice (iam enim
ine metu cauillationis utemur hac appellatione) sic, ut
pinor, optimè diuidetur, ut de arte, de artifice, de opere
licamus. Ars erit, quæ disciplina percipi debet: ea est bene
licendi scientia. Artifex est, qui percepit hanc artem, id
est orator, cuius est summa bene dicere. Opus, quod efficitur
ab artifice, id est bona oratio. Hæc omnia rursus diducun-
tur in species. Sed illa sequentia suo loco, nunc quæ de pri-
ma parte tractanda sunt, ordiar.

Quid sit rhetorice, & quis eius finis.

CAP. XV.

ARGVMENTVM.

Profert uarias, atque etiam inter se pugnantes ueterũ de rhetorica, de fine eius, & oratore, opiniones: astruẽtibus aliis eam esse vim persuadendi, aliis cacotechnian, id est artis prauitatem, aliis vim inueniendi, aliis ducendi in id quod uellet actor, aliis scientiam circa quæstiones ciuiles uersantem, artem aliis sed non uirtutem putantibus, aliis usum solum, atque exercitationem dicendi, aliis quoque adulandi peritiam, aliis etiam oratorem & pessimum virum esse asseuerantibus. Quorum omnium opiniones refellit, & rhetoricen bene dicendi scientiam: eius finem bene dicere, non persuadere: & oratorem virum bonum esse debere, concludit.

ANte omnia, quid sit rhetorice: quæ finitur quidem uarie, sed quæstionem habet duplicem. aut enim de qualitate ipsius rei, aut de comprehensione uerborum dissensio est. Prima ac præcipua opinionum circa hoc differentia, quòd alij malos quoque uiros posse oratores dici putant: alij (quorum nos sententiæ accedimus) nomen hoc,

artémque de qua loquimur, bonis demũ tribui volunt. E
rum autem qui dicendi facultatem à maiore ac magis exp
tenda vitæ laude secernũt, quidam rhetoricen vim tanti
quidam scientiam, sed non virtutem, quidam vsum, quid
artem quidem, sed à scientia & virtute seiunctam, q
dam etiam prauitatem quandam artis, id est κακοτεχν
nominauerunt. Hi ferè aut in persuadendo aut in dicen
appositè ad persuadendum positum orandi munus sunt
bitrati. Id enim fieri potest ab eo quoque, qui vir bonus n
sit. Est igitur frequentissimus finis rhetorices, vis pers
dendi. Quod ego vim appello, pleriq; potestatem, nonn
li facultatem vocant: quæ res ne quid efferat ambiguit
vim dico τὸ δυνάμιν. Hæc opinio originem ab Isoc
te (si tamen re vera ars quæ circunfertur, eius est) duxi
Qui cùm longè sit à voluntate insamantium oratoris of
cia, finem artis temerè comprehendit dicens esse rheto
cen persuadendi opificem, id est πειθοῦς δημιουργόν. N
que enim mihi permiserim eadem vti declinatione, q
Cicero in Brutо & Catone. Ennius M. Cethegum Suade medullam uocat. Apud Pl
tonem quoque Gorgias in libro qui nomine eius inscr
ptus est, idem ferè dicit: sed hanc Plato illius opinion
De Orat. 1. vult accipi, nõ suam. Cicero pluribus locis scripsit, ora
ris officium esse, dicere appositè ad persuadendum. In rh
toricis etiam, quos sine dubio ipse non probat, finem su
persuadere. Verùm & pecunia persuadet, & gratia, &
autoritas dicentis, & dignitas, & postremò aspectus q
ipse sine uoce, quo vel recordatio meritorum cuiusque
Cicero 1. de Orat. & 7. in Verrem act. Valer. lib. 8. tit. 1. facies aliqua miserabilis, vel formæ pulchritudo sententi
dicat. Nam & M. Aquilium defendens Antonius, qui
scissa veste cicatrices quas is pro patria pectore adu
sustepisset, ostendit, non orationis habuit fiduciã, sed oc
pop

populi Romani vim attulit: quem illo aspectu maximè mo-
tũ in hoc absolueret reum, creditum est. Sergium quidem
Galbam miseratione sola, qua non suos modò liberos par-
uulos in concionem produxerat, sed Galli etiam Sulpitij fi-
lium suis ipse manibus circuntulerat, elapsum esse, cum alio
rum monumẽtis, tũ Catonis oratione testatũ est. Et Phry- Athenæus. 13. Dipnos.
nem non Hyperidis actione, quanquam admirabili, sed
conspectu corporis, quòd illa speciosissimum alioqui, didu-
cta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Quæ si
omnia persuadent, non est hic de quo locuti sumus, idoneus
finis. Ideoq; diligentiores visi sunt sibi, qui cum de rheto-
rice idem sentirent, existimauerunt eam vim dicendo per-
suadendi. Quem finem Gorgias in eodem, de quo suprà di-
ximus libro, velut coactus à Socrate facit. à quo non dis-
sentit Theodectes, siue ipsius id opus est quod de rhetorice
nomine eius inscribitur: siue, vt creditum est, Aristotelis: in Vide Valet, lib. 8. cap. 15.
quo est finem esse rhetorices, ducere homines dicendo in
id quod actor velit. Sed ne hoc quidem satis est comprehen-
sum. persuadẽt enim dicendo, vel ducunt in id quod volunt,
alij quoque, vt meretrices, adulatores, corruptores. At
contra non persuadet semper orator: vt interim non sit
proprius hic finis eius: interim sit communis cum ijs qui ab
oratore procul absunt. Atqui non multum ab hoc fine abest
Apollodorus, dicens iudicialis orationis primum & super
omnia esse persuadere iudici, & sententiam eius ducere in
id quod velit. Nam & ipse oratorem fortunæ subijcit: vt si
non persuaserit, nomen suum retinere non possit.

Quidam recesserunt ab euentu. sicut Aristoteles, qui di- Lib. 1. Rheto ri.
cit, rhetorice est vis inueniendi omnia in oratione persua-
sibilia. Qui finis & illud vitium de quo suprà diximus, habet
& insuper, quòd nihil nisi inuentionem complectitur, quæ

sine elocutione nõ est oratio. Hermagoræ qui finẽ eius
ait persuasibiliter dicere, & aliis qui eandẽ sententiam
eisdem tantùm uerbis explicant, ac finẽ esse demõstrant
cere quæ oporteat omnia ad persuadendum: satis respõs
est cùm persuadere non tantùm oratoris esse conuicim

Addita sunt his alia uariè. Quidam enim circa res o
nes, quidam circa ciuiles modò uersari rhetoricẽ puta
runt. quorum uerius utrum sit, in eo loco qui huius q
stionis proprius est, dicam. Omnia subiecisse oratori u
tur Aristoteles, cùm dixit uim esse dicendi quid in quaq
posśit esse persuasibile. Et Patrocles, qui non quidem a
cit, in quaque re: sed nihil excipiendo, idem ostendit. V
enim uocat inueniendi quod sit in oratione persuasi
qui fines & ipsi solam complectuntur inuentionem. Q
uitium fugiens Theodorus, uim putat inueniendi &
quendi cum ornatu credibilia in omni oratione. Sed
eodem modo credibilia quo persuasibilia etiam non ora
inueniat: adijciendo, in omni oratione, magis quam
periores concedit scelera quoque persuadentibus pulch
rimæ rei nomen Gorgias apud Platonem, persuaden
artificem in iudicijs & alijs cœtibus esse ait: de iustis q
que & iniustis tractare: cui Socrates persuadendi non
cendi concedit facultatem. Qui verò non omnia subij
bant oratori, solicitius ac uerbosius, ut necesse erat, ali
buerunt discrimina: quorum fuit Ariston Critolai Peri
tetici discipulus, cuius hic finis est scientia uidendi & ag
di in quæstionibus ciuilibus per orationem popularis p
suasionis. Hic scientiam, quia Peripateticus est, non
Stoici, uirtutis loco ponit: popularem autem compre
dendo persuasionem, etiam contumelioſus est aduer
artem orandi, quam nihil putat doctis persuasurã. Ille
om

Cap. 11. huius libr. de materia rhet.

Vide Ioach. Camerarium hic.

omnibus qui circa ciuiles demum quæstiones oratorem iudicant versari, dictum sit, Excludi ab his plurima oratoris officia: illam certè laudatiuã totam, quæ est rhetorices pars tertia, Cautius Theodorus Gadareus, vt iam ad eos veniamus qui artem quidem esse eam, sed non virtutem, putauerunt. Ita enim dicit (ut ipsis eorum verbis vtar qui hoc ex Græco transtulerunt) Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix decente ornatu secundum mensionẽ eius quod in quoque potest sumi persuasibile in materia ciuili. Itemq; Cornelius Celsus, qui finem rhetorices ait, dicere persuasibiliter in dubia, & ciuili materia. Quibus sunt non dissimiles, qui ab alijs traduntur, qualis est ille, Vis dicendi & eloquendi de rebus ciuilib. subiectis sibi, cum quadam persuasione, & quodam corporis habitu, & eorum quæ dicet pronuntiatione. Mille alia, sed aut eadem, aut ex eisdem cõposita: quibus item cum de materia rhetorices dicendũ erit, respondebimus. Quidam eam neq; vim, neq; scientiam, neq; artem putauerũt: sed Critolaus vsum dicẽdi: nã hoc τριβὴν significat. Athenæus fallendi artem. Plerique autem dũ pauca ex Gorgia Platonis, a prioribus imperitè excerpta, legere contenti, neq; hoc tantũ, neq; alia eius volumina euoluunt, in maximum errorem inciderunt: creduntq; eum in hac esse opinione: ut rhetoricen non artem, sed peritiam quandam gratiæ ac voluptatis existimet: & alio loco, ciuilitatis particulæ simulacrũ, & quartam partem adulationis: quod duas partes ciuilitatis corpori assignet, medicinã, & quam interpretantur exercitatricem: duas animo, legalem, atq; iustitiam: Adulationem autem medicinæ vocet cocquorum artificiũ: & exercitatricis, mangonum, qui colorẽ iuco, & uerũ robur inani sagina mentiãtur: legalis, cauillatricẽ: iustitiæ, rhetoricẽ. Quæ omnia sunt quidẽ scripta in

Rhetorice κακοτεχνία falsò ex Platone.

hoc libro, dictaq; à Socrate, cuius persona videtur Plato, h
Plato in Gorgia, lib, 24. gnificare quid sentiat: sed alij sunt eius sermones ad co d
quendos qui contrà disputant compositi, quos ἐλεγκτι l
vocant. alij ad præcipiendum, qui δογματικοὶ appellan h
Socrates autem, seu Plato, eam quidem quæ tum exerce b
tur rhetoricen, talem putauit. nã & dicit his verbis τὸν So
τρόπον, ὃν ὑμεῖς πολιτεύεσθε. Non veram autem & gr
neſtam intelligit. Itaque disputatio illa contra Gorgi vi
ita claudatur, ὅταν δ' ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν ἄνδρα δίκαιον εἶναι, se
ἢ τὸν δίκαιον βεβιῶσθαι ἄλλα καὶ πρᾶξαι. Ad quod ci
quidem conticeſcit, ſed ſermonem ſuſcipit Polus iuue te
calore inconſideratior: contra quem illa de ſimulacro Q
adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitatior, ei
tamen ad hanc perducitur clauſulam, τὸν μέλλοντα ὀρθῶς be
ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα tu
δικαίων. vt appareat Platoni non rhetoricen videri to
lum, ſed eam veram niſi iuſto ac bono non contingere. Cl
Huc autem in Phædro manifeſtius facit hanc arteni cõſu di
mari citra iuſtitiæ quoque ſcientiam non poſſe: cui opus tin
ni nos quoque accedimus. An aliter defenſionem Socra ſu
& eorum qui pro patria ceciderãt, laudem ſcripſiſſet? Be
certè ſunt oratoris opera. Sed in illud hominum ge du
quod facultate dicendi male vtebatur, inuectus eſt. Nam cio
Cic. de orat. Valer. libr. 6. tit. 4. & Lactt. Socrates inhoneſtam ſibi credidit orationem quam ei l ſed
ſias reo compoſuerat: & tum maxime ſcribere litigato no
bus quæ illi pro ſe ipſi dicerent, erat moris: atque ita in eſſe
quo nõ licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. Do mile
res quoque eius artis parum idonei Platoni videbantur ſpo
rhetoricè, iuſtitia ſepararent, & veris credibilia præ & c
rent: nam id quoque dicit in Phædro. Conſenſiſſe autem ma
ſuperioribus videri poteſt etiam Cornelius Celſus, cui m

hæc ver

hæc verba sunt, Orator simile tantùm veri petit. Deinde paulo post, Non enim bona conscientia, sed victoria, Litigantis est præmium. Quæ si vera essent, pessimorum hominum foret, hæc tam pernitiosa nocentissimis moribus dare instrumenta, & nequitiam præceptis adiuuare. Sed illi rationem opinionis suæ viderint: Nos autem ingressi formare perfectum oratorem, quem in primis esse virum bonum uolumus, ad eos qui de hoc opere melius sentiunt, reuertamur. Rhetoricen autem quidam eandem ciuilitatem esse iudicauerunt: Cicero scientiæ ciuilis partem vocat. Ciuilis autem scientia idem quod sapientia est. Quidam etiam philosophiæ, quorum est Isocrates. Huic eius substantiæ maxime conuenit finitio, Rhetoricen esse bene dicendi scientiam: Nam & orationis omnes virtutes semel complectitur, & protinus mores etiam oratoris, cùm bene dicere non possit nisi vir bonus. Idem ualet Chrysippi finis ille ductus a Cleanthe, scientia recte dicendi. Sunt plures eiusdem, sed ad alias quæstiones magis pertinent. Idem sentiret finis hoc modo comprehensus, Persuadere quod oporteat: nisi quòd artem ad exitum alligat. Bene Areus, Dicere secundum virtutem orationis. Excludunt a rhetorice malos & illi qui scientiam ciuilium officiorum eam putauerunt, si scientiam virtutem indicant: sed anguste in rationales ciuiles quæstiones coercent. Albutius non obscurus professor atque autor scientiam bene dicēdi esse cōsentit: sed exceptionibus peccat, adijciendo, circa ciuiles quæstiones, & credibiliter. quarum iam utrique responsum est. Probabilis & illi voluntatis, qui rectè sentire & dicere, rhetorices finem putauerunt. Hi sunt feræ fines maxime illustres, & de quibus præcipuè disputatur. Nam omnes quidem persequi, nec attinet, nec possum: cùm pra-

Rhetoric. 1.

uum quoddam (vt arbitror) studiũ circa scriptores artium exti-
terit, nihil eisdem verbis quæ prior aliquis occupasset
finiendi: quæ ambitio procul aberit a me. Dicam enim non
vtique quæ inuenero, sed quæ placebunt: sicut hoc, rhetori-
cen esse bene dicendi scientiam: cùm reperto quod est opti-
mum, qui quærit aliud, peius velit. His approbatis, simul
manifestum est illud quoque, quem finem, vel quid sum-
mum & vltimum habeat rhetorice, quod τέλος dicitur,
ad quod omnis ars tendit: nã si est ipsa bene dicendi scien-
tia, finis eius & summum est bene dicere.

An vtilis sit rhetorice. CAP. XVI.

ARGVMENTVM.

Probat rhetorices esse maximam vtilitatem dignitatémque. Et primum refutat eorum calumnias, qui in eam tanquam rem perniciosam inuehi solent, in eam vitium conferentes, quod in homines sceleratos erat conferendum: quo etiam modo medicinam, sapientiam, magistratus, reprehensioni obnoxia fieri, subiectis exemplis & similibus docet. Deinde aliis contrariis, propriis & effectis eius dignitatem vtilitatémque colligit, quod deus nullo magis homines separauerit à brutis, quàm dicendi facultate. Et velocitate quidem, firmitate, viribus, & magnitudine, à brutorum quamplurimis homines superari, esse etiam intellectum & vsum rationis in quibusdam, proxime ad homines accedentem, verùm vim dicendi verè hominis propriam esse, qua etiam homo non solùm brutis sed aliis hominibus præstet. Addit quòd nulla res plenius gratiam referat, quòd ea amici defendantur, regatur Senatus populúsque, exercitus quocunque ducatur, quòd ea verbis etiam in communi vsu positis, homines non loqui, sed tonare ac fulgurare videantur.

Vt picus Mirandula aduersus Hermolaum.

SEquitur quæstio, an vtilis rhetorice. Nam quidam vehementer in eam inuehi solent: & quod sit indignissimum, in accusationem orationis vtuntur orandi viribus. Eloquentiam esse quæ pœnis eripiat sceleratos, cuius fraudibus damnentur interim boni: consilia ducantur in peius: nec seditiones modò turbæque populares, sed bella etiam

* mo-

* inexpiabilia excitentur: cuius denique tum maximè sit vsus, cum pro falsis contra veritatem valet. Nam & Socrati obiiciũt comici, docere eum quomodo peiorem causam meliorem faciat: & contra Tisiam & Gorgiam similia dicit polliceri Plato. Et his adiiciunt exempla Græcorum Romanorumque, & enumerant qui pernitiosa non singulis tantum, sed rebus etiam publicis vsi eloquentia, turbauerint ciuitatum status, vel euerterint: eóque & Lacedæmoniorum ciuitate expulsam: & Athenis quoque, vbi actor mouere affectus vetabatur, velut reciſam orãdi potestatem. Quo quidem modo nec duces erunt vtiles, nec magistratus, nec medicina, nec ipsa denique sapiẽtia. Nam & duce Flaminio, & Gracchi Saturnini Glauciæ magistratus, & in medicis venena, & in iis qui philosophorum nomine malè vtuntur, grauissima nonnunquam flagitia deprehensa sunt. Cibos aspernemur, attulerunt sæpe valetudinis causas. Nunquam tecta subeamus, super habitantes aliquando procumbunt. Non fabricetur militi gladius, potest vti eodem ferro latro. Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita, & (ne terrenis immorer) Solem Lunámque præcipua siderum, aliquando etiam nocere? Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem cæcus ille Appius dicendi viribus diremisse? Aut non diuina M. Tullij eloquentia & contra leges Agrarias popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciam? & supplicationes, qui maximus honor victorib. bello ducibus datur, in toga meruit? Nonne perterritos militum animos frequenter a metu reuocat orator? & tot pugnandi pericula ineuntibus, laudẽ vita potiorem esse persuadet? Neque verò me Lacedæmonij atque Athenienses magis mouerint, quam pop. Romanus, apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit.

* inexpugnabilia. Aristopha. in νεφέλαις.

In Gorgia, & Phædro.

Liu. dec. 3. lib. 1. & Cic. in Brut.

Li. lib. 23. & Plin. lib. 7. ca. 30.

Equidem

Etiamsi Crassus censor magistros dicendi sustulit: Cicero 3. de ora. & Suet. de claris rhetoribus.

Equidem nec vrbium conditores reor aliter effecturos fuisse, vt vaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta voce commota: nec legum repertores sine summa vi orādi consecutos, vt se ipsi homines ad seruitutem iuris adstringerent. Quin ipsa vitæ præcepta, etiam si natura sunt honesta, plus tamen ad formandas mentes valent quoties pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat. Quare etiam si in vtranque partem valent arma facundiæ, non tamen est æquum id haberi malum, quo bene vti licet. Verum hæc apud eos fortasse quærantur, qui summam rhetorices ad persuadēdi vim retulerunt. Si verò est bene dicēdi scientia, quem nos finem sequimur, vt sit orator in primis vir bonus: vtilem certe eam esse confitendum est. Et hercle deus ille princeps parens rerum, fabricatórque mundi, nullo magis hominem separauit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quam dicendi facultate. Nam corpora quidem magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate præstantiora in illis nuris, videmus eidem minus egere acquisitæ extrinsecus opis. Nam & ingredi citius, & pasci, & tranare aquas citra docentem natura ipsa sciunt. Et pleraque contra frigus ex suo corpore vestiuntur, & arma his ingenita quædam, & ex obuio fere victus: circa quæ omnia multus hominibus labor est. Rationem igitur nobis præcipuam dedit, eiúsque nos socios esse cum dijs immortalibus voluit. Sed ipsa ratio nequeta nos iuuaret, neque tam esset in nobis manifesta, nisi, quæ concepissemus mente, promere etiam loquendo possemus: quod magis deesse cæteris animalibus, quam intellectum & cogitationem quandam videmus. Nam & moliri cubilia, & nidos texere, & educare fœtus, & exeludere, quin etiam reponere in hyemem alimenta, opera quædam nobis

inimita

inimitabilia, qualia sunt cerarum & mellis, efficere, non nullius fortasse rationis est: sed quia carent sermone quæ id faciunt, muta atque irrationabilia vocantur. Denique homines quibus negata vox est, quantulum adiuuat animus ille celestis? Quare si nihil à diis oratione melius accepimus, quid tam dignum cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus præstare hominibus, quam quo ipsi homines cæteris animalibus præstant? Eo quidem magis, quòd nulla in parte plenius labor gratiam refert. Id adeò manifestum erit, si cogitauerimus, vnde, & quousque iam prouecta sit orandi facultas, & adhuc augeri possit. Nam vt omittam, defendere amicos, regere consiliis senatum populum, exercitum in quæ velit ducere, quam sit vtile, conueniátque bono viro: nónne pulchrum vel hoc ipsum est, ex communi intellectu, verbisque quibus vtantur omnes, tantum assequi laudis & gloriæ, vt non loqui & orare, sed quod Perieli contigit, fulgurare ac tonare videaris? Cicer. in Orat. ex Aristophane.

An rhetorice sit ars. CAP. XVII.

ARGVMENTVM.

Rhetoricen artem esse probat testimoniis primùm, non oratorum modò, verumetiam philosophorum: & ex comparatione aliarum artium, à minori. Item sub finem capitis à definitione eius, à pari, & effectis. In medio verò tredecim artem oppugnantium obiectiones interserit, & easdem refutat, quæ sunt huiusmodi: Non esse artem, quòd à natura sit, quoniam natura sola exercitatione non etiam arte iuuetur: rhetoricen esse eiusmodi: ergo non esse artem. Secundò, Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuisse: atqui orationes ante artem fuisse: ergo &c. Tertiò, Non esse artis, quod faciant qui non didicerint: atqui oratores Aeschinem & Demadem qui non didicerant: igitur. Quartò, Omnes artes habere materiam, rhetoricen non habere: ergò. Quintò, Nullam artem assentiri falsis opinionibus, rhetoricen assentiri: ergo. Sextò, Omnes artes habere finem propositum, rhetoricen non habere: ergo. Septimò, Artes scire quando finem sunt consequutæ, rhetoricen nescire: ergo. Octauò, Non esse artem quæ vitiis vtatur, rhetoricen

vti-

vti: ergo. Nonò, Nullam artem esse sibi contrariam: rhetoricen esse contrariam: ergo. Decimò, Nullam artem destruere quod effecerit: id accidere rhetoricæ: ergo. Vndecimò, Nullam artem docere dicendo & non dicendo: id accidere rhetoricæ: ergo. Duodecimò, Artes non in opinionibus esse, sed in scientia, rhetoricen esse in opinionibus: ergo Decimotertiò, Nullam artem oppugnare diuerso tempore quod defenderit: id accidere rhetorices operi: ergo. Quas omnes cauillationes refellit, aut propositionem assumptionémue negando: vel distinguendo, & quod ambiguum erat, interpretando: aut conclusionem non ex præmissis sequi ostendendo.

Finis non erit, si expatiari parte in hac, & indulgere voluptati velim. Transeamus igitur ad eam quæstionem quæ sequitur, an rhetorice ars sit. Quod quidem adeo ex iis qui præcepta dicendi tradiderunt, nemo dubitauit vt etiam ipsis librorum titulis testatum sit scriptos eos de
Rhetorica. *arte rhetorica: Cicero verò etiam quæ rhetorice vocetur esse artificiosam eloquentiam dicat. Quod non oratore tantum vindicarunt, vt studiis aliquid suis præstitisse videantur: sed cum his philosophi & Stoici & Peripatetici plerique consentiunt. Ac me dubitasse confiteor, an hanc partem quæstionis tractãdam putarem. nam quis est adeo non ab eruditione modò, sed à sensu remotus hominis, vt fabricandi quidem, & texendi, & è luto vasa ducendi artem putet, rhetoricen autem, maximum ac pulcherrimum (vt suprà diximus) opus, in tam sublime fastigium exisse met sine arte venisse? Equidem illos qui contrà disputarunt, non tam id sensisse quod dicerent, quàm exercere ingenia materiæ difficultate credo voluisse, sicut Polycratem cum Busiridem laudaret, & Clytemnestram: quanquam is, quod his dissimile non esset, composuisse orationem quæ est habita contra Socratem, dicitur. Quidam naturalem esse rhetoricen volunt, & tamen adiuuari exercitatione*
Libro 1. *non diffitentur: vt in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius obseruationem quandam esse, non artem. Quod ne*
ideo

ideò, vt pro vero accipiamus, est positum, sed vt Antonij persona seruetur, qui dissimulator artis fuit. Hanc autem opinionem habuisse Lysias videtur: cuius sententiæ talis defensio est, quòd indocti & barbari & serui pro se cùm loquuntur, aliquid dicant simile principio, narrent, probent, refutent, & (quod vim habeat epilogi) deprecentur. Deinde adiiciunt illas verborum cauillationes, Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuisse: atqui dixisse homines pro se, & in alios, semper: doctores artis, serò iam & circa Tisiam & Coraca primùm repertos. orationem igitur ante artem fuisse, eóque artem non esse. Nos porrò quando cœperit huius rei doctrina, non laboramus: quanquam apud Homerum, & præceptorem Phœnicem tum agendi tum etiam loquendi, & oratores plures, & omne in tribus ducibus orationis genus, & certamina quoque proposita eloquentiæ inter iuuenes, inuenimus: quin in cælatura clypei Achillis & lites sunt, & actores. Illud admonere satis est, omnia quæ ars consummauerit, à natura initia duxisse: aut tollatur medicina, quæ ex obseruatione salubrium atque his cõtrariorum reperta est, & (vt quibusdam placet) tota constat experimẽtis. Nam & vulnus deligauit aliquis antequam hæc ars esset: & febrem quiete & abstinentia, non quia rationem videbat, sed quia id valetudo ipsa cõgerat, mitigauit. Nec fabrica sit ars: casas enim primi illi sine arte fecerunt. Nec musica: cantatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita si rhetorice vocari debet sermo quicunque fuisse eam antequam esset ars, confitebor. Si verò non quisquis loquitur, orator est, & tum non tanquam oratores loquebantur: necesse est oratorem factum arte, nec ante artem fuisse fateantur. Quod illud quoque excluditur quod dicunt, non esse artis id quod

Iliad. 3. Iliad. 5. Iliad. 18. Iliad. 6.

quod faciat qui non didicerit: dicere autem homines
qui non didicerunt. Ad cuius rei confirmationem affer
Demadem remigem & Aeschinem hypocritem orator
fuisse, falsò. Nam neque orator esse qui non dicit, pote
& hos ferò potius quam nunquam didicisse quis dixer
quanquam Aeschines ab initio sit versatus in literis, q
pater eius etiam docebat: Demadem neque non didic
certum sit, & continua dicendi exercitatio potuerit ta
tum, quantuscunque postea fuit, fecisse. Nam id potenti
mum discendi genus est. Sed præstantiorem, si didicis
futurum fuisse dicere licet. Neque enim orationes scribe
est ausus, vt eum multum valuisse in dicendo sciamus. Ar
stoteles, vt solet, quærendi gratia, quædam subtilitatis
argumenta excogitauit in Gryllo: sed idem & de arte rh
torica treis libros scripsit, & in eorum primo non artis
solum eam fatetur, sed ei particulam ciuilitatis, sicut Di
lecticis, assignat. Multa Critolaus contra, multa Rhod
Athenodorus. Agnon quidem detraxit sibi inscriptio
ipsa fidem, qua rhetorices accusationem professus est. N
de Epicuro, qui disciplinas omnes fugit, nihil miror.
complura dicunt, sed ex paucis locis ducta. Itaque pote
tissimis eorum breuiter occurram, ne in infinitum quæs
euadat. Prima his argumentatio ex materia est. Omn
enim artes aiunt habere materiam, quod est uerum rh
rices nullam esse propriam: quod esse falsum in sequen
bus probabo. Altera est calumnia, nullam artem fals
assentiri opinionibus, quia constitui sine præceptione n
possit, quæ semper vera sit: rhetoricen assentiri falsis: n
esse igitur artem. Ego rhetoricen nonnunquam dice
falsa pro veris confitebor, sed non ideo in falsa quoque e
opinione concedam: quia longe diuersum est, ipsi quid

deri,& vt alij videatur, efficere.nam & imperator falsis utitur sæpe:vt Hannibal,cum inclusus a Fabio, sarmentis circa cornua boum deligatis,incensisq;,per noctem in aduersos montes agens armēta,speciem hosti abeuntis exercitus dedit:sed illum fefellit,ipse quid verum esset,nō ignorauit. Nec uerò Theopōpus Lacedæmonius,cùm permutato cum vxore habitu è custodia vt mulier euasit, falsam de se opinionem habuit,sed custodibus præbuit. Item orator cum falso utitur pro vero, scit esse falsum, eoq; se pro vero vti:non ergo falsam habet ipse opinionem, sed fallit alium. Nec Cicero cùm se tenebras offudisse iudicibus in caussa Cluentij gloriatus est,nihil ipse vidit. Et pictor cùm vi artis suæ efficit ut quædam eminere in opere, quædam recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit. Aiunt etiam, omnes artes habere finem aliquem propositum,ad quem tendant:hunc modò nullum esse in rhetorice, modò non præstari eum qui promittatur, mentiuntur. Nos enim esse finem iam ostendimus,& quis esset diximus. Præstabit hunc semper orator.semper enim bene dicet. Firmum autem hoc quod opponitur,aduersus eos fortasse sit qui persuadere finem putauerint. Noster orator arsq; a nobis finita,non sunt posita in euentu. Tendit quidem ad victoriam qui dicit: sed cùm bene dixit, etiam si non vincat,id quod arte continetur,effecit. Nam & gubernator vult salua naue in portum peruenire: si tamen tempestate fuerit abreptus,non ideo minus erit gubernator,dicetq; notum illud, Dum clauum rectum teneam. Et medicus sanitatem ægri petit: si tamen aut valetudinis vi, aut intemperātia ægri, alióue quo casu summa non contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidit. Ita

Liu.lib.3. tertiæ Decadis.

De Minyis hoc scribit in Melpomene Herodotus & Valer. lib.4.c.6.

Eras. in Chiliad.

oratori bene dixisse finis est. Nam est ars ea, vt pòst pa
Cap. seq. clarius ostendemus, in actu posita, non in effectu. Ita fal
erit illud quoque quod dicitur, Artes scire quando sint
consecutæ, rhetoricen nescire. Nam se quisque bene di
intelligit. Vti etiam vtiijs rhetoricen, quod ars nulla sa
criminantur: quia & falsum dicat, & affectus mo
Quorum neutrum est turpe, cum ex bona ratione pr
ciscitur: ideoq; nec uitium. Nam & mẽdacium dicere,
am sapienti aliquando concessum est: & affectus, si a
ad æquitatem perduci iudex non poterit, necessariò m
bit orator. Imperiti enim iudicant, & qui frequente
hoc ipsum fallendi sunt, ne errent. Nam si mihi sapie
iudices dentur, sapientum conciones, atque omne co
lium, nihil inuidia valeat, nihil gratia, nihil opinio
sumpta. falsiq; testes perquam sit exiguus eloquentiæ
qui propè in sola delectatione ponatur. Sin & audien
mobiles animi, & tot malis obnoxia veritas: arte pug
dum est: & adhibenda quæ prosunt. Nec enim qui rect
depulsus est, reduci ad eam nisi alio flexu potest. Plu
verò ex eo contra rhetoricen cauillatio est quòd ex
que causæ parte dicatur. Inde hæc, Nullam esse arte
bi contrariam, rhetoricen esse contrariam sibi. N
artem destruere quod effecerit: accidere hoc rhet
operi. Item, Aut dicenda eam docere, aut non dic
itaque vel per hoc non esse artem, quòd non dicend
cipiat: vel per hoc, quòd cum dicenda præceperit,
contraria his doceat. Quæ omnia apparet de ea rhet
dici, quæ sit a bono viro atque ab ipsa virtute sein
alioqui vbi iniusta causa est, ibi rhetorice non est: a
vix ex admirabili quodam casu possit accidere vt ex
que parte orator, id est vir bonus dicat. Tamen quo

hoc quoque in rerum naturam cadit, vt duos sapientes aliquando iustæ caussæ in diuersum trahant, quando etiam pugnaturos eos inter se, si ratio ita duxerit, credunt. respondebo propositis: atque ita quidem, vt appareat hæc aduersus eos quoque frustra excogitata, qui malis moribus nomẽ oratoris indulgent. Nã rhetorice nõ est contraria sibi. Caussa enim cum caussa, non illa secum ipsa cõponitur. Nec si pugnent inter se qui idem didicerunt: idcirco ars, quæ vtrique tradita est: non erit. Alioqui nec armorum, quia sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi, inter se componuntur. Nec gubernandi, quia naualibus prelijs gubernator est gubernatori aduersus. Nec imperatoria, quia imperator cum imperatore contendit. Item non euertit opus rhetorice quod efficit. neque enim positiũ à se argumentum soluit orator, sed ne rhetorice quidem: quia apud eos qui in persuadendo finem putant, aut si quis (vt dixi) casus, duos inter se bonos viros cõposuerit, verisimilia quærentur. Non autem si quid est altero credibilius, id ei contrarium est, quod fuit credibile. Nam vt candido candidius & dulci dulcius non est aduersum, ita nec probabili probabilius. Nec præcipit unquam non dicenda, nec dicendis contraria, sed quæ in quaque caussa dicenda sunt. Non semper autem etiamsi frequentissime, tuenda veritas erit, sed aliquando exigit communis vtilitas, vt etiam falsa defendantur. Ponuntur hæ quoque in secundo Ciceronis de oratore libro contradictiones, Artem earum rerum esse quæ sciantur, oratoris omnem actionem opinione non scientia contineri: quia & apud eos dicat qui nesciant, & ipse dicat aliquando quod nesciat. Ex his alterum, id est an sciat iudex de quo dicatur, nihil ad oratoris artem alteri respondendum, Ars earum rerum est, quæ sciun-

tur. Rhetorice ars est bene dicendi, bene autem dicere scit orator. Sed nescit an verum sit quod dicit. Nam hi quidem qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerũt tradunt: nec qui interualla siderum, & mensuras solis ac terræ colligunt: disciplinam tamen suam, artem vocant. Quod si ratio efficit, vt hæc non opinari, sed propter vim probationum scire videantur: eadem ratio idem præstare oratori potest. Sed an caussa vera sit, nescit. Ne medicus quidem an dolorẽ capitis habeat qui se pati dicet: curabit tamen tanquam id verum sit, & erit ars medicina. Quid quòd rhetorice non vtique propositum habet semper vera dicendi, sed semper verisimilia? scit autem esse verisimilia quæ dicit. Adijciunt his qui contrà sentiunt, quòd sæpe quæ in alijs litibus impugnarunt actores caussarum, eadem in alijs defendant. Quod non artis, sed hominis est vitium. Hæc sunt præcipua quæ contra rhetoricen dicantur: alia & minora, & tamen ex his fontibus deriuata.

Confirmatur autem eam esse artem, breuiter. Nam siue (vt Cleanthes voluit) ars est potestas *viam ac ordinem efficiens: esse certè viam atque ordinem in bene dicendo nemo dubitauerit, siue ille ab omnibus ferè probatus finis obseruatur, artem constare ex præceptionibus consentientibus & coëxercitatis ad finem vitæ vtilem: iam ostendimus nihil non horum in rhetorice ineſſe. Quid quòd & inspectione & exercitatione, vt artes cæteræ, cõstat? Nec potest ars non esse, si ars est dialectice, quod ferè constat: cum ab ea specie magis quam genere differat. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem: & in eo quod qui didicerit, melius faciat, quam qui non didicerit, esse artem.

*In vetustis quibusdam codicibus & scriptis & impressis legitur, potestas via id est ordine efficiens.

Atqui

Atqui non solùm doctus indoctum, sed etiam doctior doctum in rhetorices opere superabit: neque essent eius aliter tam multa præcepta, tamq; magni qui docerent. Id quod cum omnibus confitendum est, tum nobis præcipuè, qui rationem dicendi a bono viro non separamus.

Generalis artium diuisio, & ex quibus sit rhetorica.

CAP. XVIII.

ARGVMENTVM.

Diuisionem artium facit in tria genera. unum uocat theoreticum, quod constat inspectione seu contemplatione, vt astrologia. Alterũ practicum, quod in actu consistit, vt saltatio. Tertiũ poëticum, quod in effectu est, & post se opus relinquit, vt pictura. Rhetoricen vero maximè actu contineri, esse igitur practicam, quamuis ex aliis generibus multum assumat, vnde media videri possit.

CVm sint autem artium aliæ positæ in inspectione, id est cognitione & æstimatione rerũ, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studiũ habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ vocatur: Aliæ in agẽdo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilq; post actũ operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis est saltatio: Aliæ in effectu, quæ operis quod oculis subijcitur, cõsummatione finem accipiunt, quã ποιητικὴν appellamus, *qualis est pictura: ferè iudicandum est rhetoricen in actu cõsistere. Hoc enim quod est officij sui perficit. atque ita ab omnibus dictũ est. Mihi autem videtur etiã ex illis cæteris artibus multũ assumere. Nã & potest aliquãdo ipsa res inspectione esse cõtẽta. Erit enim rhetorice in oratore etiam*

* In scrip. codicib. legitur, consummationem non finem accipiunt.

tacente: & si desierit agere, vel proposito vel aliquo casu impeditus, non magis desinet esse orator, quam Medicus, qui curandi fecerit finem. Nam est aliquis, ac nescio an maximus etiam ex secretis studijs fructus, ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id est opera recesserunt, & contẽplatione sui fruuntur. Sed effectiue quoq; aliquid simile scriptis orationibus, vel historijs (quod ipsum opus in parte oratoria meritò ponimus) consequetur. Si tamen vna ex tribus artibus habenda sit, quia maximus usus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur actiua, vel administratiua. Nam & hoc eiusdem rei nomen est.

Vtra plus conferat eloquentiæ, ars, an natura.

CAP. XIX.

ARGVMENTVM.

Consummatum oratorem fieri non posse, nisi ars cum natura iungatur contendit: & naturam quidem, si eas distrahi oporteat, arte maiorem esse. Si etiam ex æquo adsint mediocria vtraque, plus adhuc efficere naturam. Perfectos verò plus arti debere quàm naturæ. Quæ similitudinibus à re rustica & statuaria sumptis illustrat.

Scio quæri etiam, naturáne plus ad eloquentiam conferat, an doctrina. Quod ad propositum quidem nostri operis nihil pertinet: nec enim consummatus orator nisi ex vtraque fieri potest: plurimum tamen referre arbitror, quam esse in hoc loco quæstionem velimus. Nam si parti vtrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multum valebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem vtrisque maius adhuc naturæ credam esse momentum, consummatos autem plus doctrinæ debere quam naturæ putabo, sicut terræ nullam fertilitatem habenti, nihil optimus agricola profuerit: e terra vberi vtile aliquid

etiam

etiam nullo colente nascetur. At in solo fœcũdo plus cultor quam ipsa per se bonitas soli efficiet. Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude: at si illud artifex expolisset, plus in manibus fuisset, quam in marmore. Denique natura materiæ, ars doctrinæ est. hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia: materiæ etiam sine arte pretium est. Ars summa, materia optima melior.

An virtus sit rhetorice.

CAP. XX.

ARGVMENTVM.

Ex Stoicorum sententia rhetoricen illam bene dicendi scientiam (non autem atechniam, aut matæotechniam, cacotechniámue, quibus homines vel ad suam impudentiam, vel stultitiam, aut etiam improbitatem abutuntur) virtutem esse probat, quæ sibi in dicendis & non dicendis consonet, quæ prima suæ facultatis semina in optimũ finem à natura trahat. Adiungit etiam argumẽtum à pari: & quo differat à dialectica, ex Zenone explicat. A materia quam tractat, quæ nulla est extra honestorum ac inhonestorum, iusti & iniusti, virtutũmque omnium & vitiorum scientiam. Ab actione rhetoris, quæ frequenter inter tumultus fortitudinem desideret. A minori, ex comparatione brutorum, in quibus inesse virtus dicitur. Vltimo loco obiectioné de homine improbo, qui interdũ ex arte dicat, soluit à simili.

ILla quæstio est maior, an ex mediis artibus, quæ neque laudari per se, neque vituperari possunt, sed vtiles aut secus secundum mores vtentium fiunt, habenda sit rhetorice: an sit, vt compluribus etiam philosophorum placet, virtus. Equidem illud quod in studijs dicendi plerique exercuerunt & exercent, aut nullam artem, quæ ἀτεχνίαν nominatur, puto (multos enim video, sine ratione, sine literis, quæ vel impudentia vel fames duxit, ruentes) aut malam quasi artem, quã κακοτεχνίαν dicimus. Nam & fuisse multos, & esse nonnullos existimo, qui facultatem dicendi ad

ad hominum perniciem conuerterunt. Ματαιοτεχνία, quoque est quædam, id est superuacua artis imitatio, quæ nihil sane nec boni nec mali habeat, sed vanum laborem: qualis illius fuit qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuo & sine frustratione inserebat: quæ cum spectasset Alexander, donasse dicitur eiusdem legumi-nis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere digniſ-simum. His ergo comparandos existimo, qui in declama-tionibus, quas esse veritati dissimillimas volunt, ætatem multo studio ac labore consumunt. Verùm hæc quam in-stituere conamur, & cuius imaginem animo concepimus, quæ bono viro conuenit, quæq; est vera rhetorice, virtus erit. Quod philosophi quidem multis & acutis conclusio-nibus colligunt: mihi verò etiam planiore ac proprie no-stra probatione videtur esse perspicuum. Ab illis hæc di-cuntur, Si consonare sibi in faciendis ac non faciendis, vir-tutis est, quæ pars eius prudentia vocatur, eadem in dicēdis ac non dicendis erit. Et si virtutes sunt, ad quas nobis etiam ante quam doceremur, initia quædam ac semina sunt con-cessa natura, vt ad iustitiam, cuius rusticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago: nos certe sic esse ab ini-tio formatos, vt possemus orare pro bonis, etiam si non perfecte, tamen vt inessent quædam (vt dixi) semina fa-cultatis, manifestum est. Non eadem autem his natura artibus est, quæ, virtute sunt remotæ. Itaque cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quæ rhetorice di-

Vide Cice. 1. de fin. in Orat. & in Parti.

citur: altera concisa, quæ Dialectice: quas quidem Zeno adeo coniunxit, vt hanc compressæ in pugnum manus, il-lam explicitæ diceret similem, etiam disputatrix virtus erit: adeo de hac, quæ speciosior atque apertior est, nihil dubitabitur. Sed plenius hoc idem atque apertius intueri

ex ipsis

ex ipsis operibus uolo. Nam quid orator in laudando faciet, nisi honestorum ac turpium peritus? aut in suadendo, nisi utilitate proposita & perspecta? aut in iudicijs, si iustitiæ sit ignarus? Quid? non fortitudinem postulat res eadem, cum sæpe contra turbulentas populi minas, sæpe cum periculosa potentium offensa, nonnunquam, vt in iudicio Miloniano, inter circunfusa militum arma dicendū sit: vt si virtus non est, ne perfecta quidem esse possit oratio. Quod si ea in quoque animalium est virtus, qua præstat cætera vel pleraque, vt in leone impetus, in equo velocitas: hominem porrò ratione atque oratione excellere Aristot. Politicorum 1. cap. 2.
cæteris certum est: cur non tam in eloquentia quam in ratione virtutem eius esse credamus? Rectéque hoc apud Ciceronem disserit Crassus. Est enim eloquentia vna quædam Cice. 1. de Orat.
de summis virtutibus. Est ipse Cicero in sua persona, cùm ad Brutum in epistolis, tum alijs etiam locis, virtutem eam appellat. At proœmium aliquando & narrationem dicit malus homo, & argumenta, sic, vt nihil sit in his requirendum. Nam & latro pugnabit acriter, virtus tamen erit fortitudo: & tormenta sine gemitu feret malus seruus, tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Multa fiunt eadem, sed aliter. Sufficiant igitur hæc, quæ de vtilitate supra tractauimus.

Quæ sit materia rhetorices. CAP. XXI.

ARGVMENTVM.

Varias de materia rhetorices opiniones recenset, dicentibus aliis eam orationem esse, aliis argumenta persuasibilia, quæstiones ciuiles aliis, aliis totā vitam, aliis propter aliquam virtutum, locū ei in ethice assignātibus. Et concludit omnes res ad dicendum oratori subiectas, materiam rhetorices esse. Probat auctoritate Socratis in Gorgia & Phædro, & Ciceronis in de oratore. Hinc varias obiectiones soluit: multiplicem eius esse materiam, circa quam versetur & alius, quod admittit. Nā idē fieri ostendit in minoribus artibus, in architectonice,

& sculptura, atque etiam in pari dialectica: de bono vtili & honesto disputare, non philosophi modò, sed etiam oratoris esse. Omnium autem rerum ita demum peritum esse debere, vt cum illa ab artificibus acceperit & cognouerit, de illis longè melius ipsis artificibus dicat. Disputationem de instrumento in librum duodecimum differt.

MAteriam rhetorices quidam dixerunt esse orationem: quam sententiam ponit apud Platonem Gorgias. Quæ si ita accipitur vt sermo quacunque de re compositus, dicatur oratio, nõ materia, sed opus est: vt statuarij, statua. nã & oratio efficitur arte, sicut statua. Sin hac appellatione verba ipsa significari putamus, nihil hæc sine rerum substantia faciunt. Quidam argumenta persuasibilia: quæ & ipsa in parte sunt operis, & arte fiunt, & materia egent. Quidam ciuiles quæstiones: quorum opinionem non qualitate, sed modo errauit. Est enim hæc materia rhetorices, sed non sola. Quidam, quia virtus sit rhetorices, materiam eius totam vitam vocant. Alij, quia non omnium virtutum materia sit tota vita, sed pleræque earum versentur in partibus, sicut iustitia, fortitudo, continentia, propriis officiis & suo fine intelliguntur: rhetoricen quoque dicunt in vna aliqua parte ponendam: eique locum in ethice negotiali assignant, id est πραγματικόν. Ego (neque id sine autoribus) materiam esse rhetorices iudico, omnes res quæcũque ei ad dicendum subiectæ erunt. Nam Socra-
In Gorgia. tes apud Platonem dicere Gorgiæ videtur, non in verbis esse materiã, sed in rebus. Et in Phædro palam non in iudiciis modò & concionibus, sed in rebus etiam priuatis ac domesticis rhetoricen esse demonstrat. Quo manifestum
3. de Orat. est hanc opinionem ipsius Platonis fuisse. Et Cicero quodam loco materiam rhetorices vocat res quæ subiectæ sunt ei: sed certas demum putat esse subiectas. Alio verò, de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur, his quidem verbis,

bis, Quanquam vis oratoris, professióque ipsa bene dicendi, hoc suscipere ac polliceri videatur, vt omni de re, quæcunque sit proposita, ornatè ab eo copioséque dicatur. Atque adhuc alibi, Verum enim oratori, quæ sunt in hominum vita (quandoquidem in ea versatur orator, atque ea est ei subiecta materia) omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Hãc autem quam nos materiam vocamus, id est res subiectas, quidam modò infinitam, modò non propriam rhetorices esse dixerunt: eamque artem circumcurrentem vocauerunt, quòd in omni materia diceret. Cum quibus mihi minima pugna est. Nam de omni materia dicere eam fatentur: propriam habere materiam, quia multiplicem habeat, negant. Sed neque infinita est, etiam si est multiplex: & aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice. Nanque ea in omnibus quæ sunt ædificio vtilia, versatur. Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit. Nam sculptura etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gẽmas, præterea quæ supra dixi, complectitur. Neque protinus non est materia rhetorices, si in eadem versatur & alius. Nam si quæram quæ sit materia statuarij, dicetur æs. si quæram quæ sit excusoris, id est eius fabricæ quam Græci χαλκευτικὴν vocant, similiter æs esse respõdeant. Atqui plurimum statuis differunt vasa. Nec medicina ideo non erit ars, quia vnctio & exercitatio cum palæstrica, ciborum verò qualitas etiam cum coquorum ei sit arte communis. Quod verò de bono, vtili, iusto dicerere, philosophiæ officium esse dicunt, non obstat. Nam cum philosophum dicunt, hoc accipi volunt, virum bonum. Cur igitur oratorem, quem à bono viro non separo, in eadem materia versari mirer? cum præsertim primo libro iam ostenderim, 3. de Orat. In prœmio 1. lib.

derim, philosophos omissam hanc ab oratoribus partem occupasse, quæ rhetorices propria semper fuisset, vt illi potius in nostra materia versentur. Denique cum sit dialectices materia de rebus sibi electis disputare, sit autem dialectices oratio concisa, cur non eadem perpetuæ quoque materia videatur? Solet à quibusdam & illud poni, Omnium igitur artium peritus erit orator, si de omnibus ei
De orato. 1. dicendum est. Possem hìc Ciceronis respondere verbis, apud quem hoc inuenio, Mea quidem sententia nemo esse poterit omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus: sed mihi satis est eius esse oratorem rei de qua dicet, non insciũ. Neque enim omnes causas nouit, & debet posse de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoque, de quibus dicendum erit, interim discet: & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo? nõ aut faber de fabrica melius, aut de musice musicus? Si nesciat orator quid sit de quo quæritur, planè melius. Nam & litigator rusticus illiteratusque de caussa sua melius quam orator qui nescit quid in lite sit, dicet: sed accepta à musico, à fabro, sicut à litigatore, melius orator quam ipse qui docuerit. Verùm & faber cum de fabrica, & musicus cum de musica, siquid confirmationem desiderauerit, dicet: non erit quidem orator, sed faciet illud quasi orator: sicut cum vulnus imperitus deligabit, non erit medicus, sed faciet vt medicus. An huiusmodi res nec in laudem, nec in delibera-
Ullum facere de Rinauerat Iul. Cæs. perfecit Claud. Imper. tionem, nec in iudicium veniunt? Ergo cum de faciendo portu Hostiensi deliberatum est, non debuit dicere sententiam orator? Atqui opus erat ratione architectorum. Liuores & tumores in corpore, crudelitatis an veneni signa sint, non tractat orator? At est id ex ratione medicinæ.

Circa

Circa mensuras & numeros non versabitur? Dicamus has Geometriæ esse partes. Equidem omnia ferè posse credo casu aliquo venire in officium oratoris: quod si non accidet, non erunt ei subiecta. Ita sic quoque rectè diximus materiam rhetorices esse omnes res ad dicendum ei subiectas: quod quidem probat etiam sermo communis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, positam nobis esse materiam frequenter etiam præfatione testamur. Gorgias quidem adeò rhetori de omnibus putauit esse dicendum, vt se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisque de re vellet. Hermagoras quoque dicendo materiam esse in causa & in quæstionibus, omnes res subiectas erat complexus. Sed quæstiones si negat ad rhetoricen pertinere, dissentit à nobis: si autem ad rhetoricen pertinent, ab hoc quoque adiuuamur. Nihil est enim quod non in causam aut quæstionem cadat. Aristoteles tres faciendo partes orationis, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam, penè & ipse oratori subiecit omnia. nihil enim non in hæc cadit. Quæsitum à paucissimis etiam de instrumento est. Instrumentum voco, sine quo formari materia, & in id quod velimus effici opus non possit. Verum hoc ego non artem credo egere, sed artificem. Neque enim scientia desiderat instrumentum, quæ potest esse consummata, etiam si nihil faciat: sed ille opifex, vt cælator cælum, & pictor penicilla. Itaque hæc in eum locum quo de oratore dicturi sumus, differamus. Cice. 1. & 3. de Orato. item de finibus. In lib. 12.

M. FA

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER TERTIVS.

De scriptoribus artis rhetoricæ.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Repetit breuiter summa quædam capita ex libro secundo, inde maximè vnde tractatus artis incipit,& transit ad sequentem operis partem,statimque auditorem reddit attentum,à difficultate operis, propter inquisitionem diuersarum opinionum, vnde futurum aitvt sequentibus minus nitoris aspersurus sit, quàm primis duobus libris quos quare dicendi maiore suauitate condierit, ex Lucretio respondet,vt iuuentutem ad cognitionem rerum vtilium quidem, sed amari quiddam præ se ferentium,facilius alliceret:deinde se etiam metuere ait,ne hic liber eo minus gratus sit, quòd non à se inuenta contineat: qua solicitudine contra inuidiam se ipsum præmunit. Et quia in nullo tanta erat diuersarum opinionum congeries, quanta in hoc libro, recenset scriptores artis rhetoricæ Græcos primùm, deinde Latinos: & quo quisque affectu,& quando scripserit, prodit:post quos se operæpretium facturum existimat, si suam sententiam adferat, quæ nulli sectæ sit addicta, sed libere de omnibus pronuntiet, vt ipse electutis liberum relinquat quod commodissimum videbitur,sequi.

QVONIAM *in libro secundo quæsitum est quid esset rhetorice,& quis finis eius: artem quoque eam esse,& vtilem,& virtutem,vt vires nostræ tulerunt, ostendimus:materiámque ei res omnes de quibus dicere oporteret,subiecimus:iam hinc,vnde cœperit, quibus constet,quo quæque in ea modo inuenienda atque tractanda sint,exequar:intra quem modum plerique scriptores artium constiterunt, adeò vt Apollodorus contentus solis iudicialibus fuerit.Nec sum ignarus,hoc à me præcipue*

puè quod hic liber inchoat opus, studiosos eius desideràsse, vt inquisitione opinionum, quæ diuersissimæ fuerunt, longè difficillimum, ita nescio an minimè legentibus futurum voluptati: quippe quod propè nudam præceptorum traditionem desideret. In cæteris enim admiscere tentauimus aliquid nitoris, non iactandi ingenij gratia (nanque in id eligi materia poterat vberior) sed vt hoc ipso alliceremus magis iuuentutem ad cognitionem eorum quæ necessaria studiis arbitramur, si ducti iucunditate aliqua lectionis, libentius discerent ea, quorum ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos, & aures præsertim tam delicatas raderet, verebamur. qua ratione se Lucretius dicit præcepta philosophiæ carmine esse complexum: nanque hac, vt est notum, similitudine vtitur:

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes
Cùm dare conantur, prius oras pocula circum
Asbirãt mellis dulci flauóque liquore, & quæ sequũtur. Lucr. lib. 1. item 4.

Sed nos veremur ne parum hic liber mellis, & absinthij multum habere videatur, sítque salubrior studiis quam dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiam ineat, quòd pleraque non inuenta per me, sed ab aliis tradita, continebit: habeat etiam quosdam qui contrà sentiãt & aduersentur, propterea quòd plurimi autores quanuis eodem tenderent, diuersas tamen vias munierunt, atque in suam quisque induxit sequentes. Illi autem probant qualecunque ingressi sunt iter: nec facilè inculcatas pueris persuasiones mutaueris, quia nemo nõ didicisse mauult, quam discere. Est autem, vt procedente libro patebit, infinita dissensio autorum, primò ad ea quæ rudia atque imperfecta adhuc erant, adiicientibus quod inuenissent scriptoribus: mox, vt aliquid sui viderentur afferre, etiam recta mutantibus.

tibus. Nam primus post eos quos poëtæ tradiderunt, mō-
uisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur. Artium
autem scriptores antiquissimi, Corax & Tisias Siculi: quos
insecutus est vir eiusdem insulæ Gorgias Leontinus, Em-
pedoclis (vt traditur) discipulus. Is beneficio longissimæ
ætatis (nam centum & nouem vixit annos) cum multis si-
mul floruit: ideóque & illorum de quibus suprà dixi, fuit
æmulus, & vltra Socratem vsque duravit. Thrasymachus
Vide Gellium lib. 5. cap. 10. Calcedonius cum hoc, & Prodicus Ceius, & Abderites
Protagoras, à quo decem millibus denariorum didicisse
artem quam edidit. Euathlus dicitur: & Hippias Elæus,
& quem Palamedem Plato appellat, Alcidamas Eleates.
Antiphon quoque & orationem primus omnium scripsit,
& nihilominus artem ipse composuit, & pro se dixisse
optimè est creditus: etiam Polycrates, à quo scriptam in
Lib. 2. cap. 17. In Phædro. & Cicc. in Orat. Socratem diximus orationem: & Theodorus Byzantius,
ex iis & ipse quos Plato appellat λογοδαιδάλους. Horū
primi communes locos tractasse dicuntur, Protagoras,
Gorgias, Prodicus, & Thrasymachus. Cicero in Bruto ne-
gat ante Periclem scriptum quicquam quod ornatum ora-
torum habeat: eius aliqua ferri. Equidem non reperio
quicquam tanta eloquentiæ fama dignum: ideóque mihi
miror esse qui nihil ab eo scriptum putent: hæc autem quæ
feruntur, ab aliis esse composita. His successere multi, sed
clarissimus Gorgiæ auditorum, Isocrates, quanquam de
præceptore eius inter autores non conuenit. nos autem
Aristoteli credimus. Hinc velut diuersæ secari cœperunt
viæ. Nam & Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt in
omni studiorum genere: eóque iam seniore (octauum enim
& nonagesimum implenit annum) pomeridianis scholis
Cicero. 3. de Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit, noto qui-
dem

dem illo (vt traditur) versu ex Philocteta frequenter vsus, Orato. & 1. Tuscul.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν αὖθ', ἁνὴρ ἰσοκράτη λέγειν.

Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere.

Ars est vtriusque, sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est. Eodem tempore Theodectes fuit, de cuius opere Lib.2.cap.15. suprà dictum est, Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de rhetorice diligenter scripsit: atque hinc vel studiosius philosophi quàm rhetores, præcipuéq; Stoicorum ac Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti: cui maximè par atque æmulus videtur Athenæus fuisse. Multa pòst Apollonius Molon, multa Arcus, multa Cæcilius & Halicarnasseus Dionysius. Præcipuè tamen in se conuerterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apollonię Cæsaris Augusti fuit: & Theodorus Gadareus Vide Strabo. lib.17. qui se dici maluit Rhodium: quem studiosè audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tyberius Cæsar. Hi diuersas opiniones tradiderunt, appellatiq; inde Apollodorei & Theodorei, ad morem certas in philosophia sectas sequendi. Sed Apollodori præcepta magis ex discipulis cognoscas: quorum diligentissimus in tradendo Latinè fuit C. Valgius, Græcè Atticus. Nam ipsius sola videtur ars edita ad Matium, quia cæteras missa ad Domitium epistola non agnoscit. Plura scripsit Theodorus, cuius auditorem Hermagoram sunt qui viderint. Romanorum primus (quantum ego quidem sciam) condidit aliqua in hæc materia M. Cato ille Censorius, pòst M. Antonius inchoauit. Nam hoc solùm opus eius, atque id ipsum imperfectũ manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam si quo loco res poscet, non omittam. Præcipuum verò lumen sicut eloquentiæ, ita præceptis quoque eius dedit vnicũ apud

nos ſpeciem orandi, docendiq; , oratorias artes, M. Tullius: poſt quem tacere modeſtiſſimum foret, niſi & rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret, & in oratorijs hæc minora, quæ plerique deſiderant, ſciens omiſiſſet. Scripſit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nõnihil pater Gallio: accuratè verò prius Gallione Celſus & Lenas, & ætatis noſtræ Virginius, Plinius Rutilius. Sũt & hodie clari eiuſdẽ operis autores, qui ſi omnia complexi forent: conſuluiſſent labori meo: ſed parco nominibus viuẽtium, veniet eorum laudi ſuum tempus: ad poſteros enim virtus durabit, nõ perueniet inuidia. Non tamen poſt tot ac tantos autores pigebit meam quibuſdam locis poſuiſſe ſententiam. Neque enim me cuiuſquam ſectæ, velut quadam ſuperſtitione imbutus, addixi: & electuris quæ volent facienda copia fuit: ſicut ipſe plurium in vnum confero inuenta, vbicunque ingenio non erit locus, curæ teſtimonium meruiſſe contentus.

Quod initium rhetorices.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Ad id quod initio præcedentis capitis promiſerat, accingitur: docet rhetoricen principium à natura duxiſſe: ſtudium & incrementum debere vtilitati: perfectionem, ab arte & exercitatione eſſe conſectam: Artem, vt medicinam, ex longa obſeruatione factam. Refellit etiam eos qui curam dicendi à conditoribus vrbium, aut legum autoribus cœpiſſe, aut à defenſione potius quàm ab accuſatione, putabit.

NEc diu nos moretur quæſtio, quæ rhetorices origo ſit. Nam cui dubium eſt, quin ſermonem ab ipſa rerũ natura geniti protinus homines acceperint? (quod certè principium eſt eius rei) huic ſtudium & incrementum dederit vtilitas, ſummam ratio & exercitatio? Nec video quare curam dicendi putent quidam inde cœpiſſe, quòd ij qui

qui in discrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi sui gratia instituerint. Hæc enim vt honestior causa, ita non vtique prior est: cum præsertim accusatio præcedat defensionem: nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius qui ferrum in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius comparauit. Initium ergo dicendi dedit natura: initium artis, obseruatio. Homines enim sicut in medicina cùm viderent alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione eorum effeceruut artem: ita cum dicendo alia vtilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumq;, & quædam secundum rationem eorum adiecerunt ipsi quoque: hæc confirmata sunt vsu: tum quæ sciebat quisque, docuit. Cicero quidem initium orandi conditoribus vrbium ac leguulatoribus dedit: in quibus fuisse vim dicendi necesse est: cur tamen hanc primam originem putent, non video, cùm sint adhuc quædam vagæ & sine vrbibus ac sine legib. gentes, & tamen qui sunt in his nati & legationibus fungantur, & accusent aliqua ac defendant, & denique alium alio melius loqui credant.

In prologo rhetoricorum veterum.

Quinque esse partes rhetoricæ. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Tria hoc capite complectitur: partitionem rhetorices, ordiné partium, & appellationem. Partes ex quibus sermo nectitur, rebus & verbis constare, & esse numero quinque ostendit: refellens eorum sententiam, qui eas vel plures vel pauciores fecerunt. Docet memoriam & actionem excludi non posse: iudicium contrà & ordinem non posse adiici, quòd illud tribus primis partibus sit permixtum, ordo verò ad dispositionem referatur. In ordine partiú primam esse inuentionem, secundam dispositionem, tertiam elocutionem, hinc memoriam & pronuntiationem subsequi. Vltimo loco vocandas esse partes contendit, quia totum perficiant: non opera, quia oratio opus dicatur. Non etiam elementa, quia essent solùm initia quæ totum non constituerent: ostenditque quibus caussis in hos errores inducti fuerint qui ita senserunt: hinc ad caussarum genera transit, quæ ita rectius quàm rhetorices genera vocata esse iudicat.

OMnis autem orandi ratio, vt plurimi maximiq; au-
tores tradiderunt, quinque partibus constat, i-
uentione, dispositione, elocutione, memoria, pronunti-
tione siue actione: vtroque enim modo dicitur. Omnis v-
rò sermo, quo quidem voluntas aliqua enuntiatur, habe-
necesse est & rem, & verba. Ac si est brevis, & vna co-
clusione finitus, nihil fortasse vltrà desideret: at ora-
longior plura exigit. Non enim tantum refert, quid, c
quomodo dicamus, sed etiam quo loco. opus ergo est dispo-
sitione. Sed neque omnia quæ res postulat, dicere, neq-
suo quæque loco poterimus, nisi adiuuante memoria. qua
propter ea quoque pars quarta erit. Verùm hæc cunct
corrumpit ac propemodum perdit indecora vel uoce v
gestu pronuntiatio. Huic quoque igitur tribuendus est n
cessariò quintus locus. Nec audiendi quidam, quorum e
Albutius, qui treis modò primas esse partes volunt, qu
memoria atque actio natura, non arte contingat: quarum
nos præcepta suo loco dabimus: licet Thrasymachus quo-
que idem de actione crediderit. His adiecerunt quida
sextã partem, ita vt inuentioni iudicium subnecterent, qua
primum esset inuenire, deinde iudicare. Ego porrò n
inuenisse quidem credo eum, qui non iudicauit. nec enim
contraria, communia, stulta, iuueniisse dicitur quisquam,
sed non vitasse. Et Cicero quidem in Rhetoricis iudicium
subiecit inuentioni: mihi autem adeò tribus primis par-
tibus videtur esse permistum, (nam neque dispositio sine
eo, neque elocutio fuerit) vt pronuntiationem quoque vel
plurimum ex eo mutuari putem. Quod hòc audacius di-
xerim, quòd in partitionibus oratorijs ad easdem de qui-
bus suprà dictum est, quinque perueniat partes. Nam cum
dupliciter primùm diuisisset, in inuentionem atque elocu-
tionem:

tionem res ac dispositionem inuentioni, verba & pronuntiationem elocutioni dedit: quintaq; constituit communem, ac velut custodem omnium, memoriam. Idem in oratore, quinque rebus constare eloquentiam dicit: in quibus postea scriptis certior eius sententia est. Non minus mihi cupidi nouitatis alicuius videtur fuisse, qui adiecerunt ordinem, cui dispositionem dixissent: quasi aliud sit dispositio, quam rerum ordine quam optimo collocatio. Dion inuentionem modò & dispositionem tradidit, sed vtranque duplicem, rerum, ac verborum: vt sit elocutio inuentionis, pronuntiatio dispositionis: his quinta pars memoria accedat. Theodorei ferè inuentionem duplicem, rerum, atque elocutionis, deinde treis cæteras partes. Hermagoras, iudicium, partitionem, ordinem, quæq; elocutionis sunt, subiicit œconomiæ, quæ Græcè appellata ex cura rerum domesticarum, & hìc per abusionē posita, nomine Latino caret. Est & circa hoc quæstio, quòd memoriam in ordine partium quidam inuentioni, quidam dispositioni subiunxerunt: nobis quartus eius locus maxime placet. Non enim inuenta tantum tenere vt disponamus, nec disposita vt eloquamur, sed etiam verbis formata memoriæ mandare debemus. Hac enim omnia quæcunque in orationem collata sunt, continentur. Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, vt has nō rhetorices partes esse existimarent, sed opera oratoris: eius enim esse inuenire, disponere, eloqui, & cætera. Quod si accipimus: nihil arti relinquemus. Nam bene dicere, est oratoris: rhetorice tamen est bene dicendi scientia: vel, vt alij putant, artificis est persuadere: vis autem persuadendi, artis. Ita inuenire quidem & disponere, oratoris: inuentio autem & dispositio, rhetorices propria videri potest. In eo plures dissenserunt, vtrumne hæ partes essent rhetorices, an eius-

dem opera, an (vt Athenæus credit) elementa, quæ vocat στοιχεῖα. Sed neque elementa rectè quis dixerit: alioqui tertium initia erunt, vt mundi vel humor, vel ignis, vel materia, vel corpora insecabilia: nec operum rectè non accipient, quæ non ab alijs perficiuntur, sed aliud ipsa perficiunt. Partes igitur. Nam cum sit ex his rhetorice, fieri non potest, vt totum ex partibus constet, nisi sint partes totius, ex quibus constet. Videntur autem mihi qui has opera dixerunt, eo quoque moti, quòd in alia rursus diuisione nollent in eodem nomen incidere. Partes enim rhetorices esse dicebant laudatiuam, deliberatiuam, iudicialem. Quæ si partes sunt, materiæ sunt potius quam artis. Nam quæ in his singulis rhetorice tota est, quia & inuentionem & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & pronuntiationem quæcunque earum desiderat. Itaque quidam genera ea tria rhetorices dicere maluerunt: optime autem ij, quos secutus est Cicero, qui genera caussarum.

Aristotel. ad Theodec. lib. 1. cap. 3.

Tria esse genera caussarum. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Genera caussarum optimè genera dici docuit: nunc confutat aliorum opinionibus tria esse numero colligit: demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Sed primum hanc opinionem oppugnat: tium argumenta profert: plura esse genera, sed hoc numero comprehensa frequentissima pro solis. Contra quos probat aliorū argumentis & suis, solum esse tria. Aliorum sic: tot esse genera caussarum, quot auditorum: auditores omnes aut delectationem sequi, aut consilium capere, aut iudicare velle. Ergo esse tria solum genera. Suis hoc probat: oratoris officium esse in iudicijs, & extrà. Quæ sunt extrà, tempora habere præteritum, vel futurum: præterita laudari, futura in deliberationem cadere: Ergo solùm esse tria genera & rursus, oratori certa de se omnia, aut dubia: certa laudari aut vituperari: dubia autem in deliberationem, aut in iudicium cadere. Recenset diuersas multorum partitiones: & Platonem duobus aliis tertiū genus protomeliticon (quod & didacticon dicimus) adrecisse, cuius vis è dialectica sit, in quo quæramus quid sit res, quæ partes eius, quæ causſæ, &c. Atque ad extremum omnia reduci ad illa tria, demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale concludit. Et demonstratiuum vocari à meliore parte laudatiuum

quorum

quorum vtrunque à Græcis profluxisse potuerit, qui encomiasticon & epidicticon dicant: nihil Latina interpretatione malimus esse cõtenti, cum qui laudatur, fingi & demõstrari videatur. Vbi breuiter, quo differat epidicticon ab encomiastico, docet. Ad finem eos improbat qui honestum, finem laudatiui: vtile, deliberatiui: æquum iudicialis pronuntiarent, cum sint illi omnium generum communes.

SEd tria an plura sint, ambigitur. Nec dubiè prope omnes vtiq; summæ apud antiquos autoritatis scriptores Aristotelem secuti, qui nomine tantum alio concionalem pro deliberatiua appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tum leuiter est tentatum, cùm apud Græcos quosdam, tum apud Ciceronem in libris de oratore, & nunc maximo temporum nostrorum autore propè impulsum, vt non modò plura hæc genera, sed etiam penè innumerabilia videantur. Nam si laudandi ac vituperandi officium in parte tertia ponimus: in quo genere versari uidebimur cum querimur, consolamur, mitigamus, concitamus, terremus, confirmamus, præcipimus, obscurè dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, describimus, mandamus, renuntiamus, optamus, opinamur, & plurima alia: vt mihi in illa vetere persuasione permanenti, velut petenda sit venia: quærendumq;, quo moti priores, rem tam late fusam, tam breuiter adstrinxerint. Quos qui erasse putant, hoc secutos arbitrantur, quòd in his ferè versari tum oratores videbant. Nam & laudes ac vituperationes scribebantur, & παραφράσις dicere erat moris & plurimũ in consilijs ac iudicijs mſumebatur operæ, vt scriptores artiũ pro solis cõprehenderint frequẽtissima. Qui verò defendunt, tria faciunt genera auditorum: unũ quod ad delectationẽ conueniat, alterũ quod consilium accipiat, tertiũ quod de causis iudicet. Mihi cuncta rimãti, talis quædã ratio succurrit, quòd omne oratoris officium: aut

Plinium intelligere videtur

Vide Aristot. rhet. 1. cap. 3.

in iudicijs est, aut extra iudicia. Eorum de quibus iudici quæritur, manifestum genus est: ea quæ ad iudicem ne veniunt, aut præteritum habent tempus, aut futurum. Pra terita laudamus aut vituperamus, de futuris deliberamu Item omnia de quibus dicendum est, aut certa sint neces est, aut dubia. Certa, vt cuique est animus, laudat aut cul pat: ex dubijs partim nobis ipsis ad electionem sunt li bera, de his deliberatur: partim aliorum sententiæ comiss de his lite contenditur. Anaximenes iudicialem & concio nalem generales partes esse voluit, septem autem species hortandi, dehortandi: laudandi, vituperandi: accusandi defendendi, exquirendi, quod ἐξεταστικὸν dicunt: quarum duæ primæ deliberatiui, duæ sequentes demonstratiui, tre vltimæ iudicialis generis sunt partes. Protagoram transeo,

In dialogo de ente.

qui interrogandi, respondendi, mandandi, precandi, quod ὅλῳ χωλίῳ dixit, partes solas putat. Plato in Sophista, iu diciali & concionali tertiam adiecit προσομιλητικὴν, quam sanè permittamus nobis dicere sermocinatricē: qua a forensi ratione disiungitur, & est accommodata priua tis disputationibus: cuius vis eadem profectò est, quæ dia lecticæ. Isocrates in omni genere inesse laudem ac vitu perationem existimauit. Nobis & tutissimum est autores plures sequi, & ita videtur ratio dictare. Est igitur: vt dixi, vnum genus quo laus ac vituperatio continetur, sed est appellatum a parte meliore laudatiuum. idē alij demon stratiuum vocant. vtrunque nomen ex Græco creditur fluxisse. Nam & ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non tam demonstrationis vim ha bere, quam ostentationis videtur, & multum ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre. nam vt continet laudatiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam

negauerit

negauerit Panegyricos ἐπιδεικτικὸς esse? Atqui formam suadendi habent, & plerunque de vtilitatib. Græciæ loquuntur: vt causarum quidem genera tria sint, sed eatum in negotiis, tum in ostentatione posita. Nisi forte non ex Græco mutantes demonstratiuum vocant, verum id sequuntur, quòd laus ac vituperatio quale sit quicque demonstrat. Alterum est deliberatiuum: tertium, iudiciale. Cæteræ species in hæc tria incidunt genera: nec inuenitur ex his vlla, in qua non laudare aut vituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid vel depellere debeamus. Illa quoque sunt communia, conciliare, narrare, docere, augere, minuere, concitandis componendisue affectibus animos audientium fingere. Ne his quidem accesserim, qui laudatiuam materiam honestorum, deliberatiuam vtilium, iudicialem iustorum quæstione contineri putant, celeri magis ac rotunda vsi distributione, quam vera. Stant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. Nam & in laude iustitia vtilitasq; tractantur, & in consiliis honestas: & raro iudicialem inueneris causam, in cuius non parte aliqua, eorum quid quæ supra diximus, reperiatur.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Quia locutus est de tribus generibus, & sequitur tractatio de statibus orationis officia, & quæstionum diuersitatem explicat, & præcedentes causas ex quibus nascitur, repetit. Omnem enim orationem rebus & verbis constare tradit. Facultatem orandi, natura, arte (cui subiicitur imitatio) & exercitatione consummari. Tria esse quæ præstet orator, vt doceat, delectet, moueat: quæ non semper in omnem orationem cadant. Alia esse quæ probationem desiderent, alia quæ non desiderent: contra Celsum, qui oratorem solum de incertis dicere voluit. Alias quæstiones esse in scripto, de iure: alias de nõ scripto, in re. Et omnes esse aut finitas, certis personis, locis, & temporibus

incluſas, quæ hypotheſes dicantur: aut ſeparatas ab omnibus circumſtantiis, quæ theſes vocentur, ad quas diſputando hypotheſes reducantur. Et quaſdam eſſe quæſtiones inter theſes & hypotheſes medias theſésque non minus ad oratorem pertinere, quàm hypotheſes: atque illas à Cicerone ſcientia & actione diſtingui. Prius, trium genera eſſe, an ſit, quid ſit, qualis ſit. ſequens, duorum: quomodo adiiciamur, quomodo vtamur: poſtremò ſtatus in theſes cadere, qui in hypotheſes. Et alias eſſe in rebus ipſis, alias ad aliud referri. Poſtremo hypotheſeos referre multa nomina, & varias ſecundum diuerſas definitiones.

Cic. in Bruto. *OMnis autem oratio cõſtat, aut ex his quæ ſignificantur, aut ex his quæ ſignificant, id eſt, rebus, & verbis. Facultas orandi conſummatur natura, arte, exercitatione: cui quartam partem adiiciunt quidam imitationis, quam nos arti ſubiicimus. Tria ſunt item quæ præſtare debet orator, vt doceat, moueat, delectet. Hæc enim clarior diuiſio, quam eorum qui totum opus in res & in affectus partiuntur. Non ſemper autem omnia in eam quæ tractabitur materiam cadent. Erunt enim quædam remotæ ab affectibus: qui vt non vbique habent locum, ita quocunque irruperint, plurimum valent. Præſtantiſſimis autoribus placet, alia in rhetorica eſſe quæ probationem deſiderent, alia quæ non deſiderent: cum quibus ipſe conſentio. Quidam verò, vt Celſus, de nulla re dicturum oratorem, niſi de qua quæratur, exiſtimant: cui cum maxima pars ſcriptorum repugnat, tum etiam ipſa partitio: niſi fortè laudare quæ conſtet eſſe honeſta, & vituperare quæ ex cõfeſſo ſint turpia, non eſt oratoris officium. Illud iam omnes fatentur, eſſe quæſtiones aut in ſcripto, aut in non ſcripto. In ſcripto ſunt de iure, in non ſcripto de re. Illud legale, hoc rationale genus: Hermagoras atque eum ſecuti vocant νομικὸν, & λογικόν. Idem ſentiunt qui omnem quæſtionem ponunt in rebus, & in verbis. Item conuenit quæſtiones eſſe aut infinitas, aut finitas. Infinitæ ſunt, quæ remotis per*

ſon

sonis & tẽporibus & locis, cæterisque similibus, in vtranque partem tractantur: quod Græci θέσιν dicunt, Cicero propositum, alij quæstiones vniuersales ciuiles, alij quæstiones philosopho conuenientes, Athenæus partem causse appellat. Hoc genus Cicero scientia & actione distinguit: vt sit scientiæ, an prouidentia mundus regatur: actionis, an accedendum ad remp. administrandam. Prius, trium generum, an sit, quid sit, quale sit. omnia enim hæc ignorari possunt. Sequens, duorum, quo modo adipiscamur, quomodo vtamur. Finitæ autem sunt ex complexu rerum, personarum, temporum, cæterorúmque. be ὑποθέσεις a Græcis dicuntur, causse a nostris. In his omnis quæstio videtur circa res personásque consistere. Amplior est semper infinita. inde enim finita descendit. Quod vt exemplo pateat, infinita est, An vxor ducenda: finita, an Catoni ducenda: ideóque esse suasoria potest. Sed etiam remotæ à personis propriis, ad aliquid referri solent. Est enim simplex, an respublica administranda: refertur ad aliquid, an in tyrannide administranda. Sed hic quoque subest velut latens persona. tyrannus enim geminat quæstionem, subéstque & temporis & qualitatis tacita vis: nondum tamen hoc proprie dixeris causam. Hæ autem quas infinitas voco, & generales appellantur. quod si est verum, finitæ speciales erunt. In omni autem speciali vtique inest generalis, vt quæ sit prior. Ac nescio an in causis quoque quicquid in quæstionem venit qualitatis, generale sit. Milo Clodium occidit: iure occidit, insidiatorem. nonne hoc quæritur, an sit ius insidiatorem occidendi? Quid in coniecturis? non illa generalia, an causa sceleris odium? cupiditas? an tormentis credendum? testib. an argumentis maior fides habenda? Nam finitione quidem comprehendi nihil In Topicis.

nihil non in vniuersum certum erit. Quidam putãt etiam eius posse theseis aliquando nominari, quæ personis causisque contineantur, aliter tantummodo positas: vt causa sit, cùm Orestes accusatur: Thesis, an Orestes rectè sit absolutus. cuius generis est, an Cato recte Martiam Hortensio tradiderit. Hi thesin a caussa sic distinguunt, vt illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ. Illic enim veritatis tantum gratia disputari, hic negotium agi. Quanquam inutiles quidam oratori putant vniuersales quæstiones, quia nihil prosit quòd constet ducendã esse vxorem, vel administrandam rempublicam, siquis vel ætate vel valetudine impediatur. Sed non omnib. eiusmodi quæstionib. sic occurri potest, vt illis, Sine virtus finis, Regaturne prouidentia mundus. Quinetiam in ijs quæ ad personam referuntur, vt non est satis generalem tractasse quæstionem, ita perueniri ad speciem nisi illa prius excussa non potest. Nam quo modo an sibi vxor ducenda sit, deliberabit Cato, nisi constiterit vxores esse ducendas? Et quo modo an ducere Martiam debeat quæretur, nisi Catoni ducenda vxor est? Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri, qui confirmẽt illam opinionem, siue falsus est titulus, siue alius hic Hermagoras fuit. Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit, cùm, sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifestum est, materiam rhetorices in theseis & caussas diuiserit? Quod reprehendit Cicero: ac thesin nihil ad oratorem pertinere contendit, totumque hoc genus quæstionis ad philosophos refert. Sed me liberauit * reprehendendi verecundia, & quòd ipse hos libros improbat, & quòd in oratore, atque iis quos de oratore scripsit libris, & Topicis, præcipit, vt a propriis personis atque temporib. auocemus controuersiam,

De inuentione

* respondendi

Libro 3.

siam, quia latius dicere liceat de genere quàm de specie, & quod in vniuerso probatum sit, in parte probatum esse necesse sit. Status autem in hoc omne genus materiæ ijdem qui in causas cadunt. Ad hoc adiicitur, alias esse quæstiones in rebus ipsis, alias quæ ad aliud referantur. Illud, an vxor ducenda: hoc, an seni ducenda. Illud, an fortis: hoc, an fortior, & similia. Causam finit Apollodorus, vt interpretatione Valgij discipuli eius vtar, ita, Causa est negotiũ omnib. suis partib. spectans ad quæstionem: aut, Causa est negotium, cuius finis est cõtrouersia. Ipsum deinde negotium sic finit, Negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorũ, instrumentorum, sermonum, scriptorum, & non scriptorum. Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν. Sed ipsam causam quidam similiter finierunt, vt Apollodorus negotium. Isocrates causam esse ait quæstionem finitam ciuilem, aut rem controuersam in personarum finitarum complexu. Cicero his verbis, Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. In topicis.

Quid sit status: vnde ducatur: reus an actor eum faciat: quot & qui sint.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Quia nulla causa nisi priùs cognito eius statu tractari potest: antequam causarum genera singillatim describat, quorum capite superiori facta fuerat mentio: tractationem statuum, qui in quoque genere causarum sunt, aggreditur; quam omnem in tria capita summa diducit, quid sit status, vnde dicatur, quot & qui sint. Et priusquam statum definiat, nominis diuersam appellationem (quæ obscuritatem gignere poterat) attingit. Inde qui statum primam causarum confi-

ctionem definierunt, rectè sensisse, sed non satis elocutos ait, cum potius id quod ex prima causarum conflictione nascitur, statum dici oporteat. Et hanc conflictionem aut quæstionem, non quamuis, quæ vel primo loco ponatur, aut extrinsecus adducatur, statum vocandum, sed quæ sit causarum propria, de qua iudici sententia dicenda sit. Et simplices quidem causas vno statu contentas esse, multiplices verò tot status habere, quot quæstiones. Statum ergo rectè dici concludit id quod in causa sit potentissimum, in quo causa stet, & maximè res tota vertatur: quod vt primum cogitandum sit, ita non primum exequendum. Adfert & aliam quorundam definitionem, statum esse primam depulsionem eius cum quo agitur. Ex qua noua quæstio oritur, quod secundum est partitionis iam factæ membrum: Vnde status ducatur, & vtrum statum semper faciat qui respondet. Et primùm Celsum refutat, qui semper statum nasci voluit ab eo qui suam propositionem confirmaret, quod falsum esse ostendit: & eum quidem in coniecturalibus causis ex propositione nasci videri posse, quia magis coniectura vtatur qui agit: alioqui ex depulsione colligi, quæ modò à reo, modò etiam ab actore fiat. Ab actore, vt in qualitate, cum reus dicit se iure occidisse insidiatorem, si neget actor insidiatorem fuisse, depellit, ex quo nascitur status. Ergo ab vtroque nasci, sed per depulsionem quam intentio præcedat. Tertio loco, qui huius diuisionis vltimus est, quot & qui status sint, docet. Profert varietatem opinionum de numero statuum, obiérque decem elementa (quæ nos prædicamenta dicimus) ab Aristotele constituta attingit, essentiam, qualitatem, quantitatem, ad aliquid, vbi, quando, facere, pati, habere, compositum esse. Ex quibus quatuor prima ad status, reliqua ad quosdam locos argumentorum pertinere videantur. Quæ tamen alij nouem solùm numero posuerint, personam, locum, tempus, oportunitatem, actum, numerum, causam, modum, occasionem. Sed hæc sibi non placere, quia nec status omnes, nec argumentorum loci his elementis contineri possint. Deinde qui solum qualitatis statum aut coniecturæ fecerint: & coniecturam à directione quadam rationis ad veritatem, dictam ostendit. Hinc qui duos, qui tres, quatuor, quinque, sex, septem, octo, & qua diuersitate tradiderint: quique rursus omnes ad duo capita redegerint: nempe vt dicerent alios esse rationales, alios legales, & in rationalibus, vt Hermagoras, negotialem posuerint. tum quid negotialis status sit, & quo pacto Cicero in rhetoricis præceptores secutus, non satis apta quædam de eo tradiderit. Vtque Hermagoras primum translationem addiderit, & legalem statum in quatuor partitus sit, in scriptum & sententiam, in ratiocinatiuum, ambiguitatem, & leges contrarias, subiungit. Qua opinionum varietate de statibus prolata & commemorata, suam sententiam interponit, excusata prius & mutata quam vsque ad illa tempora eadem de re habuerat: seque Ciceronis & Hippocratis exemplo tuetur, quos non puduerit malè scripta retractare, & edi-

tos libros aliis postea scriptis damnare. Ergo se de statibus ita olim sensisse ait, vt rationales tres status faceret, coniecturam, finitionem, & qualitatem, vnum legalem, quem in quinque partes subdiuideret, & scripti & voluntatis, legum contrariarum, collectiuum, ambiguitatis, & translationis. Verùm pòst aliquanto sanius eandem partitionem fecisse. Primum, legalem non statum, sed quæstionis genus vocasse, & è quinque specialibus sub legali comprehensis, translationem remouisse: quia etiamsi personæ, tempora, & actiones transferantur, non sit tamen in translatione quæstio, sed in eo propter quod transferuntur. Ita si scripto nititur, succedere legitimis quæstionibus: si caussa extrinsecus allata, statibus rationalibus. Addit etiam errare eos qui translationem accipiunt pro remotione. Et tandem suam ex Ciceronis autoritate de statibus sententiam pronuntiat, Tria esse quæ in omni disputatione quærantur, an sit, quid sit, quale sit. Et idcirco tres solùm status esse, finitionem, coniecturam, & qualitatem, quibus quæstiones finitæ & infinitæ contineantur. Neque enim quidquam esse in rationali parte vel in legali, quod non his tribus explicetur, extra quos nihil quærendum sit. Attamen rudes instituentibus, non inutilem fore rationem latius fusam, vt doceamus quadruplicem in iure rationem esse defendendi: aut factum negando, aut nomen facti: aut iure defendendo: aut si nos hæc omnia deficiant, ad actionem aut translationem, vt aliquo iuris adiutorio elabi possimus, confugiendo. Tradit insuper in caussis simplicibus vnicum tantum statum, sed plures quæstiones: in coniunctis verò plures status vel eiusdem vel etiam diuersi generis esse posse: quod subiectis è iure pluribus exemplis patefacit. Postremò causæ, iudicationis, continentis tractationem, capite de iudicialibus causis, quia in eo genere potissimum existant, promittit.

ERgo *cùm omnis caussa contineatur aliquo statu, prius quam dicere aggredior quo modo genus quodque caussæ sit tractandum, id quod commune est omnibus, quid sit status, & vnde ducatur, & quot & qui sint, intuendum puto: quanquam id nonnulli ad iudiciales tantùm pertinere materias putauerunt. Quorum insciitiam, cùm omnia tria genera fuero executus, res ipsa deprehendet. Quod nos statum, id quidam constitutionem vocant, alij quæstionem, alij quod ex quæstione appareat. Theodorus generale caput, id est κεφάλαιον γενικώτατον, ad quod referantur omnia.*

Quorum

Quorum diuersa appellatio, vis eadem est: nec intere
discentium, quibus quicque nominibus appelletur, dum re
ipsa manifesta sit. Statum Græci στάσιν vocant: quod no
men non primum ab Hermagora traditum putant, sed a
ab Naucrate Socratis discipulo, alij a Zopyro Clazome
nio: quanquam videtur Aeschines quoque in oratione cō
tra Ctesiphontem vti hoc verbo, cum a iudicibus petit n
Demosthenem permittant euagari, sed cum dicere de ip
causse statu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta vel ex c
quòd ibi sit primus causse congressus, vel quòd in hoc ca
sa consistat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc quid si
Statum quidam dixerunt primam caussarum conflictio
nem: quos rectè sensisse, parum elocutos puto. Nō est enim
status primæ conflictio, Fecisti, non feci: sed quod ex prim
conflictione nascitur, id est genus quæstionis. Fecisti, no
feci, an fecerit. Hoc fecisti, non hoc feci, quid fecerit. qui
ex his apparet illud coniectura, hoc finitione quærendum,
atque in eo pars vtraque insistit: erit quæstio coniectura
lis, vel finitiui status. Quid si enim dicat quis, Sonus est du
rum inter se corporum conflictio? Erret, vt opinor: non
enim sonus est conflictio, sed ex conflictione. Et hoc le
uius. intelligitur enim vtcunque dictum. Inde verò ingen
male interpretantibus innatus est error, qui quia primam
conflictionē legerant, credidere statum semper ex prima
quæstione dicendum: quod est vitiosissimum. Nam quæstio
nulla non habet vtique statum: constat enim ex intentio
ne, & depulsione: sed aliæ sunt propriæ caussarum de qui
bus ferenda sententia est: aliæ adductæ extrinsecus, aliquid
tamen ad summam caussæ conferentes, velut auxilia quæ
dam: quo fit vt in controuersia vna plures quæstiones esse
dicantur. Harum porrò plerunque leuissima quæque pri
mo loco

mo loco fungitur. Nanque & illud frequens est, vt ea quibus minus confidimus, cum tractata sunt, omittamus: interim sponte nostra velut donantes, interim ad ea quæ sunt potentiora, gradum ex his feciſſe contenti. Simplex autem cauſſa etiamſi variè defenditur, non poteſt habere plus vno de quo pronuntietur: atque inde erit ſtatus cauſſæ, quod & orator præcipuè ſibi obtinendum, & iudex ſpectandum maximè intelligit. in hoc enim cauſſa conſiſtet. Cæterum quæſtionum poſſunt eſſe diuerſi. Quod vt breuiſſimo pateat exemplo, cùm dicit reus, Etiam ſi feci, rectè feci: qualitatis vtitur ſtatu. cùm dicit, Non feci, coniecturam mouet. Semper autem firmius eſt non feciſſe: ideoq; in eo ſtatum eſſe iudicabo, quod dicerem ſi mihi plus quàm vnum dicere non liceret. Rectè igitur eſt appellata cauſſarum prima conflictio, non quæſtionum. Nam & pro Rabirio Poſthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, vt actionem competere in equitem Romanum neget: ſecunda nullam ad eum pecuniam peruenisſe confirmat. ſtatum tamen in eo dicam fuiſſe, quod eſt potentius. Nec in cauſſa Milonis circa primas quæſtiones, quæ ſunt ante proœmium poſitæ, iudicabo conflixiſſe cauſſam: ſed vbi totis viribus inſidiator Clodius, ideóque iure interfectus, oſtenditur. Et hoc eſt quod ante omnia conſtituere in animo ſuo debeat orator, etiam ſi pro cauſſa plura dicturus eſt, quid maximè liquere iudici velit. Quod tamen vt primum cogitandum, ita non vtique primum dicendum erit. Alij ſtatum crediderunt primam eius cum quo ageretur, deprecationem. Quam ſententiam his verbis Cicero complectitur, In quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Vnde rurſus alia quæſtio, an eum ſemper is faciat qui reſpõdet. Cui rei præcipuè repugnat Cor- In Topicis.

nelius Celsus, dicens nõ à depulsione sumi, sed ab eo qui
positionẽ suam confirmet: vt si hominẽ occisum reus ne
status ab accusatore nascatur, quia is velit probare: si
occisum reus dicit, trãslata probationis necessitate ide
reo fiat, & sit eius intentio. Cui non accedo equidẽ. nam
vero propius quod contrà dicitur, nullam esse litem,
cum quo agitur, nihil respondeat: ideoq; fieri statu
respondente. Mea tamen sententia varium id est, & a
dit pro conditione causarum: quia & videri potest p
positio aliquando statum facere, vt in coniecturalibus c
sis. vtitur enim coniectura magis qui agit. Quo m
quidam, eundem à reo inficialem esse dixerunt: & in syl
gismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit. Sed quia
detur illis quoque necessitatem hos status exequendi fac
qui negat (is enim si dicat, Non feci, coget aduersari
coniectura vti: & si dicat, Non habet legem, syllogism
concedamus ex depulsione nasci statum. Nihilo mi
enim res eò reuertetur, ut modò is qui agit, modò is c
quo agitur, statum faciat. Sit enim accusatoris inten
Hominem occidisti: si neget reus, faciet statum qui neg
Quod si confitetur, sed iure à se adulterum dicit occi
(nempe legem esse certum est quæ permittat) nisi alio
accusator respondeat, nulla lis est. Non fuit (inquit) ad
ter. Ergo depulsio incipit esse actoris: ille statum fac
Ita erit quidem status ex prima depulsione, sed ea fic
accusatore, non à reo. Quid quòd eadem quæstio po
eundem vel accusatorem facere, vel reum? Qui artem
dicram exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus
sedeat. qui se prætori in hortis ostenderat, neque erat p
ductus, sedit in quatuordecim ordinibus. Nempe inten
est, Artem ludicram exercuisti. depulsio, Non exercui a

ludicra

Iudicram. quæstio, quid sit artem Iudicram exercere. Si accusabitur theatrali lege, depulsio erit rei. si excitatus fuerit de spectaculis, & taget iniuriarum: depulsio erit accusatoris. Frequentius tamē illud accidet, quod est à pluribus traditū. Effugerunt has quæstiones qui dixerunt statū esse id quod appareat ex intētione & depulsione: vt, feci si, non feci: aut rectè feci. Viderimus tamen vtrum id sit status, an in eo status. Hermagoras statum vocat, per quē subiecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partiū referantur. Nostra opinio semper hæc fuit, quum essent frequenter in caussa diuersi quæstionum status, in eo credere statū caussæ, quod esset in ea potentissimum, & in quo maximè res verteretur. Id si quis generalem quæstionē, vel caput generale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna: non magis quā si illud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomē inuenerit quanquam tota uolumina in hanc disputationē impendisse multos sciam, nobis statū dici placet. Sed cùm in aliis omnibus inter scriptores summa dissensio est, tum in hoc præcipuè uidetur mihi studiū quoq; diuersa tradēdi fuisse: adeò nec qui sit numerus, nec quæ nomina, nec qui generales quiue speciales sint status, conuenit. Ac primū Aristoteles elementa decē constituit, circa quæ uersari uideatur omnis quæstio. Οὐσίαν, quam Plautus* essentiam uocat: neq; sanè aliud est eius nomen latinū: sed ea quæritur an sit. Qualitatem, cuius apertus intellectus est. Quantitatē, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quā magnum, & quam multū sit. Ad aliquid, vnde ductæ trāslatio & cōparatio. Post hæc vbi, & quando: deinde facere, pati: habere, quod est quasi armatum esse, & vestitum esse. Nouissimè κεῖσθαι, quod est compositum esse quodammodo, vt* sedere, stare, iacere. Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere,

Libr. Categoriarum.

* Plautus.

* calefacere, stare, irasci.

cætera ad quosdam locos argumentorum videntur. Al
nouem elementa posuerunt. Personam, qua de animo, cor
pore, extra positis, quæratur: quod pertinere ad conie
cturæ & qualitatis instrumenta video. Tempus, quod χρό
νον vocant, ex quo quæstio, An is quem dum addicta es
mater peperit, seruus sit natus. Locum, vnde controuer
sia videtur, An fas fuerit Tyrannum in templo occider
an exulauerit qui domi latuit. Tempus iterum, quod καιρὸν
appellant. Hanc autem videri volunt speciem illius tempo
ris, vt ætatem, vel hyemen. Huic subijcitur ille in pesti
lentia comessator. Actum, id est πράξιν quod eò referunt
sciens commiserit, an insciens: necessitate, an casu, &
Thrasybulus talia. Numerum, qui cadit in speciem quantitatis, A
Vide Iustinum. Thrasybulo trigenta præmia debeantur, qui tot tyranno
sustulerit. Causam, cui plurimæ subiacent lites, quotie
factum non negatur, sed quia iusta ratione sit factum, de
fenditur. Τρόπον, cum id quod alio modo fieri licet, ali
dicitur factum: hinc est adulter loris cæsus, vel fame ne
catus. Occasionem factorum, quod est apertius, quam v
vel interpretandum, vel exemplo sit demonstrandum: tu
men ἀποδεικτὸν ἔργων vocant. Hi quoque nullam quæstionem
extra hæc putant. Quidam detrahunt duas partes, nume
rum, & occasionem: & pro illo quem dixi actu, subiji
ciunt res, id est πράγματα. Quæ ne præteriisse videre,
satis habui attingere. Cæterum his nec status satis ostendi,
nec omnes contineri locos credo: quod apparebit diligen
tius legentibus, quæ de vtraque re dicam. Erunt enim
plura multo, quam quæ his elementis comprehenduntur.
Apud plures autores legi, placuisse quibusdam, vnum omi
nino statum esse coniecturalem. Sed quibus placuerit, neque
illi tradiderunt, neque ego vsquam reperire potui. Ratio-

nem tamen hanc secuti dicuntur, quod res omnis signis colligeretur: quo modo licet qualitatis quoque solum statum faciant: quia vbique qualis sit cuiusque rei natura, quæri potest. Sed utrocunque modo sequetur summa confusio. Neque interest vnum quis statum faciat, an nullum, si omnes causse sint conditionis eiusdem. Coniectura dicta est a coniectu, id est directione quadam rationis ad veritatem: vnde etiam somniorum atque omnium interpretes coniectores vocantur. Appellatum tamen est hoc genus varie, sicut in sequentibus apparebit. Fuerunt qui duos status facerent: Archidemus coniecturalem, & finitiuum, excluſa qualitate, quia sic de ea quæri existimabat, quid esset iniquum, quid iniustum, quid dicto audientem non esse: quod vocat, de eodem & alio. Huic diuersa sententia eorum fuit, qui duos quidem status esse voluerunt, sed vnum inficialem, alterum iuridicialem. Inficialis, quem nos dicimus coniecturalem, cui ab inficiando nomen alij in totum dederunt, alij in partem, quia accusatorem coniectura, reum inficiatione vti putauerunt. Iuridicialis est qui ἀντιλογικὸς grece dicitur. Sed quemadmodum ab Archidemo qualitas excluſa est, sic ab his repudiata finitio. nam subijciunt ea iuridiciali: quærendumq; arbitrantur, iustumne sit sacrilegium appellari quod obijciatur, vel furtum vel amentiam. Qua in opinione Pamphilius fuit: sed qualitatem in plura partitus est: plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem de qua non constet, in rem de qua constet. Nam est verum, nec aliter fieri potest, quam vt aut certum sit factum esse quid, aut non sit. Si non est certum, coniectura sit: si certum est, reliqui status. Nam idem dicit Apollodorus, quum quæstionem aut in rebus extra positis, quibus coniectura explicatur,

aut in nostris opinionibus existimat positam: quorum illu
πραγματικὸν, hoc περὶ ἐννοίας vocat. Idem, qui ἄπορ
& προληπτικὸν dicunt, quo dubium & præsumptum
gnificatur: de quo liquet. Idem Theodorus, qui de eo an
& de accidentibus ei quod esse constat, id est περὶ ὑπό
καὶ συμβεβηκότων existimat quæri. Nam in his omnib
prius genus coniecturam habet, sequens reliqua. Sed h
reliqua Apollodorus duo vult esse, qualitatem, & de nom
ne, id est finitiuam: Theodorus, quid, quale, quantum, ad a
quid. Sunt & qui de eodem, & de alio, modò qualitate
esse, modò finitionem velint. In duo & Posidonius diuid
vocé, & res. In voce quæri putat an significet quid, qua
multa, quomodo: in rebus coniecturam, quod κατ' ἀλήθ
σιν vocat: & qualitatem: & finitionem, cui nomen d
κατ' ἔννοιαν: & ad aliquid. Vnde & illa diuisio est, a
esse scripta, alia inscripta. Celsius Cornelius duos & ip
fecit status generales, an sit, quale sit. Priori subie
finitionem, quia æquè quæratur an sit sacrilegus q
nihil se sustulisse de templo dicit, & qui priuatam pec
niam confitetur sustulisse. Qualitatẽ, in rem & scriptu
diuidit. Scripto, quatuor partes legales, exclusa transl
tione: quantitatem & mentis quæstionem, coniectu
subiecit. Est etiam alia in duos dividendi status ratio, qu
docet aut de substantia controuersiam esse aut de qualita
te ipsam porrò qualitatem aut in summo genere consisti
re, aut in succedentibus. De substãtia est coniectura. Qu
stio enim tractatur rei, an facta sit, an fiat, an futura si
Interdum etiam mentis: idq; melius, quam quod iis placu
qui statum eundem facti nominauerunt, tanquã de præte
to tantum, & tantum de facto quæreretur. Pars qualitati
quæ est de summo genere, raro in iudicium venit: quæ
est

est, id ne sit honestum, quod vulgo laudatur. Succedentium autem aliæ de communi appellatione, vt sit ne sacrilegus, qui pecuniam priuatam ex templo furatus est. Aut de re denominata, vbi & factum esse certũ est, nec dubitatur quid sit quod factum est. Cui subiacent omnes de honestis, iustis, vtilibus, quæstiones. His etiam cæteri status contineri dicuntur, quia & quantitas modò ad coniecturam referatur, vt maiorne Sol quam terra: modò ad qualitatem, quanta pœna quempiam quantoue præmio sit affici iustum: & translatio versetur circa qualitatem & definitio pars si translationis. quin & cõtrariæ leges, & ratiocinatiuus status, id est syllogismus, & plerunque scripti & voluntatis, æquo nitantur: nisi quod hic tertius aliquando coniecturam accipit, quid senserit legis constitutor: ambiguitatem verò semper coniectura explicari necesse sit: quia cum sit manifestum uerborum intellectum esse duplicem, de sola quæritur uoluntate. A plurimis tres sunt facti generales status, quibus & Cicero in oratore utitur, & omnia quæ aut in controuersiam aut in contentionem ueniant, contineri putat, Sitne, quid sit, quale sit: quorum nomina apertiora sunt quam ut dicenda sint. Idem Patrocles sentit. Tres fecit & M. Antonius, his quidem verbis, Paucæ res sunt, quibus ex rebus omnes orationes nascuntur. factum, non factum: ius, iniuria: bonum, malum. Sed quoniam quod iure dicimur fecisse, non hunc solum intellectum habet, vt lege, sed illum quoque, vt iuste fecisse videamur: secuti Antonium apertius voluerunt eosdem status distinguere. Itaq; dixerunt coniecturalem, legalem, iuridicialem: qui & Virginio placent. Horum deinde fecerunt species, ita vt legali subiicerent finitionem, & alios qui ex scripto dicuntur: legum contraria-

Libro 2.

Ibidem.

rum, quæ ἀντινομία dicitur: & scripti, & sententiæ voluntatis, id est τῆ ῥητῶρ, καὶ διανοίαν: & μεταλη- quam nos varie translatiuam, transsumptiuam, transf- sitiuam vocamus: συλλογισμὸν, quem accipimus rat- cinatiuum, vel collectiuum: ambiguitatis, quæ ἀμφιβο- nominatur: quos posui, quia & ipsi a pleriſque ſtatus pellãtur. quibuſdam legales potius quæſtiones eas dici p cuit. Quatuor fecit Athenæus. προτρεπτικὸν φάσιν, παραινετικὸν, id est exhortatiuum, qui ſuaſoriæ eſt pr prius. σωτελικὸν, qua coniecturam ſignificari, ma ex his quæ ſequuntur, quam ex ipſo nomine appa ὑπαλλακτικὸν. ea finitio eſt, mutatione enim nomi conſtat. Iuridicialem, eadem appellatione Græca, q ceteri, vſus. Nam eſt (vt dixi) multa in nominibus d ferentia. Sunt qui ὑπαλλακτικὸν translationem exiſtiment, ſecuti hanc mutationis ſignificationem. F cerunt alij totidem ſtatus, ſed alios, an ſit, quid ſ quale ſit, quantum ſit: vt Cæcilius & Theon. A ſtoteles in rhetoricis etiam ſic omne opus diuidit, in ve tatem, & petenda ac fugienda, quod eſt ſuaſoriæ: & eod atque alio partiendo ad hoc peruenit, vt, an ſit, quid, qua quantum, & quam multum ſit, quærendum putet. Quod tamen loco finitionis quoque vim intelligit, quo dicit qu dam ſic defendi, Suſtuli, ſed non furtum feci: Percuſſi, ſed iniuriam feci. Poſuerat & Cicero in libris rhetoricis, fact nominis, generis, actionis: vt in facto coniectura, in nomi finitio, in genere qualitas, in actione ius intelligeretur. Iu ſubiecerat translationem. Verum hic legales quoque quæ In partitio. ſtiones alio loco tractat vt ſpecies actionis. Fuerunt qu facerent quinque, coniecturam, finitionem, qualitatem, quantitatem, ad aliquid. Theodorus quoq; (vt dixi) iſtas

generali

generalibus capitibus vtitur, an sit, quid sit, quale sit, quãtum sit, ad aliquid. Hoc vltimum maxime in comparatiuo genere versari putat: quoniam melius ac peius, maius & minus, nisi aliò relata non intelliguntur. Sed in illas quoque translatiuas, vt supra significaui, quæstiones incidunt, an huic ius agendi sit, vel facere aliquid conueniat, an contra hunc, an hoc tempore, an sic. Omnia enim ista referri ad aliquid necesse est. Alij sex status putant: coniecturam, quam γένεσιν vocant, & qualitatem: & proprietatem, id est ἰδιότητα, quo verbo finitio ostenditur: & quantitatem, quam ἀξίαν dicunt: & comparationem: & translationem, cuius ab hoc nouum nomen inuentum est * μετάσασις nouum inquam in statu, alioqui ab Hermagora inter species iuridiciales vsitatũ. Alijs septem esse placuit: a quibus nec translatio, nec quantitas: nec comparatio recepta est: sed in horum trium locum subditæ quatuor legales, adiectæq; tribus illis rationalibus. Alij peruenerunt vsque ad octo, translatione ad septem superiores adiecta. A quibusdam deinde diuisa ratio est, vt status rationales appellarent, quæstiones (quemadmodum supra dixi) legales. In illis de re, in his de scripto quæreretur. Quidam in diuersum hos status esse, illas quæstiones maluerunt. Sed alij rationales tres putauerunt, an sit, quid sit, quale sit: Hermagoras solus quatuor coniecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quam per accidentia, id est κατὰ συμβεβηκότα vocat, hac interpretatione, an illi accidat vir bono esse, vel malo. Hanc ita diuidit, de appetendis & fugiendis, quæ est pars deliberatiua. De persona, ea ostenditur laudatiua. Negotialem, quam πραγματικὴν vocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarum com-

* μετάλημψις.

plexu, vt, sitne liber qui est in assertione: an diuitiæ superbiam pariant: an iustum sit quid, an bonum sit. Iuridicialem, in qua ferè eadem, sed certis destinatisque personis quærantur: an ille iuste hoc fecerit vel bene. Nec me fallit, in primo Ciceronis rhetorico aliam esse * loci negotialis interpretationem, cum ita scriptum sit, Negotialis est, quæ quid iuris ex ciuili more & æquitate sit, consideratur, cui diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimantur. Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi. Sunt enim velut regestæ in hos commentarios, qui adolescens deduxerat, * scholæ: & siquæ est in his culpa tradentis est: siue eum mouit, quòd Hermagoras prima hoc loco posuit exempla ex quæstionibus iuris, siue qui Græci πραγματικὸς vocant iuris interpretes. Sed Ciceronem quidem his pulcherrimos illos de oratore substituit, idque culpari tanquam falsa præcipiat, non potest. Nos Hermagoram. Translationem hic primus omnium tradidit, quanquam semina eius quædam citra nomen ipsum apud Aristotelem reperiuntur. Legales autem quæstiones has fecit, scripti & voluntatis (quam ipse vocat κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν, id est dictum & exceptionem: quorum prius ei cum omnibus commune est, exceptionis nomen minus vsitatum) ratiocinatiuum, ambiguitatis, legum contrariarum. Albutius eadem diuisione vsus, detrahit translationem, subiiciens eam iuridiciali. In legalibus quoque quæstionibus nullum putat esse qui dicatur ratiocinatiuus. Scio plura inuenturos adhuc qui legere antiquiora studiosius volent: sed ne hæc quoque excesserint modum, vereor. Ipse me paulùm in alia quam prius habuerim opinione, nunc esse confiteor. Et fortasse tutissimum erat sequi me modò studenti, nihil ex eo mutare, quod multis annis

* Vocem loci, quidam tollūt. Li. 1. de Inuent.

* Scholæ hîc vt Cic. Tusc. quæst. lib. 1. pro disputationibus accipe: itâque dicere, sunt c. v. scholæ regestæ in h. cō. quas f. scholas, adolesc. deduxerat.

Rheto. 3.

non sensissem modò, verumetiam approbassem. Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti, in eo præsertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquam vtilitatem componimus, in vlla parte iudicij mei. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ, videtur honestissimè fecisse, qui quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est. Et M. Tullius non dubitauit aliquos iam editos libros aliis posthæ scriptis ipse damnare, sicut Catulum atque Lucullum, & hos ipsos, de quibus modò sum locutus, artis Rhetoricæ. Etenim superuacuus foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis. Neque tamen quicquam ex his quæ tum præcepi, superuacuum fuit: ad easdem enim particulas hæc quoque quæ nunc præcipiam, reuertentur. Ita neminem didicisse pœniteat. Colligere tantum eadem, ac disponere paulo significantius conor. Omnibus autem satisfactum volo, non me hæc serius demonstrare aliis, quam mihi ipse persuaserim. Secundum plurimos autores seruabam treis rationales status, coniecturam, qualitatem, finitionem: vnum legalem. Hi mihi status generales erant. Legalem in quinque species partiebar, scripti & voluntatis, legum contrariarum, collectiuum, ambiguitatis, translationis: nunc quartum ex generalibus intelligo posse remoueri. Sufficit enim prima diuisio, qua diximus alios rationales, alios legales esse. ita non erit status, sed quæstionum genus: alioqui & rationalis status esset. Ex his etiam quos speciales vocabam, remoui translationem: frequenter quidem, sicut omnes qui me secuti sunt, meminisse possunt, testatus, & in ipsis etiã illis sermonib. me nolente vulgatis, hoc tamen complexus, vix in vlla controuersia translationis statum posse reperiri, vt non & alius in eadem recte dici videretur: ideoque

Lib. epist. ad Atticum 13.

à quibusdam eum excluſum. Neque ignoro multa tran
ferri, cum in omnibus ferè cauſsis in quibus cecidiſſe q
formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, an huic, an cum hc
an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat age
& ſiqua ſunt talia: ſed perſonæ, tempora, actiones, cæt
ráque propter aliquam cauſſam transferuntur. ita n
eſt in trãslatione quæſtio, ſed in eo propter quod tran
ferruntur. Non debes apud Prætorem petere fideicomm
ſum, ſed apud conſules: maior enim prætoria cognitio
ſumma eſt. quæritur an maior ſumma ſit: facti controue
ſia eſt. Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fi
non potuiſti. iudicatio eſt, an potuerit. Non debuiſti inte
dicere, ſed petere: an rectè interdictum ſit, ambigit
Quæ omnia ſuccedunt legitimis quæſtionib. An non pr
ſcriptiones, etiam in quibus maximè videtur manife
translatio, eaſdem omnes ſpecies habent, quas eæ leg
quibus agitur, vt aut de nomine, aut ſcripto & ſenten
vel ratiocinatione quæratur, deinde ſtatus ex quæſtiõe or
tur: translatio non habeat quæſtionem de qua contend
orator, ſed propter quam contendit? Hoc apertius: Occ
diſti hominem, non occidi: quæſtio, an occiderit: ſtatus, co
iectura. Non eſt tale, Habeo ius actionis, non habes: v
quæſtio, an habeat, & inde ſtatus. Accipiat enim actio
nem, nécne, ad euentum pertinet, non ad cauſſam: & ad
quod pronuntiat iudex, non id propter quod pronun
tiat. Hoc illi ſimile eſt, Puniendus es, non ſum: videbit iu
dex an puniendus ſit: ſed non hic erit quæſtio, nec hic ſta
tus. Vbi ergo? Puniendus es, hominem occidiſti: non occidi
an occiderit. Honorandus ſum, quia tyrannum occidi: non
occidiſti: quæſtio, & ſtatus. Similiter, non rectè agis, igno
miniosus. quæritur an ignominioſus ſit, aut an agere igno

minioso liceat: & quæstio est, & status. Ergo trãslatiuum genus causse est, vt comparatiuum, & mutuæ accusationis. Atenim simile est illi, habeo ius, non habes: occidisti, rectè occidi. Non nego: sed nec res hæc statum facit. non enim sunt hæ propositiones, alioqui causa non explicabitur, sed cum suis rationibus: Scelus commisit Horatius, Liu. dec. 1. lib. 1. sororem enim occidit: non commisit, debuit enim occidere eam, quæ hostis morte mœrebat. quæstio, an hæc iusta causa. ita qualitas. Ac similiter in translatione, non habes ius abdicandi, quia ignominioso non est actio. habeo ius, quia abdicatio actio non est. quæritur quid sit actio. finiemus. non licet abdicare: syllogismus. Item cætera per omnes & rationales & legales status. Nec ignoro fuisse quosdam qui translationem in rationali quoque genere ponerent, hoc modo, Hominem occidi iussus ab imperatore. dona templi cogenti tyranno dedi. deserui, tempestatibus, fluminibus, valetudine impeditus: id est, non per me stetit, sed per illa. A quibus etiam liberius dissentio. Nõ enim actio trãsfertur, sed causa facti: quod accidit penè in omni defensione. Deinde is qui tali vtitur patrocinio, non recedit à firma qualitatis. dicit enim se culpa vacare, vt magis qualitatis duplex ratio facienda sit, altera, qua & factum defenditur: altera, qua tantum reus. Credendum est igitur iis, quorum autoritatem secutus est Cicero, tria esse quæ in omni disputatione quærãtur, an sit, quid sit, quale sit: quod ipsa nobis etiam natura præscribit. nam primùm oportet subesse aliquid de quo ambigitur: quod quid sit, & quale sit, certè non potest æstimari, nisi prius esse constiterit: ideóque ea prima quæstio. sed non statim quod esse manifestum est, etiam quid sit apparet. Hoc quoque constituto, nouissima qualitas superest: nec his exploratis aliud est

vltrà.

vltrà. His infinitæ quæstiones, his finitæ continentur. Harum aliqua in demonstratiua, deliberatiua, iudiciali materia vtique tractantur. Hæc rursus iudiciales causſas & rationali parte & legali continet. Nec enim vlla iuris ſceptatio, niſi finitione, qualitate, coniectura poteſt exacari. Sed inſtituentibus rudes, non erit inutilis latius p mò fuſa ratio, etſi nõ ſtatim rectiſſima linea tenſa, facil tamen & apertior via. Diſcant igitur ante omnia quad pertitam in omnibus cauſsis eſſe rationem, quam prim intueri debeat qui acturus eſt. Nam vt à defenſore potiſ mum incipiam, longè fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi qu obiicitur, negari poteſt. Proxima, ſi non id quod obiicit factum eſſe dicitur. Tertia honeſtiſſima, qua rectè fact defenditur. Quibus ſi deficiamur, vltima quidem, ſed ſola ſupereſt ſalus, aliquo iuris adiutorio elabẽdi ex crim ne quod neque negari neque defendi poteſt, vt non vide tur iure actio intendi. Hinc illæ quæstiones ſiue actionis ſiue translationis. Sunt enim quædam non laudabilia natura, ſed iure conceſſa, vt in XII. tabulis, debitoris corp inter creditores diuidi licuit: quam legẽ mos publicus r pudiauit. Et aliquid æquum, ſed prohibitũ iure: vt liberi teſtamentorũ. Accuſatori nihilo plura intuenda ſunt, quã vt probet factum eſſe, hoc eſſe factũ, non rectè factũ, in ſe intendere. Ita circa ſpecies eaſdem lis omnis verſabitur translatis tantũ aliquãdo partibus: vt in cauſsis in quibus de præmio agitur, rectè factũ petitor probat. Hæc quatuor velut propoſita formæq; actionis, quæ tũ generales ſtatus vocabam, in duo (vt oſtendi) genera diſcedũt, rationale, & legale. Rationale ſimplicius eſt, quia ipſius tantum naturæ contemplatione conſtat. Itaque in eo ſatis eſt oſtẽdiſſe cõiecturã, finitionẽ, qualitatem. Legaliũ plures ſint ſpecies, neceſſe

necesse est, propterea quòd multæ sunt leges, & varias habent formas. Alia est cuius verbis nitimur, alia cuius voluntate: alias nobis, cum ipsi nullam habemus, adiũgimus: alias inter se comparamus: alias in diuersum interpretamur. Sic nascuntur hæc velut simulacra ex illis tribus, interim simplicia, interim & mixta, propriam tamen faciem ostendentia, vt scripti & voluntatis, quæ sine dubio aut qualitate aut coniectura continentur: & syllogismus, qui est maximè qualitatis: & leges contrariæ, quæ iisdem quibus scriptum & voluntas, constant: & ἀμφιβολία, quæ semper cõiectura explicatur. Finitiuo quoque vtrique generi, quódque rerũ, quódque scripti contemplatione cõstat, cõmunis est. Hæc omnia etiã si in illos tres status veniũt, tamẽ quia (vt dixi) habent aliquid velut propriũ, videntur demonstranda discentibus: & permittendũ ea dicere vel status legales, vel quæstiones, vel capita quædam minora: dũ sciãt, nihil ne in his quidem præter tria quæ prædiximus, quæri. At quantum, & quam multum, & ad aliquid, & (vt nõnulli putauerunt) comparatiuus, nõ eandẽ rationẽ habent. Sunt enim hæc non ad varietatem iuris, sed ad solã rationem referenda: ideóque semper in parte aut cõiecturæ aut qualitatis ponenda sunt, vt qua mente, & quo tempore, & quo loco. Sed de singulis dicemus quæstionib. cum tractare præcepta Diuisionis cœperimus. Hoc inter omnes conuenit, in causis simplicibus singulos status esse causarum: quæstionum autem, quæ velut subiacentes, ad illud quo iudicium continetur, referũtur, sæpe in vnam cadere plures posse. Etiam credo aliquando dubitari, quo statu sit vtendũ cum aduersus vnam intentionẽ plura opponũtur: & sicut in colore dicitur narrationis, eum esse optimum, quẽ actor optimè tueatur: ita hìc quoque posse dici, eum statum esse Lib. 7.

facien

faciendum, in quo tuendo plurimum adhibere virium po
sit orator. Ideóque pro Milone, aliud Ciceroni agenti pl
Bruti oratio pro Milone. cuit, aliud Bruto cum exercitationis gratia componer
orationem: cum ille iure tanquam insidiatorem occisu
& tamen non Milonis consilio, dixerit: hic etiam gloriat
sit occiso malo ciue. In coniunctis verò posse duos vel tr
inueniri, vel diuersos: vt siquis aliud se non feciße, alu
rectè feciße defendat: vel generis eiusdem, vt siquis d
crimina vel omnia neget. Quod accidit etiam si de vna
quæratur aliqua, sed eam plures petant, vel eodem iur
vt proximitatis: vel diuerso, vt cum hic testamento, ille p
ximitate nitatur. Quoties autem aliud alij petitori oppo
nitur, dißimiles eße status necesse est: vt in illa controue
sia. Testamenta legibus facta, rata sint. Intestatorum p
rentum liberi hæredes sint. Abdicatus, ne quid de bon
patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus s
lius sit: post legitimum natus, tantùm ciuis. In adoptione
dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam licea
si pater naturalis sine liberis deceßerit. Qui ex duobus l
gitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicau
rat, sustulit nothum: instituto hærede abdicato decesse
Omnes tres de bonis contendunt. Nóθον, qui non sit legi
timus, Græci vocant: Latinum rei nomen, vt Cato quoqu
in oratione quadam testatus est, non habemus, ideóque vt
mur peregrino. Sed ad propositum. Hæredi scripto oppo
nitur lex, Abdicatus ne quid de bonis patris capiat: sit sta
tus scripti & voluntatis, an vllo modo capere possit, a
ex voluntate patris, an hæres scriptus. Notho duplex s
quæstio, quòd post legitimos natus sit, & quòd non sit ant
legitimum natus. Prior syllogismum habet, an pro non
natis sint habendi, qui à familia sunt alienati. Altera scri
pti &

pti & voluntatis. Non enim esse hunc natum ante legitimum conuenit: sed voluntate legis se tuebitur, quam dicet talem fuisse, vt legitimus esset nothus tum natus, cùm alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoque legis excludet, dicens, non vtique si postea legitimus natus non sit, notho nocere: vteturq; hoc argumento, finge solùm natum nothum, cuius conditionis erit? tantum ciuis? atqui non erit post legitimum natus. filius? atqui non erit ante legitimos natus. quare si verbis legis stari non potest, voluntate standum est. Nec quenquam turbet, quòd ex vna lege duo status fiat. duplex est, ita vim duarum habet. Redire in familia volenti, dicitur ab altero, Primum, vt tibi redire liceat, hæres sum. idem status, qui in petitionem abdicati. quæretur enim an posit esse hæres abdicatus. Adijcitur communiter à duobus, redire tibi in familiam non licet: non enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisque eorum quæstione nitetur. Alter enim dicet abdicatum quoq; inter liberos esse: & argumentum ducet ex ipsa qua repellitur lege. Superuacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatum, si esset numero alienorum: nunc quia filij iure futurus fuerit intestati hæres, oppositam esse legem, quæ tamen non id efficiat ne filius sit, sed ne hæres sit. Status finitiuus, quid sit filius. Rursus nothus eisdē colligit argumentis, non sine liberis patrem decessisse, quibus in petitione vsus est, vt probaret esse se filium, nisi forte & hic finitionem mouet, an liberi sint etiam non legitimi. Cadent igitur in vnā controuersiam vel specialiter duo legitimi status, scripti & voluntatis, & syllogismus, & præterea finitio: vel tres illi, qui natura soli sunt, coniectura in scripto & voluntate, qualitas in syllogismo, & quæ per se est aperta finitio. Causa quoque, & iudicatio & continens est in

omni genere cauſſarum. Nihil enim dicitur cui non in
ratio, & quò iudicium referatur, & quòd rem maxim
contineat. Sed quia magis hæc variantur in litibus, & ſ
rè tradita ſunt ab ijs qui de iudicialibus cauſsis aliqua con
Cap. huius libri. *poſuerunt, in illam partem differantur. Nunc quia in t*
genera cauſſas diuiſi, ordinem ſequar.

De demonſtratiuo, quod conſtat laude & vituperatione.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Propoſitis tribus cauſſarum generibus, à demonſtratiuo (quod gnitate & facilitate cæteta præcedit) ordirur. Id ab Ariſtotele à pa negotiali remotum eſſe ait, & ad ſolam delectationem tranſlatum Romæ etiam forenſibus negotiis inſertum, & ex publico officio ſenatuſconſulto magiſtratibus ſæpe demandari ſolitum. Eſſe tam quaſdam materias concedit ad ſolam delectationem comparatas laudes deorum, quæ certæ ſunt: quæ vt non deſiderent probatione quemadmodum quæ negotiis adhibentur, ſpeciem tamen alicuius probationis habeant: vt ſi quis ad probandam diuinitatem Rom adferat, quòd proiectus in profluétem non potuerit extingui. Ornare & amplificare, laudis proprium eſſe oſtédit, & laudari primùm de deinde homines, bruta quoque animantia: & carétia anima: vt vrb flumina. Facta quoque, & dicta, & res omnis generis, vt mortem, ſomnium. Tum quomodo quæque laudanda ſint, ſingillatim fusi mè docet. hoc tamen vnum ex arte admonet, habendam eſſe locu quis laudet aut vituperet, magnam diſcretionem, cùm non iidem ſa apud omnes mores, & perſuaſio publicè recepta, diuerſa. Poſtre circa ſolam qualitatis quæſtionem non verſari hoc genus: atque illud omnes ſtatus cadere poſſe, quamuis maximè qualitate contine tur, concludit.

AC potißimùm incipiam ab ea quæ conſtat laude ac vi
tuperatione. Quod genus videtur Ariſtoteles, atque
eũ ſecutus Theophraſtus, a parte negotiali, hoc eſt πραγ
ματικῆς, remouiſſe, totámque ad ſolos auditores re
legaſſe: & id eius nominis, quod ab oſtentatione ducitur,
propriũ eſt. Sed mos Romanus etiã negotijs hoc munus in
ſerui

seruit. Nam & funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio, atq; ex senatusconsulto magistratibus sæpe mandantur: & laudare testem, vel contrà, pertinet ad momentum iudiciorum: & ipsis etiam reis dare laudatores licet: & editi in competitores, in L. Pisonem, in Clodium & Curionem libri, vituperationem continent, & tamen in Senatu loco sunt habiti sententiæ. Neque inficias eo, quasdã esse ex hoc genere materias ad solam cõpositas ostentationem, vt laudes deorum, virorumq; quos priora tẽpora tulerunt. Quo soluitur quæstio suprà tractata: manifestumq; est errare eos qui nunquam oratorẽ dicturum nisi de re dubia putauerũt. An laudes Capitolini Iouis, perpetua sacri certaminis materia, vel dubiæ sunt, vel non oratorio genere tractantur? Vt desiderat autẽ laus quæ negotiis adhibetur, probationẽ: sic etiam illa quæ ostẽtationi cõponitur, habet interim aliquam speciem probationis: vt qui Romulum Martis filium, educatumq; à lupa dicat, in argumentum cælestis ortus vtatur his, quòd abiectus in profluentem, non potuerit extingui: quòd omnia sic egerit, vt genitum præside bellorum deo, incredibile non esset: quòd ipsum quoque cælo receptũ temporis eius homines non dubitauerint. Quædam verò etiam in defensionis speciem cadant: vt si in laude Herculis, permutatum cum regina Lydiæ habitum, & imperata (ut traditur) pensa orator excuset. Sed proprium laudis est, res amplificare, & ornare. Quæ materia præcipuè quidem in deos & homines cadit: est tamen & aliorum animalium, & carentium anima. Verùm in deis generaliter primùm maiestatem ipsius eorum naturæ venerabimur: deinde propriam uim cuiusque, & inuenta, quæ vtile aliquid hominibus attulerint. Vis ostenditur, vt in Ioue, regendorum

omnium: in Marte belli: in Neptuno, maris. Inuenta, vt artium, in Minerua: Mercurio, literarum: medicinæ, Apolline: Cerere, frugum: Libero, vini. Tum si qua ab his acta vetustas tradidit, commemoranda. Addunt etiam dijs honorem parentes, vt siquis sit filius Iouis. Addit antiquitas, vt ijs qui sunt ex Chao, Progenies quoque, vt Apollo ac Diana Latonæ. Laudandum in quibusdam, quòd genii immortales: in quibusdam, quòd immortalitatem virtute sunt consecuti: quòd pietas principis nostri, præsentium quoque temporum decus fecit. Magis est varia laus hominum. Nam primùm diuiditur in tempora, quodq; ante eos fuit, quoque ipsi vixerunt. In ijs autem qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum. Ante hominem, patria ac parentes, maioresq; erunt, quorum duplex tractatus est. aut enim respondisse nobilitati, pulchrum erit: aut humilius genus illustrasse factis. Illa quoque interim ex eo quod ante ipsum fuit tempore trahentur, quæ responsis vel augurijs futuram claritatem promiserint: vt eum qui ex Thetide natus esset: maiorem patre suo futurum ceciniſſe dicuntur oracula. Ipsius verò laus hominis, ex animo, & corpore, & extrà positis peti debet. Et corporis quidem fortuitorumq; cum leuior, tum non vno modò tractãda est. Nam & pulchritudinẽ interim roburq; prosequimur honore verborum. vt Homerus in Agamẽnone atq; Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, vt cum idem Tydea parium, sed bellatorem dicit fuisse. Fortuna uerò cum dignitatem affert, ut in regibus principibusq; (nanque est hæc materia ostendẽdæ uirtutis uberior) tum quò minores opes fuerunt, eò maiorem benefactis gloriam parit. Sed omnia quæ extra nos bona sunt, quæq; hominibus fortè obtigerunt, non ideo laudantur, quòd habuerit quis

Domitianum intelligit.

Achillem intelligit ex Ouidij Metam.

Iliad. 2.

Iliad. 5.

vit quis ea, sed quòd his honestè sit vsus. Nam diuitiæ, & potentia, & gratia, cũ plurimum virtũ dent in vtranq; partẽ certißimum faciunt morũ experimentũ. aut enim meliores propter hæc, aut peiores sumus. Animi semper vera laus: sed nõ vna per hoc opus via ducitur. Nanq; aliàs ætatis gradus, gestarumq; rerũ ordinẽ sequi speciosius fuit, vt in primis annis laudaretur indoles, tũ disciplinæ, post hoc operũ, id est factorum dictorũq; contextus: aliàs in species virtutũ diuidere laudem, fortitudinis, iustitiæ, continentiæ, cæterarumq;, ac singulis aßignare quæ secundũ quanque earum gesta erunt. Vtra sit autem harum via vtilior, cum materia deliberabimus: dum sciamus gratiora esse audientibus, quæ solus quis, aut primus, aut certè cum paucis fecisse dicetur: siquid præterea supra spem aut expectationem, præcipuè quod aliena potius causſa, quam sua. Tẽpus quod finem hominis insequitur, non semper tractare contingit: non solùm quòd viuentes aliquando laudamus, sed quòd rara hæc occasio est, vt referri poßint diuini honores, & decreta, vt publicè statuæ constitutæ. Inter quæ numerauerim ingeniorũ monumenta quæ seculis probarentur. Nam quidã, sicut Menander, iustiora posterorũ quam suæ ætatis iudicia sunt consecuti. Afferunt laudem liberi parentibus, conditoribus leges latoribus, artes inuentoribus, necnon institutа quoque autoribus, vt a Numa traditum deos colere, & a publicola fasces populo summittere. Qui omnis etiam in vituperatione ordo constabit tamen in diuersum. Nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit: & quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, & inuisos magis fecit: & in quibusdam, vt in Paride traditum est, prædicta pernicies: & corporis ac *fortunæ quibusdã mala contemptum, vt Therſitæ: at verò quibusdam bona vitijs corrupta

Liuius 1. & 2.

Iliad. 6.

*formæ. Iliad.

*Clisthenem odium attulerunt, vt Nirea imbellem, *Plistenem impudicum, a poëtis accepimus. Et animi totidem vitia, quot virtutes sunt: nec minus quam in laudibus, duplici ratione tractantur. Est post mortem adiecta quibusdam ignominia est: vt Melio, cuius domus solo æquata: Marcoq; Manlio, cuius prænomen e familia in posterum exemptum est. Et parentes malorum odimus. Et est conditoribus vrbium infame, contraxisse aliquam pernicioſam cæteris gentem, qualis est primus Iudaicæ superstitionis autor, & Graiorum leges inuisæ: & si quod est exemplum deformis posteris traditum, quale libidinis vir Perses in nuliere Samia instituere ausus dicitur primus. Sed in viuentibus quoque iudicia hominum velut argumenta sunt morum, & honor aut ignominia veram esse laudem vel vituperationem probat. Interesse tamen Aristoteles putat vbi quidque laudetur aut vituperetur. Nam plurimum refert qui sint audientium mores, quæ publicè recepta persuasio: vt illa maximè quæ probant, esse in eo qui laudabitur, credât: aut in eo contra quem dicemus, ea quæ oderint. Ita non dubium erit iudicium, quod orationem præcesserit. Ipsorum etiam iudicum permiscenda laus semper. nam id beneuolos facit: quotiens autem fieri poterit, cum materiæ vtilitate iungenda. Minus Lacedæmone studia literarum, quam Athenis, honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo. Rapto viuere quibusdam honestum, alijs cura legum. Frugalitas apud *Sybaritas forsitan odio foret, veteribus Romanis summum luxuria crimẽ. Eadem in singulis differentia. Maximè fauet iudex, qui sibi dicentem *assentiri putat. *Idem præcepit illud quoque, quod mox Cornelius Celsus propè supra modum inuasit: quia sit quædam virtutibus ac vitijs vicinitas, vtendum proxima deriuatione verborum, vt pro temerario fortem,

Liui. dec. 1. lib. 4. & lib. 6.

Vide Cælium lib. 10. c. 18.

Lib. 1. Rhet. ad Theodec.

Xenophon de ratu. Laced.

*Vide Politi. c. 15 Miscel. & Erasm. in prou. Sybaritica mẽsa.

*Assentari. *Aristot. 1. Rhetor. ad Theodectem.

fortem, pro prodigo liberalẽ, pro auaro parcum uocemus: quæ eadem etiam contra valent. Quod quidẽ orator, id est vir bonus, nunquam faciet, nisi forte cõmuni vtilitate ducatur. Laudantur autem vrbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor: & multũ autoritatis affert uetustas, vt ijs qui terra dicuntur orti: & virtutes ac vitia circa res gestas: eademq; in singulis. Illa propria, quæ ex loci positiõe ac munitione sunt. Ciues illis, vt hominibus liberi, decori. Est laus & operũ, in quibus honor, vtilitas, pulchritudo, autor spectari solet. Honor, vt in tẽplis: vtilitas, vt in muris: pulchritudo vel autor, vtrobique. Est & locorum, qualis Siciliæ apud Ciceronem. in quibus similiter speciem & vtilitatẽ intuemur: speciem, maritimis, planis, amœnis: vtilitatem, salubribus, fertilibus. Erit etiam dictorum factorúmque laus generalis. Erit & rerum omnis modi. Nã & somni & mortis scriptæ laudes, & quorundam a medicis ciborum. Itaque vt non consensi hoc laudatiuũ genus circa solã versari honesti quæstionẽ, sic qualitate maximè contineri puto: quãquam omnes tres status cadere in hoc opus possint, hisq; vsum C. Cæsarem in uituperando Catone, notauerit Cicero. Totum autem habet aliquid simile suasorijs: quia plerunq; eadem illic suaderi, hîc laudari solent. Act. 4. in Ver. In Topicis.

De suasoria seu deliberatiua, & prosopopœia.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Suasoriæ finem solum non esse vtilitatem contendit, & mentem eorum qui hoc genus ita finierunt, interpretatur: docétque apud imperitos, aliquando honestũ ab vtili separandũ, quod apud sapientes nullo modo fiat. Eius esse duas partes, suadẽdi & dissuadendi, quarũ vtraq; vel priuata sit, vel publica. Proœmio, quale est in iudicialib. non egere maxime si priuata sit. publicam verò esse liberiorem, breuiore tamen, &

velut quodam capite & initio contentam. Narrationem in priu
non esse necessariam, extrinsecus tamen posse multa narrari. In co
cionibus esse illam sæpe necessariam ad affectus mouendos, quæ
dinè rei docet. Tria esse in suasoriis spectada: Quid sit de quo deli
retur? Qui sint qui deliberent: Quis sit qui suadeat. Rem de qua delib
ratur, certum esse fieri posse, aut non posse. Si incertum ductu dupl
pugnandum. primùm qualitate, si fieri posset, faciendũ non esse: de
de coniectura, quæ potentissima est, fieri non posse. Omnia consult
aut propter ipsa, aut propter aliud. propter ipsa, an militi stipendia
constitui opporteat. propter aliud, an Romani Fabios dedant Ga
bellum minitantibus. Partes suadendi honestum, vtile (sub quo nec
sarium) & possibile: ad quæ fas, iustum, pium, magnum, facile, æquu
referantur, quæ in omnem consultationem non cadant. Omnem co
sultationem esse de dubiis, Nullam esse consultationem de sola iuc
ditate. Vtilitatem aliquando collidi cum honestate, & contrà, perie
láque maiora minoribus opponi. Vtilia etiam ipsa inter se nonn
quam comparari. Videndum esse diligenter, quid consequuturi sim
& per quid: vt commoda inter se conferamus. Personam aut delib
rantiũ aut nostram diligenter spectandam. nam in consiliis autori
tem valere plurimum, ut etiam exempla & experimenta. Consult
aut plures, aut singulos: plures, aut senatum, aut populum: aut Rom
nos, aut Fidenates: Singulos, aut Catonem, aut Marium, aut Scipio
aut senem, aut iuuenem: quorum omnium maxima sit habenda rati
Turpibus honesta aliquando suaderi, & quo pacto: contrà, bonis pa
decora: Ita tamen inhonesta suadenda esse, quasi honesta non sint
turpibus colorem esse dandum. In persona suadentis multum refert
qui, qua vita, genere, ætate, fortuna: prouidendúmque esse, ne quæ d
cuntur, ab eo dissentiant qui suadet: quod factu non est facile: va
de fit vt prosopopœiæ sint difficillimæ, in quibus ad reliquum suas
riæ laborem personæ difficultas accedat. In scholis etiam materia
fingi ad deliberandum, ex genere iudiciali & suasorio commixtas, io
dicialibus similiores quàm suasionibus: vt cõsultatio de pœna Theo
doti apud Caium Cæsarem: Vltimo loco inuentione & dispositione
suasoriæ tractata, quæ illi elocutio conueniat, præscribit. Grauiss
primum declamatores accusat, qui dicendi genus in totum diuersum
in hoc à iudiciali putabant, abrupta initia, concitatam orationem,
breuitatem & verborum magnificentiam illi tribuentes. Exordia vt
non sint tam longa, negat tamen abrupta esse oportere: nec oratio
nem torrentem & concitatam admittit, cum moderatione consilia
maximè constent: magnificentiam non affectari, sed contingere, quia
res grauissimæ in suasorias incidant. Porrò breuitatem, & aliquan
to maiorem, inesse, propterea quod quæstio simplicior sit, & mem
bra habeat pauciora. ergo illis vt iudicialibus accommodandam se
cundum conditionem ipsius quæ tractabitur rei, dicendi rationem
iubet.

Delibe

DEliberatiuas quoque miror à quibusdam sola utilitate finitas. Ac si quid in his unum sequi oporteret, potior fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materiæ genus dignitate maximè contineri putat. Nec dubito quin hi qui sunt in illa priore sententia, secundum opinionem pulcherrimam, ne utile quidem, nisi quod honestum esset, existimarint. Et est hæc ratio uerißima, si consilium contingat semper bonorum atque sapientum. Verùm apud imperitos, apud quos frequenter dicenda sententia est populumq; præcipuè, qui ex pluribus constat indoctis, discernenda sunt hæc, & secundum communes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi qui etiam quæ credunt honesta, non tamen satis eadem vtilia quoque existiment: quæ turpia esse dubitare nõ possunt, vtilitatis specie ducti probent: fœdus Numantinum, iugumq; Caudinum. Ne qualitatis quidem statu, in quo & honestorũ & vtilium quæstio est, cõplecti eas satis est. Nam frequẽter in his etiam coniecturæ locus est, nõnunquam tractatur aliqua finitio: aliquando etiam legales possunt incidere tractatus, in priuata maximè consilia, siquando ambigitur an liceat. De coniectura paulò pòst pluribus interim, éstne finitio apud Demosthenem, det Halõnesum Philippus, an reddat? apud Ciceronem in Philippicis, quid sit tumultus? Quidnon illa similis iudicialiũ quæstio, de statua Seruij Sulpitij, an ijs demum ponenda sit, qui in legatione ferro sunt interempti? Ergo pars deliberatiua (quæ eadem suasoria dicitur) de tẽpore futuro consultans, quærit etiam de preterito: officiis constat duobus, suadẽdi, ac dissuadẽdi. Procœmio, quale est in iudicialibus non vbique eget, quia consiliatus est ei quisque quem consulit. Initiũ tamen quodcunque debet habere aliquam procœmij speciem. nec enim abruptè, nec vnde libuit,

2. de Orat.

De fœdere Numantino Cicero. lib. 3. of. & Plutarc. in vita Tiberij. & C. Grac. De iugo Caudino, L. iu. decad. 1. lib. 1.

In Olinth. Philip. 8. Philip. 9.

incipiendũ: quia est aliquid in omni materia naturaliter primũ. In senatu, & vtique in cõcionibus, eadẽ ratio quæ apud iudices, acquirẽdæ sibi plerunq; eorũ apud quos dicendũ sit, beneuolentiæ. Nec mirũ, cùm etiã in Panegyricis petatur audientiũ fauor, vbi emolumentũ non in vtilitate aliqua, sed in sola laude consistit. Aristoteles quidẽ, nec sine causſa, putat & a nostra, & ab eius qui dissentiet, persona, duci frequenter in consiliis exordium, quasi mutuantibus hoc nobis a iudiciali genere: nonnunquam etiam vt minores maiorue videatur. In demonstratiuis verò procœmia esse maximè libera existimat. Nam & longè a materia duci, vt in Helenes laude Isocrates fecerit: & ex aliqua rei vicinia, vt idem in Panegyrico conqueritur plus honoris corporum quam animorum virtutib. dari: & Gorgias in Olympico laudans eos qui primi tales instituerunt conuentus. Quos secutus videlicet Crispus Sallustius, in bello Iugurthino & Catilinario nihil ad historiam pertinentib. principiis orsus est. Sed nunc ad suasoriam, in qua etiam quum procœmio vtemur, breuiore tamen & velut quodam capite tantum & initio debebimus esse contenti. Narrationem verò nunquã exiget priuata deliberatio, eius duntaxat rei, de qua dicenda sententia est: quia nemo ignorat id de quo consulit. Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus sæpe est etiam illa quæ ordinem rei docet, necessaria, * affectus, vt quæ maximè implenda. Nam & concitanda & leniẽda frequẽter est ira, & ad metum, cupiditatẽ, odium, conciliationem, impellendi animi. Nonnunquam etiam mouenda miseratio est, siue vt auxilium obsessis feratur, suadere oportebit, siue sociæ ciuitatis euersionem deflebimus. Valet autem in consiliis autoritas plurimum. Nam & prudentissimus esse haberi

Rhetoric. 3.

* In scriptis codicib. legitur, affectus, vt quæ maximè, postulanda. Impressi ferè habent, ad (siue &) affectus, vt quæque maximè postulabit.

habérique & optimus is debet, qui sententiæ suæ de vtilibus atque honestis credere omnes velit. In iudiciis enim vulgò fas habetur indulgere aliquid studio suo: Cõsilia nemo est qui neget secundum mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium concionale esse iudicauerunt, & in sola reipublicæ administratione posuerunt. Quim & Cicero in hac maxime parte versatur. Ideoque suasuris de pace, bello, copiis, operib. vectigalib. hæc duo præcipuè nota esse voluit, vires ciuitatis, & mores: vt ex natura cùm ipsarum rerum, tum audientium, ratio suadendi duceretur. Nobis maior in re videtur varietas. nam & consultantium & consiliorum plurima sunt genera. Quare in suadendo & dissuadendo tria primùm spectanda erunt, Quid sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui sit qui suadeat. Rem de qua deliberatur, aut certum est posse fieri, aut incertum. Si incertum, hæc erit quæstio sola, aut potentissima. Sæpe enim accidet vt prius dicamus, ne si possit quidem fieri, esse faciendum: deinde fieri non posse. Cum autem de hoc quæritur, coniectura est, an Isthmos intercidi, an siccari palus Pontina, an portus fieri Hostiæ possit, an Alexander terras vltra Oceanum sit inuenturus. Sed in iis quoque quæ constabit posse fieri, coniectura aliquando erit: vt si quæratur an vtique futurum sit vt Carthaginem superent Romani, vt redeat Hannibal, si Scipio exercitum in Africam transtulerit. Vt seruent fidem Samnites, si Romani arma deposuerint. Quædam & fieri posse, & futura esse credibile est: sed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Vbi coniecturæ non erit locus, alia sunt intuenda. Et primum, aut propter ipsam rem de qua sententiæ rogantur, consultabitur: aut propter alias interuenientes extrinsecus causas. Propter ipsam

Aristotel. 1. Rhetoric.

2. de Orat.

Suet. in Cæsare.

Vide Iustinum.

Liuius deca. 3. lib. 8.

Liuius deca. 1. libr. 4. Deca. 1. libr. 5. Comment. 1.

ipſam deliberant Patres conſcripti, an ſtipendium mi
conſtituant. Hæc materia ſimplex erit. Accedunt cau
aut faciendi, vt deliberant P. C. an Fabios dedant Ga
bellum minitantibus. Aut non faciendi, vt deliberat C.C
ſar an perſeueret in Germaniam ire, cùm milites paſ
teſtamenta facerent. Hæ ſuaſoriæ duplices ſunt. Nam
illic cauſſa deliberandi eſt, quòd bellum Galli minitent
eſſe tamen quæſtio poteſt, dedendine fuerint etiam ci
hanc denuntiationem, qui contra fas, cũ legati miſſi eſſe
prælium inierint, regémque ad quem mandata acceperi
trucidarint. Et hìc nihil Cæſar ſine dubio deliberet,
propter hanc militum perturbationem: eſt tamen loc
quærendi, an citra hunc quoque caſum penetrandum
Germaniam fuerit. Semper autem de eo prius loquemu
de quo deliberari etiam detractis ſequentib. poſſet. Par
ſuadendi quidam putauerunt honeſtum, vtile, neceſſariu
Ego non inuenio huic tertiæ locum. Quantalibet enim
ingruat, aliquid fortaſſe pati neceſſe ſit, nihil facere: de
ciendo autẽ deliberatur. Quòd ſi hanc vocant neceſſitate
in quam homines grauiorũ metu cogũtur, vtilitatis e

Vt Caſilinenſes Dec. 3. lib. 3.

quæſtio: vt ſi obſeſſi, & impares, & aqua cibóque defec
de facienda ad hoſtẽ deditione deliberẽt, & dicatur, neceſ
ſe eſt: nempe ſequitur vt hoc ſubiiciatur, alioqui pereundi
eſt. ita propter id ipſum non eſt neceſſe, quia perire potiu

Decad. 3. lib. 1. Florus in epit. lib. 110.

licet. denique non fecerunt Saguntini, nec in rate Opiter
gina circunuenti. Igitur in his quoq; cauſsis aut de ſola vt
litate ambigetur, aut quæſtio inter vtile atq; honeſtũ cõſ
ſtet. Atenim ſiquis liberos procreare volet, neceſſe habeat
vxorem ducere. quis dubitat? ſed ei qui pater vult fieri, li

Ariſt. 3. Ethic. & Rhetoric. 1.

queat neceſſe eſt vxorem eſſe ducendã. Itaq; mihi ne cõſi
lium quidẽ videtur, vbi neceſsitas eſt: non magis quam vbi

conſti

constat quid fieri nõ posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur, qui tertiã partem dixerunt δυνατὸν, quod nostri posibile nominant. quæ vt dura videatur appellatio, tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere suasoriam, manifestius est quam vt docendũ sit. Tamen apud plerosque earũ numerus augetur, à quib. ponũtur vt partes, quæ species sunt partium. Nam fas, iustum, piũ, æquum, mãsuetum quoq; (sic enim sunt interpetati τὸ ἥμερον) & siqua adhuc adiicere quis eiusdem generis, uelit, subiici possunt honestati. An sit autem facile, magnum, iucundum, sine periculo, ad quæstionem pertinet vtilitatis: qui loci oriuntur ex contradictione. Est quidem vtile, sed difficile, paruum, iniucundũ, periculosum. Tamen quibusdam videtur esse nonnunquam de iucunditate sola consultatio, vt si de ædificando theatro, instituendis ludis, deliberetur. Sed neminem adeò solutum luxu puto, vt nihil caussa suadendi sequatur præter voluptatem. Præcedat enim semper aliquid necesse est, vt in ludis honor deorum, in theatro non inutilis laborum remissio, deformis & incommoda turbæ, si id non sit, conflictatio: & nihilominus eadem illa religio, cùm theatrum veluti quoddã illius sacri templum vocabimus. Sæpe verò & vtilitatẽ despiciendam esse dicimus vt honesta faciamus: vt cũ illis Opiterginis damus cõsilium, ne se hostibus dedant, quãquam perituri sint nisi fecerint. Et vtilia honestis præferimus: vt cùm suademus vt bello Punico serui ærmentur. Sed tamen neq; hìc planè concedendum est esse id inhonestum: liberos enim natura omnes, & eisdem constare elemẽtis, & fortasse antiquis etiam nobilib. ortos, dici potest: & illic vbi manifestum periculum est, opponenda alia: vt crudelius etiam perituros affirmemus, si se dediderint, siue hostis non seruauerit

Possibile.

Arist. 1. Rhet. ad Alexandr.

Florus in epitome libr. 110. Liu. dec. 3. li. 4.

uerit fidem, siue Cæsar vicerit, quod est vero similius. H
autem, quæ tantum inter se pugnant, plerunque nom
nib. deflecti solent. Nam & vtilitas ipsa expugnatur
iis qui dicunt non solum potiora esse honesta quam vtili
sed ne vtilia quidem esse quæ non sint honesta: & contr
quod nos honestum, illi vanum, ambitiosum, stolidum, ver
bis quàm re probabilius vocant. Nec tantùm inutilibu
comparantur vtilia, sed inter se quoque ipsa: vt ex duobu
eligamus, in altero quid sit magis, in altero quid sit minu
Crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoria
incidunt: vt cùm Pompeius deliberauit, Parthos, an Afri
cam, an Aegyptum peteret. Ita non tantùm vtrum sit mo
lius, sed quid sit optimum, quæritur. Itémque contrà. Nu
vnquam incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei qu
vndique secundum nos sit. Nam vbi contradictioni locu
non est, quæ potest esse caussa dubitandi? Ita ferè omni
suasoria nihil est aliud quàm comparatio. Videndúmque
quid consecuturi simus, & per quid: vt æstimari possit,
plus in eo quod petimus, sit commodi: an verò in eo per
quod petimus, incommodi. Est vtilitatis & in tempor
quæstio, Expedit, sed non nunc. Et in loco, Non hîc. Et in
persona, Non nobis, non contra hos. Et in genere agendi,
Non sic. Et in modo, Non in tantum. Sed personam sæpius
decoris gratia intuemur, quæ & in nobis, & in iis qui de
liberant, spectanda est. Itaque quamuis exempla plurimum
in consiliis possint, quia facillimè ad consentiendum ho
mines ducuntur experimentis: refert tamen quorum au
toritas, & quib. adhibeatur. Diuersi sunt enim deliberan
tium animi, duplex conditio. Nam consultant aut plures,
aut singuli: sed in vtrisq; differentia: quia & in plurib. mul
tũ interest Senatus sit, an populus: Romani, an Fidenates:

Plutar. in Pom peio.

Græci,

Græci, an Barbari. & in singulis, Catoni petendos honores suademus, an C. Mario: de ratione belli Scipio prior, an Fabius deliberet. Proinde intuenda, sexus, dignitas, ætas. Sed mores præcipuè discrimen dabunt. Et honesta quidem honestis suadere facillimum est: si verò apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diuersam vitæ sectam, cauendum est. Et animus deliberantis, non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permouendus: sed laude, vulgi opinione, & si parum proficiet hæc vanitas, secutura ex his vtilitate: aliquanto verò magis obiiciendo aliquos, si diuersa fecerint, metus. Nam præter id quòd his leuissimi cuiusque animus facillimè terretur, nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quàm spes bonorum: sicut facilior eisdem turpium quam honestorum intellectus est. Aliquando bonis quoque suadentur parum decora, dantur parum bonis consilia: in quibus ipsorum qui consulũt, spectatur vtilitas. Nec me fallit quæ statim cogitatio subire possit legentem. Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero, qui ita scribit ad Brutum, Propositis plurimis quæ honestè suaderi Cæsari possẽt, simne bonus vir, si hæc suadeã? Minimè. Suasoris enim finis est vtilitas eius cui quisque suadet. At recta sunt: quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus. Sed quia est altior quæstio, nec tantum ad suasorias pertinet, destinatus est mihi hic locus duodecimo (qui summus futurus est) libro. Nec ego quicquam fieri turpiter velim, verum interim hæc vel ad scholarum exercitationes pertinere credantur. nam & iniquorũ ratio noscẽda est, vt melius æqua tueamur. Interim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit nõ suadere tãquã inhonesta, vt quidã declamatores Sextũ Põp. ad piratisam, Cap. 1.

ticam, propter hoc ipsum, quòd turpis & crudelis sit, impellunt: sed dandus illis deformibus color, idque etiã apud malos. Nec enim est quisquam tam malus, vt malus videri velit. Sic Catilina apud Sallust. loquitur, vt rem scelera-tissimam non malitia, sed indignatione videatur audere. Sic Atreus apud Varium:

Iam fero (inquit) infandissima, iam facere cogor. Quãto magis eis quib. cura famæ fuit, conseruandus est hic vel ambitus? Quare & cùm Ciceroni dabimus consilium vt Antonium roget, vel etiam vt Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus (hæc enim si valet in animo eius, tacentibus quoque nobis valet) sed vt sereipublicæ seruet, hortabimur. Hac illi opus est occasione, ne cum talium precum pudeat. Et Caio Cæsari suadentes regnum, affirmabimus, stare iam rempublicam nisi vno regente non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solùm quærit, quomodo quàm minimum peccare videatur. Multum refert etiam quæ sit persona suadentis: quia anteacta vita, si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationem. Prouidendum est, non quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant. At his contraria summissiorem quendam modum postulant. Nam quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Et quibusdam sufficit autoritas, quosdam ratio ipsa ægrè tuetur. Ideóque longè mihi difficillimæ videntur prosopopœiæ, in quibus ad reliquum suasoriæ laborem accedit etiam personæ difficultas. Nanque idem illud aliter Cæsar, aliter Cicero, aliter Cato suadere debebit. Vtilissima verò hæc exercitatio, vel quòd duplicis est operis, vel quòd poëtis quoque, aut historiarum futuris scriptoribus plurimum confert, verùm & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ

à Græcis

à Græcis Latinisq; compositæ orationes quibus alij vterentur, ad quorum conditionem vitamq; aptanda quæ dicebantur fuerunt. An eodem modo cogitauit, aut eandem personam induit Cicero cùm scriberet Cn. Pompeio, & cùm C. Appio, cæterisue, ac non vniuscuiusque eorum fortunã, dignitatem, res gestas intuitus omnium quibus vocem dabat, etiam imaginem expreßit? vt melius quidem, sed tamen ipsi dicere viderentur. Neque enim minus vitiosa est oratio, si ab homine, quàm si à re cui accommodari debuit, dißidet: ideoq; Lysias optimè videtur in ijs quæ scribebat indoctis, seruasse veritatis fidem. Enimuero præcipuè declamatoribus considerandum est, quid cuique personæ conueniat: qui paucißimas cõtrouersias ita dicunt vt aduocati: plerunque filij, patres, diuites, senes, asperi, lenes, auari, denique superstitiosi, timidi, derisores fiunt: vt vix comœdiarum actoribus plures habitus in pronuntiando concipiendi sint, quàm his in dicendo. Quæ omnia videri possunt prosopopœiæ, quas ego suasorijs subiecì, quia nullo alio ab is quàm persona distant. Quanquam hæc aliquando etiam in controuersias ducitur, quæ ex historijs compositæ, certius agentium nominibus continentur. Neque ignoro plerunque exercitationis gratia poni & poëticas & historicas, vt Priami verba apud Achillem, aut Syllæ dictaturã deponentis in concione. Sed hæc in partes cedunt trium generum in quæ causßas diuisimus. Nam & rogare iudicare, rationem reddere, & alia de quibus suprà dictum est, variè, atque vt res uult, in materia iudiciali, deliberatiua, demonstratiua subijcere solemus. Frequentißimè uero in his utimur ficta personarum quas ipsi substituimus, oratione, vt apud Ciceronem pro Cælio, Clodiam & cæcus Appius, & Clodius frater, ille in castigationem,

Iliad. 24. Vide Plutar. in Sylla

hic in rationem amorum compositus alloquitur. Solent i scholis fingi materiæ ad deliberandum similiores contro uersijs, ex vtroque genere commistæ: vt cùm apud C. Cæsarem consultatio de pœna Theodoti ponitur. Consta enim accusatione & defensione causſæ, quod est iudicialiũ proprium. Permista autem est & vtilitatis ratio, an pro Cæsare fuerit occidi Pompeium: an timendum à rege bel lum, si Theodotus sit occisus: an id minimè opportunum hoc tempore, & periculosũ, & certè longum sit futurum. Quæritur & de honesto, docéatne Cæsarem vltio Pom peij: an sit verendum ne peiorem faciat suarum partium causſam, si Pompeium indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiam veritati potest. Non simplex autem circa suasorias error in plerisque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diuersum, atque in totum illi iudiciali contrarium esse existimarunt. Nam & principia abrupta, & concitatam semper orationem, & in verbis effusionem (vt ipsi vocant) cultum affectauerunt, & earum breuiores
elegalis. vtique commentarios quam *iudicialis materiæ facere elaborarunt. Egò porrò vt proœmio video non vtique opus esse suasorijs, propter quas dixi suprà causſas, ita cur initio furioso sit exclamandum, non intelligo: cùm propositæ consultationi rogatus sententiam, si modò est sanus, non
*Quiritare, deos homines- que inclamare. *quiritet, sed quàm maximè potest ciuili & humano ingressu mereri assensum deliberantis velit. Cur aut torrens, & vtique æqualiter concitata sit in ea dicentis oratio, cùm vel precipuè moderationem rationemq; consilia desiderẽt? Nequo ego negauerim sæpius subsidere in controuersijs impetum dicendi proœmio, narratione, argumentis: quem si detrahas, id fere supererit, quo suasoriæ cõstant: verum id quoque æqualius erit, non tumultuosius atque turbidius.

Verborum

Verborũ autem magnificentia non validius est affectanda suasorias declamantibus, sed contingit magis. Nã & personæ ferè magnæ fingentibus placent, regum, principum, populi, senatus, & res ampliores. ita cùm verba rebus aptentur, ipso materiæ nitore clarescunt. Alia veris consiliis ratio est: ideoq; Theophrastus quam maximè remotum ab omni affectatione in deliberatiuo genere uoluit esse sermonem, secutus in hoc autoritatem præceptoris sui, quanquam dissentire ab eo non timidè solet. Nanque Aristoteles idoneam maximè ad scribendum demonstratiuã proximamq; ab ea iudicialem putauit: videlicet quoniam prior illa tota esset ostentationis, hæc secunda egeret artis, vel ad fallendum, sit ita popposciisset vtilitas: consilia fide prudentiaq; constarent. Quibus in demonstratiua consentio. Nam & omnes alij scriptores idem tradiderunt. In iudicijs autem consilisq; secundum conditionem ipsius quæ tractabitur rei, accommodandã dicendi credo rationem. Nam & Philippicas Demosthenis eisdem quibus habitas in iudicijs orationes, video eminere virtutibus. Et Ciceronis sententiæ & conciones, non minus clarum quam est in accusationibus ac defensionibus, eloquentiæ lumen ostendunt. Dicit tamen idem de suasoria, hoc modo, Tota autem oratio, simplex & grauis, & sententijs debet ornatior esse quam verbis. Vsum exemplorum nulli materiæ magis conuenire meritò ferè omnes consentiunt, cùm plerunque videantur respondere futura præteritis, habeaturq; experimentum velut quoddam rationis testimonium. Breuitas quoque aut copia non genere materiæ, sed modo constant. Nã vt in consiliis plerunq; simplicior quæstio est, ita sæpe in causis minor. Quæ omnia vera esse sciet, siquis non orationes modò, sed historias etiam (nanq; in his conciones

atque sententiæ plerunque suadendi ac dissuadendi fungun-tur officio, legere maluerit, quam in commentarijs rheto-rum conseneſcere. Inueniet enim nec in consilijs abrupta initia, & concitatius sæpe in iudicijs dictum, & verba aptata rebus in vtroque genere, & breuiores aliquanto causſarum orationes quam sententiarum. Ne illo quidem in his vitia deprehendet, quibus quidam declamatores la-borant, quòd & contra sentientibus inhumanè conuitian-tur, & ita plerunque dicunt, tanquam ab ijs qui delibe-rant, vtique dissentiant: ideoq; obiurgantibus similiores sunt, quàm suadentibus. Hæc adoleſcentes sibi scripta sciãt, ne aliter quam dicturi sint, exerceri velint, & in desue-scendis morentur. Cæterùm cùm aduocari cœperint in cõ-silia amicorum, dicere sententiam in senatu, suadere siquid consulet princeps, quod præceptis fortaſſe non credunt, vsu docebuntur.

De partibus causſarum iudi-cialium.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Pergit ad tertium genus omnium difficillimũ, quod officiis duobus constare intentionis & depulsionis, & partibus quinque ait, proœmio, narratione, probatione, refutatione, & concluſione. Repudiat eos qui partitionem, propoſitionem, & exceſſum adiiciebant: quarũ duæ pri-ores sub confirmatione contineantur. Exceſſum verò, si in cauſſa ſit, eſſe adiutorium aut ornamentũ partis ex qua egreditur: ſin extra cauſ-ſam ſit, non eſſe partem cauſſæ. Refutationem inter partes retinet. Nec vt quidque primum dicendum, ita primum cogitãdum. Ergo ante om-nia intuendum, quod genus cauſſæ, qui ſit ſtatus, quid proſit, quid no-ceat, quomodo confirmandum & confutandum. Deinde quomodo narrandum. Poſtremò quo pacto exordio & peroratione ſit concili-andus iudex. Hoc igitur ordine inſpiciendam materiam eſſe, ſed ſcri-bendam eo quo apud iudicem dicimus.

Nunc

NVnc de iudiciali genere, quod est præcipuè multiplex, sed officijs constat duobus, intentionis, ac depulsionis. cuius partes, vt plurimis autoribus placuit, quinque sunt, procœmium, narratio, probatio, refutatio, peroratio. His adiecerunt quidam partitionem, propositionem, excessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere quidem quæ sis probaturus, necesse est: sed & concludere. Cur igitur si illa pars causæ est, non & hæc sit? Partitio verò dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices, & per omnes materias totumq; earum corpus æqualiter fusa, sicut inuentio, & elocutio. Ideoq; eam non orationis totius partem vnam esse credendum est, sed quæstionum etiam singularum. Quæ nanque est quæstio, in qua non promittere possit orator quid primo, quid secundo, quid tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitionis. Quam ergo ridiculum est, quæstionem quidem speciem esse probationis: partitionem autem quæ sit species quæstionis, partem totius orationis vocari? Egressio verò, vel (quod vsitatius esse cœpit) excessus, siue est extra causam, non potest esse pars causæ: siue est in causa, adiutorium vel ornamentum partium est earum ex quibus egreditur. Nam si quicquid in causa est pars causæ vocabitur: cur non argumentum, similitudo, locus communis: affectus, exempla, partes vocentur? Tamen nec ijs assentior qui detrahunt refutationem, tanquam probationi subiectam, vt Aristoteles. hæc enim est quæ constituat, illa quæ destruat. Hoc quoque idem aliquatenus nouat, quod procœmio non narrationē subiungit, sed propositionem. Verum id facit, quia propositio genus, narratio species videtur: & hac non semper, illa verò semper & vbique credit opus esse. Verum ex his quas constitui par

tibus, non vt quidque primum dicendum, ita primum cogitandum est: sed ante omnia intueri oportet, quòd sit genus causſæ: quid in ea quæratur: quæ prosint, quæ noceāt: deinde quid confirmandum sit, ac refellendum: tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio: nec esse vtilis potest, nisi prius constiterit quid debeat de probatione promittere. Postremò intuēdum quēadmodum iudex sit conciliandus. Neque enim nisi totis causſæ partibus diligenter inſpectis, scire possumus qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, seuerum an mitem, concitatum an remissum, aduersum gratiæ, an obnoxium. Neque ideo tamen eos probauerim, qui scribendum quoque proœmium nouissime putant. Nam vt conferri materiam omnem oportet, & quid quoque loco sit opus, constare debet antequā dicere aut scribere ordiamur: ita incipiendum ab ijs quæ prima sunt. Nam nec pingere quisquam aut fingere cœpit a pedibus: nec denique ars ulla consummatur ibi vnde ordiendum est. Quid fiet alioqui, si ſpatium componendi orationem ſtylo, non fuerit? nonne nos hæc inuersa consuetudo deceperit? Inſpicienda igitur materia est quo præcipimus ordine, scribenda quo dicimus.

De generibus iudicialium controuersiarum.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Genus iudiciale dixit esse multiplex: illud iam in species diuidit: primam simplicem, secundam coniunctam vocat, quæ etiam diuidatur bifariam: aut esse vnius generis, vt repetundarum. Aut plurium, vt furti & homicidij: quibus tertium genus adiicit comparatiu, ad quod diuinationē, & mutuas accusationes, quæ anticategoriæ iūtur, posse reduci ait: quarum duo sint genera: vnum quo litigatore idem crimen

inuicem

inuicem intentant: alterum quo diuersa. Postremò, genere caussæ cognito, illatum diligenter inspiciendum monet.

CAeterùm caussa omnis, in qua pars altera agentis est, altera recusantis: aut vnius rei controuersia constat, aut plurium. Illa simplex dicitur, hæc coniuncta. Vna controuersia est per se furti, per se adulterij. Plures aut eiusdem generis, vt in pecunijs repetundis: aut diuersi, vt siquis sacrilegij simul & homicidij accusetur. Quod nunc in publicis iudicijs non accidit, quoniam prætor certa lege sortitur: principum autem & senatus cognitionibus frequens est, & populi fuit. Priuata quoque iudicia sæpe vnum iudicem habere multis & diuersis formulis solent: nec aliæ species erunt, etiam si vnus à duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem caussa petet, aut duo ab vno, aut plures à pluribus. quod accidere in hæreditarijs litibus interim scimus: quia quamuis in multis personis, caussa tamen vna est, nisi si conditio personarum quæstiones uariauerit. Diuersum his tertium genus, quod dicitur comparatiuum, cuius rei tractatus in parte caussæ frequens est: vt cùm apud centumuiros post alia quæritur & hoc, vter dignior hæreditate sit. Rarum est autem vt in foro iudicia propter id solùm constituantur, sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores, vter præmium meruerit. Adiecerunt cuidam numero mutuam accusationem, quæ ἀντικατηγορία uocatur: alijs videlicet succedere hanc quoque comparatiuo generi existimantibus: cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit vel frequentissimè. Id si ipsum vocari debet ἀντικατηγορία (nam proprio caret nomine) duo erunt genera eius: alterum, quo litigatores idem cri-

men inuicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud. C & petitionum conditio par est. Cum apparuerit gen caussæ, tum intuebimur, negetur ne factum quod inte ditur, an defendatur, an alio nomine appelletur, an à g nere actionis repellatur: vnde sunt status.

Quid sit quæstio, ratio, iudicatio, continens, & quatenus necessaria.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Genus caussæ & statum intuenda præcepit, nunc vt omne dubie discutiat circa hunc, Hermagoræ, & quorundam aliorum affectat subtilitatem, & in particulas minutas concisam, reprehendit: qui q stionem, rationem, continens seu firmamentum, & iudicationem, uersas ante statum particulas statuebant. ostendit quid extra iudic quæstio significet, & duplicem eius in iudiciis acceptionem, tum qu per reliqua quæ statum præcedunt, significari autores velint. Verii multo & simplicius locutos affirmat, qui illa omnia idem esse volu runt, cum absurdissimum videatur, corpus orationis in parua m menta & minutas partes concidendo consumere, quorum cogniti superuacua futura sit, si quid in controuersiam veniat, quid in eo per quid velit efficere aduersarius, quídque nos fuerimus diligen ter intuiti.

His inuentis, intuendum deinceps Hermagoræ videtur quid sit quæstio, ratio, iudicatio, continens, il est σωέχον, vel, vt alij vocant, firmamentum. Quæstio latius intelligitur omnis de qua in vtranque partem vel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: Altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere, controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur: Altero, quo significamus summam illam in qua caussa vertitur. de hac nunc loquor, ex qua nascitur status, an factum sit, quid factum sit, an recte factum sit. Has Hermagoras & Apollodo-

rus

rus & alij plurimi scriptores propriè quæstiones vocant: Theodorus (vt dixi) capita generalia: sicut illas minores aut ex illis pendentes, specialia. Nam & quæstionem ex quæstione nasci, & speciem in species diuidi conuenit. Hanc igitur quæstionem veluti principalem uocant ζήτημα. Ratio autem est, qua id quod factum esse constat, defenditur. Et cur non utamur eodem, quo sunt usi fere omnes, exemplo? Orestes matrẽ occidit. hoc cõstat. dicit se iuste fecisse: status erit qualitatis. quæstio, an iuste fecerit. ratio, quòd Clytæmnestra maritum suum patrem Orestis occidit, hoc αἴτιον dicitur. κρινόμενον autẽ iudicatio, an oportuerit vel nocentem matrem a filio occidi. Quidam diuiserunt αἴτιον & αἰτίαν, ut esset altera, propter quam iudicium constituũ est, vt occisa Clytæmnestra: altera, qua factum defenditur, vt occisus Agamemnon. Sed tanta est circa verba dissensio: vt alij αἰτίαν causſam iudicij, αἴτιον autem facti vocent: alij eadem in contrariũ vertant. Latinorum quidam hæc initiũ & rationẽ vocauerunt: quidam vtrunq; eodẽ nomine appellant. Causſa quoque ex causſa, id est αἴτιον ἐξ αἰτίας nasci uidetur: quale est, Occidit Agamemnonẽ Clytæmnestra, quia ille filiam communem immolauerat, & captiuam pellicem adducebat. Iidem putant & sub una quæstione plures esse rationes: ut si Orestes & alteram afferat matris necatæ causſam, quòd responsis sit impulsus. Quot autẽ causſas faciendi, totidem iudicationes. Nã & hæc erit iudicatio, an responsis parere debuerit. Sed & una causſa plures habere quæstiones & iudicationes (ut ego arbitror) potest: ut in eo qui cum adulteram deprehensam occidisset, adulterum, qui tum effugerat, postea in foro occidit. Causſa enim est una, adulter fuit: quæstiones & iudicationes, an illo tempore, an illo loco licuerit occidere. Sed sicut cum

sint plures quæstiones, omnésque suos status habeant, causæ tamen status vnus sit, ad quem referuntur omnes: ita iudicatio maximè propria, de qua pronuntiatur. Συνεχὲς autem (quod, vt dixi, continens alij, firmamentum dicit putant, Cicero firmißimam argumentationem defensoris aptißimam, & * appositißimam adiudicationem) quibusdam id videtur esse, post quod nihil quæritur: quibusdam id quod adiudicationem firmißimum affertur. Causa facti non in omnes controuersias cadit. Nam quæ fuerit causa faciendi vbi factum negatur? At vbi causa tractatur, negant eodem loco esse iudicationem, quo quæstionem. Idq; & in Rhetoricis Cicero & in Partitionibus dicit. Nam in coniectura est quæstio ex illo, factum, nõ factum, an factum sit. Ibi ergo iudicatio, vbi quæstio: quia in eadem re prima quæstio & extrema disceptatio. At in qualitate, Matrem Oreſtes occidit, rectè, non rectè: an rectè occiderit, quæstio, non statim iudicatio. Quando ergo? Illa patrem meum occiderat. Sed non ideo tu matrem debuisti occidere. an debuerit hic iudicatio. Firmamentum autem verbis ipsius ponam. Si velit Oreſtes dicere eiusmodi animum matris suæ in patrem suum, in seipsum ac sorores, in regnum, in famam generis ac familiæ, vt meritò ab ea pœnas liberi sui potissimùm petere debuerint. Vtuntur alij & talibus exemplis. Qui bona paterna consumpserit, ne concionetur. in operibus publica consumpsit. quæstio, an quisquis consumpserit, prohibendus sit: iudicatio, an qui sic. Vel vt in causa militis * Mariani qui C. Lusium Tribunum vim sibi inferentem interfecit, quæstio, an iure fecerit. ratio, quòd is vim afferebat. iudicatio, an indemnatum, an Tribunum a milite occidi oportuerit. Alterius etiam status quæstionem, alterius iudicationem putant. Quæstio qualitatis, an rectè Clo-

Rheto. 1.

* Arunci. Plutarchus in Mario, & Valer. lib. 6. titu. 1. de iudicitia.

lium Milo occiderit. Iudicatio coniecturalis, an Clodius insidias fecerit. Ponunt & illud, sæpe causſam in aliquam rem dimitti, quæ non sit propria quæstionis, & de ea iudicari. A quibus multum dissentio. Nam & illa quæstio, an omnes qui paterna bona consumpserint, concione sint prohibendi, habeat oportet suam iudicationem. Ergo non alia quæstio, alia iudicatio erit, sed plures quæstiones, & plures iudicationes. Quid? non in causſa Milonis ipsa coniectura refertur ad qualitatem? Nam si est insidiatus Clodius, sequitur vt rectè sit occisus. Cum verò in aliquam rem missa causſa est, & recessum à quæstione quæ erat constituta: hic quæstio, vbi iudicatio est. Paulùm in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in rhetoricis (quemadmodum supra dixi) Hermagoram est secutus: in topicis, ex statu effectam contentionem κρινόμενον existimat. Idq; Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens, qua de re agitur appellat: quibus id contineatur, continentia, quasi firmamēta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit. At in partitionibus oratoriis, firmamentū, quod opponitur defensioni: quia continens quod primum sit, ab accusatore dicatur: ratio, à reo: ex rationis & firmamenti quæstione, disceptatio sit iudicationum. Verius igitur & breuius, qui statum & continens & iudicationem idem esse voluerunt: continens autem id esse, quo sublato lis esse non posſit. Hi mihi videntur vtranque causſam complexi, & quòd Oreſtes matrem, & quòd Clytæmneſtra Agamemnonem occiderit. Iidem iudicationem & statum consentire semper existimarunt. Nec enim aliud eorum rationi conueniens fuisſet. Verùm hæc affectata subtilitas, circa nomina rerum ambitiosè laboret, à nobis in hoc assumpta solum, ne parum diligenter

inqui

inquisisse de opere quod aggressi sumus, videremur
plicius autem instituenti, non est necesse per tam m
rerum particulas rationem docendi concidere: quo
multi quidem laborarunt, præcipue tamen Herma
vir alioqui subtilis, & in plurimis admirandus, tantu
ligentiæ nimium solicitæ, vt ipsa eius reprehensio
aliqua non indigna sit. Hæc autem breuior, & vel id
cidior multo via, neque discentem per ambages fati
nec corpus orationis in parua momenta diducendo
sumet. Nam qui viderit quid sit quod in controue
veniat, quid in eo, & per quæ velit efficere pars di
quid nostra, quod in primis est intuendum: nihil e
ignorare, de quibus supra diximus, poterit. Nec es
quisquam, modò non stultus, atque ab omni prorsu
dicendi remotus, quin sciat & quid litem faciat, (qu
illis caussa vel continens dicitur) & quæ sit inter liti
tes quæstio, & de quo iudicari oporteat: quæ omnia
sunt. Nam & de eo quæstio est, quod in controuersia
nit: & de eo iudicatur, de quo quæstio est. Sed non
petuò intendimus in hæc animum, & cupiditate laud
cunque acquirendæ, vel dicēdi voluptate euagamur,
do vberior semper extra caussam materia est, quia in
trouersia pauca sunt, extra, omnia: & hic dicitur
quæ accepimus, illic de quibus volumus. Nec tam hoc
cipiendum est, vt quæstionem, continens, iudicationem
uentamus, (nam id quidem facile est) quam vt intuea
semper, aut certe si digressi fuerimus, saltem respicia
ne plausum affectantibus, arma excidant. Theodori sc
(vt dixi) omnia refert ad capita. His plura intelligun
Vno modo summa quæstio, item vt status: Altero ce
quæ ad summam referuntur: Tertio, propositio cum a

tione: vt dicimus, Caput rei est apud Menandrum, φάλαιόν ἐστιν. *In vniuersum autem quicquid probandum, erit caput, sed id maius, aut minus. Et quoniam quæ de s erant à scriptoribus artium tradita, verbosius etiam am necesse erat exposuimus: præterea quæ partes est nt iudicialium caussarum, suprà dictum est: proximus er proœmia, id est exordia concipiet.*

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER QVARTVS.

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Hac præfatione, poëtarum more, deos in auxilium inuocat, & Domitiani numen, quod ad beneuolentiam eius emerendam non arum facit: cuius rei causſam duplicem assignat: & quia eius expectaioni iudicióque grauissimo respondendum erat, qui sororis suæ fios instituendos sibi tradidisset: & quia quæ sequuntur, præcedentius sunt longè difficiliora, quo posteriore sibi attentionem parat. Ea quæ sint proponit, ordo causſarum iudicialium, officium exordij, narandi, confirmandi & confutandi ratio, vis perorationis, quæ vel mo tendis affectibus, vel reficienda breui repetitione memoria constet.

PERFECTO, Marcelle Victori, operis tibi dedicati tertio libro, & iam quarta ferè laboris parte transacta, nouæ insuper mihi diligentiæ causſa, & altior solicitudo, quale iudicium hominum emererer, accesſit. Adhuc enim velut studia inter nos conferebamus: & si parum nostra institutio probaretur à cæteris, contenti fore

fore domestico vsu videbamur, vt tui meique filij form
disciplinam satis putaremus. Cum verò mihi Domiti
Augustus sororis suæ nepotum delegauerit curam,
satis honorem iudiciorum cælestium intelligam, ni
hoc quoque oneris magnitudinem metiar. Quis enim
aut mores excolendi sit modus, vt eos non immeritò
bauerit sanctißimus censor? aut studia, ne fefelliſſe
videar principem vt in omnibus, ita in eloquentia qu
eminentißimum? Quòd si nemo miratur poëtas max
sæpe feciſſe, vt non solùm initiis operum suorum mu
uocarent, sed prouecti quoque longius, cùm ad alig
grauiorem veniſſent locum, repeterent vota, & velu
ua precatione vterentur: mihi quoque profectò po
ignoſci, si quod initio, quum primùm hanc materian
choaui, non fecerim, nunc omnes in auxilium deos, ips
que in primis, quo neque præſentius aliud, neque ſt
magis propitium numen eſt, inuocem: vt quantum
expectationis adiecit, tantum ingenij adſpiret, dexte
ac volens adſit, & me qualem eſſe credidit, faciat. C
mihi religionis non hæc ſola ratio, quæ maxima eſt,
alia, qua ſic procedit ipſum opus, vt maiora præteritis
magis ardua ſint quæ ingredior. Sequitur enim vt iudi
lium cauſſarum, quæ ſunt maximè variæ ac multiplic
Proponit quæ deinceps tractanda sint lib. 4.5.& 6.
ordo explicetur, quod proœmij ſit officium: quæ ratio n
randi: quæ probationum ſit fides, ſeu propoſita confir
mus, ſeu contradicta diſſoluimus: quanta vis in perora
do, ſeu reficienda breui repetitione rerum memoria eſt
dicis, ſiue affectus (quod eſt longè potentißimum) co
mouendi. De quibus partibus ſingulis quidam ſepara
ſcribere maluerunt, velut onus totius corporis veriti,
ſic quoque complureis de vnaquaque earum libros edi
ru

runt: quas ego omnes ausus contexere, propè infinitum mihi laborem prospicio, & ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durandum est, quia cœpimus: & si viribus deficiemur, animo tamen perseuerandum.

De exordio. CAP. I.

ARGVMENTVM.

In oratoris opere, id est oratione primum locum procœmium obtinet, circa quod hæc considerandà dicit: quid procœmium, quot eius species, quando insinuatione vtendum, quæ caussa procœmij, quis vsus, quæ propria, & quomodo præstentur, quæ varietas singulorum generum, quæ in eo intuenda, & quod optimum, quæ eius figuræ, habitus & elocutio, & quando non est eius vsus. quæ vitiosa exordia. qualis eorum finis. Procœmium significantius à Græcis dictum quàm à Latinis, ex eius etymologia: & esse id quod apud iudicem dici priusquam caussam cognouerit, prosit, demonstrat. Eius esse duas species, principium, & insinuationem. Cuius tria sunt tempora: Vnum, quando frons caussæ parum honesta est. Secundum, quando dicendum est apud fatigatos. Tertium, cùm aduersarij actio iudicum animos occupauerit. Procœmij vsum & officia, attentos dociles & benuolos reddere. Benuolentiam verò duci à personis, rebus, & adiunctis vtrique. A personis quinque modis: Actoris, patroni, litigatoris, rei, & iudicis. Actoris, ductum officio cognationis, amicitiæ, reip. vel magni exempli veniisse ad agendum dicendo, non auaritia vel ambitione, aut odio, nec contumeliosè vel in personam vel in ordinem quenquam agendo. Patroni, eloquentiam actoris & gratiam timere simulando, cum honore, aut etiam per contumeliam suspectam reddendo. Litigatoris, eius dignitatem allegando, aut infirmitatem commendando, aut sexum, ætatem conditionémue, ex quibus moueatur miseratio, proferendo. Rei, inuidiam, si potens sit: contemptum, si uilis & abiectus: odium, si nocens aut turpis, ei conflando. Iudicis, eum modestè & ad caussam accommodate laudando, opinionem domo allatam confirmando, vel detrahendo, metum amouendo vel adhibendo. A caussa aliqua in vsum principij quæ maximè fauorabilia videbuntur decerpendo, & augendo, contraria repellendo & minuendo, miserationem ab infœlici nostro exitu, & superbo aduersarij si vincamur, mouendo. Ab iis quæ personis adiuncta sunt, liberos, parentes, propinquitates, amicitias, rogationes, ciuitates, proferendo. Ab adiunctis caussæ, locum, tempus, habitum, expectationem vulgi, actionem proponendo: optando, abominando, rogando, solicitum agendo. Attentionem parari, res nouas,

atroces,

atroces, magnas, ad exemplum vel ad ipsos iudices pertinentes, neq
diu nos moraturos, neque extra causſam dicturos, promittendo: &
his etiam optando, abominando, rogando, ſolicitum agendo. Do
les fieri, vt in attentione, neque diu nos moraturos, neque extra cau
ſam dicturos promittendo, ſummámque cauſſæ breuiter & diluci
indicando. Quæ omnia quemadmodum in vna oratione nonn
quam ptæſtanda ſint, ita in omnibus locum non habere: cùm ſint q
beneuolentiam, alia quæ docilitatem & attentionem deſiderét. Qu
circa genera cauſſarum, pro quorum varietate aliud atque aliud p
ſtandum eſt, eſſe cognoſcenda: quæ plurimi quinque fecerint, hon
ſtum, humile, dubium vel anceps, admirabile, obſcurum. nam tu
ſub humili vel admirabili comprehendi, & in ancipiti quidem iu
cem maximè beneuolum reddi oportere, in obſcuro docilem, in h
mili attentum. in admirabili & turpi remediis per inſinuatione
opus eſſe: vt ſi perſona laboremus, ad cauſſam: ſi cauſſa, ad perſon
confugiamus: ſi his deſtituamur, quod aduerſarium lædat quæram
aut ſi fatigati ſunt, vrbanitate opportuna animum reficiamus. au
perſuaſit illis aduerſarius, noſtras probationes promittendo, adue
ſas eluamus. Inuehitur in declamatores qui plura eſſe tribus ſup
nominatis exordij munera volebant, quæ omnia in hæc tria recid
re oſtendit. Hinc generalem de exordij ratione præceptionem tra
vt in eo intueamur, quid, apud quem, pro quo, contra quem, q
tempore, quo loco, qua vulgi fama, quo rerum ſtatu, qua iudicis o
nione ſit dicendum. Laudatiſſima eſſe exordia demonſtrat quæ
actione partis aduerſæ materiam trahant, quia ſuſpecta non ſint q
ſi domi meditata Elocutionis item & actionis genus exordio cons
nire maximè, in quo erunt omnia mediocria & modeſta, ſententi
vox, vultus, compoſitio à quo aberit verbum omne inſolens, aut
cius tranſlatum, ab obſoleta vetuſtate repetitum, à poëtica licen
ſumptum, quódque argumentoſum nimis, vt eſt confirmatio: n
prorſus ſine argumentationibus, vt eſt narratio: neque luxu nim
diffluens, vt ſunt perorationis loci: ſed quod medium quiddam im
hæc omnia obtinebit: in quo turbari memoria ſit longe turpiſſimu
futurum. Breue aut longum eſſe debere prout cauſſa erit perplexa, l
famis, vel longa, aut contrà. Figurari nonnunquam his ſchematibu
poſſe, occupatione, apoſtrophe, proſopopœia loquentis. Eius vſu
non eſſe, cùm iudex eſt ſatis præparatus, aut quando non indiget pr
paratione, cùm eſt nonnunquam occupatus, cùm anguſta ſunt tem
pora, cùm maior poteſtas ab ipſa re incipere cogit. Exordia vitio
recenſet, vulgare, commune, commutabile, ſeparatum, tranſlatum
longum. Poſtremò exordij vſum etiam in aliis partibus eſſe, & ei
finem cum ſequenti orationis parte commodiſſimè connectendu
præcipit.

QVod principium Latinè vel exordium dicitur, ma
iore quadam ratione Græci videntur προοίμιον no
minaſſe

minasse: quia à nostris initium modò significatur, illi satis clarè partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam siue propterea quòd οἶμον cantus est, & citharœdi pauca illa, quæ antequam legitimum* cer- tamen inchoënt, emerendi fauoris gratia canunt, proœ- mium* cognominauerunt: oratores quoque ea quæ prius quam caussam exordiantur, ad concliandos sibi iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt: siue quòd οἶμον ijdem Græci viam appellant, id quod ante in- gressum rei ponitur, sic vocare est institutum: certè proœ- mium est, quod apud iudicem prius quam caussam cogno- uerit, prosit. Vitioseq; in scholis facimus, quòd exordio semper sic vtimur, quasi caussam iudex iam nouerit. Cuius rei licentia ex hoc est, quòd ante declamationem illa velut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus potest: primis quidem rarò vnquam, nisi fortè apud eum cui res aliunde iam nota sit, dicimus. Caussa principij nulla est alia, quàm vt auditorem, quò sit nobis in cæteris partibus accommo- datior, præparemus. Id fieri tribus maximè rebus, inter autores plurimos constat, si beneuolum, attentum, doci- lem fecerimus: non quia ista non per totam actionem sint custodienda, sed quia initijs præcipuè necessaria, per quæ in animum iudicis, vt procedere vltrà possimus, admit- timur. Beneuolentiam aut à personis aut à caussis duci ac- cepimus: sed personarum non est (vt plerique crediderunt) triplex ratio, ex litigatore, & aduersario, & iudice. Nam exordium duci nonnunquam etiã ab actore caussæ solet. Quanquam enim pauciora de se ipso dicit, & parcius, plu- rimum tamen ad omnia momenti est in hoc positum, si vir bonus creditur. Sic enim continget, vt non studium aduo-

*carmen
*vocauerunt

cati videatur afferre, sed penè testis fidem. Quare in pr
mis existimetur venisse ad agendum ductus officio vel c
gnationis, vel amicitiæ, maximeq; si fieri poterit, reip
blicæ, aut alicuius certè non mediocris exempli. Quod
ne dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est,
ad agendum magna atque honesta ratione aut etiam nec
sitate accessisse uideantur. Sed vt præcipua in hoc dicen
autoritas, si omnis in subeundo negotio suspitio sordi
aut odiorum aut ambitionis abfuerit: ita quædam in his q
que commẽdatio tacita, si nos infirmos & impares ing
nijs contra agentium dixerimus, qualia sunt pleraque N
salæ procœmia. Est enim naturalis fauor pro laborantib
& iudex religiosus libentissimè patronum audit quemi
stitiæ suæ minimè timet. Inde illa veterum circa occulta
dam eloquẽtiam simulatio, multum ab hac nostrorum te
porum iactatione diuersa. Vitandũ etiam, ne contumelio
maligni, superbi, maledici in quenquam hominem ort
nemue videamur, præcipueq; eorum qui Lædi nisi auer
iudicum voluntate non possunt. Nam in iudicem ne q
dicatur, non modò palam, sed quod omnino intelligi pos
*Etenim stultum erat monere, nisi fieret. * Etiam partis aduer
patronus dabit exordio materiam: interim cum honor
si eloquentiam eius ac gratiam nos timere fingendo, vt
suspecta sint iudici, fecerimus: interim per contumelia
sed hoc perquam rarò, vt Asinius pro Vrbiniæ hæredib
Labienum aduersarij patronum inter argumenta mal
causſæ posuit. Negat hæc esse procœmia Cornelius Celsu
quia sint extra litem. Sed ego cum autoritate summorum
oratorum magis ducor, tum pertinere ad causſam puto
quicquid ad dicentem pertinet: cum sit naturale, vt iudice
ijs quos libentius audiunt, facilius etiam credant. Ipsius
autem litigatoris persona tractanda varie est. Nam tum

dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas: non-nunquam contingit relatio meritorum: de quibus verecundius dicendum erit sua quàm aliena laudanti. Multum agit sexus, ætas, conditio, in fœminis, senibus, pupillis, liberos parentes coniuges allegantibus. Nam sola rectum quoque iudicem inclinat miseratio. Degustanda tamen hæc proœmio, non consumenda. Aduersarii verò persona propè ijsdem omnibus sed è contrario ductis impugnari solet. Nã & potentes sequitur inuidia, & humiles abiectosq; contentio, & turpes ac nocentes odium: quæ tria sunt ad alienandos iudicum animos potentißima. Neque hæc dicere satis est, quod datur etiam imperitis: pleraque augenda aut minuenda, vt expediet. Hoc enim oratoris est, illud causidicum conciliabimus nobis non tantùm laudando eum (quod & fieri cum modo debet, & est tamen parti vtriq; commune) sed si laudem eius ad vtilitatem nostræ causæ coniunxerimus, vt allegemus pro honestis dignitatem illi suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro læsis seueritatẽ, & similiter cætera. Mores quoque (si fieri potest) iudicis velim nosse. Nam prout asperi, lenes, iucundi, graues, duri, remißi erunt, aut assumere in causam naturas eorum quà competent, aut mitigare quà repugnabunt, oportebit. Accidit autẽ interim hoc quoque, vt aut nobis inimicus, aut aduersario sit amicus, qui iudicat: quæ res vtrique parti tractãda est, ac nescio an ei magis, in quam videtur propẽsior. Est enim nonnunquam præuis hic ambitus, aduersus amicos, aut pro his quibúscum simultates gerant, pronuntiandi, faciendique, iniustè ne fecisse videantur. Fuerunt etiam quidam rerum suarum iudices. Nam & in libris obseruationum à Septimio editis, affuisse Ciceronem tali causæ inuenio: & ego pro Regina

Berenice apud eam ipsam dixi. Similis hic quoque superio-
ribus ratio est. Aduersarius enim fiduciam partis suæ ia-
ctat, patronus timet cognoscentis verecundiam. Prætere
detrahenda vel confirmanda opinio siquam præcipue do-
mo videbitur iudex attulisse. Metus etiam nonnunquam es
amouendus: vt Cicero pro Milone, ne arma Pompeij con-
tra se disposita putaret, laborauit. Nonnunquam adhiben-
Ad.2. dus, vt idem in Verrem facit: sed adhibendi modus alter ill
frequēs est & fauorabilis, ne male sentiat populus Roma-
nus, ne iudicia transferantur. alter autem asper & raru
quo minatur corruptis accusationem. & id quidem in con-
cilio ampliore vtcunque tutius. nam & mali inhibentur, &
boni gaudent. Apud singulos verò nunquam suaserim ni
defecerint omnia. Quod si necessitas exigit, non erit iam e
arte oratoria: non magis quàm appellare, etiam si id quo-
que sæpe vtile est: aut antequam pronuntiet, reum facere
Nam & minari & deferre etiā non orator potest. Si caus-
sa, conciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex hac potissi-
mum aliqua in usum principij, quæ maximè fauorabilia u
debuntur, decerpi oportebit. quo in loco Virginius fallitur
qui Theodoro placere tradit, vt ex singulis quæstionibus
singuli sensus in proœmium conferantur. Nā ille non hoc
dicit, sed ad potentissimas quæstiones iudicem præparan-
dum. In quo vitij nihil erat, nisi in uniuersum id præcipe-
ret: quod nec omnis actio patitur, nec omnis caussa desi-
derat. Nam protinus à petitore primo loco, dum ignota
iudici lis est, quo modo ex quæstionibus ducemus sentētias?
nimirum res erunt indicandæ prius. Demus aliquas (nam
id exigit ratio nonnunquam) etiámne potentissimas omnes
id est totam caussam? sic erit in proœmio peracta narra-
tio. Quid verò si (frequenter accidit) paulò est durior caus-
sa? non

sæ non beneuolentia iudicis petenda ex alijs partibus erit, sed non ante conciliato eius animo nuda quæstionum commettetur asperitas? Quæ si rectè semper initio dicendi tractarentur, nihil proœmio opus esset. Aliqua ergo nonnunquam, quæ erunt ad conciliandum nobis iudicem potètissima, nõ inutiliter interim ex quæstionibus in exordio locabuntur. Quæ sint porrò in causis fauorabilia, enumerare non est necesse, quoniã & manifesta erunt cognita cuiusq; cõtrouersiæ cõditione, & omnia colligi in tanta litium uarietate non possunt. Vt autem hæc inuenire & augere, ita quod lædit, aut omnino repellere, aut certè minuere, ex causa est. Miseratio quoque aliquando ex eadè venit, siue quid passi sumus graue, siue passuri. Nec enim sum in hac opinione, qua quidam, vt eo distare proœmiũ ab epilogo credã, quod in hoc præterita, in illo futura dicãtur: sed quod in ingressu parcius & modestius præsentãda est iudicis misericordia: in epilogo verò liceat toros effundere affectus, & fictã orationẽ induere personis, & defunctos excitare, & pignora eorum producere: quæ minus exordijs sunt vsitata. Sed hæc quæ supra dixi, non mouere tantũ, verũ ex diuerso amoliri quoq; proœmio opus est. Vt autem nostrum miserabilem, si vincantur, exitum: ita aduersariorum superbum, si vicerint, vtile est credi. Sed ex ijs quoque quæ nõ sunt personarum nec causarum, verùm adiuncta personis & causis, duci proœmia solent. Personis applicantur nõ pignora modò, de quibus supra dixi, sed propinquitates, amicitiæ, interim regiones etiam, ciuitatesq;, & si quid aliud eius quem defendimus casu lædi potest. Ad causam extra pertinet tẽpus, vnde principiũ pro Cælio. Locus, vnde pro Deiotaro. Habitus, vnde pro Milone. Opinio, vnde in Verrẽ. deinceps ne omnia enumerẽtur, fama iudiciorũ, Act.

expectatio vulgi. nihil enim horũ in cauſſa eſt, ad cauſſa-
*oratione. tamen pertinet. Adiecit Theophraſtus ab *actione primi-
pium, quale videtur eſſe Demoſthenis pro Cteſiphonte, ,
ſibi dicere ſuo potius arbitrio liceat rogãtis, quam eo mo-
do quem accuſator actione præſcripſerat. Fiducia ipſa ſi-
let opinione arrogantiæ laborare. Faciunt fauorem & il-
pene communia, non tamen omittenda vel ideo, ne occup-
tur, optare, abominari, rogare, ſolicitum agere: quia plera-
que attentum quoque iudicem facit ſi res agi videtur non
magna, atrox, pertinens ad exemplum: precipue tamen
iudex aut ſua vice aut reipublicæ commouetur: cuius ani-
mus ſpe, metu, admonitione, precibus, vanitate denique,
id profuturum credemus, agitandus eſt. Sunt & illa excita-
dis ad audiendum non inutilia, ſi nos neque diu moraturos
neque extra cauſſam dicturos exiſtiment. Docilem ſine du-
bio & hæc ipſa præſtat attentio: ſed & illud, ſi breuiter e-
dilucideque ſummam rei de qua cognoſcere debeat, indicauer-
mus: quod Homerus atque Virgilius operum ſuorum prin-
cipijs faciunt. Nam iſtius rei modus eſt, vt propoſitioni ſi-
milior ſit, quam expoſitioni: nec quomodo quicq; ſit actu-
ſed de quibus dicturus ſit orator oſtendat. Nec video quod
huius rei poſſit apud oratores reperiri melius exemplum,
quam Ciceronis pro A. Cluẽtio. Animaduerti, iudices, om-
nem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes: qua-
rum altera mihi niti & magnopere cõfidere videbatur in-
uidia iam inueterata iudicij Iunianiː altera tantũmodo cõ-
ſuetudinis cauſſa timide & diſſidenter attingere rationem
veneficij criminũ, qua de re lege eſt hæc quæſtio conſtituta.
Id tamen totum reſpondenti facilius eſt, quam proponenti:
quia hic admonendus iudex, illic docendus eſt. Nec me quã-
quam magni auctores in hoc duxerint, vt non ſẽper facere
attentum

attētū ac docilem iudicem velim: non quia nesciā id quod ab illis dicitur, esse pro mala caussa: qualis ea sit, nō intelligit: verū quia istud nō negligentia iudicis cōtingit, sed errore. Dixit enim aduersarius, & forte asse persuasit: nobis opus est eius diuersa opinione: quæ mutari nō potest, nisi illū secerimus ad ea quæ dicemus docilē & attentū. Quid ergo? Imminuēda quædam & eleuanda, & quæsi cōtemnenda esse consentio, ad remittendā intentionē iudicis, quā aduersario præstat: vt fecit pro Ligario Cicer. Quid enim agebat aliud ironia illa, quam vt Cæsar minus se in rē tanquā nō nouā intenderet? Quid pro Cælio, quam vt res expectatione minor videretur? Verū ex ijs quæ proposui, aliud in alio genere causse desiderari palam est. Genera porrò causarum plurimi quinq; fecerunt, honestū, humile, dubiū vel anceps, admirabile, obscurū: id est, ἐνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, ἀυτοσχεδιάστον. Sūt quibus recte videatur adijci turpe, quod alij humili, alij admirabili subijciūt. Admirabile autē vocant, quod est præter opinionē hominū constitutum. In anciput maxime beneuolū iudicē, in obscuro docilē, in humili attētum parare debemus. Nam honestū quidē ad conciliationē satis per se valet: in admirabili & turpi, remedijs opus est. Et eō quidā exordiū in duas diuidunt partes, principiū, & insinuationē: vt sit in principijs recta beneuolētiæ & attētionis postulatio: quæ quia esse in turpi caussæ genere nō possit insinuatio surrepat animus, maximē vbi frons caussæ nō satis honesta est, vel quia res sit improba, vel quia hominibus parū probetur: aut si facie quoq; ipsa premitur, vel inuidia cōsistētis ex diuerso patroni, aut patris, vel miserabilis senis, cæci, infantis. Et quidē quibus aduersus hæc modis sit medendū, verbosius tradūt, materiasq; ipsi sibi fingunt, & ad morem actionū prosequūtur. sed hæc

cùm oriantur ex cauſsis, quarũ ſpecies conſequi omnes n
poſſumus, niſi generaliter cõprehendantur, in infinitũ ſu
extraheũdæ. Quare ſingulis conſilium ex propria ratio
naſcetur. Illud in vniuerſum præceptũ ſit, vt ab iis quæ la
dũt, ad ea quæ proſunt, refugiamus. Si cauſſa laborabimu
perſona ſubueniat: ſi perſona, cauſſa: ſi nihil quod nos ad
uet, erit, quæramus quid aduerſariũ lædat. Nam vt optabi
eſt, plus fauoris mereri: ſic proximũ, odij minus. In iis qu
negari non poterunt, elaborandũ vt aut minora quam di
ctum eſt, aut alia mẽte facta, aut nihil ad præſentẽ quæſti
nem pertinere, aut emẽdari poſſe pœnitentia, aut ſatis ia
punita videãtur. Ideóq; agere aduocato quam litigatoriſ
cilius: quia & laudat ſine arrogãtiæ crimine, & aliquando
vtiliter etiã reprehendere poteſt. Nã ſe quoq; moueri im
rum finget, vt pro Rabirio Poſthumo Cicero, dũ aditum ſi
bi ad aures faciat, & autoritatẽ induat vera ſentiẽtis, qu
magis credatur vel defendenti eadẽ, vel neganti. Ideóq; ho
primũ intuemur, litigatoris an aduocati perſona ſit vten
dum, quoties vtrunq; fieri poteſt. Nã id in ſchola liberum
eſt, in foro rarũ, vt ſit idoneus rei ſuæ quiſq; defenſor. De
clamaturus autẽ maxime poſitas in affectibus cauſſas pro
priis perſonis debet induere. Hi ſunt enim qui mãdari non
poſſunt: nec eadẽ vi perferuntur alieni animi, qua ſui, mo
tus. His etiã de cauſsis inſinuatione videtur opus eſſe, ſi ad
uerſarij actio iudicum animos occupauerit, vel ſi dicendũ
apud fatigatos eſt: quorum alterum promittendo noſtras
probationes, & aduerſas eludendo, vitabimus: alterum &
ſpe breuitatis, & iis quibus attentũ fieri iudicẽ docuimus.
Et vrbanitas opportuna reficit animos, & vndecunq; pe
tita iudicis voluptas leuat tædiũ. Non inutilis etiã eſt ratio
occupãdi quæ videtur obſtare: vt Cicero dicit ſcire ſe mira
ri quoſdam, quod is qui per tot annos defenderit multos,

læserit neminem, ad accusandũ Verrem descenderit. deinde ostendit hanc ipsam sociorum defensionem, quod schema προλῆψις dicitur. Id cum sit vtile aliquando, nunc a declamatoribus quibusdam pene semper assumitur, qui fas non putant nisi a contrario incipere. Negant Apollodorum secuti treis esse (de quibus diximus) præparandi iudicis partes: sed multas species enumerant, vt ex moribus iudicis, ex opinionibus ad caussam extra pertinentibus, ex opinione de ipsa caussa, quæ sunt prope infinitæ: tum ijs, ex quibus omnes controuersiæ constãt, personis, factis, dictis, caussis, temporibus, locis, occasionibus cæteris. Quas veras esse fateor, sed in hæc tria genera recidere. Nam si iudicem beneuolum, attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare, non reperio, cum metus ipse, qui maximè videtur esse extra hæc, & attentum iudicem faciat, & ab aduerso fauore deterreat? Verùm quoniã non est satis demonstrare discentibus quæ sint in ratione proœmij, sed dicendũ etiam quomodo perfici facillime possint: hoc adiicio, vt dicturus intueatur, quid, apud quẽ, pro quo, contra quẽ, quo tempore, quo loco, quo rerũ statu, qua vulgi fama dicendum sit: quid iudicẽ sentire credibile sit antequã incipiamus: tũ quid aut desideremus, aut deprecemur: ipsa illum natura eò ducet, vt sciat quid primũ dicendũ sit. At nũc omne quod cœperint, proœmiũ putãt, & vt quicq; succurrerit, vtiq; si aliqua sententia blandiatur, exordiũ. Multa autem sine dubio ex alijs partibus sunt, aut alijs partibus caussæ cõmunia: nihil tamẽ in quaq; melius dicitur, quam quod æque bene dici alibi nõ possit. Multũ gratiæ exordio est quod ab actiõe diuersæ partis materiã trahit, hoc ipso: quod no cõpositũ domi, sed ibi atq; e re natũ, & facilitate famã ingenij auget, & facie simplicis sũptiq; e proximo sermonis fidẽ quoq; acquirit: adeò

vt etiam si reliqua scripta atque elaborata sint, tamen ple
runque videatur tota extemporalis oratio, cuius initium
nihil præparatum habuisse manifestum est. Frequētissim
verò proœmium decebit & sententiarum & compositio
nis & vocis & vultus modestia: adeò vt in genere causs
etiam indubitabili, fiducia se ipsa nimium exercere no
debeat. Odit enim iudex fere litigantis securitatem: cum
ius suum intelligat, tacitus reuerētiam postulat. Nec mim
diligenter, ne suspecti simus vlla parte, vitandum: propte
quod minimè ostentari debet in principiis cura, quia vi
detur ars omnis dicentis cōtra iudicem adhiberi. Sed ipsum
istud euitare, summæ artis est. Nam id sine dubio ab om
nibus, & quidem optime præceptum est, verùm aliquate
nus temporum conditione mutatur: quia quibusdam i
iudiciis, maximéque capitalibus, vt apud centumuiros, ips
iudices exigunt solicitas & accuratas actiones: contem
nique se, nisi in dicendo etiam diligētia appareat, credunt
nec doceri tantum, sed etiam delectari volunt. Et est diffi
cilis huius rei moderatio: quæ tamen ita temperari potes
vt videantur accurate, non callidè dicere. Illud ex pre
ceptis veteribus manet, ne quod insolens verbum, ne au
dacius translatum, ne aut ab abstoleta vetustate, aut a poë
tica licentia sumptum, in principio deprehendatur. Non
dum enim recepti sumus, & custodit nos recens audien
tium intentio: magis conciliatis animis, & iam calentibus,
hæc libertas feretur, maximéque cum in locos siuerimus
ingressi, quorum naturalis vbertas licentiam verbi notari
circunfuso nitore non patitur. Nec argumentis autem, nec
locis, nec narrationi similis esse in proœmio debet oratio,
neque tamen deducta semper, atque circumlata, sed sæpe
simplici atque illaboratæ similis, nec verbis vultuque nu

mul

mia promittens. Dissimulata enim, & vt Græci dicunt, ἀντίφρασις actio, melius sæpe surrepit. Sed hæc prout formari animos iudicum expediet. Turbari memoria, vel continuandi verba facultate destitui, nusquam turpius: cum vitiosum proœmium possit videri cicatricosa facies: & pessimus certe gubernator, qui nauem, dum portum egreditur, impegit. Modus autem principij, pro caussa. Nã breuius simplices, longius perplexæ suspectæq; & infames desiderant. Ridendi verò, qui velut leges proœmiis omnibus dederunt, vt intra quatuor sensus terminarentur. Nec minus euitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse videatur, & quo præparare debet, fatiget. Sermonem a persona iudicis auersum, quæ ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum a proœmio summouent. nonnulli quidem in hanc persuasionem ratione ducti. Nam prorsus esse hoc magis secundum naturam consitendum est, vt eos alloquamur potissimum, quos conciliare nobis studemus. Interim tamen & est * hic proœmio necessarius sensus aliquis: & is acrior fit atque vehementior ad personam directus alterius. Quod si accidat, quo iure, aut qua tanta superstitione prohibemur dare per hanc figuram sententiæ vires? Nec enim istud scriptores artium, quia nõ liceat, sed quia non putent vtile, vetant. Ita si vincet vtilitas, propter eandem caussam facere debebimus, propter quam vetamur. Et Demosthenes autem ad Aeschinẽ orationem in proœmio conuertit, & Marcus Tullius cum pro aliis quibusdam, ad quos ei visum est, tum pro Ligario ad Tuberonem. Nam erat multo futura languidior, si esset aliter figurata. quod facilius cognoscet si quis illam totam partem vehementissimam, cuius hæc forma est, Habes igitur Tubero, quod est accusatori maxime oprãdum,

* hoc proœmium.

&c. conuertat ad iudicem: tum enim verè auersa videa
oratio, & langueſcat vis omnis dicentib. nobis. Habet
tur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum. id
enim modo preßit atque inſtitit, hoc tantum indica
Quod idem in Demoſthene, ſi flexum illi mutaueris, ag
det. Quid? non Salluſtius directo ad Ciceronem, in q
ipſum dicebat, vſus eſt principio, & quidē protinus: Q
uiter & iniquo animo maledicta tua paterer Marce T
ſicut & Cicero fecerat in Catilinam, Quouſque tan
abutere patientia noſtra? Ac ne quis apoſtrophen m
tur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quæ cauſſa e
commentariis (nam bis eundem defendit) proſopopœi
quentis pro reo vtitur: pro Rabirio verò Poſthumo,
demque Scauro reo repetundarum, etiam exemplis
Cluentio (vt modò oſtendi) partitione. Non tamē hæc,
poſſunt bene aliquando fieri, paßim facienda ſunt, ſed
ties præceptum uicerit ratio: quo modo & ſimilitud
dum breui, & translatione, atque alijs tropis (quæ om
cauti illi ac diligentes prohibent) vtemur interim:
cui diuina illa pro Ligario ironia, de qua paulò ante d
ram, diſplicet. Alia exordiorum vitia verius tradiderim
Quod in plures cauſſas accommodari poteſt, vulgare
tur. Id minus fauorabile, aliquando tamen non inutile
aſſumimus: magnis ſæpe oratoribus non euitatum. Quo
aduerſarius vti poteſt, commune appellatur. Quod aduer
rius in ſuam vtilitatem deflectere poteſt, commutabi
Quod cauſſæ non cohæret, ſeparatum. Quod aliunde tra
hitur, translatum. Præterea quod longū, quod contra præ
cepta eſt. Quorum pleraque non principij modò ſunt v
tia, ſed totius orationis. Hæc de proœmiō, quoties erit cu
uſus. Nō ſemper autem eſt. Nam & ſuperuacuum aliqu
do

lo est, vt si sit præparatus satis etiam sine hoc iudex, aut si
res præparatione non egeat. Aristoteles quidem in totum Rhetoric. 3.
id necessarium apud bonos iudices negat: aliquando tamen
uti nec si velimus, eo licet, cum iudex occupatus, cum an-
gusta sint tempora, cum maior potestas ab ipsa re cogit
ncipere. Cõtráque est interim procœmij vis etiam non ex
ordio. Nam iudices & in narratione nonunquam, & in ar
gumentis, vt attendant, & vt faueant, rogamus: quo Prodi
cus velut dormitantes eos excitari putabat: quale est Cice-
ronis, Tum C. Varenus, is qui à familia Anchariana occi-
sus est, Hoc, quæso, iudices, diligenter attendite. Vtique si
multiplex causa est, sua quibusque partib. danda præfatio
est: ut, Audite nunc reliqua. &, Transeo nunc illuc. Sed in
ipsis etiam probationib. multa funguntur procœmij vice,
vt facit Cicero pro Cluentio: dictarus contra censores: pro
Muræna, cum Seruio se excusat. Verum id frequentius est,
quam vt exemplis confirmandum sit. Quoties autem pro-
œmio fuerimus vsi, tum siue ad expositionem transibimus,
siue protinus ad probationẽ, id debebit in principio post-
remum esse, cui commodissimè iungi initiũ poterit. Illa ve-
rò frigida & puerilis est in scholis affectatio, vt ipse tran-
situs efficiat aliquam utique sententiam, & huius velut præ
stigiæ plausum petat: vt Ouidius lasciuire in Metamor- Metamorpho-
phosi solet, quem tamen excusare necessitas potest, res di- sis Ouidij.
uersissimas in speciem vnius corporis colligentem. Orato-
ri verò quid est necesse surripere hanc transgressionem,
& iudicem fallere, qui vt ordini rerum animum intendat,
etiam commonendus est? Peribit enim prima pars exposi-
tionis, si iudex narrari nondum sciet. Quapropter vt non
abruptè cadere in narrationem, ita non obscurè transcen-
dere, est optimum. Si verò longior sequetur ac perplexa

magis

Pro Cluent. *magis expositio, ad eam ipsam præparandus erit iudex vt Cicero sæpius, sed hoc præcipuè loco fecit, Paulò longius exordium rei demonstrandæ repetam, quod quæso iudices, ne molestè patiamini. principiis enim cognitis multo facilius extrema intelligetis. Hæc ferè sunt mihi exordio comperta.*

De narratione. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Constituto ad audiendum per exordium iudice, locum habet narratio, per quam quid in controuersiam veniat, cognoscit. Circa quæ hæc præcipue tangit: Quid narratio: quæ eius propria, quæ partes: exordio semper subiungatur: an semper necessaria: qui sit narrationis ordo: quomodo in fictis narrationibus colot veritatis tuendus sit: quot illæ sint, quæ virtutes narrationis, aut quæ vitia, & quæ elocutio quale initium, & finis. Narrationem esse rei factæ, vel non factæ vilem ad persuadendum expositionem definit. Narrationis tria esse propria: vt sit dilucida, breuis, & verisimilis. Dilucidam fore, si verbis propriis & significantibus exponatur: non sordidis, non nimis exquisitis: si locis, temporibus, personis, & caussis distinguantur: si rebus consentiat pronuntiatio. Breuem, si inde cœperimus, vnde ad iudicem pertinet: si superuacua reciderimus: si partitione vtamur: si nimiam breuitatem, quæ obscuritatem parit, vitauerimus: si in longa breui interfatione & commonitione vtamur. Credibilem, si omnia conuenientia personis, locis, temporibus, naturæ, consuetudini, hominum opinionibus, & caussas rationésque factis consentaneas protulerimus: si argumentorum semina per totam narrationem sparserimus: si verbis vulgaribus & communibus, callida simplicitatis imitatione fuerimus vsi. Narrationem in iudiciis duplicem esse tradit: vnam ipsius caussæ, alteram rerum ad caussam pertinentium. hanc locum habere vbi factum negatur, & longam etiam esse citra argumenta criminis, de anteacta vita, de caussis propter quas innocens in periculum deducatur, aliisque, quibus quod obiicitur, incredibile fiat. Id Vlyssis à Teucro accusati exemplo apertius reddit. Hinc repetundarum & ambitus caussas, tot narrationes, quot obiiciantur crimina, habere posse. Subiungit & alias, non ipsius caussæ, sed ad caussam pertinentes: quarum aliæ exempli caussa fiant: aliæ excutiendi alicuius extrinsecus criminis: aliæ augendi. Fictas etiam introducit monet, vel ad concitandos iudices, vel ad recreandos aliqua vbertate: interdum etiam per digressionem, decoris gratia. Quibus datis formis contentus, aliarum plura genera facientium, vt personæ, loci,

loci, temporis, causſarum, &c. nimis ſubtiles diuiſiones non recipit. Narrationem ordine naturali exordio ſubiungendam aſſerit. Id tamen interdum conditione cauſſarum mutari, vt ſi præiudiciis grauemur, vt in cauſſa Milonis: aut multis anteactæ vitæ criminibus oneremur, vt in cauſſa Cælij: quæ prius amolienda ſunt, quàm ad cauſſam accedamus. Non eſſe ſemper narrandum contendit, cum cauſſæ tam breues ſunt, vt propoſitionem potius habeant, quàm narrationem: aut cum iudici omnia ſunt cognita, maximè vt nobis expedit. Adſert & alia actoris vel patroni propria tempora. Si narratio contra nos erit, non prætermittenda (vt quidam volebant) ſed extenuanda melius interpretanda, aliis cauſſis præmunienda. quæ contra nos faciant, contendit: quod quo pacto in tribus ſtatibus faciendum ſit, coniectura, finitione, & qualitate, ſuſiſſimè docet. Quòd ſi mixta erit, partem quæ pro nobis facit, prius eſſe tractandam, deinde aduerſus reliqua remediis vtendum ſi plura erunt quæ proſunt in mediis tanquam auxiliis ponenda quæ obſtant, minus virium ſic habitura. Narrationis ordinem eſſe vt quo pacto quid geſtum eſt, ſic à nobis commemoretur: niſi, vt ordinem inuertamus, magis expediet: nam pro re & tempore intuenda varia quæ proſint: quod pluribus figuris fieri poteſt: ſimulando excidiſſe, quod viliore loco reducatur: aut expoſita re, cauſſas quæ antecеſſerunt, ſubiungendo. Citra narrationes fictas (quarum genus vnum inſtrumentis adiuuetur, alterum dicentis ingenio tuendum ſit) curandum primum, vt quod fingitur, fieri poſſit vt loco, perſonæ, tempori conueniat: & rationem credibilem, ordinémque habeat: nequa inter ſe pugnent: & ea fingenda, quæ non poſſint refutari per teſtes. Item quæ à defunctis, vel ab eo cui expediet, vel ab aduerſario, cui neganti nemo lubens credet. Vitioſa eſſe in narratione, excurſum, apoſtrophen, proſopopœiam, argumentationes, quæ tamen ratione cogente, in eadem virtutum obtinent locum, præter argumentationes, quæ ab hoc loco ſunt alienæ. Elocutionem, quantum res patitur, debere exultam eſſe, omniſque venere exornatam, & verbis quaſi ſenſu tinctis, id eſt ſententiæ cuiuſdam aut argumenti admonentibus diſtinctam, ad rem tamen accommodatam, vt parua preſsè, grauia attociter, triſtia miſerabiliter dicamus: ad quod plurimum conducet quæ res quaſi ante oculos ponit hypotypoſis, & narrantis autoritas, quæ & bona vita & ſancto orationis genere paretur. Narrationis initium eſſe à perſona, vel à re: & perſonam poni interdum cum ſuis accidentibus, interdum ſine his. Finem eius perduci eò poſſe, vnde quæſtio oritur, maxime à petitore: nam à defenſore non ſemper item.

Maximè naturale eſt, & fieri frequentiſſimè ſolet, ac debet, vt præparato per hæc quæ ſuprà dicta ſunt, iudice, res de qua pronũtiaturus eſt, indicetur. Ea eſt narratio,

ratio. In qua sciens transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam plura eius genera facientium. Non enim solam volunt esse illam negotij de quo apud iudices quæritur, expositionem, sed personæ: vt, Marcus Acilius Pro Cluent. In Verrem act. 3. licanus, humili loco Picens, loquax magis quam facundus. Loci, vt, Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, iudices. Temporis, vt

Vere nouo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur Caussarum, quibus historici frequentissimè vtuntur, cum exponunt vnde bellum, seditio, pestilentia. Præterhæc, alias perfectas, alias imperfectas vocant: quod quis ignorat? Adiiciunt expositionem & præteritorum temporum, quæ est frequentissima: & præsentium, quæ Pro Sexto Ros. Amer. est Ciceronis de discursu amicorum, Chrysogonus possidet quam est nominatus. & futurorum, quæ solis dari vaticinantibus potest. Nam ὑπόθεσις non est habēda narratio. Sed nos potiorib. vacemus. Plerique semper narrandum putauerunt: quod falsum esse pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues caussæ, vt propositionem potius habeant quam narrationem. Id accidit aliquando vtrique parti, cùm vel nulla expositio est, vt de re constat, de iure quæritur: vt apud centumuiros, filius an frater debeat esse intestato hæres: pubertas, annis, an Vide titu. quib. mod. tute. fin. Instit. habitu corporis æstimetur. Aut cum est quidem narratio, sed ante aut iudici nota sunt omnia, aut priore loco recte exposita. Accidit aliquando alteri, & sæpius *ab actore, ri, vel quia satis est proponere, vel quia sic magis expedit. Satis est dixisse, Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione: legatū peto ex testamento. Diuersæ partis expositio est, cur ea non debeantur. Et satis est actori, & magis expedit sic indicare, Dico ab Horatio sororem suam

interfe

interfectam. Nanque & propositione iudex crimen omne cognoscit, & ordo & caussa facti pro aduersario magis est. Reus contrà tunc narrationem subtrahit, cũ id quod obiicitur, nec negari nec excusari potest, sed in sola iuris quæstione consistit: vt in eo qui cùm pecuniam priuatã ex æde sacra surripuerit, sacrilegij reus est, confessio verecundior quam expositio, Nõ negamus pecuniam de templo esse sublatã, calumniatur tamen accusator actione sacrilegij, cùm priuata fuerit, non sacra: vos autem de hoc cognoscitis, an sacrilegium sit admissum. Sed vt has aliquando non narrãdi caussas puto, sic ab illis dissentio, qui non esse narrationẽ existiment, cum reus, quod obiicitur, tantum negat. In qua est opinione Cornelius Celsus, qui cõditionis huius esse arbitratur plerasque cædis caussas, & omnes ambitus ac repetundarũ. Non enim putat esse narrationẽ, nisi quæ summã criminis de quo iudiciũ est, continet: ac deinde fatetur ipse pro Rabirio Posthumo narrasse Ciceronẽ: atqui ille & negauit peruenisse ad Rabiriũ pecuniã, qua de re erat quæstio cõstituta: & in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autẽ, magnos alioqui secutus autores, duas esse in iudiciis narrationũ species existimo: alteram ipsius caussæ, alteram rerũ ad caussam pertinentiũ expositionem. Non occidi hominem, nulla narratio est: conuenit: sed erit aliqua & interim etiam longa, circa argumenta eius criminis, de anteacta vita, de caussis propter quas innocens in periculum deducatur, aliisq;, quibus incredibile id quod obiicitur, fiat. Nec enim accusator hoc tantùm dicit, occidisti, sed quibus id probet, narrat: vt in tragœdiis, cum Teucer Vlyssem reum facit Aiacis occisi, dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento: non id modò Vlysses respondet, non esse à se id facinus admissum,

ſed ſibi nullas cũ Aiace inimicitias fuiſſe: de laude inter ip
ſos certatum. deinde ſubiungit quomodo in eam ſolitudin
venerit, iacentem exanimem ſit conſpicatus, gladium
vulnere extraxerit, his ſubtexitur argumentatio. Sed n
illud quidem ſine narratione eſt, dicente accuſatore, Fuiſti
in eo loco, in quo tuus inimicus occiſus eſt: non fui. dicen
dum enim vbi fuerit. Quare ambitus quoque cauſſæ & re
petundarum, hòc etiam plures eiuſmodi narrationes habe
re potuerunt, quò plura crimina. In quibus ipſa quidem
neganda ſunt, ſed argumentis expoſitione contraria reſi
ſtendum, interdum ſingulis, interdum vniuerſis. An reu
ambitus malè narrabit quos parentes habuerit, quemadm
dum ipſe vixerit, quibus meritis fretus ad petitionem de
ſcenderit? Aut qui repetundarum inſimulabitur, nũ & a
teactam vitam, & quibus cauſsis vel prouinciam vniuerſi
vel accuſatorem aut teſtem offenderit, nõ vtiliter expone
Quæ ſi narratio non eſt, ne illa quidem Ciceronis pro Cl
entio prima, cuius eſt initium, A. Cluentius Habitus. Nih
enim hic de veneficio, ſed de cauſsis quibus ei mater inimica
ſit, dicit. Illæ quoque ſunt pertinẽtes ad cauſſam, ſed non ip
Actio.7. ſius cauſſæ narrationes, vel exempli gratia, vt in Verren
de L. Domitio, qui paſtorẽ, quòd is aprum quem ipſi mune
ri obtulerat, exceptum eſſe à ſe venabulo confeſſus eſſet, in
crucem ſuſtulit. Vel excutiendi alicuius extrinſecus crimi
nis: vt pro Rabirio Poſthumo, Nam vt vẽtum Alexandriã
eſt, iudices, hæc vna ratio à rege propoſita Poſthumo eſt
ſeruandæ pecuniæ ſi curationem & quaſi diſpenſationem
Actio.3. regiam ſuſcepiſſet. Vel augendi, vt deſcribitur iter Verris.
Ficta interim narratio introduci ſolet, vel ad concitandos
iudices, vt pro Roſcio contra Chryſogonum, cuius pau
lò antè habui mentionem. Vel ad ſoluendos aliqua vrba-

nitate

nitate, vt pro Cluentio contra fratres Cepasios. Interdum per digressionem decoris gratia, qualis rursus in Verrem de Proserpina, In his quondam locis mater filiam quæsisse dicitur. Quæ omnia eò pertinent, vt appareat non vtique non narrare eum qui negat, sed illud ipsum narrare quod negat. Ne hoc quidem simpliciter accipiendum, quod est à me positum, superuacuam esse narrationẽ rei quam iudex nouerit. Quod sic intelligi volo, si non modò factum quid sit, sciet: sed ita factum etiam, vt nobis expedit, opinabitur. Neque enim narratio in hoc reperta est, vt tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis vt consentiat. Quare etiam si non erit docendus, sed aliquo modo afficiendus, narrabimus cũ præparatione quadam, Scire quidem eum in summa quid actum sit, tamen rationem quoque facti cuiusque cognoscere ne grauetur. Interim propter aliquem in consilium adhibitum nos repetere illa simulemus interim vt rei quæ ex aduerso proponatur, iniquitatem omnes etiam circunstantes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit varianda expositio, ad effugiendum tædium nota audientis: sicut, Meministi. & Fortasse superuacuum fuerit hic commorari. Sed quid ego diutius, cum tu optimè noris? Illud quale sit, tu scias. & his similia. Alioqui si apud iudicem cui nota causa est, narratio semper videtur superuacua, potest videri non semper esse etiam ipsa actio necessaria. Alterum est de quo frequentius quæritur, an sit vtique narratio procemio subiicienda. Quod qui opinantur, non possunt videri nulla ratione ducti. Nam cùm procemium idcirco comparatum sit, vt iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, & intentior, & probatio nisi causa prius cognita non possit adhiberi prouinus notitia rerum instruendus videtur. Sed hoc quoque Actio. 6.

interim mutat conditio causſarum: niſi forte Marcus T
lius in oratione pulcherrima quam pro Milone ſcript
reliquit, malè diſtuliſſe narrationem videtur tribus p
poſitis quæſtionibus: aut profuiſſet exponere quomodo
ſidias Miloni feciſſet Clodius, ſi reum qui à ſe hominem
ciſum fateretur, defendi omnino fas non fuiſſet: aut ſi
præiudicio ſenatus damnatus eſſet Milo: aut ſi Cn. Pom
ius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus ar
tis clauſerat, tanquã aduerſus exiſtimaretur. Ergo hæ q
que quæſtiones vim procœmij obtinebunt, cùm omnes
dicem præparauerint. Sed aliter pro L. Murena po
quoque narrauit, cum obiecta diluit. Quod fiet vtili
quoties crimen non repellendum tantùm, ſed etiam tra
ferendum erit, vt prius his defenſis velut initium ſit
culpandi narratio: vt in armorum ratione antiquior c
di quam ictum inferendi cura eſt. Erunt quædam cauſſa
que id rarò) crimini quidem de quo cognitio eſt, facile
luendo, ſed multis anteactæ vitæ flagitiis & grauibus
minibus oneratæ: quæ prius amolienda ſunt, vt propi
iudex defenſionem ipſius nogotij, cuius propria quæ
eſt, audiat: vt ſi defendendus eſt M. Cælius, nónne o
mè patronus occurrat prius conuitiis luxuriæ, petula
impudicitiæ, quàm venenficij, in quibus ſolis omnis C
ronis verſatur oratio: deinde tum narret de bonis p
tim, totámque dein explicet cauſſam, que eſt ipſius a
ne defenſa? Sed nos ducit ſcholarum conſuetudo, in q
bus certa quædam ponuntur, quæ themata dicimus, p
ter quæ nihil eſt diluendum. Ideóque narratio proœ
ſemper ſubiungitur. Inde libertas declamatoribus,
etiam ſecundo partis ſuæ loco narrare videantur. N
quum pro petitore dicunt, & expoſitione, tanquam p

agat

agant, vti solent: & contradictione, tanquam respondeant: id quod fit non rectè. Nam cum sit declamatio, forensium actionum meditatio, cur non vtrunq; protinus loco exerceat? Cuius rationis ignari, ex more cui adjueuerunt, nihil in foro putant esse mutandum. Sed in scholasticis quoque nonnunquam euenit vt pro narratione sit propositio. Nam quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accusatæ aut qui Cynicum apud censores reum de moribus facit, cui totum crimen vno verbo in qualibet actionis parte posito satis indicetur? Sed hæc hactenus. Nunc quæ sit narrandi ratio, subiungam. Narratio est rei factæ aut non factæ vtilis ad persuadendum expositio. Vel (vt Apollodorus finit) oratio docens auditorem quid in controuersia sit. Eam pleriq; scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, breuem, verisimilem. Nec enim refert an pro lucida perspicuam, pro verisimili probabilem credibilemue dicamus. Eadem nobis placet diuisio: quanquam & Aristoteles ab Isocrate parte in vna dissenserit, præceptum breuitatis irridens, tanquam necesse sit longam aut breuem esse expositionem, nec liceat ire per medium. Theodorei quoque solã reuinquunt vltimam partẽ, quia nec breuiter vtique nec dilucide semper sit vtile exponere. Quo diligentius distinguẽda sunt singula, ut quid quoq; loco prosit, ostendã. Narratio est aut tota pro nobis, aut tota p aduersario, aut mista ex vtriusq; Si erit tota p nobis, contẽti simus ijs tribus partibus, per quas efficitur quo iudex facilius intelligat, meminerit, credat. Nec quisquam reprehensione dignum putet, quod proposuerim eam quæ sit tota pro nobis, debere esse verisimilem, cum vera sit. Sunt enim plurima vera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia. Quare non minus laborandum est vt iudex quæ vera

dicimus, quàm quæ fingimus, credat. Sunt quidem hæ, quas supra retuli, virtutes, aliarum quoque partium. Nam & per totam actionem vitanda est obscuritas, & modus vbique custodiendus, & credibilia esse oportet omnia quæ dicuntur. Maximeq; hæc in ea parte custodienda sunt, quæ prima iudicem docet: in qua si acciderit vt aut non intelligat, aut non meminerit, aut non credat, frustra in reliqua laborabimus. Erit autem aperta narratio atque dilucida, si fuerit primùm expositа verbis propriis & significantibus, & non sordidis quidem non tamen exquisitis, & ab vsu remotis: tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, vt iudex quæ dicuntur, quam facillimè accipiat. Quæ quidem virtus negligitur a plurimis, qui ad clamorem dispositæ vel etiam forte circũfusæ multitudinis compositi non ferunt illud intentionis silentium: nec sibi diserti videntur, nisi omnia tumultu ac vociferatione concussérint. rem indicare. sermonis quotidiani, & in quẽcunq; etiã indoctiorum cadentis, existimãt: cùm interim quod tãquam facile contemnunt, nescias præstare minus velint, an possint. Neque enim aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quam id quod se dicturos fuisse omnes putant, postquã audierunt: quia non bona iudicãt esse illa, sed vera. Tũ autem optimè dicit orator, cũ videtur vera dicere. At nunc velut campum nacti expositionis, hìc potissimùm & vocem flectunt, & cervicem reponunt, & brachium in latus iactant, totoq; & rerum & verborum & compositionis genere lasciuiunt: deinde (id quod sit monstro simile) placet actio, causa non intelligitur. Verùm hæc omittamus ne minus gratiæ præcipiendo recta, quam offensæ reprehendendo prava, mereamur. Breuis erit narratio ante omnia, si

nia, si inde cœperimus rem exponere, vnde ad iudicem pertinet: deinde, si nihil extra causam dixerimus: tũ etiã si reciderimus omnia, quibus sublatis, nec cognitioni quicquam nec vtilitati detrahatur. Solet enim esse quædam partiũ breuitas, quæ longam tamen efficit summam. In portum veni, nauim prospexi, quanti veheret interrogaui, de precio conueni, conscendi, sublatæ sunt ancoræ, soluimus oram prouecti sumus. Nihil horum dici celerius potest, sed sufficit dicere, è portu nauigaui. Et quoties exitus rei satis ostẽdit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cum dicere liceat, Est mihi filius iuuenis. omnia illa superuacua, cupidus ego liberorum, vxorem duxi, natum sustuli, filium educaui, in adolescentiam perduxi. Ideoq; Græcorum aliqui aliud circuncisam expositionem, id est σύντομον, aliud breuem putauerunt: quòd illa superuacuis careret, hæc posset aliquid ex necessariis desiderare. Nos autem breuitatem in hoc ponimus, non vt minus, sed ne plus dicatur quam oporteat. Nam iterationes quidem, & ταυτολογίας & περισσολογίας, quas in narratione vitandas quidam scriptores artium tradiderunt, trãseo. Sunt enim hæc vitia non tantum breuitatis gratia refugienda. Non minus autem cauenda erit, quæ nimium corripientes omnia sequitur obscuritas: satiusq; est aliquid narrationi superesse, quam deesse. Nam superuacua cũ tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Quare vitanda etiam illa Sallustiana (quanquã in ipso virtutis locũ obtinet) breuitas, & abruptũ sermonis genus: quod ocio sum fortasse lectorem minus fallit, audientem transuolat, nec dum repetatur expectat: cum presertim lector non sere sit nisi eruditus, iudicẽ rura plerunq; in decurias mittãt, de eo pronuntiaturũ, quod intellexerit: vt fortasse vbique,

in narratione tamen vtique præcipuè, media hæc tenend
sit via dicendi, quantum opus est, quantum satis est. Quan
tum opus est autem, non ita solum accipi volo, quantum a
iudicandum sufficit: quia non inornata debet esse breuita
alioqui sit indocta. nam & fallit voluptas, & minus lon
ga quæ delectant videtur: vt amœnum ac molle iter, etia
aridumque si est spatij amplioris, minus fatigat, quam durum ardum
que compendium. Nec enim mihi vnquam tanta fuerit cu
breuitatis, vt non ea quæ credibilem faciunt expositionem
inseri velim. Simplex enim, & vndique præcisa, non tã na
ratio vocari potest, quam confusio. Sunt porrò multæ con
ditione ipsa rei lõgæ narrationes, quibus extrema (vt pra
cepi) procœmij parte ad intentionem præparandus est iu
dex: deinde curandum, vt omni arte vel ex spatio eius detr
hamus aliquid, vel ex tædio. Vt minus longa sit efficiemu
quæ poterimus differendo, non tamen sine mentione eor
quæ differemus. Quas causas occidendi habuerit, quos a
sumpserit conscios, quemadmodum disposuerit insidia
Pro Cecinna. probationis loco dicam. Quædam vero ex ordine præter
mittenda, quale est apud Ciceronẽ, Moritur Fulcinius: mul
ta enim quæ sunt in re, quia remota sunt a causa, præter
mittam. At partitio tædium leuat. Dicam quæ acta sint ant
ipsum rei cõtractum, dicam quæ in re ipsa, dicam quæ po
stea. Ita tres potius modicæ narrationes videbuntur, quam
Interfatio. vna longa. Interim expediet expositiones breui interfatio
ne distinguere. Audistis quæ ante acta sunt, accipite nunc
quæ insequũtur. Reficietur enim iudex priorũ fine, & se
velut ad nouum rursus initiũ præparabit. Si tamẽ adhibitis
his quoque artibus in longum exierit ordo rerum, erit non
inutilis in extrema parte commonitio: quod Cicero etia in
breui narratione facit. Adhuc, Cæsar, Q. Ligarius omni
culpa

culpa caret. domo est egressus non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspicionē. & cætera. Credibilis autē erit narratio ante omnia si prius consulueri-mus nostrū animū, nequid naturæ dicamus aduersum: deinde si caussas ac rationes factis præposuerimus, non omnibus, sed de quib⁹ quæritur. Si personas cōuenientes ijs quæ facta credi volemus, cōstituerimus: vt furti reū, cupidū: adulterij, libidinosum: homicidij, temerariū. Vel contra, si defendemus. Præterea loca, tēpora, & similia. Est autē quidā etiā ductus rei credibilis, qualis in comœdiis, & in mimis. Aliqua enim naturaliter sequūtur & cohærent, vt si bene priora narraueris, iudex ipse, quod postea sis narraturus, expectet. Ne illud quidem fuerit inutile, semina quædam probationū spargere: verum sic, vt narrationem esse meminerimus, nō probationem. Nonnunquam etiam argumento aliquo confirmabimus quod proposuerimus, sed simplici & breui: vt in veneficiis, Sanus bibit, statim concidit, liuor ac tumor confestim est insecutus. Hoc faciunt & illæ præparationes cum reus dicitur robustus, armatus, solicitus, contra infirmos, inermes, securos. Omnia denique quæ probatione tractaturi sumus, personam, caussam, locum, tempus, instrumentum, occasionem, narratione delibabimus. Aliquando si destituti fuerimus his, etiam fatebimur vix esse credibile, sed verū, & hoc maius habendam scelus: nescire nos quomodo factum sit, aut quare: mirari, sed probaturos. Optimæ verò præparationes erunt quæ latuerint, vt a Cicerone sunt quidem vtilissime prædicta omnia per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo insidiatus esse videatur: plurimum tamen facit illa callidissima simplicitatis imitatio: Milo autem cum in senatu iussset eo die quoad senatus est admissus, domum venit: calceos & vestimenta mu-

tauit: pauliſper dum ſe vxor, vt fit, comparat, commoratus eſt. Quam nihil præparatò, nihil eſtimatò feciſſe videtur Milo! Quod non ſolum rebus ipſis vir eloquentiſſimus, quibus moras & lentum profectionis ordinem ducit, ſed verbis etiam vulgaribus & quotidianis, & arte occultus conſecutus eſt: quæ ſi aliter dicta eſſent, ſtrepitu ipſum iudicem, deinde patronum excitaſſent. Frigida videntur iſta pleriſque: ſed hoc ipſum manifeſtum eſt, quomodo iudicem fefellerit, quod vix a lectore deprehenditur. Hæc ſunt quæ credibilem faciunt expoſitionem. Nam ne contraria aut ſibi repugnantia in narratione dicamus, ſicut præcipiendum eſt, is reliqua fruſtra docetur: etiamſi quidam ſcriptores artium hoc quoque tanquam occultum, & a ſe prudenter erutum, tradunt. His tribus narrandi virtutibus adiiciunt quidam magnificentiam quam μεγαλοπρέπειαν vocant, quæ neque in omnes cauſſas cadit (nam quid in pleriſque iudiciis priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis, habere loci poteſt ſupra modum ſi tollēs oratio?) nec ſemper eſt vtilis, vt vel proximo exemplo Miloniano patet. Et meminerimus multas eſſe cauſſas in quibus confitendum, excuſandum, ſummittendum ſit quod exponimus: quibus omnibus aliena eſt illa magnificentiæ virtus. Quare non magis proprium narrationis eſt magnifice dicere, quam miſerabiliter, inuidioſè, grauiter, dulciter, vrbanè: quæ cùm ſuo quæque loco ſint laudabilia, non ſunt huic parti proprie aſſignata, & velut dedita. Illa quoque vt narrationi apta, ita cæteris partibus communis eſt virtus, quam Theodectes huic vni propriam dedit. non enim magnificam modo vult eſſe, verum etiam iucundam expoſitionem. Sunt qui adiiciant his euidētiam, quæ ἐνάργεια græce vocatur. Neque ego quenquam decere

perim

perim, vt dissimulem Ciceroni quoque plures partes placere. Nam præterquam planam, & breuem, & credibilem, vult esse euidentem, moratam cum dignitate. Sed in oratione morata debent esse omnia cum dignitate quæ poterunt. Euidentia in narratione, quantum ego intelligo, est quidem magna virtus, cum quid veri non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est: sed subiici perspicuitati potest: quam quidam etiam contrariam interim putauerunt, quia in quibusdam causis obscuranda veritas est. quod est ridiculum. Nam qui obscurare vult, narrat falsa pro veris: in quo debet laborare vt videantur quam euidentissima. Sed quatinus etiam forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur, in quibus res contra nos erit: quo loco nonnulli prætereundã narrationem putauerunt. Et sanè nihil est facilius, nisi prorsus totam causam omnino non agere. Sed si aliqua iusta ratione huiusmodi susceperis litem: cuius artis est, malam esse causam silentio confiteri? Nisi forte tam hebes futurus est iudex, vt secundum id pronuntiet, quod sciet narrare te noluisse. Neque inficias eo, in narratione vt aliqua neganda, aliqua adiicienda, aliqua mutanda, sic aliqua etiam tacenda: sed tacenda quæ tacere oportebit, & liberum erit. Quod fit nonnunquam breuitatis quoque gratia, quale illud est, Respondit quod ei visum est. Distinguamus igitur genera causarum. Nanque in quibus non de culpa quæritur, sed de actione, etiam si erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit: Pecuniam de templo sustulit, sed priuatam: non ideo sacrilegus est. Virginẽ rapuit, non tamen optio patri dabitur. Ingenuum stuprauit, & stupratus se suspendit: non tamen ideo stuprator capite vt causa mortis punietur: sed decem millia, quæ

In Topicis.

In Partitio.

pœna

pœna ſtupratori cõſtituta eſt, dabit. Verùm in his quoque confeſſionibus eſt aliquid quod ex inuidia quam expoſitio aduerſarij fecit, detrahi poſſit, cum etiam ſerui noſtri de peccatis ſuis mollius loquantur. Quædam enim quaſi non narrantes mitigabimus: Non quidem (vt aduerſarius dicit) cõſilium furti in templum attulit, nec diu captauit eius re tempus: ſed occaſione & abſentia cuſtodum corruptus, & pecunia, quæ nimium quam in animis hominum poteſt victus eſt. Sed quid refert? peccauit, & fur eſt. nihil attine id defendere, cuius pœnam non recuſamus. Interdum quæ ſi damnemus ipſi: Vis te dicam uino impulſum? errore lap ſum? nocte deceptum? vera ſunt iſta fortaſſe: tu tamen in genuum ſtupraſti: ſolue decem millia. Nonnunquam pro poſitione præparari poteſt cauſſa, & deinde exponi. Con traria ſunt omnia tribus filiis, qui in mortẽ patris conui rarant. ſortiti nocte ſinguli per ordinem cum ferro cubi culum intrarunt patre dormiente. cum occidere eũ nem potuiſſet, excitato omnia indicarunt. Si tamen pater, qui diuiſit patrimonium, & reos parricidij defendit, ſic aga Quod contra legem ſufficit, parricidium obiicitur iuuenti bus quorum pater viuit, atque etiam liberis ſuis adeſt. or dinem rei narrare quidem nihil neceſſe eſt, cum ad legẽ ni hil pertineat: ſed ſi confeſſionem culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus, & patrimonij, quod iam melius ab his ad miniſtrari poterat, tenax cuſtos. Deinde ſubiicitur, ſtimu latos ab iis quorum indulgentiores parentes erant: ſempe tamen eum habuiſſe animum, qui ſit euentu deprehenſus, vt occidere patrem non poſſent. Nec enim iureiurãdo opus fuiſſe. ſi alioqui hoc mentis habuiſſent: nec ſorte, niſi quod ſe quiſque eximi voluerit. Omnia hæc qualiacũque placi dioribus animis accipientur, illa breui primæ propoſitio

nis

nis defensione mollita. At cum quæritur an factum sit, vel quale factum sit, licet omnia contra nos sint, quomodo tamen euitare expositionem salua caussæ ratione possumus? Narrauit accusator, nec ita, vt quæ essent acta tantùm indicaret: sed adiecit inuidiam, rem verbis exasperauit, acceserunt probationes, peroratio incendit, & iræ plenos reliquit. Expectat naturaliter index quid narretur à nobis. Si nihil exponimus, illa esse, quæ aduersarius dixit, & talia qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo? eadem exponemus? Si de qualitate agetur, cuius tum demum quæstio est, cùm de re constat, eadem, sed non eodem modo: aliàs causas, aliam rationem dabo. Verbis eleuare quædam licebit: luxuria, hilaritatis: auaritia, parsimoniæ: negligentia, simplicitatis nomine lenietur. Vultu denique, voce, habitu, vel fauoris aliquid, vel miserationis merebor. Solet nonnunquã mouere lacrymas ipsa confessio. Atque ego libenter interrogem, sintne illi defensuri quæ non narrauerint, necne? Nam si neque defenderint, neque narrauerint, tota caussa prodetur. At si defensuri sunt, proponere certè plerunque id quod confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus quod & dilui potest? Vt hoc contingat, vtique indicandum est. Aut quid inter probationem & narrationem interest, nisi quòd narratio est probationis continua propositio, rursus probatio narrationi congruens confirmatio? Videamus ergo num expositio hæc longior demum esse debeat, & paulò verbosior præparatione, & quibusdam argumentis (argumentis dico, non argumentatione, cui tamen plurimum confert frequẽs affirmatio) effecturos nos quod dicimus: non posse vim rerum ostendi prima expositione: expectent, & opiniones suas differant, & bene sperent. Denique narrandum est vtique, quicquid aliter quam

aduersa

aduersarius exposuit, narrari potest, aut eò etiam proœmia sunt in his causis superuacua: quæ quia magis agunt, quàm vt cognitioni rerum accommodatiorem iudicem faciant? Atqui constat nusquam eorum esse maiorem vsum quam vbi animus iudicis ab aliqua contra nos insita opinione flectendus est. Coniecturales autem causæ, in quibus de facto quæritur, non tam sæpe rei de qua iudicium est quam eorum per quæ res colligenda est, expositionem habent. Quæ cum accusator suspitiose narret, reus leuare suspitionem debeat: aliter ab hoc atque ab illo ad iudicē perferri oportet. At enim quædam argumenta turba valent diducta leuiora sunt. Id quidem non eò pertinet, vt quæratur an narrandum, sed quomodo narrandum sit. Nam cōgerere plura expositione quid prohibet, si id vtile est causæ? & promittere. sed & diuidere narrationē, & probationem subiungere partibus, atque ita transire ad sequentia? Nam ne iis quidem accedo, qui semper eo putant ordine, quo quid actum sit, esse narrandum: sed eo modo quo expedit. Quod fieri plurimis figuris licet. Nam & aliquando excidisse simulamus, cùm quid vtiliore loco reducimus, & interim nos reducturos reliquum ordinem testamur, quia sic futura sit causa lucidior. Interim re exposita, subiungimus causas quæ antecesserunt. Nec enim est vna lex defensionis, certúmque præscriptum: pro re, pro tempore intuenda quæ prosint: atque vt erit vulnus, ita vel curandum protinus, vel si curatio differri potest, interim deligandum. Nec sæpius narrare duxerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit: estq; non concessum modò, sed aliquando etiam necessarium, vt in causis repetundarum, omnibúsque quæ simplices non sunt. Amentis est enim superstitione præceptorum contra rationem causæ trahi. Narra-

tionem

tionem ideo ante probationes ponere est institutum, ne iudex, qua de re quæratur, ignoret. Cur igitur si singula probanda aut refellenda erunt, non singula etiam narrentur? Me certè, quantacunque nostris experimentis habenda est fides, feciſſe hoc in foro, quoties ipsa desiderabat vtilitas, probantibus & eruditis, & iis qui iudicabant, scio: & (quod non arroganter dixerim, quia sunt plurimi qui-
buscum egi, qui me refellere possint si mentiar) ferè ponendæ à me causſæ officium exigebatur. Neque ideo tamen non sæpius facere oportebit vt rerum ordinem sequamur. Quædam verò etiam turpiter conuertuntur: vt si peperisse narres, deinde concepisse: apertum testamentum, deinde signatum: in quibus si id quod posterius est dixeris, de priore tacere optimum est. Sunt quædam & falsæ expositiones, quarum in foro duplex est genus. Alterum, quod instrumentis adiuuatur: vt Publius Clodius fiducia testium, qua nocte incestum Romæ commiserat, Interamnæ se fuisse dicebat. Alterum, quod est tuendum dicentis ingenio. Id interim ad solam verecundiam pertinet, vnde etiam mihi videtur dici Color: interim ad quæstionem. Sed vtruncunque erit, prima sit curarum, vt id quod fingimus, fieri possit: deinde, vt & personæ & loco & tempori congruat, & credibilem rationem & ordinem habeat: si continget etiam, veræ alicui rei cohæreat: aut argumẽto quod sit in causſa, confirmetur. Nam quæ tota extra rem petita sunt, mentiendi licentiam produnt. Curandum præcipuè (quod fingentibus frequenter accidit) nequa inter se pugnẽt. Quædam enim partibus blandiuntur, sed in summam nõ consentiunt. Præterea, ne iis quæ vera esse constabit, aduersa sint. In schola etiã, ne color extra themata quæratur

Vtro

Vtrobique autem orator meminisse debebit actione tot
quid finxerit, quoniam solent excidere quæ falsa sunt: ve
rúmque est illud quod vulgò dicitur, Mendacem memore
esse oportere. Sciamus autem, si de nostro facto quæratur
vnum nobis aliquid esse dicendum: si de alieno, mittere
plurimas suspitiones liceret. Est tamen quibusdam schola
sticis controuersiis, in quibus ponitur aliquem nō respon
dere quæ interrogatur, libertas omnia enumerandi qu
responderi potuissent. Fingēda verò meminerimus ea qu
non cadent in testem. Sunt autem quæ nostro dicuntur am
mo, cuius ipsi tantùm cōscij sumus. Item quod a defuncti
nec hoc enim est qui neget. Itémque ab eo cui idem exp
dict: is enim non negabit. Ab aduersario quoque: quia n
est habiturus in negando fidem. Somniorum & superst
tionum colores ipsa iam facilitate auctoritatem perdid
runt. Non est autem satis in narratione vti coloribus, n
per totam actionem consentiant: cùm præsertim quorun
dam probatio sola sit in asseueratione & perseuerant
vt ille parasitus qui ter abdicatum a diuite iuuenem,
absolutum, tanquam suum filium asserit, habebit quid
colorem, quo dicat & paupertatem sibi causam expone
di fuisse: & ideo a se parasiti personam esse susceptam, qu
in illa domo filium haberet: & ideo illum innocentem n
abdicatum, quia filius abdicantis non esset. Nisi tamen om
nibus verbis & amorem patrium, atque hunc quidem a
dentissimum ostenderit, & odium diuitis, & metum pr
iuuene, quem periculosè mansurum in illa domo, in qu
tam inuisus sit, sciat: suspitione subiecti petitoris non ca
rebit. Euenit aliquando in scholasticis controuersiis, que
in foro an possit accidere, dubito, vt eodem colore vtraq
pars vtatur, deinde cum pro se quisque defendat: vt in il
contr

controuersia: Vxor marito dixit appellatam se de stupro à priuigno, & sibi constitutum tempus, & locum: eadem cõtrà filius detulit de nouerca, edito tantum alio tempore, ac loco: pater in eo quem vxor prædixerat, filium inuenit: in eo quem filius, vxorem: illam repudiauit: qua tacente, filium abdicat. Nihil dici potest pro iuuene, quod non idem sit pro nouerca. Ponentur* tamen omnia cõmunia, deinde ex personarum comparatione, & iudicij ordine, & silentio repudiatæ, argumenta ducentur. Ne illud quidẽ ignorare oportet, quædam esse quæ colorem non recipiant, sed tamen defendenda sint: qualis est ille dives, qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit, reus est iniuriarum. Nam factum eius modestũ esse nemo dixerit: fortasse vt sit tutum, obtinebit. Quòd si pars expositionis pro nobis, pars contra nos erit, miscenda sit, an separanda narratio, cum ipsa causse condition deliberandum est. Nam si plura sunt quæ nocẽt, quæ prosunt obruentur. Itaque tunc diuidere optimum erit, & his quæ partem nostram adiuuabunt, expositis & confirmatis, aduersus reliqua vti remediis de quibus suprà dictũ est. Si plura proderunt, etiam coniungere licebit: vt quæ obstant in medio, velut auxiliis nostris posita, minus habeant virium. quæ tamen non erunt nuda ponenda, sed vt & nostra aliqua argumẽtatione firmemus, & diuersa cur credibilia nõ sint, adiiciamus: quia nisi distinxerimus, verendum est ne bona nostra permistis malis inquinentur. Illa quoq; de narratione præcipi solent, nequa ex ea fiat excursio, ne auertatur à iudice sermo, ne alienæ personæ vocẽ demus, ne argumẽtemur: adiiciunt quidam etiã, ne vtamur affectibus. Quorũ pleraque sunt frequentißimè custodienda: imò nunquam, nisi ratio coëgerit, mutãda: vt sit expositio perspicua & breuis. Nihil quidem tam rarò poterit habere

* etiam

rationem, quàm excursio: nec unquam debebit esse nisi b
uis, & talis, vt vi quadam videamur affectus velut re
Pro Cluent. itinere depulsi: qualis est Ciceronis circa nuptias Saßiæ,
mulieris scelus incredibile, & præter hanc vnam in o
vita inauditum. O libidinem effrenatam, & indomitam
audaciam singularem, non timuisse, si minus vim deor
hominumq; famam, at illam ipsam noctem, faces q; illas
ptiales? non limen cubiculi, non cubile filiæ, non pare
denique ipsos superiorum testes nuptiarum? Sermo a
sus à iudice, & breuius indicat interim, & coarguit m
Qua de re idem quod de procœmio dixeram, sentio, sic
prosopopœia quoque: qua tamen non Seruius modò Su
tius vtitur pro Aufidia, Somnóne te languidum, an g
In Verrē act. 7. lethargo putem oppressum? sed M. quoque Tullius c
nauarchos: Nam ea quoque rei expositio est, vt Ade
tum dabis, & reliqua. Quid? pro Cluentio, Staleni Bu
celeritatem colloquium, nónne ad credulitatem plurimum & f
confert? Quæ ne feciſſe fine obſeruanti quadam vide
quanquam hoc in illo [illegible] non est, in Partition
præcipit, vt habeat narratio suauitatē, admirationes, c
ctationes, exitus inopinatos, colloquia personarum, om
affectus. Argumentabimur in narratione, vt dixi, num
argumentum ponemus aliquando, quod facit pro Liga
Cicero, cum dicit sic eum prouinciæ præfuisse, vt illi pu
esse expediret. Inseremus expositioni & breuem cum
poscet defensionem, & rationem factorum. Nec enim n
randum est tanquam testi, sed tanquam patrono. Rei o
per se talis est, Quintus Ligarius legatus in Africam c
C. Considio profectus est. Quid ergo Marcus Tullius? Q
tus igitur, inquit, Ligarius, cùm esset adhuc nulla belli
spitio, legatus in Africam cum C. Considio profectus
Ali

Alibi, Non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam qui dem suspitionem belli. Et cùm esset indicaturo satis, Quintus Ligarius nullo se implicari negotio passus est, adiecit, Domum spectans, & ad suos redire cupiens. Ita quod exponebat, & ratione fecit credibile, & affectus quoque impleuit. Quo magis miror eos qui non putant in narratione esse vtendum affectibus. Qui si hoc dicunt, non diu, nec vt in epilogo, mecum sentiunt. Effugiendæ sunt enim moræ. Cæterùm cur ego iudicem nolim, cum eum doceo, etiã mouerit? Cur quod in summa parte sum actionis petiturus, non in primo statim rerum ingressu, si fieri potest, consequar, cùm præsertim etiam in probationibus faciliore sim animo eius abusurus, occupato vel ira, vel miseratione? An non Marcus Tullius circa verba ciuis Romani omnes breuis- Actio. 7. in
sime mouet affectus, non solum conditione ipsius loco in- Verrem.
iuriæ, genere verberum, sed animi quoque commẽdatione? Summum enim virum ostendit, qui cùm virgis cæderetur, non ingemuerit, non rogauerit, sed tantùm ciuẽ se Roma- Ac. 3.
nũ esse, cũ inuidia cædẽtis, & fiducia iuris clamauerit. Quid Philodami casum nónne cùm per totam expositionem incẽdit inuidia, tum in supplicio ipso lacrymis impleuit, cùm flentes non tam narraret quam ostenderet, patrem de morte filij, filium de patris? Quid vlli epilogi possunt habere miserabile magis? Serum est enim aduocare iis rebus affectum in peroratione, quas securus narraueris. Assueuit illis iudex, iamq; eas sine motu mentis accipit, quibus commotus nouis non est: & difficile est mutare habitum animi semel constitutum. Ego verò (neque enim dissimulabo iudicium meum: quanquam id quod sum dicturus, exemplis magis quam præceptis vllis continetur) narrationem, vt si vllam partem orationis, omni qua

poteſt gratia & venere exornandam puto. Sed pluri-
mum refert, quæ ſit natura eius rei quam exponimus. In
paruis ergo, quales ſunt ferè priuatæ, ſit ille preſſus & ve-
lut applicitus rei cultus: in verbis ſumma diligentia, quæ
in locis impetu feruntur, & circumiectæ orationis copia
latent: hîc expreſſa, & (vt vult Zeno) ſenſu tincta eſſe de-
bebunt: compoſitio diſſimulata quidem, ſed tamen quàmiu-
cundiſſima: figuræ non illæ poëticæ, & contra* rationem
loquendi autoritate veterum receptæ. Nam debet eſſe quàm
puriſſimus ſermo, & qui varietate tædiũ effugiat, & mu-
tationibus animum leuet: ne in eundem caſum, ſimilem cõ-
poſitionem, pares elocutionum tractus incidamus. Care-
enim cæteris lenociniis expoſitio, & niſi commendetur ha-
venuſtate, iaceat neceſſe eſt. Nec in ulla parte intentior eſt
iudex: eoq; nihil rectè dictum perit. Præterea, neſcio quo
modo, etiam credit facilius quæ audienti iucunda ſunt, &
voluptate ad fidem ducitur. Vbi verò maior res erit, &
atrocia inuidioſè, & triſtia miſerabiliter dicere licebit: non
vt conſumantur affectus, ſed vt tamen velut primis lineis
deſignentur: vt planè quali futura ſit imago rei ſtatim ap-
pareat. Ne ſententia quidem velut fatigatum intentionis
ſtomachum iudicis reficere diſſuaſerim, maximè quidem
breui interiecta, qualis eſt illa, Fecerunt ſerui Milonis,
quod ſuos quiſque ſeruos in re tali facere voluiſſet. Inte-
rim paulò liberiore, qualis eſt illa, Nubit genero ſocrus
nullis auſpiciis, nullis autoribus, funeſtis ominibus omni-
nium. Quod cùm ſit factum iis quoque temporibus, quibus
omnis ad vtilitatem potius quàm ad oſtentationem
componebatur oratio, & erant adhuc ſeueriora iudicia:
quanto nunc faciendum magis, cùm in ipſa capitis aut
fortunarum pericula irrupit voluptas? Cui hominum de-
ſiderio

*fidem

Pro Milone.

Pro Cluentio.

siderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum esse confiteor. Multum confert adiecta veris credibilis rerum imago, quæ velut in rem præsentem perducere audientes videtur: qualis est illa M. Cælij in Antonium descriptio, Nanque ipsum offendūt temulento sopore profligatum, totis præcordiis stertentem, ructuosos spiritus geminare: præclarasq; contubernales ab omnibus spondis trāsuersas incubare, & reliquas circumiacere passim: quæ tamen exanimatæ terrore, hostium aduentu percepto excitare Antonium conabantur: nomen inclamabāt: frustra ceruicibus tollebant: blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. Quarum cùm omnium vocē tactumq; noscitaret, proximæ cuiusque collum amplexu petebat: neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat: sed semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumq; iactabatur. Nihil his neque credibilius fingi, neque vehementius exprobrari, neq; manifestius ostendi potest. Ne illud quidē præteribo, quantam afferat fidem expositioni, narrantis autoritas: quam mereri debemus ante omnia quidē vita, sed & ipso genere orationis. quod quò fuerit grauius, sanctius, hòc plus habeat necesse est in affirmando quoque ponderis. Effugienda igitur in hac præcipuè parte omnis calliditatis suspicio: (neque enim se vsquam custodit magis iudex) nihil videatur fictum, nihil solicitum. omnia potius à caussa quàm ab oratore profecta credantur. Sed hoc pati non possumus, & perire artem putamus, nisi appareat: cùm desinat ars esse, si apparet. Pendemus ex laude, atque hanc laboris nostri ducimus summam. Ita quæ circūstantibus ostentare volumus iudicibus prodimus. Est & quædam repetita narratio, quæ ἐπάνοδος dicitur, sanè res declamatoria ma-

Hypotypōsis.

Autoritas dicentis.

Ars non ostentanda.

Repetita narratio.

gis quam forensis, ideo reperta, vt quia narratio breuis esse debet, fusius & ornatius res posset exponi: quod fit vel inuidiæ gratia, vel miserationis. Id rarò faciendum iudico, neque sic vnquam, vt totus ordo repetatur. licet enim per partes idem consequi. Cæterùm qui vti ὑποδιηγήσει volet, narrationis rē loco stringat, & cōtentus indicare quid factum sit, quo sit modo factum, plenius se loco suo expositurum esse promittat.

Narrationis initium. Initium narrationis quidam vtique faciendum à persona putant: eamq; si nostra sit ornādam: si aliena, infamandā statim. Hoc sane frequentissimum est quia personæ sunt inter quas litigatur. Sed hæ quoq; interim cum suis accidentibus ponēdæ, cùm id profuturum est:

Pro Cluentio. vt, A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce, Iudices, homo non solùm municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius & uicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Interim sine his: vt, Q. Ligarius cùm esset.

Pro Ligario. Frequenter verò & à re: sicut pro Tullio Cicero, Fundum habet in agro Tigurimo M. Tullius paternum. Demosthenes pro Ctesiphonte, τὸ γὰρ φανερὸν συγγένος πολέμιον.

Narrationis vis. De fine narrationis cum his contentio est, qui perduci expositionem volunt eò, vnde quæstio oritur. His rebus ita gestis, P. Dolabella prætor interdixit, vt est consuetudo, de vi hominibus armatis, sine vlla exceptione: tantum, vt vnde deiecisset, restitueret. restituisse se dixit. sponsio facta est. hac de sponsione vobis iudicandum est. Id à petitore semper fieri potest, à defensore non semper.

Pro Cecinna.

De egressione.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Antequam ad confirmationem veniat, quæ narrationē sequi debet, quorundam

quorũdam refellit opiniones: qui inter has egressionem, vel partitionem, vel propositionem, tanquam partes & semper necessarias, collocabant. Egressionem hoc capite tractat: cui locum non esse necessarium inter confirmationem & narrationem, docet: narrationi tamẽ, & quæstionibus vel vniuersis vel singulis opportunè aliquandò subiungi, cum res postulat, aut permittit. Opus ea esse, cùm narratio nullam dubitationem habens, circa finem atrox, velut spiritu erumpente indignatione, prosequenda est. Quando etiam post merita commemorata inuehi volumus vt in ingratos. Item quãdo aliquid asperum, quod tueri volumus, præparatione aliqua præmolliendum erit. Hinc quid egressio, & quàm latè pateat, demonstrat.

ORdine ipso narrationem sequitur cõfirmatio. Probanda sunt enim quæ propter hoc exposuimus. Sed priusquam ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda sunt. Plerisque moris est, prolato rerum ordine protinus vtique in aliquem lætum ac plausibilem locum quammaximè possint fauorabiliter excurrere. Quod quidem natum ab ostentatione declamatoria, iam in forum venit, postquam agere causſas non ad vtilitatem litigatorum, sed ad patronorum iactationem repertum est. ne si presſæ illi (qualis sæpius desideratur) narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus oratio refrigescat. In quo vitium illud est, quòd sine discrimine causſarum atque vtilitatis, hoc, tanquam semper expediat, aut etiam necesſe sit, faciunt: eò quòd desumptas ex his partibus, quarum alius erat locus, sententias, in hanc congerũt, vt plurima aut iterum dicẽda sint, aut quia alieno loco dicta sunt, dici suo non possſunt. Ego autem confiteor hoc expatiandi genus non modò narrationi quidem, sed etiã quæstionibus vel vniuersis, vel interim singulis opportunè posse subiungi, cùm res postulat, aut certe permittit: atque eo vel maximè illustrari ornarique orationem, sed si cohæret & sequitur, non si

per vim cuneatur, & quæ natura iuncta erant, distrahi
Nihil enim tam est consequens, quàm narrationi probati
nisi si excursus ille, vel quasi finis narrationis, vel quasi in
tium probationis est. Erit ergo illi nonnunquam locus: v
si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam v
lut erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fi
ri oportebit, si res dubitationem non habebit: alioqui pri
est, quod obiicias, verum efficere, quàm magnum: quia cr
minis inuidia pro reo est priusquam probatur. Difficillim
est enim grauissimi cuiusque sceleris fides. Idem fieri no
inutiliter potest, vt si merita in aduersarium aliqua expo
sueris, in ingratum inueharis: aut si varietatem criminu
narratione demonstraueris, quantũ ab ea periculum inte
tetur, ostendas. Verùm hæc breuiter omnia. Iudex enim or
dine audito festinat ad probationem, & quàm primũ cer
positio. tus esse sententiæ cupit. Præterea cauendũ est ne ipsa ex
positio vanescat, auersis in aliud animis, & inani mora fa
tigatis. Sed vt non semper est necessaria post narrationem
illa procursio, ita frequenter vtilis ante quæstionem præ
paratio, vtique si prima specie minus erit fauorabilis, si le
gem asperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus.
Est hic locus velut sequentis exordij, ad conciliãdum pro
bationibus nostris iudicem. Quod liberius hìc & vehemẽ
tius fieri potest, quia iudici nota iam caussa est. His igitur
velut fomentis, siquid erit asperũ, præmolliemus, quò fa
cilius aures iudicum, quæ pòst dicturi erimus, admittant,
ne ius nostrum oderint. Nihil enim facilè persuadetur in
uitis. Quo loco tamen iudicis quoque noscenda natura est,
Quæ res per egressionẽ tractentur. iuri magis an æquo sit appositus: Proinde enim magis aut
minus erit hoc necessarium. Cæterùm res eadem & post
quæstionem perorationis vice fungitur. Hanc partem na

ἐπίβασιν

ἔκβασιν Græci vocant, Latini egressum, vel egressionẽ. Sed hæ sunt plures, vt dixi, quæ per totam causſam varios habent excursus: vt laus hominum locorúmque, vt descriptio regionum, expositio quarundam rerum non solium gestarum, sed etiam fabulosarum. Quo ex genere est in orationibus contra Verrem compositis Siciliæ laus, Proserpinæ raptus, pro L. Cornelio popularis illa virtutum Cn. Pompeij commemoratio: in quam ille diuinus orator, velut nomine ipso ducis cursus dicendi teneretur, abrupto quem inchoauerat sermone, diuertit* actutum. Act. 4. & 6. *Ac tamen

Παρέκβασις est (vt mea quidẽ fert opinio) alienæ rei, sed ad vtilitatem causſæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio. Quapropter non video cur hunc ei potißimum locum aßignent, qui rerum ordinẽ sequitur: non magis quàm illud, cur hoc ita demum proprium putent, ſi aliquid in digreſſu ſit exponendum, cùm tot modis a recto itinere declinet oratio. Nam quicquid dicitur præter illas quinque quas fecimus partes, egreßio est, indignatio, miseratio, inuidia, conuitiũ, excuſatio, cõciliatio, maledictorum refutatio: ſimilia his quæ non ſunt in quæstione, omnis amplificatio, minutio, omne affectus genus: atque ea maximè iucundã, & ornatam faciunt orationem, de luxuria, de auaritia, de religione, de officiis: quæ cũ ſunt argumentis ſubiecta ſimiliũ rerum, quia cohærent, egredi non videtur. Sed plurima ſunt quæ rebus nihil ſecum cohærẽtibus inſeruntur, quibus iudex reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. Innumerabilia ſunt hæc, quorũ alia ſic præparata afferimus: quædã ex occaſione vel neceßitate dicimus, ſi quid nobis agentibus noui accidit, interpellatio, interuẽtus alicuius tumultus. Vnde Ciceroni quoque in procœmio cũ diceret pro Milone, digredi fuit neceſſe, vt ipſa oratiuncula Egreſsio. Cicer. pro. Milone alia vſus oratione, quã quæ hodie extat.

qua vsus est, patet. Poterit autem paulò longius exire, qui præparat aliquid ante quæstionem, & qui finitæ probationi velut commẽdationem adiicit. At qui ex media erumpit, citò ad id redire debet, vnde diuertit.

De propositione. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Propositionem duplicem esse docet: Vnam quæ principalem quæstionem continet, alteram quæ singulis argumentationibus præponitur. Vsum eius, vt caussa sit & dilucidior, & magis moueat: Ea non est semper opus: nempe quando narratio ibi finem habet, vbi initium quæstionis: quo fit, vt quædam summa collectio expositioni, vel commonitio quædam iudicis subiungatur. Aliam etiam diuisionem propositionum facit, alias esse simplices, duplices alias, alias multiplices: & quo pacto hæ à partitionibus differant. alias item nudas, alias ratione subiecta, alias etiam vtriusque intentione constantes: vt ego illum hoc ait aduersarius.

SVnt qui narrationi propositionem subiungant tanquam partem iudicialis materiæ: cui opinioni respondimus.

Lib. 3. cap. 9. *Mihi autem propositio videtur omnis, confirmationis initium: quod non modò in ostendenda quæstione principali, sed nonnunquam etiam in singulis argumentis poni solet, maximèque in his quæ ἐπιχειρήματα vocantur. Sed nunc de priore loquimur. Ea nõ semper necessaria est. Aliquando enim sine propositione quoque aliqua satis manifestum est quid in quæstione versetur: vtique si narratio ibi finem habet, vbi initium quæstionis: adeò vt aliquando subiungatur expositioni, quæ solet in argumentis esse summa collectio.*

Pro Milone. *Hæc sicut exposui, ita gesta sunt, iudices: insidiator superatus, vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est. Sed nonnunquam valde vtilis est, præcipue vbi res defendi*

* al. fine. al. nomine. *non potest, de* iure quæritur: vt pro eo qui pecuniam priuatam de templo sustulit, sacrilegij agitur, De sacrilegio

cogno

cognoscitis. vt iudex intelligat id vnum esse officij sui, quæ rere an id quod obiicitur, sacrilegium sit. Item in causis obscuris, aut multiplicibus. Nec semper propter hoc solùm, vt sit causa lucidior, sed aliquando etiam vt magis moueat. Mouet autem, si protinus subtexantur aliqua quæ prosint, Lex aperte scripta est, vt peregrinus qui murum ascenderit, morte mulctetur. peregrinum te esse certum est: quin ascenderis murum, non quæritur: quid superest, nisi vt te puniri oporteat? Hæc enim propositio confessionem aduersarij premit: & quodammodo iudicandi moram tollit: nec indicat quæstionem, sed adiuuat. Sunt autem propositiones & simplices, & duplices vel multiplices. Quod accidit non vno modo. Nam & plura crimina iunguntur: vt cum Socrates accusatus est quòd corrumperet iuuentutem, & nouas superstitiones introduceret. Et singula ex pluribus colliguntur: vt cum legatio malè gesta obiicitur Aeschini, quod mentitus sit, quòd nihil ex mandatis fecerit, quòd moratus sit, quòd munera acceperit. Recusatio quoque plures interim propositiones habet: vt contra petitionem pecuniæ, Male peris: procuratori enim tibi esse non licuit: sed neque illi cuius nomine litigas, habere procuratorem: sed neque es hæres eius à quo accepisse mutuam dicor: nec ipsi debui. Multiplicari hæc in quantumlibet possunt, sed rem ostendisse satis est. Hæ si ponantur singulæ subiectis probationibus, plures sunt propositiones: si coniungantur, in partitionem cadunt. Est & nuda propositio, qualis fere in coniecturalibus: Cædis ago, furtum obiicio. Est ratione subiecta: vt, Maiestatem minuit Caius Cornelius: nam codicem tribunus plebis ipse pro concione legit. Præter hæc vtimur propositione aut nostra, vt Adulterium obiicio. Aut aduersarij, vt, Adulterij mecum agitur.

agitur. aut communi, vt, Inter me & aduersarium quæ est, vter sit intestato propior. Nonnunquam diuersas q que iungimus, Ego hoc dico, aduersarius hoc. Habet i rim vim propositionis, etiam si per se non est propo vt cùm exposito rerum ordine subiicimus, De his cog scitis. vt sit hæc commonitio iudicis, quò se ad quæstio acrius intendat, & quodam velut iactu excitatus fi esse narrationis, & initium probationis intelligat: & bis confirmationem ingredientibus, ipse quoque no quodammodo audiendi sumat exordium.

De partitione. CAP. V.

ARGVMENTVM.

Partitionem finit, & quando ea vtendum non sit, & contrà, & bus ex caussis, qui sit eius modus, lex, & officia, docet. Proponit mum duas quorundam caussas partitionem vetantium, item alio vltra tres propositiones extendi prohibentium, quas non appro Demum suas profert, propter quas aliquando partitione superse possimus. Primum, quia pleruneque gratiora sint inuèta subitò, qu antè præuisa. Quia iudex interdum fallendus sit, cùm propositio mis est dura: quod facile fit partitionem omittendo. Quia congr simul fortiora sint nostra, quàm partitione disiuncta. Quia in pa tione si sit aliquid potentissimum (quod fere fit) reliqua sint superu cua. Inde exempla rectè & secus factæ partitionis à Cicerone po ponit. Duplicem pugnandi ductum addit: per qualitatem primu deinde per coniecturam, hoc pacto: si feci, rectè feci: sed non fec Quem, quoties nostra negatio non erit satis potens, vt vno state po simus: aut etiam post rem confirmatam ex abundanti, Ciceronis pr Milone exemplo permittit, & quomodo durior partitio sit tractandi & quibus figuris, adiungit. Porrò eius vsum necessarium esse, cu plura vel obiicienda vel diluenda sunt, atque vtilem & iucundam fore, vt caussa lucidior fiat, & iudex certo singularum partium fin reficiatur. Modum autem eius esse, vt non nimis concisa & velut ar ticulosa sit, cui frusta minuta plurimum autoritatis detrahant. Legem vt sit lucida, aperta, breuis, nec vllo superuacuo onerata verbo: ni quid in ea desit: ne quid superfluat: ne in species partiamur, quod in ge nera partiri sit satis, aut contra. Officia, vt quid sit de quo conuenia quid de quo ambigatur, proponat: in quo vt quidque propositum etis ita tractandum.

Partitio

PArtitio est nostrarum aut aduersarij propositionum aut vtrarunque ordine collata enumeratio. Hac quidam vtendum semper putant, quòd ea & fiat caussa lucidior, & iudex intentior ac docilior, si scierit & de quo dicturi postea sumus. Rursus quidam periculosum id oratori arbitrantur, duabus ex causis, quòd nonnunquam & excidere soleant quæ promisimus, & si qua in partiendo præterierimus, occurrere. Quod quidem nemini accidet, nisi qui planè vel nullo fuerit ingenio, vel ad agendum nihil cogitati præmeditatique detulerit. Alioqui quæ tã manifesta & lucida est ratio, quàm rectæ partitionis? Sequitur enim naturam ducem, adeò vt memoriæ id maximum sit auxilium, via dicendi non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim, qui partitionem vetant vltra treis propositiones extendere. Quæ sine dubio si nimium sit multiplex, fugiet memoriam iudicis, & turbabit intentionem. Hoc tamen numero velut lege non est alligandæ, cùm possit caussa plures desiderare. Alia sunt magis propter quæ partitione non semper sit vtendum. Primum, quia pleraque gratiora sunt, si inuenta subitò, nec domo allata, sed inter dicendum ex re ipsa nata videãtur. Vnde illa non iniucunda schemata, Penè excidit mihi: &, Fugerat me: &, Rectè admones. Propositis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcerpitur. Interim verò etiam fallendus est iudex, & variis artibus subeundus: vt aliud agi, quàm quod petimus, putet. Nam est nonnunquam dura propositio, quam iudex si prouidet, non aliter reformidat, quàm qui ferrum medici prius quàm curetur, aspexit. At si re non antè proposita, secutum, ac nulla denuntiatione in se conuersum, intrarit oratio, efficiet quod promittenti non crederetur. Interim re-

fugienda

fugienda non modò distinctio quæstionum est, sed om
tractatio: affectibus perturbandus, & ab intentione
rendus auditor. Non enim solùm oratoris est docere
plus eloquentia circa mouendum valet. Cui rei cont
est maximè tenuis illa & scrupulosè in partes secta
sionis diligentia eo tempore, quo cognoscenti iud
conamur auferre. Quid, quòd interim quæ per se
sunt & infirma, turba valent? Ideóque congerenda
potius, & velut eruptione pugnandum: quod tame
rum esse debet, & ex necessitate demum, cùm hoc
quod dissimile rationi est, coëgerit ratio. Præter h
omni partitione est vtique aliquid potentissimum,
cùm audiuit iudex, cætera tanquam superuacua gr
solet. Itaque si plura vel obiicienda sunt, vel diluend
vtilis & iucunda partitio est: vt quid quaque de re di
sumus, ordine appareat. At si vnum crimen varie d
demus, superuacua: vt si ita partiamur, Dicam non
esse hunc quem tueor, vt in eo credibile videri poss
micidium: dicam occidendi caussam huic non fuisse:
hunc eo tempore quo homo occisus est, trans mare
Omnia quæ antequam id quod vltimũ est, exequeri
nia videri necesse est. Festinat enim iudex ad id quo
tentissimum est, & velut obligatum promisso patro
si est patientior, tacitus appellat: si vel occupatus, v
aliqua potestate, vel etiam sic moribus compositus, cũ
uitio efflagitat. Itaque non defuerunt qui Ciceronis
pro Cluentio partitionem improbarent, qua se dictu
esse promisit primùm, neminẽ maioribus criminibus
uioribus testibus in iudicium vocatum, quàm Oppian
deinde, præiudicia esse facta ab iis ipsis iudicibus, a qu
condemnatus sit: postremò, iudiciũ pecunia tentatum
Cluen

Cluentio, sed contra Cluentiũ: quia si probari posset quod est tertiũ, nihil necesse fuerit dicere priora. Rursus nemo tam erit aut iniustus, aut stultus, quin eum fateatur optimè pro Muræna esse partitum, Intelligo iudices treis totius accusationis partes fuisse, & earum vnam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiã in criminibus ambitus esse versatam. Nã sic & ostendit lucidissimè causam, & nihil fecit altero superuacuũ. De illo quoque genere defensionis plerique dubitant: Si occidi, rectè feci: sed non occidi. quo enim prius pertinere, si sequens firmum sit? hæc inuicem obstare, & vtroque vtentibus, in neutro haberi fidem. Quod sanè in parte verũ est, & illo sequenti (si modò indubitabile sit) solo vtẽdum. At si quid in eo quod est fortius, timebimus, vtraque probatione nitemur. Alius enim alio moueri solet: & qui factũ putauit, iustum credere potest: qui tanquam iusto non mouebitur, factum fortasse non credet. Vt certa manus vno telo possit esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, vt sit & fortunæ locus. Egregiè verò Cicero pro Milone insidiatorem primò Clodium ostendit: tum addit ex abundanti, etiã si id non fuisset, talem tamen ciuem cum summa virtute interfectoris & gloria necari potuisse. Neque illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim: quia quædã etiãsi ipsa sunt dura, in id tamen valent, vt ea molliant quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est quod vulgò dicitur, Iniquum petẽdum, vt æquum feras. Quod tamen nemo sic accipiat, vt omnia credat audenda. Rectè enim Græci præcipiunt, Non tentanda quæ effici omnino non possunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defensione vtemur, id laborandum est, vt in illam partem sequentem fides ex priore ducatur. Potest enim videri qui tutò etiam confessurus fuit,

rus fuit, mentiendi causſam in negando non habere. Et
lud vtique faciendum est, vt quoties suſpicabimur à iud
aliam probationem deſiderari, quàm de qua loquim
promittamus nos plenè & ſtatim de eo ſatis eſſe factur
præcipueq; ſi de pudore agitur. Frequenter autem ad
dit, vt cauſſa parum verecunda, iure tuta ſit: de quo ne
uiti iudices audiant, & auerſi, frequentius ſunt admonera
ſecuturam defenſionem probitatis ac dignitatis: expect
paulum, & agi ordine ſinant. Quædam interim nos
uitis litigatoribus ſimulandum eſt dicere: quod Cicero
Cluentio facit circa iudiciariam legem. Nõnunquam
interpellemur ab his, ſubſiſtere. Sæpe auertẽda ad ipſos
tio. Hortandi, vt ſinant nos vti noſtro conſilio. Ita
petur animo iudicis, & dum ſperat probationem pud
aſperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum rece
etiam verecundiæ defenſioni facilior erit. Sic vtraq
inuicem iuuabit, eritque iudex circa ius noſtrum
deſtiæ attentior, circa modeſtiam iuris probatione
uior. Sed vt non ſemper neceſſaria, aut etiam ſup
partitio eſt, ita opportunè adhibita plurimum or
cis & gratiæ conſert. Neque enim id ſolum efficit, vt
riora fiant quæ dicuntur, rebus velut ex turba extra
& in conſpectu iudicum poſitis: ſed reficit quoque audi
tem certo ſingularum partium fine: non aliter quàm faci
tibus iter, multum detrahunt fatigationis, notata inſer
ptis lapidibus ſpatia. Nam & exhauſti laboris noſſe me
ſurã voluptati eſt, & hortatur ad reliqua fortius exeque
da, ſcire quantum ſuperſit. Nihil enim longum videri n
ceſſe eſt, in quo quid vltimum ſit, certum eſt. Nec immeri
multum ex diligentia partiendi tulit laudis Quintus Hor
tenſius: cuius tamen diuiſionem in digitos diductam, non

Pro Quintio. & in Diuin. in Q. Cæcilium.

nunq

t unquam Cicero leuiter eludit. Nam est certus eius modus,
& euitanda maximè concisa nimium & velut articulosa
partitio. Nam & autoritati plurimum detrahunt multa
illa non membra sed frusta: & huius gloriæ cupidi, quò
subtilius & copiosius diuisisse videantur, & superuacua as-
sumunt, & quæ natura singularia sunt, secant: nec tam plu-
ra faciunt, quàm minora: deinde cùm fecerunt mille parti-
culas, in eandem incidunt obscuritatem, contra quam par-
titio inuēta est. Diuisa & simplex propositio quoties vti-
liter adhiberi potest, primùm esse debet aperta atque luci-
da, (nam quid sit turpius, quàm id esse obscurum ipsum,
quod in eum solū adhibetur vsum, ne sint cetera obscura?)
tum breuis nec vllo superuacuo onerata verbo. Non enim
de quo dicamus, sed de quo dicturi simus, ostendimus. Obti-
nendum etiam, nequid in ea desit, nequid supersit. Superest
autem sic ferè, cùm aut in species partimur, quod in gene-
ra partiri sit satis: aut genere posito subijcitur species: vt,
Dicam de virtute, iustitia, continentia: cùm iustitia atque
continentia virtutis sint species. Partitio prima est, quid sit
de quo conueniat, quid de quo ambigatur. In eo quod
conuenit, quid aduersarius fateatur, quid nos.
In eo de quo ambigitur, quæ dicturi simus,
quæ nostræ propositiones, quæ partis
aduersæ. Turpissimum verò est, non
eo ordine exequi, quo quid-
que propo-
sueris.

M. FABII QVINTI LIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER QVINTVS.

PROLOGVS.

ARGVMENTVM.

Attentos hac præfatione reddit. docet enim quàm sit necessaria probationum tractatio ad confirmandũ & confutandum: quia sine probatione nulla controuersia sit: cùm omnium aliarum partium alias semper abesse possit. Addit alias causas, quia ad hanc partem omnia tendant: quæ intueri nisi huc perueniamus, superuacuum sit. Quorundam opiniones leuiter attingit: quorum alij docere, vnicum oratoris officium, alij tria, sed docere præcipuum dictitabant: quorum vnique huic parti plurimum tribuunt.

FVERVNT, & clari quidem autores quibus solum videretur oratoris officium, docere. Nanque & affectus duplici ratione excludendos putabant: primùm, quia vitium esset omnis animi perturbatio: deinde quia iudicem à uerite depelli misericordia, vel ira, similibusq;, non oportere & voluptatem audientium petere, cùm vincendi tantùm gratia diceretur, non modò agenti superuacuum, sed ve eti m viro dignum arbitrabantur. Plures verò, qui nec o illis sine dubio partibus rationem orandi summouerent, hoc tamen proprium atque præcipuum crederent opus confirmare, & quæ ex aduerso proponerentur, re futare. Vtruncunque est (nec enim hoc loco meam inter pono sententiam) hic erit liber illorum opinione maxim necessarius, quo toto hæc sola tractantur: quibus sanè o ea quæ de iudicialibus causis iam dicta sunt, seruiun

Nam

Nã neque procemij, neque narrationis est alius vsus, quàm vt iudicem præparent: & status nosse, atque ea de quibus suprà scripsimus, intueri, superuacuum foret, nisi ad hanc peruenieremus. Denique ex quinque quas iudicialis materia fecimus partibus, quæcunque alia potest aliquando necessaria causse non esse: lis nulla est cui probatione opus non sit. Eius præcepta sic optimè diuisuri videmur, vt prius in commune quæ ad omnes quæstiones pertinent, ostendamus: deinde quæ in quoque causse genere propria sunt, exequamur.

De probationum diuisione.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Quia finitio probationum cognita est, diuisionem aggreditur in artificiales & inartificiales: quæ vt arte non inueniantur, magnis tamé eloquentiæ viribus tractandæ sint. Tum species earum enumerat.

AC prima quidem illa partitio ab Aristotele tradita Rhetoric. 1. consensum ferè omnium meruit, alias esse probationes quas extra dicendi rationẽ acciperet orator: alias quas ex caussa traheret ipse, & quodammodo gigneret. Ideoq; illas ἄτεχνους id est inartificiales: has ἐντέχνους id est artificiales vocauerũt. Ex illo priore genere sunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iusiurandum, testes: in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Sed vt ipsa per se carẽt arte, ita summis eloquẽtiæ viribus & * aleuanda sunt plerunque, & refellenda. Quare mihi videntur magnopere damnandi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamen in animo est, omnia quæ aut pro his aut contrà dici solent, complecti. Non enim communes locos tradere destinamus, quod esset operis infiniti, * eleuanda.

ſed viam quandam atque rationem. Quibus demonſtrati non modò in exequendo ſuas quiſque vires debet adhibe ſed etiam inueniendo ſimilia, vt quæq; conditio litium po ſcet. Neque enim de omnibus cauſsis dicere quiſquam po teſt, ſaltem præteritis, vt taceam de futuris.

De præiudiciis. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Præiudicia in tres ſpecies diuidit: quas finitione & ſubiectis exe manifeſtas reddit. Confirmari autem eas oſtendit ſimilitudine rer de quibus quæritur, & iudicum autoritate. Reſelli verò, diſsimilitu nem oſtendendo, negligentiam actorum incuſando, de perſonar contra quas iudicatum eſt, infirmitate, de teſtium corruptione, aut i dicum culpa (ſi manifeſta eſt) conquerendo, aut iudicium poſter priori opponendo, aut ſi his omnibus deſtituamur, ad locum comm nem confugiendo. Multas præiudiciorum cauſſas ad iniquè pronu tiandum valere: quod manifeſtum faciant Rutilij damnatio, Catilin & Clodij abſolutio.

IAm præiudiciorum vis omnis tribus in generibus ver ſatur: Rebus, quæ aliquando ex paribus cauſsis ſunt iu catæ, quæ exempla rectius dicuntur: vt de reſciſsis patrum teſtamentis, vel contra filios confirmatis: Iudiciis, ad ipſam cauſſam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum eſt, quæ lia in Oppianicum facta dicuntur, & à ſenatu aduerſu Milonem: Aut cum de eadem cauſſa pronuntiatum eſt, v in reis deportatis, & aſſertione ſecunda, & partibus cen tumuiralium, quæ in duas haſtas diuiſæ ſunt. Confirmantu præcipuè duobus: autoritate eorum qui pronuntiauerunt, & ſimilitudine rerum de quibus quæritur. Reſelluntur au tem rarò per contumeliã iudicũ, niſi ſortè manifeſta in hi culpa erit. Vult enim cognoſcentiũ quiſque firmã eſſe alte rius ſententiã: & ipſe pronuntiaturus non libẽter exẽplum quod in ſe fortaſſe recitat, facit. Confugiendum ergo eſt in duobus ſuperioribus, ſi res feret, ad aliquam diſsimilitudi-

Exempla. Vide Valer. lib. 7. cap. 7. & 8. & Cluen. Pro Miio.

nem

nem causſæ. Vix autem vlla est per omnia alteri similis. Si id non continget, ac eadem causſa erit: aut actorum incuſanda negligentia, aut de infirmitate personarum querendum, contra quas erit iudicatum: aut de gratia quæ testes corruperit, aut de inuidia, aut de ignorantia: aut inuenien-dum quod causſæ postea accesſerit. Quorum si nihil erit, licet tamen dicere multas iudiciorum causſas ad iniquè pronuntiandum valere: ideoque damnatum Rutilium, absolutos Clodium atque Catilinam. Rogandi etiam iudices, vt rem potius intueantur ipsam, quàm iureiurando alieno suum donent. Aduersus consulta autem senatus, & decreta principum vel magistratuum, remedium nullum est, niſi aut inuenta quatulacunque causſæ differentia, aut aliqua vel eorundem vel eiusdem potestatis hominum posterior constitutio, quæ sit priori contraria: quæ si deerunt, lis non erit.

De Rutilij damnatione vide Florum lib.

De rumore & fama. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Contra famam, aut pro ea, statu finitiuo litigantium vtrique contendendum: & finitiones diuersas exemplis in vtranque partem confirmandas esse monet.

FAmam atque rumores pars altera consensum ciuitatis & velut publicum testimonium vocat: altera sermonem sine vllo certo autore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas: quod nulli non etiam innocentißimo posßit accidere fraude inimicorum falsa vulgantium. Exempla vtrinque non deerunt.

Cicero in Topicis.

De tormentis. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Circa tormenta, generalia quædam & specialia tangit. Primum vt

in fama, diuersam tormentorum descriptionem ex accidentibus vtramuis partem generaliter adferri docet. Hinc propria considerat quis, quem postulet aut offerat, in quem, ex qua caussa, quo quæstore &c. quæ variè in vtranque partem tractari possint.

Sicut in tormentis quoque, qui est locus frequentissimus, cùm pars altera quæstionem, vera fatendi necessitatem vocet, altera sæpe etiam caussam falsa dicendi, quia alijs patientia facile mendacium faciat, alijs infirmitas cessarium. Quid attinet de his plura? Plenæ sunt oratio veterum ac nouorum. Quædam tamen in hac parte ex propria cuiusque litis. Nam siue de habenda quæstione agitur, plurimum intererit, quis, & quem postulet aut offerat, & in quem, & ex qua caussa: siue iam erit habita, qui præfuerit, quis & quo modo sit tortus, an credibilia dixerit an inter se constantia: perseuerauerit in eo quod obtulerat, an aliquid dolore mutarit: prima parte quæstionis an procedente cruciatu. Quæ vtrinque tam infinita sunt quam ipsa rerum varietas.

De tabulis. CAP. V.

ARGVMENTVM.

Docet circa tabulas dupliciter peccari, aut fraude signatorum, aut ignorãtia, & hoc genus postremum refelli, aliud etiam accusari. Tum unde argumẽta ad tabulas refellẽdas trahãtur, & quãm variè, explicat.

Contra tabulas quoque sæpe dictum, sæpe dicendum est, cùm eas non solum refelli, sed etiam accusari, scimus esse vsitatum. Cùm sit autem in his aut scelus signatorum, aut ignorantia: tutius ac facilius id quod secundo loco diximus, tractatur, quòd pauciores rei fiunt. Sed hoc ipsum argumẽta ex caussa trahit. Si forte aut incredibile est id adscisse quod tabulæ continent: aut (vt frequentius euenit) dolo probationibus æquè inartificialibus soluitur: si aut in

uem signatum est, aut aliquis signator dicitur abfuisse, vel rius esse defunctus: si tempora non congruunt: si vel antecedentia vel insequentia tabulis repugnant. Inspectio ipsa sæpe etiam falsum deprehendit.

De iureiurando. CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Iurisiurandi formas quatuor describit: oblationem sui, recusationem alieni, delationem aut exactionem alieni, aut recusationem sui, & quo pacto singulæ quæque tractandæ sint. Præterea ex sententia iudicum quos puer audierat, iusiurandum non esse facilè deferendum asserit: nec optionem iudicis aduersario permittendam, neque ex aduocatis partis aduersæ iudicem eligendum præcipit.

IVsiurandum litigatores aut offerunt suum, aut *non recipiunt oblatum: aut ab aduersario exigunt, aut recusant cum ab ipsis exigatur. Offerre suum sine vlla conditione, vt vel aduersarius iuret, fere improbum est. Qui tamen id faciet, aut vita se tuebitur, vt eum non sit credibile peieratum: aut ipsa vi religionis: in qua plus fidei consequetur, si id egerit, vt non cupidè ad hoc descendere, sed ne hoc quidem recusare videatur: aut si causa modò patietur litis, propter quam deuoturus se ipse non fuerit: aut si præter alia causæ instrumenta adiicit ex abundanti hanc quoque conscientiæ suæ fiduciam. Qui non recipiet conditionem, a mulcis contemni iurisiurandi metum dicet: cum etiam philosophi quidam sint reperti, qui deos habere curam rerum humanarum negarent: eum verò qui nullo offerente iurare sit paratus, & ipsum velle de causa sua pronuntiare: & quam id quod offert, leue ac facile credat, ostendere. At is qui defert, agere modestè videtur cum litis aduersarium iudicem faciat, & eum cuius cognitio est, onere liberet, qui profectò alieno iureiurando stari quam suo malit. Quo difficilior recusatio est, nisi

*non respuunt

Cic. de natura deorum 1.

forte res est ea, quam credibile sit notam ipsi non esse. Qua excusatio si deerit, hoc vnum relinquetur, vt inuidiam fi quæri ab aduersario dicat, atque id agi, vt in caussa in qu vincere non possit, quæri possit. Itaque hominem quide malum occupaturum hanc conditionem fuisse, se autem pr bare malle quæ affirmet, quam dubium cuiquam relinquer an peierarit. Sed nobis adolescentibus seniores in agend facti præcipere solebant, ne vnquam iusiurandum defe remus: sicut neque optio iudicis aduersario esset permi tenda: nec ex aduocatis partis aduersæ iudex eligendu Nam si dicere contraria turpe aduocato videretur, cert turpius habendum, facere quod noceat.

De testibus. CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Testimonia primùm aut diuina esse aut humana tradit: & diuina duobus modis tractari, generaliter, & specialiter: de quibus ad fidem capitis loquitur, vbi varias eorum species enumerat. Humanorũ fieri alia per tabulas, alia à præsentibus. Tabularum aut refellendarum aut confirmandarum rationẽ, quia sit facilior, primo loco explicat, deinde ad testes præsentes aggreditur: eósque dupliciter aut defendi aut oppugnari posse, vel actione perpetua, vel interrogatione concisa, ostendit. In actionibus tribus modis. Primo locis communibus in vtranque partem pro testibus, & contra, generaliter. Secundo specialiter, ita tamen, vt multos inuadamus: vt si Græcorum testimonia elues, aut eorum qui in causis repetundarum se reo numerasse pecuniã dicunt. Tertio aduersus singulos: quod genus vel orationi permixtum est, vel separatim editum: vt in Vatinium. His peractis ad modum interrogandi accingitur: & testium duo facit genera, vnum voluntariorum, aliud quibus lege testimonium denuntietur: quorum alij cupidi sint reo nocendi, alij vetum inuiti dicturi: quod interim accusatori vel cognitum sit, vel incognitum. Quæ omnia quomodo variẽ ab accusatore & patrono versanda sint & pertractanda, non minus doctè quàm fusè explicat. In testibus tamẽ interrogandis testem probè nosse præcipuum esse monet, vt pro sua natura quò volumus facilè perducatur. Atque omnem interrogationem esse aut in caussa aut extra caussam docet. In caussa rem altius repetendo, vnde nihil suspecti sit, per Socraticam inductionem extorquendam etiam ab in-

mitis

ultis, quod nobis prosit. Extra causſam de vita testium, de amicitia aut inimicitiis cum reo, & cæteris huiusmodi interrogandum, ex quibus vel lædendi cupiditas vel mendacium deprehendi possit. Interrogationis hanc legem esse addit, vt sit circunspecta, vt verbis quammaximè è medio sumptis constet. Porrò testes cum tabulis absentium collidi, argumenta quoque cum testibus, & testes cum aliis testibus. Postremò voces per vinum, somnium, dementiam, vel à paruulis emissas, ad confirmationem aut destructionem sui magnam Oratoris industriam in vtramuis partem exigere: & testimonia desiderata, vbi cætera desint, vt pro Cluentio, plurimum virium habere demonstrat. Actio. 6.

MAximus tamen patronis circa testimonia ſudor eſt. Ea dicuntur aut per tabulas, aut à præſentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Nam & minus obſtitiſſe videtur pudor inter paucos ſignatores, & pro diffidentia premittur abſentia. Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet. Tacita præterea quadam ſignificatione refragatur his omnibus, quòd nemo per tabulas dat teſtimonium niſi ſua voluntate: quo ipſo non eſſe amicum ei ſe contra quem dicit, fatetur. Neque tamen protinus ceſſerit orator, quo minus & amicus pro amico, & inimicus contra inimicum poſſit verum (ſi integra ſit ei fides) dicere. Sed latè locus vterque tractatur. Cum præſentibus verò ingens dimicatio eſt, ideoq; velut duplici contra eos, proq; his acie conſligitur, actionum, & interrogationum. In actionibus primum generaliter pro teſtibus, atque in teſtes dici ſolet. Eſt hic communis locus, cùm pars altera nullam firmiorem probationem eſſe contendit, quàm quæ ſit hominum ſcientia nixa: altera ad detrahendā illis fidem, omnia per quæ fieri ſoleant falſa teſtimonia, enumerat. Sequens ratio eſt, cùm ſpecialiter quidem, ſed tamen multos pariter inuadere patroni ſolent. Nam & gentium ſimul uniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus, & tota genera teſtimoniorum: vt de auditionibus: non enim ipſos eſſe teſtes, ſed iniuratorum afferre voces. vt in cauſſis Cic. pro Flacco

repetundarum, qui se reo numerasse pecunias iurant, litigatorum non testium habendos loco. Interim aduersus singulos dirigitur actio: quod insectationis genus & permistum defensioni legimus in orationibus plurimis, & separatim editum, sicut in Vatinium testem. Totum igitur excutiamus locum, quando vniuersam institutionem aggressi sumus. Sufficiebat alioqui libri duo a Domitio Afro in hanc rem compositi, quem adolescentulus senem colui, vt non lecta mihi tantum ea, sed pleraque ex ipso sint cognita. Is verissime præcepit, primum esse in hac parte officium oratoris, vt totam causam familiariter norit: quod sine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo contingat, explicabimus, quum ad destinatum huic parti locum venerimus. Ea res suggeret materiam interrogationi, & veluti tela ad manum submministrabit. Eadem docebit, ad quæ iudicis animus actione sit præparandus. Debet enim vel fieri, vel detrahi testibus fides oratione perpetua: quia singuli quique dictis mouetur, vt est ad credendum vel non credendum ante formatus. Et quoniam duo genera sunt testium, aut voluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudiciis lege denuntiare solet: quorum altero vtraque pars vtitur, alterum accusatoribus tantum concessum est: separemus officium dantis testes, & reseilentis. Qui voluntarium producit, scire quid is dicturus sit, potest: ideoque facilliorem videtur in rogando habere rationem. Sed hæc quoque pars acumen & vigilantiam poscit: prouidendumque ne timidus, ne inconstans, ne imprudens testis sit. Turbantur enim, & a patronis diuersæ partis inducuntur in laqueum: & plus deprehensi nocent, quam firmi & interriti profuissent. Multum igitur domi ante versandi: ac varias percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, ex-

plorandi

plorandi sunt. Sic fit vt aut constent sibi, aut siquid tituba-
uerint, oportuna rursus eius, quo producti sunt, interro-
gatione velut in gradum reponantur. In his quoque ad-
huc qui constiterint sibi, vitandæ sunt insidiæ. nam frequē-
ter subiici ab aduersario solent, & omnia profutura pol-
liciti, diuersa respondent, & autoritatem habent non ar-
guentium illa, sed confitentium. Explorandum igitur quas
causas lædendi aduersarium afferant: nec id sat est, inimi-
cos fuisse, sed an desierint, an per hoc ipsum reconciliari
velint: ne corrupti sint: ne pœnitentia propositum muta-
uerint. Quod cum in iis quoque, qui ea quæ dicturi viden-
tur, re vera sciunt, necessarium est præcauere: tum multo
magis in iis qui se dicturos quæ falsa sunt, pollicētur. Nam
& frequētior eorum pœnitentia est, & promissum suspe-
ctius: & si perseuerauerint, reprehensio facilior. Eorum
verò quibus denuntiatur, pars testium est quæ reum lede-
re velit, pars quæ nolit. Idq; interim scit accusator, inte-
rim nescit. fingamus in præsentia scire. in vtroque
enim genere summis artibus interrogantis opus est. Nā si
habet testem cupidū lædēdi, cauere debet hoc ipsum, ne cu-
piditas eius appareat: nec statim de eo quod in iudiciū ve-
nit, rogare, sed aliquo circuitu ad id peruenire, vt illi quod
maxime dicere voluit, videatur expressum. Nec nimium
instare interrogationi, ne omnia respondendo testis fidem
suam minuat: sed in tantum euocare eum, quantum sume-
re ex vno satis sit. At in eo qui verum inuitus dicturus est,
prima felicitas interrogantis est extorquere quod is nolue
rit. Hoc nō alio modo fieri potest, quam longius interro-
gatione repetita. Respondebit enim quæ nocere causæ
non arbitrabitur: ex pluribus deinde quæ confessus erit,
eò perducetur, vt quod dicere non vult, negare non pos-
sit. Nam

sit. Nam vt in oratione sparsa plerunque colligimus argumenta, quæ per se nihil reum aggrauare videantur, cõgregatione deinde eorum factum conuincimus: ita huiusmodi testis multa de anteactis, multa de insecutis, loco tempore, persona, cæteris, est interrogandus, vt in aliquo responsum incidat, post quod illi vel fateri quæ volumus necesse sit, vel iis quæ iam dixerit, repugnare. Id si nõ contingit, reliquum erit vt eum nolle dicere manifestum sit, protrahendúsque, vt in aliquo quod vel extra causam sit deprehendatur. Tenendus etiam diutius, vt omnia, ac plura quàm res desiderat, pro reo dicendo, suspectus iudici fiat, quo non minus nocebit, quàm si vera in reum dixisset. Si (quod secundo loco diximus) nesciet actor quid propositi testis attulerit: paulatim, & (vt dicitur) pedetentim interrogando experietur animum eius, & ad id responsum quod eliciendum erit, per gradus ducet. Sed quia nonnunquam sunt hæ quoque testium artes, vt primò ad voluntatem respondeant, quò maiore fide diuersa posiea dicant: est oratoris, suspectum testem dum prodest, dimittere. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. Difficilior hoc, quòd raro vnquam possint ante iudicium scire quid testis dicturus sit. Expeditior, quòd cùm interrogandus est, sciunt quid dixerit. Itaque in eo quod incertum est, cura & inquisitione opus est, quis reum premat, quas & quibus ex causis inimicitias habeat: eáque in oratione prædicenda atque amollienda sunt, siue odio conflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia videri volumus. Et si deficietur numero pars diuersa, paucitatem: si abundabit, conspirationem: si humiles producet, vilitatem: si potentes, gratiam oportebit incessere. Plus tamen proderit causas propter quas reum lædant, expo-

Hæc facit Cicer. pro Flac.

uere

nere: quæ sunt variæ, & pro conditione cuiusque litis aut litigatoris. Nam contra illa quæ suprà diximus, simili ratione responderi locis communibus solet, quia & in paucis atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest, quòd neminem præter eos * qui possunt scire, quæsierit: & multos atque honestos commendare aliquanto est facilius. Verùm interim & singulos vt exornare, ita destruere contingit, aut recitatis in actione, aut testibus nominatis. Quod iis temporibus, quibus testis non nisi post finitas actiones rogabatur, & facilius & frequentius fuit. Quid autem in quenque testium dicendum sit, sumi nisi ex ipsorum personis non potest. Reliquæ interrogandi sunt partes. Qua in re primum est, nosse testem. nam timidus terreri, stultus decipi, iracundus concitari, ambitiosus inflari potest: prudens verò & constans, vel tanquam inimicus & peruicax dimittendus statim, vel non interrogatione, sed breui interlocutione patroni refutandus est: aut aliquo, si continget, vrbane dicto refrigerandus: aut siquid in eius vitam dici poterit, infamia criminum destruendus. Probos quosdam & verecundos non aspere incessere profuit. nam sæpe qui aduersus insectantem pugnassent, modestia mitigantur. Omnis autem interrogatio, aut in caussa est, aut extra caussam. In caussa, sicut accusatori præcepimus, patronus quoque altius, & vnde nihil suspecti sit, repetita percontatione, priora sequentibus applicando, sæpe eò perducit homines, vt inuitis quod prosit extorqueat. Eius rei sine dubio nec disciplina vlla in scholis, nec exercitatio traditur: & naturali magis acumine, aut vsu contingit hæc virtus. Si quod tamen exemplum ad imitationem demonstrandum sit, solum est quod ex dialogis Socraticorum, maximèque

* quos putarit.

Platonis,

Platonis, duci potest: in quibus adeò scitæ sunt interr
gationes, vt cum plerisque bene respondeatur, res tam
ad id quod volunt efficere, perueniat. Illud fortuna inter
præstat, vt aliquid quod inter se parum consentiat, à te
dicatur: interim (quod sæpius euenit) vt testis testi diuer
dicat. Acuta autem interrogatio, ad hoc quod casu fieri s
let, etiam ratione perducet. Extra caussam quoque mu
quæ prosint, rogari solent, de vita testium aliorum, de s
quisque, si turpitudo, si humilitas, si amicitia accusatoris
inimicitiæ cum reo: in quibus aut dicant aliquid quod pr
sit, aut in mendacio vel cupiditate lædendi deprehenda
tur. Sed in primis interrogatio debet esse circunspecta
quia multa contra patronos venustè testis sæpe respon
det, eique præcipuè vulgò fauetur. Tum verbis quam m
ximè ex medio sumptis: vt qui rogatur (is autem est se
pius & imperitus) intelligat, aut ne intelligere se nega
quod interrogantis non leue frigus est. Illæ verò pessim
artes, testem subornatum in subsellia aduersarij mitter
vt inde excitatus plus noceat, vel dicendo contra reum
cum quo sederit: vel cùm adiuuisse testimonio videbitur
faciendo ex industria multa immodestè atque intempe
ranter, per quæ non à se tantùm dictis detrahat fidem, sed
cæteris quoque qui profuerant, auferat * autoritatem.
Quorum mentionem habui, non vt fierent, sed vt vitarentur. Sæpe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes hinc vtrinque. Hæc enim se pars iureiurando, illa consensu signantium tuetur. Sæpe inter testes & argumenta quæstium est. Inde scientiam in testibus & religionem, ingenia esse in argumentis dicitur: hinc testem gratia, metus, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri, argumenta ca natura duci: in his iudicem sibi, in illis alij credere. Com

* vtilitatem.

pensuna

munia hæc pluribus cauſis, multúmque iactata ſunt, ſemperque iactabuntur. Aliquando vrinque ſunt teſtes, & quæſtio ſequitur, ex ipſis, vtri meliores viri. ex cauſis, vtri magis credibilia dixerint. ex litigatoribus, vtri gratia magis valuerint. His adiicere ſiquis volet ea quæ diuina teſtimonia vocantur, ex reſponſis, oraculis, ominibus, duplicem ſciat eorum eſſe tractatum: generalem alterum, in quo inter Stoicos & Epicuri ſectam ſecutos pugna perpetua eſt, regatúrne prouidentia mundus. ſpecialem alterum, contra parteis diuinationis, vt quæque in quæſtionem cadit. Aliter enim oraculorum, aliter aruſpicum, augurum, coniectorum, & mathematicorum fides confirmari, aut refelli poteſt, cùm ſit rerum earum ratio diuerſa. Circa eiuſmodi quoque inſtrumenta firmanda, vel deſtruenda, multum habet operis oratio, ſiquæ ſint voces per vinum, ſomnum, dementiam emiſſæ, vel excepta parvulorum indicia, quos pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare dictura eſt. Nec tantùm præſtari hoc genus poteſt, ſed etiam vbi non eſt, deſiderari ſolet: Pecuniam dediſti, quis numerauit? vbi? vnde? Venenum arguis, vbi emiſti? à quo? quanti? per quem dedi? quo conſcio? Quæ ferè omnia pro Cluentio Cicero in crimine veneficij excutit. Hæc de inartificialibus quambreuiſſimè potui. Valer. libr. 5. cap. 7.

De probatione artificiali. CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Abſolutis argumentationibus inartificialibus, artificiales aggreſſurus, in eos inuehitur qui locis communibus, & iis ſolis quæ ad delectandum & mouendos affectus pertinent, deliniti, argumentorum tractationem tanquam aſperam refugiunt, cùm delectatio & affectuũ cõmotio parũ profint, niſi prius argumentatione doceamus. Deinde

genera

generales quasdam probationum diuisiones facit, alias in rebus et alias in personis: alias per se inspici, alias ad aliud referri: alias antecedentibus, ex consequentibus alias, alias etiam ex pugnantib quæ vel ex præterito tempore, vel ex præsenti vel ex futuro petan Rursus alias esse necessarias, credibiles alias, alias non repugnan Postremò propositionum hypotheticarũ species quatuor enume

PArs altera probationum, quæ est tota in arte, et statque rebus ad faciendam fidem appositis, plerum aut omnino negligitur, aut leuissimè attingitur ab iis argumenta velut horrida & confragosa vitantes, am nioribus locis desident: neque aliter quàm ij qui trad
Odyss. 10. Odyss. 11. tur à poëtis gustu cuiusdam apud Lotophagos grami & Sirenum cantu deliniti, voluptatem saluti prætul dum laudis falsam imaginem sequuntur, ipsa, prop quam dicitur, victoria cedunt. Atqui cætera quæ conti magis orationis tractatu decurrunt, in auxilium atque namentum argumentorum comparantur, neruisque quibus causa continetur, adiiciunt superinducti corpo specie: vt si forte quid factum ira, vel metu, vel cupidi dicatur, latius quæ cuiusque affectus natura sit, proseq mur. Iisdem laudamus, incusamus, augemus, minuimus, scribimus, deterremus, querimur, consolamur, hortam Sed horum esse opera in rebus aut certis, aut de qui tanquam certis loquimur, potest. Nec abnuerim esse quid in delectatione, multum verò in commouendis a ctibus: sed hæc ipsa plus valent cùm se didicisse iudex tat: quod consequi nisi argumentatione, aliáque omni rerum non possumus. Quorum p riusquam partior s cies, indicandum reor, esse quædam in omni probation genere communia. Nam nec vlla quæstio est, quæ non aut in re, aut in persona: nec esse argumentorum loci p sunt, nisi in iis quæ rebus aut personis accidunt: eáque

per

per se inspici solent, aut ad aliud referri: nec vlla confirmatio, nisi aut ex antecedentibus, aut ex consequentibus, aut ex pugnantibus: & hæc necesse est aut ex præterito tempore, aut ex coniuncto, aut ex sequenti petere. Nec vlla res probari nisi ex alia potest: eaq; sit oportet aut maior, aut par, aut minor. Argumenta verò reperiuntur aut in quæstionibus, quæ etiam separatæ à complexu rerum personarumq; spectari per se possint: aut in ipsa caussa, cum inuenitur aliquid in ea non ex communi ratione ductũ, sed eius iudicij de quo cognoscitur, proprium. Probationum præterea omnium aliæ sunt necessariæ, aliæ credibiles, aliæ non repugnantes. Adhuc, omnium probationum quadruplex ratio est, vt vel quia aliquid est, aliud non sit: vt, dies est, nox non est. vel quia est aliquid, & aliud sit: vt, Sol est super terram, dies est. vel quia aliquid non est, aliud sit: vt, nox non est, dies est. vel quia aliquid non est, nec aliud sit: vt, non est rationale, nec homo est. His in vniuersum prædictis partes subiiciam.

De signis. CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Artificiales probationes in tres species diuidit signa, argumenta, & exempla. Quare signa ab argumentis separet, duplicem caussam assignat. Primam, quia signa ad probationes inartificiales propius quàm ad argumenta accedant. Secundam, quia si certa sint, argumenta non sint, quia non sit ibi quæstio: si dubia, aliis egeant ad confirmationem sui: quare neutro modo sint argumenta. Verùm hæc posteriot ratio doctis non probatur. Signa diuidit in necessaria & verisimilia. Necessaria definit esse quæ se habere aliter non possunt: quorum aliqua recurrant in contrarium, vt spirare & viuere: alia non, vt moueri & ingredi. Verisimilia definit esse quæ sola ad tollendam dubitationem non sufficiant, sed adiuncta cæteris plurimum valeant, vt sanguis, adiunctis inimicitiis, & minis, ad probandam eadem. Hermagoram non probat, qui adiuncta sub hæc signa retulit. Et signum generaliter

definit id esse, quod ex eo de quo quæritur natum, sub oculos veni
quomodo prognostica ad signa reduci queant, ostendit.

OMnis igitur probatio artificialis constat aut sig
aut argumentis, aut exemplis. Nec ignoro pleri
videri signa partem argumentorum: quæ mihi separ
ratio hæc fuit prima, quòd sunt penè ex illis inartificia
Cruenta enim vestis, & clamor, & liuor, & talia, sun
strumenta, qualia tabulæ, rumores, testes: nec inueni
ab oratore, sed ad eum cum ipsa caussa deferuntur. Al
quòd signa siue indubitata sint, non sunt argumenta:
vbi illa sunt, quæstio non est: argumento autem nisi
controuersa locus esse non potest: siue dubia, non sun
gumenta, sed ipsa argumentis egent. Diuiduntur aut
has primas duas species, quòd eorum alia sunt (vt dixi
necessaria sunt, quæ Græci vocant τεκμήρια: alia no
cessaria, quæ σημεῖα. Priora illa sunt, quæ aliter hab
non possunt: quæ mihi vix pertinere ad præcepta arti
dentur. Nam vbi est signum insolubile, ibi ne lis quide
Id autẽ accidit, cùm quid aut necesse est fieri, factúmu
aut certè omnino non potest fieri, vel esse factum: q
caussis posito, lis non est nisi facti. Hoc genus per o
tempora perpendi solet. Nam & coisse eam cum viro
peperit, quod est præteriti: & fluctus esse, cùm magn
venti in mare incubuit, quod coniuncti: & eum mori
cor est vulneratum, quod futuri, necesse est. Nec fieri p
vt ibi sit messis, vbi satum non est: vt quis Romæ sit, cu
Athenis: vt sit ferro vulneratus, qui sine cicatrice es
quædam & retrorsus idem valent, vt viuere hominem
spirat: & spirare, qui viuit. Quædam in contrarium
recur

Vide censuram Agricolæ de hoc loco libr. 1. cap. 22.

recurrunt. Nec enim quia mouetur qui ingreditur, idcirco etiam ingreditur, qui mouetur. Quare potest & coisse cum viro, quæ non peperit: & non esse ventus in mari, cum esset fluctus: nec vtique cor eius vulneratum esse, qui perit: ac similiter fatum fuisse potest, vbi non fuit messis: fuisse Romæ, qui fuit Athenis: nec fuisse ferro vulneratum, qui habet cicatricē. Alia sunt signa non necessaria, quæ ἀνάγκα Græci uocant: quæ etiamsi ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen adiuncta cæteris, plurimum valent. Signum vocant (vt dixi) σημεῖον, quanquam id quidam indicium, quidam vestigium nominauerunt, per quod alia res intelligitur, vt per sanguinem cædes. At quia sanguis vel ex hostia respersisse vestem potest, vel è naribus profluxisse: non vtique qui vestem cruentam habuerit, homicidium fecerit. Sed vt per se non sufficit, ita cæteris adiunctū, testimonij loco dicitur, si inimicus, si minatus ante, si eodem loco fuit: quibus signum cùm accessit, efficit vt quæ suspecta erant, certa videantur. Alioqui sunt quædam signa vtrique parti cōmunia, vt liuores, tumores. Nam videri possūt & veneficij, & cruditatis. Et vulnus in pectore, sua manu, & aliena perisse dicentibus in quo est. Hæc perinde firma habentur, atque extrinsecus adiuuantur. Eorum autem quæ signa sunt quidem, sed non necessaria, genus Hermagoras putat, non esse virginem Atalantā quia cum iuuenibus per syluas vagetur. Quod si receperimus, vereor ne omnia quæ ex facto ducuntur, signa faciamus. Eadem tamen ratione qua signa, tractantur. Nec mihi videntur areopagitæ cùm damnauerunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud iudicasse, quam id signum esse pernicioſissimæ mentis, multisq; malo futuræ, si adoleuisset. Vnde Spurij Melij, Marciq; Mālij popularitas, signum affectati regni est existimatum. Li. lib. ab vrb. condi. 4. & 5.

Sed vereor ne longè nimium nos ducat hæc via. Nam si signum adulteræ, lauari cum viris, erit & conuiuere cum adolescentibus, deinde etiam familiariter alicuius amicæ vti: vt fortasse corpus vulsum, fractũ incessum, vestem mollem, liebrem, dixerit mollis & parum viri signa, sicui (cuius gnum id proprie sit, quod ex eo de quo quæritur, natum oculos venit) vt sanguis è cæde, ita illa ex impudicitia fla videantur. Ea quoque quæ quia plerunque obseruata s vulgo signa creduntur, vt prognostica,

Georg. 1. *-Vento rubet aurea Phœbe:*

Et cornix plena pluuiam vocat improba voce:

si causas ex qualitate cæli trahunt, sanè ita appellen Nam si vento rubet Luna, signum venti est rubor. E

Ibidem *vt idem poëta colligit, densatus & laxatus aër facit v inde ille auium concentus, idem sentiemus. Sunt auten gna etiam parua magnorum, vt vel hæc ipsa cornix. S maiora minorum esse nemo miratur.*

De argumentis. CAP. X.

ARGVMENTVM.

Post signa, argumenta aggreditur, quorum nomine enthymem epicheremata, & apodixes complectitur, quorum omnium va gnificata & diuersas acceptiones apud Græcos esse ostenditipse quid per illa intelligi velit, explicat, nempe per enthymema rhe cum syllogismum imperfectum, ex consequentibus proprie vel gnantibus: per epicherema ratiocinationem rhetoricam syllogi affinem: per apodixin euidentem probationem demonstratio aptam: per argumentum rationem probationem præstantem qua aliud colligatur aliud, quo quod dubium erat, confirmetur. Quan omni causa cognoscendum, aliqua habenda esse pro certis: vt esse, & pietatem præstandam parentibus: & quæ sensibus percipi tur, vt visu & auditu. Alia credibilia, quorum tria sint genera. Prim firmissimum, vt liberos à parentibus amari. Alterum propẽsius, v rectè valeat, in crastinum peruenturum. Tertium non repugnans domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Quæ vt optimè tracten

V

vim naturámque rerum omnium exploratissimam habere conueniat. Locos definit esse argumentorum sedes. Cognitionis eorum commoda proponit: deinde diuidit in locos personarum & rerum inter quos quasi medios locos factorum ponit. Personarum vnde argumenta sumantur, hos enumerat, à genere, natione, patria, sexu, ætate, educatione, habitu, fortuna, conditione, natura animi, victu, studiis, antè actis dictisque, & nomine. His locos factorum ex causis impulsoribus subiungit, quæ in omnes tres status cadant: sed bifariam diuiduntur. aut enim nos mouent propter bonorum adeptionem, incrementum, conseruationem, & vsum: aut malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuersionem. Et ex quibus praua facta veniunt, qualis est ira, odium, inuidia, cupiditas, spes, ambitus, audacia, metus. Et fortuita, vt ebrietas, ignorantia, quæ aliquando ad veniam, aliquando ad criminis probationem valeant. Item à loco, qui ad omnes tres status pertineat. Et à tempore, quorum aliud generale sit: vt olim: aliud speciale, vt æstate, hieme, quæ etiam ad omnes status vim adiciant. A casu, à facultatibus, quæ in coniecturis maximè sint intuendæ. Ab instrumento & modo, id est vt quicque sit actum. Deinde rerum locos recensет, & finitionem primum, cui genus, speciem, proprium & differens subiicit, ostenditque eam fieri vi sua, etymologia quoque, & partium enumeratione. Et genus ad probandam speciem nihil habere virium, verum ad refellendam satis: quia non sequatur, si arbor sit, platanum esse, sed contrà, quia platanus sit, arborem. In specie contraria omnia. Proprium definit esse quod soli accidat, vt homini risimo: & quod etiam non soli, vt igni calefacere, quibus finitio constituatur, cum differentibus contra soluatur. His diuisionem subiungit, qua, ex Ciceronis sententia, adiuuari finitionem credit: & quid à partitione differat, ostendit. Ex diuisione argumentum ex remotione nasci, qua modo totum efficitur falsum partes omnes negando, modo vnum verum, omnia præter vnum negando: quò dilemmata quoque referantur. His reliqua subiungit, Ab initio ad summam, & contrà. Ab incremento, à similibus, à dissimilibus, à contrariis, à repugnantibus: a consequentibus, ab adiectis, quorum multæ sint species. Ex iis quæ sub eandem rationem cadunt. ab efficientibus & effectis, siue a causis & euentis, à coniugatis, ex appositis seu comparatis, vt maiori, minori, pari: a quibus exempla vim suam trahant. Item à fictis, ne quoties contelia desunt. Postremo à circumstantia, ex ipso causfarum complexu, quæ cuiusque causfæ propria, & cum nulla alia communia, quæ quomodo elici ex causis debeant, exemplo luculento de Thessalis & Thebanis subiecto demonstrat: vnde locorum cognitionem genetalem & præceptorum artis manicam esse monet, nisi magna prudentia quæ singularum causfarum sint propria cognoscamus: quæ omnia vt non in omnem orationem cadant, ita debere cognita & perspecta esse, vt statim in promptu sint & occurrant quæ in quamque causfam incurrere debeant: quam velocitatem

studio exercitatam ita nobis parare debeamus, vt intentionem nostram non magis remorentur, quam citharœdi manum sonorum cauernositas, aut scribentium articulos literæ syllabæue retardent.

NVnc de argumentis. Hoc enim nomine complectimur omnia quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant: quanquam apud illos est aliqua horum nominum differentia, etiam si vis eodem ferè tendit. Nam enthymema (quod nos commentum sanè aut commentationem interpretamur, quia aliter non possumus, Græco nisi vsiui) vnum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat, sed nunc de eo non loquimur: alterum, quæ sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti conclusionem, vel ex consequentibus, vel ex repugnantibus: quanquam de hoc parum conuenit. Sunt enim qui illud prius epicherema dicant: pluresq; inuenias in hac opinione, vt id demum quo pugna constat, enthymema accipi velint. Et ideo illud Cornificius contrarium appellat, hunc alij rhetoricum syllogismum, alij imperfectum syllogismum vocauerunt, quia nec distinctis, nec totidem partibus concluderetur: quod sanè non vtique ab oratore desideratur. Epicherema Valgius aggressionem vocat*, Celsus autem iudicat non nostram administrationem, sed ipsam rem quam aggredimur, id est argumentum quo aliquid probaturi sumus: etiam si nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Aliis videtur non destinata, vel inchoata, sed perfecta oratio hoc nomen accipere vltima specie. Ideoq; propria eius appellatio, & maximè in vsu posita est, qua significatur certa quædam sententiæ comprehensio, quæ ex tribus partibus constat. Quidam epicherema rationem appellarunt, Cicero melius ratiocin

*al. Verrius al. Verius autem iudicio.

In Rhetoric. & alibi.

tiocinationem: quanquam & ille nomen hoc duxisse magis à syllogismo videtur. Nam & statum syllogisticum, ratiocinatiuum appellat, exemplisq; vtitur philosophorum. Et quoniam est quædam inter syllogismum & epicherema ratiocinitas, potest videri hoc nomine recte abusus. Ἀποδείξις est euidens probatio, ideoq; apud Geometras γραμμὴ καὶ ἀποδείξεις dicuntur. Hanc & ab epicheremate differre Cæcilius putat solo genere conclusionis, & esse apodixin imperfectum epicherema, eadem caussa qua diximus enthymema a syllogismo distare. Nam & + epicherema syllogismi pars est. Quidam inesse epicheremati apodixin putant, & esse partem eius confirmantem. Vtrunque autem quanquã diuersi autores, eodem modo finiunt, vt sit ratio per ea quæ certa sunt, fidem dubiis afferens. quæ natura est omnium argumentorũ neque enim certa incertis declarantur. Hæc omnia generaliter πίστεις appellant: quod etsi propria interpretatione dicere fidem possumus, apertius tamen probationem interpretabimur. Sed argumentum quoque plura significat. Nam & fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis velut thema ipse exponens Pedianus, Argumentum, inquit, tale est. & ipse Cicero ad Brutum ita scribit, Veritus fortasse ne nos in Catonem nostrum transferamus illinc mali quid, etsi argumentum simile non erat. Quo apparet omnem ad scribendum destinatam materiam ita appellari. nec mirum cũ id inter opifices quoque vulgatum sit: vnde Virgilio Argumẽtum ingens: vulgoq; paulò numerosius opus dicitur argumentosum. Sed nunc de eo dicendum argumento est, quod probationem, indicium, fidem, aggressionem, eiusdem rei nomina, Celsus facit, parum distincte, vt arbitror. Nam probatio & fides efficitur non tantum per hæc

* enthymema.

Aenei. 7. cir. fi.

quæ sunt rationis, sed etiam per inartificialia. Signum autem, quod ille indicium vocat, ab argumentis iam separauit. Ergo cùm sit argumentum, ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat: necesse est esse aliquid in caussa quod probatione nõ egeat. Alioqui nihil erit quod probemus, nisi fuerit quod aut sit verũ, aut videatur ex quo dubiis fides fiat. Pro certis autẽ habemus primùm quæ sensibus percipiũtur, vt quæ videmus, audimus: qualia sunt signa. Deinde ea in quæ communi opinione consensum est, Deos esse, præstandam pietatem parentibus. Præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione etiam si non omnium hominum, eius tamen ciuitatis aut gentis in qua res agitur, in mores recepta sunt: vt pleraque in iure non legibus sed moribus constant. Siquid inter vtranque partem conuenit, siquid probatum est: denique cuicunque aduersarius non contradicit. Sic enim fiet argumentum, Cum prouidentia mundus regatur, administranda est respublica: vt administranda respublica sit, si liquebit mũdum prouidentia regi. Debet etiam nota esse recte argumenta tractatoro, vis & natura omnium rerum, & quid quæque earum plerunque efficiat. hinc enim sunt quæ ἀνάτρα dicuntur. Credibilium autem genera sunt tria. Vnum firmißimum, quod ferè accidit, vt liberos a parentibus amari. Alterum velut propensius, Eum qui rectè valeat, in crastinum peruenturum. Tertium tantum non repugnans, In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Ideoque Aristoteles in secundo de arte Rhetorica libro diligentißimè est executus quid cuique rei, & quid cuique homini soleat accidere: & quas res, quosq; homines, quibus rebus aut hominibus vel conciliasset vel alienasset ipsa natura: vt diuitias

Horat. in arte poet.

uitias qui sequatur, aut ambitum, aut superstitionem: quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici: quo quæque modo res vitari vel appeti soleat. Verùm hoc exequi mitto. Non enim longum tantum, sed etiã impossibile, ac potius infinitum est: præterea positum in communi omnium intellectu. Siquis tamen desiderauerit, à quo peteret, ostendi. Omnia autem credibilia, in quibus pars maxima consistit argumentationis, ex huiusmodi fontibus fluunt, An credibile sit à filio patrem occisum, incestum cum filia commissum: & contrà veneficium in nouerca, adulterium in luxurioso. Illa quoque, An scelus palam factum, an falsum dixerit propter exiguam summam: quia suos quisque horum velut mores habet, plerunque tamen, non semper: alioqui indubitata essent non argumenta. Excutiamus nunc argumentorum locos: quanquam quibusdam ij quoque de quibus suprà dixi videntur. Locos appello, non vt vulgò nunc intelliguntur, in luxuriam, & adulterium, & similia: sed sedes argumentorum, in quibus latent, ex quibus sunt petenda. Nam vt in terra non omni generantur omnia, nec auem aut feram reperias, vbi quæque nasci aut morari soleat, ignarus: & piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiã littoribusq; discreta sunt, nec helopem nostro mari, aut scarum ducas: ita non omne argumentum vndique venit: ideóque non passim quærendum est. Multus alioqui error est: & exhausto labore, quod non ratione scrutabimur, non poterimus inuenire nisi casu. At si scierimus vbi quicque nascatur, cùm ad locum ventum erit, facilè quod in eo est, peruidebimus. In primis igitur argumenta sæpe a persona ducẽda sunt: cum sit, vt dixi diuisio vt omnia in hæc duo partiamur, res, atq; personas: vt

cauſſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera, rerum ſint accidentia. Perſonis autem non quic quid accidit, exequendum mihi eſt, vt plerique fecerunt, ſed vnde argumenta ſumi poſſunt. Ea porrò ſunt, Genus: nam ſimiles parentibus ac maioribus ſuis filij plerunque creduntur: & nonnunquam ad honeſtè turpiterque viuendum inde cauſſæ fluunt: natio: nam & gentibus propriæ mores ſunt: nec idem in Barbaro, Romano, Græco, probabile eſt. Patria: quia ſimiliter etiam ciuitatum leges, inſtituta, opiniones habent differentiam. Sexus: vt latrocinium facilius in viro, veneficium in fœmina credas. Aetas: quia aliud aliis annis magis conuenit. Educatio & diſciplina: quoniam refert a quibus, & quo quiſque modo ſit inſtitutus. Habitus corporis: ducitur enim frequenter in argumentum ſpecies libidinis, robur petulantiæ. his contraria in diuerſum. Fortuna: nec enim idem credibile eſt in diuite, ac paupere: propinquis amicis clientibus abundante, & his omnibus deſtituto. Conditionis etiam diſtantia eſt. nam clarus an obſcurus, magiſtratus an priuatus, pater an filius, ciuis an peregrinus, liber an ſeruus, maritus an cœlebs, parens liberorum an orbus ſit, plurimum diſtat. Animi natura: etenim auaritia, iracundia, miſericordia, crudelitas, ſeueritas, aliáque his ſimilia afferunt fidem frequenter, aut detrahunt: ſicut victus, luxurioſus, an frugi, an ſordidus, quæritur. Studia quoque: nam ruſticus, forenſis, negotiator, miles, nauigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt. Intuendum & quid affectet quiſque, locuples videri an diſertus, iuſtus an potens. Spectantur ante acta dictáque. Ex præteritis enim æſtimari ſolent præſentia. His adiiciunt quidam commotionem. hanc accipi volunt temporarium animi motum, ſicut iram, pauorem. Conſilia

autem,

dutem, & præsentis & præteriti & futuri temporis: quæ mihi etiamsi personis accidunt, referenda tamen ad illam partem argumẽtorum videntur, quam ex causis ducimus: sicut habitus quidam animi, quo tractatur amicus, an inimicus. Ponunt in persona & nomen, quod quidem ei accidere necesse est, sed in argumentum rarò cadit: nisi cùm aut ex causa datum est, vt sapiens, magnus, planus: aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam, vt Lẽtulo coniurationis, quòd libris sibyllinis aruspicumque responsis dominatio dari tribus Corneliis dicebatur, seque eum tertium esse credebat post Syllam Cinnámque, quia & ipse Cornelius erat. Nam & illud apud Euripidem frigidum sanè, quòd nomen Polynicis vt argumẽtum morum frater incessit. Iocorum tamen ex eo frequens materia, qua Cicero in Verrem non semel vsus est. Hæc ferè circa personas sunt, aut his similia. Nec enim complecti omnia vel hac in parte, vel in cæteris possumus contenti rationem plura quæsituris ostendere. Nunc ad res transeo, in quibus maximè sunt personis iuncta quæ agimus, ideóque prima tractanda. In omnibus porrò quæ fiunt, quæritur aut quare, aut vbi, aut quando, aut quomodo, aut per quæ facta sunt. Ducuntur igitur argumenta ex causis factorum, vel futurorum: quorum materiam, quam ὕλην alij, θέσεμ alij nominauerunt, in duo genera, sed quaternas vtriusque diuidunt species. Namferè versatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, incrementum, conseruationem, vsum: aut * malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuersionem. nanque & hæc in deliberando plurimum valent. Sed has causas habent rectas: praua contrà ex falsis opinionibus veniunt. Nam est his initium ex iis quæ creduntur bona aut mala, inde errores existunt, & pessimi affectus:

In Phœnicis.

* In scrip. codicib. legitur dũtaxat, aut malorum euitationem, & imminutionem. nam que & hæc &c.

affectus: in quibus sunt ira, odium, inuidia, cupiditas, spes, ambitus, audacia, metus, cæteráque generis eiusdem. Accedunt aliquando fortuita, ebrietas, ignorantia. Quæ interim ad veniam valent, interim ad probationem criminis: vt siquis dum alij insidiatur, alium dicatur interemisse. Causæ porrò non ad conuincendum modò quod obiicitur, sed ad defendendum quoque excuti solent, cùm quis se rectè feciſſe, id est honesta causſa contendit. qua de re latius in
Cap. 6. tertio libro dictum est. Finitiones ex causis interim pendent. An tyrannicida, qui tyrannum à quo deprehensus in adulterio fuerat, occidit. An sacrilegus, qui vt hostes vrbe expelleret, arma templo affixa detraxit. Ducuntur argumenta & ex loco. Spectatur enim ad fidem probationis, montanus an planus, maritimus an mediterraneus, constitus, an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus consiliis, an aduersus. quam partem videmus vehementissimè pro Milone tractasse Ciceronem. Et hæc quidem ac similia ad coniecturam frequentius pertinent: sed interim ad ius quoque, priuatus an publicus, sacer an profanus, noster an alienus: vt in persona, magistratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæstiones oriuntur: Priuatam pecuniam sustulisti, verùm quia de templo, non furtum, sed sacrilegium est. Occidisti adulterum, quod lex permittit: sed quia in lupanari, cædes est. Iniuriam fecisti, sed quia magistratui, maiestatis actio est. Vel contrà. Licuit, quia pater erã. quia magistratus. Sed circa facti cõtrouersiam argumenta, præstant circa iuris lites materiã quæstionum. Ad qualitatem quoque frequenter pertinet locus. Neque enim vbique idem aut licet, aut decorum est, Quinetiam in qua quicque ciuitate quæratur, interest.

Moribus

Moribus enim & legibus distant. Ad commendationem quoque & inuidiam valet. Nam & Aiax apud Ouidium, Antecrates, inquit, agimus causſam, & mecum confertur Vlyſſes. Et miloni inter cætera obiectum est, quòd Clodius in monumentis ab eo maiorum ſuorum essет occisus. Ad ſuadendi momenta idem valet, ſicut tempus, cuius tractatum ſubiungam. Eius autem (vt alio loco iam dixi) duplex ſignificatio est. Generaliter enim & ſpecialiter accipitur. Prius illud est, nunc, olim. ſub Alexandro, cùm apud Ilion pugnatum est. denique præteritum, inſtans, futurum. Hoc ſequẽs habet & conſtituta diſcrimina. æſtate, hyeme, nocte, interdiu: & fortuita, in peſtilentia, in bello, in conuiuio. Latinorum quidem ſatis ſignificari putauerunt, ſi illud generale, hoc ſpeciale vocarent. Quorum vtrorunque ratio & in conſiliis quidem, & in illo demonſtratiuo genere verſatur: ſed in iudiciis frequentiſſima est. Nam & iuris quæſtiones facit, & qualitatem diſtinguit, & ad coniecturam plurimum confert: vt cùm interim probationes inexpugnabiles afferat, quales ſunt ſi dicatur (vt ſuprà poſui) ſignator, qui antè diem tabularum deceſſit: aut commiſiſſe aliquid vel cùm infans esſet, vel cùm omnino natus non esſet. præter id, quòd omnia facilè argumenta aut ex iis quæ ante rem facta ſunt, aut ex coniunctis rei, aut inſequentibus ducuntur. Ex antecedentibus, Mortem minatus es, nocte exiſti, proficiſcentem anteceſſiſti. Cauſſæ quoque factorum, præteriti ſunt temporis. Sed tempus ſubtilius quidam quam neceſſe erat, diuiſerunt, vt esſet iuncti, ſonus auditus est: adhærentis, clamor ſublatus est: inſequentis illa, latuiſti, profugiſti, liuores & tumores apparuerunt. Iiſdem temporum gradibus defenſor vtetur ad detrahendam ei quod obiicitur, fidem. In his omnis factorum dictorúmque ra-

Meta. 13.

Supra pa. 168.

Cap. de tabulis

que ratio versatur, sed dupliciter. Nam fiunt quædam, quia aliud postea futurum est: quædam, quia aliud antea factum est: vt cum obiicitur reo lenocinij speciosæ marito, quòd adulterij damnatam quandam emerit: aut parricidij reo luxurioso, quòd dixerit patri, Non amplius me obiurgabis. Nam & ille nõ quia emit, leno est: sed quia leno erat, emit.

A casu. Nec hic quia sic erat locutus, occidit: sed quia erat occisurus, sic locutus est. Casus autẽ, qui & ipse præstat argumẽtis locũ, sine dubio est ex insequẽtibus: sed quadã proprietate distinguitur: vt si dicã, Melior dux Scipio quã Annibal: vicit Annibalem. Bonus gubernator: nunquã fecit naufragiũ. Bonus agricola: magnos sustulit fructus. Et cõtrà, sũptuosus fuit, patrimoniũ exhausit, turpiter vixit. vel, omnibus inuisus est. Intuẽdæ sunt, præcipuèque in cõiecturis, & facultates. Credibilius est enim occisos à pluribꝰ pauciores, à firmioribus imbecilliores, à vigilãtibus dormiẽtes, à præparatis inopinantes. Quorum contraria in diuersum valent. Hæc & in deliberando intuemur, & in iudiciis ad duas res solemus referre, an voluerit quis, an potuerit. nam & voluntatem spes facit. Hinc illa apud Ciceronem coniectura: Insidiatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio: Ille cum seruis robustis, hic cum mulierum comitatu: ille in equo, hic in rheda: ille expeditus, hic penula irretitus. Facultati autem licet instrumentum coniungere. Sunt enim in parte facultatis & copiæ. Sed ex instrumento aliquando etiam signa nascuntur, vt spiculum in corpore inuentum. His adiicitur modus, quem τρόπον dicunt, quo quæritur quemadmodum quid sit factum: id quod tum ad qualitatem scriptúmque pertinet: vt si negemus adulterum veneno licuisse occidere, sed ferro oportuisse. tum ad coniecturam quoque: vt si dicam bona mente factum, ideóque

A facultate quæ in coniecturis præcipuè intuenda est.

Ab instrumento.

A modo.

ideóque palàm: mala, ideóque ex insidiis, nocte in solitudine. In rebus autem omnibus de quarum vi aut natura quæritur, quásque etiam citra complexum personarum, cæterorúmque ex quibus fit caussa, per se intueri possumus, tria sine dubio rursus spectanda sunt, an sit, quid sit, quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorum his omnibus communes, diuidi hæc tria genera non possunt, ideóque locis potius, vt quosque incurrent, subiicienda sunt. Ducuntur igitur argumenta ex finitione, seu fine: nam vtroque modo traditur. Eius duplex ratio est. Aut enim simpliciter quæritur, sitne hoc virtus. aut antecedente finitione, quid sit virtus. Id aut vniuersum verbis complectimur, vt, Rhetorice est bene dicendi scientia. aut per partes, vt, Rhetorice est recte inueniendi, & disponendi, & eloquendi cum firma memoria, & cum dignitate actionis scientia. Præterea finimus aut vi, sicut superiora: aut ἐτυμολογίᾳ, vt assiduum ab ære dando, & locupletem à locorum, pecuniosum à pecorum copia. Finitioni subiecta maximè videntur genus, species, differens, proprium. Ex his omnibus argumenta ducuntur. Genus ad probandã speciem minimum valet, plurimum ad refellendam. Itaque non quia est arbor, platanus est: at quod non est arbor, vtique platanus non est. Nec quod non est virtus, vtique non potest esse iustitia. Itaque à genere perueniendum est ad vltimam speciem: vt homo est animal, non est satis: id enim genus est: mortale, etiam si est species, cum aliis tamen communis finitio: rationale, nihil supererit ad demonstrandum quod velis. Contrà species firmam probationem habet generis, infirmam refutationem. Nam quod iustitia est, vtique virtus est: quod nõ est iustitia, potest esse virtus. si est fortitudo, cõstantia, cõtinentia.

An sit quid sit, quale sit.

Ex finitione.

Cicero in Topicis.

Genus.

Species.

tinentia. Nunquam itaque tolletur à specie genus, nisi vt omnes species quæ sunt generi subiectæ, remoueantur: hoc modo, Quod neque immortale est, neque mortale, animal non est. His adiiciunt propria, & differentia. Proprium confirmatur finitio, differentibus soluitur. Proprium autem est aut quod soli accidit, vt homini sermo, risus: aut quod vtique accidit, sed non soli, vt igni calefacere. Et sunt eiusdem rei plura propria, vt ipsius ignis lucere, calere. Itaque quodcunque proprium deerit, soluet finitionem: non vtique quodcunque erit, confirmabit. Sæpissime autem quid sit proprium cuiusque, quæritur: vt si per ἐτυμολογίαν dicatur, Tyrannicidæ proprium est tyrannum occidere, negemus. non enim si traditum sibi eum carnifex occiderit, tyrannicida vocetur: nec si imprudens, vel inuitus. Quod autem proprium nõ erit, differens erit, vt aliud est seruum esse, aliud seruire: qualis esse in addictis quæstio solet, Qui seruus est, si manumittatur, fit libertinus, non idem addictus: & plura, de quibus alio loco. Illud quoque differens vocant, quum genere in species diducto, species ipsa discernitur. Animal, genus: mortale, species: terrenum vel bipes, differens. Nondum enim proprium est, sed iam differt a marino vel quadrupede. Quod non tam ad argumentum pertinet, quam ad diligentem finitionis comprehensionem. Cicero genus & speciem, quam eandem formam vocat, a finitione diducit, & iis quæ ad aliquid sunt, subiicit: vt si is cui argentum omne legatum est, petat signatum quoque, vtatur genere: at siquis cum legatum sit ei qui viro materfamilias esset, neget deberi ei quæ in manum nõ conuenerit, specie: quoniam duæ formæ sint matrimoniorum. Diuisione autem adiuuari finitionem docet, eámque differre a partitione: quòd hæc sit totius in partes, illa ge-

Proprium.

Differens.

neris

neris in formas. Partes incertas esse, vt quibus constet respublica: formas certas, vt quot sint species rerumpublicarum, quas tres accipimus, quæ populi, quæ paucorum, quæ vnius potestate regerentur. Et ille quidem non his exemplis vtitur, quia scribens ad Trebatium, ex iure ea ducere maluit: ego apertiora posui. Propria verò ad coniecturæ quoque pertinent partem: vt quia proprium est boni, rectè facere: iracundi verbis excandescant. At contrà quædam in quibusdam vtique non sunt, & ratio quamuis ex diuerso, eadem est. Diuisio & ad probandum simili via valet, & ad refellendum. Probanti interim satis est vnum habere, hoc modo, Vt sit ciuis, aut natus sit oportet, aut factus. Neganti, vtrunque tollendum est, nec natus nec factus est. Fit hoc & multiplex, idq; est argumentorum genus ex remotione, quo modo efficitur totum falsum: modò id quod relinquitur, verum. Totum falsum est hoc modo, Pecuniam te credidisse dicis: aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut inueniſti, aut surripuisti. Si neque domi habuisti, neque ab aliquo accepisti, & cætera, nõ credidisti. Reliquũ fit verum sic, Hic seruus, quem tibi vendicas, aut verna tuus est, aut emptus, aut donatus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus, aut alienus. deinde remotis prioribus, supererit alienus. Periculosum, & cum cura intuendum genus: quia si in proponẽdo vnum quodlibet omiserimus, cum risu quoque tota res soluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit, cùm interrogat, Si hæc actio non sit, quæ sit? Simul enim remouentur omnia. Vel cùm duo ponentur inter se contraria quorum tenuisse vtrunlibet sufficiat: quale Ciceronis est, Vnum quidem certè, nemo erit tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, si constet corruptum illud esse iudicium, aut ab Habito, aut ab Oppianico esse corruptum.

si doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico. si ostendo a
Oppianico, purgo Habitum. Fit etiam ex duobus, quorum
necessaria est alterutrũ eligendi aduersario potestas, effica-
turq; vt vtrũ elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppi-
Vtrùm cũ Cottam appetisset, aut cũ ipse se conaretur
cidere, telũ ei è manibus ereptũ est? Et pro Vareno, Opti-
vobis datur, vtrũ velitis casu illo itinere Varenũ vsum
Pedianus in diuinationem Ciceronis & Gell. lib. 5. c. 15.
an huius persuasu & inductu. Deinde vtraque facita-
cusatori contraria. Interim duo ita proponuntur, vt vtr
libet electum, idem efficiat: quale est, Philosophandum
etiam si non est philosophandum. Et illud vulgatum, Q
schema, si intelligitur? quò, si non intelligitur? Et, Me
tietur in tormentis, qui dolorem pati potest: mentie
qui non potest. Vt sunt autem tria tempora, ita ordo re
tribus momentis consertus est. habent enim omnia initi
incrementum, summam: vt iurgium, deinde cædes.
ergo hic quoque argumentorum locus inuicem proban
Nam & ex initiis summa colligitur: quale est, Non poss
togam prætextam sperare, cum exordium pullum vide
& contrà, Non dominationis caussa Syllam arma sumps
se, argumentũ est dictatura deposita. Similiter & ex incr
mento in vtranq; partem ducitur ratio, cùm in coniectu
tum etiam in tractatu æquitatis, an ad initium summa re
renda sit: id est an ei cædes imputanda sit, à quo iurgiu
cœpit. Est argumentorum locus ex similibus, Si continen
tia virtus, vtique & abstinentia. Si fidem debet tutor, c
procurator. Hoc est ex eo genere, quod ἐκ παραλλήλων Gra
vocant. Cicero inductionem. Ex dissimilibus, Non si lætu
bonum, & voluptas. Non quod mulieri, idem pupillo. E
contrariis, Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si ma
lorum caussa bellum est, erit emendatio pax. Si veniam me
reti

retur qui imprudens nocuit, non meretur præmium qui imprudens profuit. Ex pugnantibus, Qui est sapiens, stultus non est. Ex consequentibus, siue adiunctis, Si est bonum iustitia, recte iudicandum. Si malum perfidia, non est fallendum. Idem retro. Nec sunt his dissimilia, ideoq; huic loco subiicienda, cùm & ipsa naturaliter congruant: Quod quis non habuit, non perdidit. Quem quis amat, sciens non lædit. Quem quis hæredem suum esse voluit, charum habuit, habet, habebit. Sed cùm sint indubitata, vim habent penè signorum immutabilium. Sed hæc consequentia dico ἀκολουθία. est enim consequens sapientiæ bonitas. illa sequentia ἐπαγόμενα, quæ postea facta sunt, aut futura. Nec sum de nominibus anxius. vocet enim vt voluerit quisque, dum vis rerum ipsa manifesta sit: appareatq;, hoc temporis, illud esse naturæ. Itaque non dubito hæc quoque consequentia, quamuis ex prioribus dent argumentum ad ea quæ sequuntur. Quorum quidam duas species esse voluerunt: actionis, vt pro Oppio, Quos educere inuitos in prouinciã non potuit, eos inuitos retinere quî potuit? Temporis, in Verrem, Si finem Prætoris edicto afferunt Calendæ Ianuarij, cur non initium quoque edicti nascatur à Calendis Ianuarij? Quod vtrunque exemplum tale est, vt idem in diuersum. si retroagas, valeat. Consequens enim est, eos qui inuiti duci non potuerint, inuitos nõ potuisse retineri. Illa quoque quæ ex rebus mutuam confirmationem præstantibus ducuntur, quæ proprij generis videri quidam volũt, & vocant ἐκ τῶν πρός ἄλλα, Cicero ex rebus sub eandem rationem venientibus, fortiter consequentibus iunxerim: Si portorium Rhodiis locare honestum est, & Hermacreonti conducere. &, Quod discere honestum, & docere. Vnde illa, non hac ratione dicta, sed efficiens idem

Domitij Afri sententia est pulchra, Ego accusaui, vos damnastis. Est inuicem consequens & quod ex diuersis idem ostendit: vt qui mundum nasci dicit, per hoc ipsum & deficere significet, quia deficit omne quod nascitur. Simillima est his argumentatio qua colligi solent ex iis quæ faciunt, ex quæ efficiuntur, aut contrà: quod genus à causis vocant. Hæc interim necessariò fiunt, interim plerunque sed non necessariò. Nam corpus in lumine vtique umbram facit, & umbra vbicunque est, ibi esse corpus ostendit. Alia sunt, vt dixi, non necessaria, vel vtrinque, vel ex altera parte. Sol colorat: non vtique qui est coloratus, à sole est. Item puluerulentum facit: sed nec omne iter puluerem mouet, nec quisquis est puluerulentus, ex itinere est. Quæ vtique fiunt, talia sunt. Si sapientia bonum virum facit, bonus vir est vtique sapiens. Ideoq; boni est honestè facere: mali, turpiter: & qui honestè faciunt, boni: qui turpiter, mali rectè iudicantur. Ad hoc, exercitatio plerunque robustum corpus facit: sed non quisquis est robustus, exercitatus: nec quisquis exercitatus, robustus est. Nec quia fortitudo præstat ne mortem timeamus, quisquis mortem non timuerit, vir fortis erit existimandus. Nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus Sol est. Et hæc ad hortatiuum maximè genus pertinent. Virtus facit laudem, sequenda igitur: at voluptas infamiam, fugienda igitur. Rectè autem monemur, causas non vtique ab vltimo esse repetendas: vt Me-

Ennius in Medea.

dea, Vtinam ne in memore Pelio Quasi verò id eam fecerit miseram aut nocentem, quòd illic ceciderit Abiegna ad terram trabes. Et Philocteta Paridi, Si *imperasses tibi, ego nunc non essem miser. Quo modo peruenire quò libet, rectro causas legentibus licet. His illud adiicere ridiculum putarem, nisi eo Cicero vteretur, quod coniugatum vocant:

Accius. *Si par tibi esses, non ego nûc essem miser. Vide Rodolphû lib. 1. c. 10.

vt, Eos

vt, Eos qui rem iustam faciant, iustè facere. quod certè non eget probatione. Quod compascuum est, compascere licere. Quidam hæc quæ vel ex causis vel ex efficientibus diximus, alieno nomine vocãt ἐκβάσεις, id est exitus. Nam nec hîc aliud tractatur, quàm quid ex quoque eueniat. Apposita uel comparatiua dicuntur, quæ minora ex maioribus, maiora ex minoribus, paria ex paribus confirmãtur. Coniectura ex maiore, Si quis sacrilegium facit, faciet & furtum. Ex minore, Qui facilè ac palàm mentitur, peierabit. Ex pari, Qui ob rem iudicandam pecuniam accepit, & ob dicendum falsum testimonium accipiet. Iuris confirmatio est eiusmodi, Ex maiore. Si adulterum occidere licet, & loris cædere. Ex minore, Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem? Ex pari, Quæ pœna aduersus interfectorem patris iusta est, eadem aduersus matris. Quorum omnium tractatus uersatur in syllogismis. Illa magis finitionibus aut qualitatibus prosunt, Si robur corporibus bonũ non est, minus sanitas. Si furtum scelus, magis sacrilegiũ. Si abstinentia uirtus, & continentia. Si mundus prouidẽtia regitur, administranda est respublica. Si domus ædificari sine ratione non potest, quid agendum in naualium cura, & armorum? Ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed in species secatur. Nam & ex pluribus ad unum, & ex uno ad plura (unde est, Quod semel, & sæpius) & ex parte ad totum, & ex genere ad speciem, & ex eo quod continet, ad id quod continetur, & ex difficilioribus ad faciliora, & ex longè positis ad propiora, & ad omnia quæ contrà sunt: eadem ratione argumenta ducuntur. Sunt enim & hæc maiora & minora, aut certè uim similem obtinent: quæ si persequamur, nullus erit ea concidendi modus. Infinita est enim rerum comparatio, iucundiora,

grauiora, magis necessaria, honestiora, utiliora. Sed mittamus plura, ne in eam ipsam quam uito loquacitatem incidam. Exemplorum quoque ad hæc infinitus est numerus, sed paucissima attingam. Ex maiore, pro Cecinna, Quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non videbitur mouisse? Ex faciliore, in Clodium & Curionem, Ac vide an facilè fieri tu potueris, cùm is factum non sit, cui tu concesseris. Ex difficiliore, Vide quæso, Tubero, vt qui de meo facto non dubitem, de Ligarij audeam confiteri. Et ibi, An sperandi Ligario causa non sit, cùm mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi? Ex minore, pro Cecinna, Itáne verò scire esse armato sat est vt vim factam probes, in manus eorũ incidere non est satis? Ergo vt breuiter contraham summam, ducuntur argumenta à personis, causis, locis, tempore (cuius tres partes diximus, præcedens, coniunctum, insequens) factis, tatibus (quibus instrumentum subiecimus) modo (id est vt quicque sit factum) finitione, genere, specie, differentibus, propriis, remotione, diuisione, mitio, incrementis, summis, similibus, dissimilibus, pugnantibus, consequentibus, efficientibus, effectis, euentis, iugatis, comparatione, quæ in plureis diducitur species. Illud adiiciendum videtur, duci argumenta non a confessis tantùm, sed etiam a fictione, quod Græci κατ' ὑπόθεσιν vocant. Et quidem ex omnibus iisdem locis quibus superiora, quia totidem species esse possunt fictæ, quot veræ. Nam fingere hoc loco est proponere aliquid, quod si verum sit, aut soluat quæstionem, aut adiuuet: deinde id de quo quæritur, facere illi simile. Id quò facilius accipiant iuuenes nondum scholam egressi, primò familiaribus magisq; vsitatis exemplis ostendam. Lex est, Qui parentes non aluerit, vinciatur. Non alit quis, &

vin cula

vincula nihilo minus recusat. Vtitur fictione, si miles, si insans sit, si reipublicæ causſa absit. Et illa contra optionem fortium, si tyrannidem petat, si templorum euersionem. Plurimúmque ea res virium habet contra scriptum. Vtitur his Cicero pro Cecinna, Vnde tu, aut familia, aut procurator tuus. Si me villicus tuus solus deiecisset: non familia deiecisset, vt opinor, sed aliquis de familia. Si verò ne habeas quidem seruum præter eum qui me deiecerit. & alia in eodem libro plurima. Verùm eadem fictio valet & ad qualitates, Si Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret L. Murænam. Et ad amplificationem, Si hoc tibi inter cœnam in illis immanibus poculis tuis accidisset. Sic &, Si respub. vocẽ haberet. Has ferè sedes accepimus probationum in vniuersum: quas neque generatim tradere sat est, cùm ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur: neque per singulas species exequi patitur natura rerum: quod qui sunt facere conati, duo pariter subierunt incommoda, vt & nimium dicerent, nec tamen totũ. Vnde plurimi cùm in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam quem ex ingenio suo potuerant habere conatum, uelut astricti certis legum uinculis perdiderunt: & magistrum respicientes, naturam ducem sequi destierunt. Nam ut per se non sufficit scire omnes probationes aut à personis aut a rebus peti, quia utrunque in plura diuiditur: ita ex antecedentibus & iunctis & insequentibus trahenda esse argumenta qui acceperit, protinus in hoc sit instructus, ut quid in quaque causſa dicendũ sit, ex his sciat: præsertim cum plurimæ probationes in ipso causſarum complexu reperiantur, ita ut sint cum alia lite nulla communes, eæq; sint & potentißimæ, & mini-

Cic. pro Muræna.

Philip. 2.

mè obuiæ, quia communibus ex præceptis propria inue-
nienda sunt. Hoc genus argumentorum sanè dicamus ex
circunstantia, quia περίστασιν dicere aliter non possu-
mus: uel ex iis quæ cuiusque causſæ propria sunt: ut in illi
adultero sacerdote, qui lege qua unius seruandi potesta-
tem habebat, se ipse seruare uoluit, proprium est con-
trouersiæ dicere. Non unum nocentem seruabis quia te di-
missò adulteram occidere non licebit. Hoc enim argumen-
tũ lex facit, quæ prohibet adulteram sine adultero occi-
Et illa, in qua lex est, ut argentarij dimidium ex eo qua
debebant, soluerent: creditum suum totum exigerent. Ar-
gentarius ab argentario solidum petit. Proprium ex ma-
teria est argumentum creditoris, idcirco adiectum est
in lege, ut argentarius totum exigeret. Aduersus alio
enim non opus fuisse lege: cùm omnes præterquam ab ar-
gentariis totum exigendi ius haberent. Cùm multa autem
nouantur in omni genere materiæ, tum præcipuè in iu-
quæstionibus quæ scripto constant, quia uocum est in sin-
gulis ambiguitas frequens, adhuc in coniunctis magis. Et
hæc ipsa plurium legum aliorúmue scriptorum uel con-
gruentium uel repugnantium complexu uarientur necesse
est: cùm res rei, aut ius iuris quasi signum est: Non de-
bui tibi pecuniam, nunquam me appellasti. Vsuram non
accepisti, ultro á me mutuatus es. Lex est, Qui pa-
tri proditionis reo non affuerit, exheres sit. Negat
nisi si pater absolutus sit. Quid signi? Lex altera. Prodi-
tionis damnatus, cum aduocato exulet. Cicero pro Cluen-
tio Publium Popilium & Tiberium Guttam dicit non iu-
dicij corrupti, sed ambitus esse damnatos. Quid signi?
quòd accusatores eorum, qui erant ipsi ambitus damnati,
è lege sint post hanc uictoriam restituti.

Nec

Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, quid proponendum, quam quomodo sit quod proposueris, probãdum. Hic omnino vis inuentionis si non maior, certe prior. Nam ut tela superuacua sunt nescienti quid petat: sic argumenta, nisi præuideris cui rei adhibenda sint. Hoc est quod comprehendi arte non possit. Ideoq; cum plures eadem didicerint, generibus quidem argumentorum similibus vtentur: alius tamen alio plura quibus vtatur, inueniet. Sit exempli gratia proposita controuersia, quæ minime communes cũ aliis quæstiones habet: Cùm Thebas euertisset Alexander, inuenit tabulas quibus centum talenta mutua Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Has, quia erat usus commilitio Thessalorum, donauit his ultro. postea restituti a Cassandro Thebani reposcunt Thessalos. Apud Amphictyonas agitur. Centum talenta & credidisse eos constat, & non recepisse. Lis omnis ex eo quòd Alexander ea Thessalis donasse dicitur, pendet. Constat illud quoque, non esse his ab Alexandro pecuniam datam. Quæritur ergo, an perinde sit quod datum est, ac si pecuniam dederit. Quid proderunt argumentorum loci, nisi hæc prius uidero, nihil eum egisse donando, non potuisse donare, non donasse? Et prima quidem actio facilis ac fauorabilis, repetentium iure, quod ui sit ablatum: sed hinc aspera & vehemens quæstio exoritur de iure belli, dicentibus Thessalis hoc regna, populos, fines gentium atque urbium contineri. Inueniendum contra est quod distet hæc caussa a cæteris quæ in potestatem uictoris uenirent: nec circa probationem res hæret, sed circa propositionem. Dicamus in primis in eo quod in iudiciũ deduci potest, nihil ualere ius belli: nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaque ubi illa ualeant, non esse iudicem: ubi iudex sit, illa nihil ualere.

Hoc inueniendum est, vt adhiberi possit argumentum. Ideo captiuos, si in patriam suam redierint, liberos esse, quia bello parta, non nisi eadem vi possideantur. Proprium est & illud causse, quòd Amphictyones iudicant: vt alia apud centumuiros, alia apud priuatum iudicem in iisdem quæstionibus ratio sit. Tum secundo gradu non potuisse dominari à victore ius, quia id demum sit eius, quod ipse tenet: ius, quòd sit incorporale, apprehendi manu non possit. Hoc reperire difficilius, quam cùm inueneris, argumenta adiuuare: vt alia sit conditio hæredis, alia victoris: quia ad illum ius, ad hunc res transeat. Proprium deinde materiæ, ius publici crediti transire ad victorem non potuisse, quia quod populus crediderit, omnibus debeatur: & quandiu quilibet vnus superfuerit, esse eum totius summæ creditorem: Thebanos autem non omnes in Alexandri manu fuisse. Hoc non extrinsecus probatur, quæ vis est argumenti, sed ipsum per se valet. Tertij loci pars prior magis vulgaris, non in tabulis esse ius: itaque multis argumentis defendi potest. Mens quoque Alexandri duci debet in dubium, honorarit eos, an deceperit. Illud iam rursus materiæ proprium, & velut nouæ controuersiæ, quòd restitutione recepisse ius, etiam siquod amiserint, Thebani videntur. Hìc & quid Cassander velit, quæritur: sed vel potentissima apud Amphictyonas æqui tractatio est. Hæc non idcirco dico, quòd inutilem horum locorum, ex quibus argumenta ducuntur, cognitionem putem, alioqui nec tradidissem: sed ne siqui cognouerint ista, si cætera negligant, perfectos se protinus atque consummatos putent: & nisi in cæteris quæ mox præcipienda sunt, elaborauerint, mutam quandam scientiam consecutos intelligant. Nec enim artibus editis factum est vt argumenta inueniremus: sed

dicta

dicta sunt omnia antequam præciperentur: mox ea scriptores obseruata & collecta ediderunt. Cuius rei probatio est, quòd exemplis eorum veteribus vtuntur, & ab oratoribus illa repetunt: ipsi nullum nouum, & quod dictum non sit, inueniunt. Artifices ergo illi, qui dixerũt: sed habenda iis quoque grãtia est, per quos labor nobis detractus est. Nam quæ priores beneficio ingenij singula inuenerunt, nobis & non sunt requirenda, & nota omnia. Sed non magis hoc sat est, quàm palæstram didicisse, nisi corpus exercitatione, continentia, cibis ante omnia natura iuuetur: sicut contrà ne illa quidem satis sine arte profuerint. Illud quoque studiosi eloquentiæ cogitent, neque omnibus in causis ea quæ demonstrauimus, cuncta posse reperiri: neque cùm proposita fuerit materia dicendi, scrutanda singula, & velut ostiatim pulsanda, vt sciant an ad probandum id quod intendimus, forte respondeant: nisi cùm discunt, & adhuc vsu carent. Infinitam enim faciet ipsa res dicendi tarditatem, si semper necesse sit vt tentantes vnumquodque eorum, quod sit aptum atque conueniens, experiendo noscamus: nescio an etiam impedimẽto futura sint, nisi & animi quædam ingenita natura, & studio exercitata velocitas, recta nos ad ea quæ conueniunt causse, ferant. Nam vt cantus vocis plurimum iuuat sociata neruorum concordia, si tamen tardior manus, nisi inspectis dimensisque singulis quibus quæque vox fidibus iungenda sit, dubitet, potius fuerit esse contentum eo quod simplex canendi natura tulerit: ita huiusmodi præceptis debet quidem aptata esse & citharœ modo intenta ratio doctrinæ: sed hoc exercitatione multa consequendum, vt quemadmodum illorum artificum, etiam si aliò spectent, manus tamen ipsa consuetudi

μελέτη πολλὰ δύναται.

suetudine ad graues, acutos, mediósque horum sonos fer-
tur: sic oratoris cogitationem nihil moretur hæc varietas
argumentorum & copia, sed quasi offerat se, & occurrat
& vt literæ syllabæq; scribentium cogitationem non exi-
gunt, sic rationes sponte quadam sequantur.

De exemplis. CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Ad exempla, tertium huius diuisionis membrum, accedit, quæ Græci paradigmata vocant, quo nomine omnia similia quoque complectantur: quod & se facturum hoc capite promittit: quamuis Latinus sciat, exemplum rerum gestarum autoritatem, & simile, quod Græci dicunt parabolam, vocare maluisse. His adiungit quæ extrinsecus causam adhibentur vulgò recepta & persuasione populari, autoritate sua, vt si quid ita diis responsum, visum gentibus, populis, sapientibus viris, claris ciuibus, illustribus poëtis, non quidem causis accommodata, aut earum propria: nam sic sub testimonia quæ inartificialia sunt, caderent: sed liberis odio & gratia mentibus tantum recta factáque, quia aut honestissima aut verissima videbantur, quæ aliunde accersita, per se nihil valeant, nisi ad aliquam præsentis disceptationis vtilitatem ingenio applicentur. Quid sit inductio Socratica, & quomodo à ratiocinatione differat, exponit: nempe vt in argumentatione concludatur, quod in inductione interrogetur. Omnia ex hoc loco ducta, aut similia esse, aut dissimilia, aut contraria, aut ex maiori, aut ex minori, aut pari ostendit. Exemplum definit, aut rei gestæ, aut tanquam gestæ vtilem ad persuadendum id quod intenderis, commemorationem. Intuendum esse an totum simile sit, an ex parte: vt ex eo aut omnia sumamus, aut quæ erunt vtilia. Exempla quædam tota aliquando commemorari, quædam strictim attingi. Fabulosorum exemplorum, Aesopicorum apologorum, & prouerbiorum eandem rationem esse, maximè si veris subiungantur: & plurimùm posse, præsertim in animis simplicium, & imperitorum. Similitudinem & eius species exequitur, parabolam, analogiam, & imaginem: quas etiam definitione explicat. Et imaginis quidem, quam icona Græci vocant, rariorem vsum, formarum aliarum frequentiorem esse commonet, quæ in controuersiis maximè sint efficaces, si ex iure ciuili petantur. Exempla profert ex Ciceronis topicis, quibus facilè occurri possit argumentatione ex dissimilibus sumpta. Quare adhibendum magna cura iudicium, ne fallaces similitudines nos proveris & germanis decipere possint.

Tertium

TErtium genus ex iis quæ extrinsecus adducuntur in causſam, Græci vocant παράδειγμα, quo nomine & generaliter vſi sunt in omni similium appoſitione, & ſpecialiter in iis quæ rerum geſtarum autoritate nituntur. Noſtri ferè ſimilitudinem vocare maluerunt, quod ab illis παραβολὴ dicitur: hoc alterum, exemplum: quanquam & hoc, ſimile eſt: & illud, exemplum. Nos quò facilius propoſitum explicemus, vtrunque παράδειγμα eſſe credamus, & ipſi appellemus exemplum. Nec vereor ne videar repugnare Ciceroni, qui collationem ſeparat ab exemplo. Nam idem omnem argumentationem diuidit in duas partes, inductionem, & rationem, vt plerique Græcorum in παράδειγματα & ἐπιχειρήματα: dixerúntque παράδειγμα ῥητορικῶ ἐπαγωγήν. Nam illa qua plurimum Socrates eſt vſus, hanc habuit viam, vt cùm plura interrogaſſet quæ fateri aduerſario neceſſe eſſet, nouiſſimè id de quo quæreba- tur, inferret, cui ſimile conceſſiſſet. Id eſt inductio. Hoc in * oratione fieri non poteſt: ſed quod illic interrogatur, hic ferè ſumitur. Sit igitur illa interrogatio talis, Quod eſt pomum generoſiſſimum? nónne quod optimum? concederetur. Quid equus? qui generoſiſſimus? nónne qui optimus? & plura in eundem modum. Deinde, cuius rei gratia rogatum eſt, quid homo? nónne is generoſiſſimus, qui optimus? fatendum erit. Hoc in teſtium interrogatione valet plurimum, in oratione perpetua diſſimile eſt. etenim ſibi ipſe reſpondet orator. Quod pomum generoſiſſimum? puto quod optimum: & equus, qui velociſſimus: ita hominum, non qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maximè excellet. Omnia igitur ex hoc genere ſumpta neceſſe eſt aut ſimilia eſſe, aut diſſimilia, aut contraria. * Similitudo aſſumitur interim & ad orationis ornatum, ſed illa cùm res exiget:

De inuent. 1.

* ratiocinatione.

* Diſſimilitudo.

exiget: nunc ea quæ ad probationem pertinent, exequar. Potentißimum autem est inter ea quæ sunt huius generis quod proprie vocamus exemplum, id est rei gestæ, aut ve-
suadendum. risimilis gestæ, vtilis ad persuadendum id quod intenderis, com-
memoratio. Intuendum igitur, totum simile sit, an ex parte: vt aut omnia ex eo sumamus, aut quæ vtilia erunt. Si-
mile est, Iure occisus est Saturninus, sicut Gracchi. Dissi-
mile, Brutus occidit liberos proditionem molientes, Man-
lius virtutem filij morte multauit. Contrarium, Marcellus
In Verrem act. 3. ornamenta Syracusanis hostibus restituit, Verres eadem
sociis abstulit. Et probandorum & culpandorum ex hi
confirmatio eosdem gradus habet. Etiam in iis quæ futura
dicemus, vtilis similium admonitio est: vt si quis dicens Dio-
nysium idcirco petere custodes salutis suæ, vt eorum ad-
iutus armis tyrannidem occupet: hoc referat exemplum,
eadem ratione Pisistratum ad dominationem peruenisse.
Sed vt sunt exempla interim tota similia, vt hoc proxi-
mum: sic interim ex maioribus ad minora, ex minoribus
ad maiora ducuntur. Si propter matrimonia violata vr-
bes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Tibicines cùm
ab vrbe discessissent publicè reuocati sunt: quanto magis
Valer. lib. 2. tit. de instit. antiq. principes ciuitatis viri, & bene de republica meriti, cum
inuidiæ cesserint, ab exilio reducendi? Ad exhortationem
verò præcipuè valent imparia. Admirabilior in fœmina
quàm in viro virtus. Quare si ad fortiter faciendum ac-
cendatur aliquis, non tantum afferent momenti Horatius
& Torquatus, quantum illa mulier cuius manu Pyrrhus
est interfectus: & ad moriendum non tam Cato & Scipio,
quàm Lucretia: quod ipsum est ex minoribus ad maiora.
Singula igitur horum generum ex Cicerone (nam vnde
potius?) exempla ponamus. Simile est hoc pro Murena,

Etenim

Etenim mihi ipsi accidit, vt cũ duob⁹ patritiis, altero impudentissimo atque audacissimo, altero modestissimo atque optimo viro peterem: superaui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Maius minoris, pro Milone, Negant intueri lucem esse fas ei qui à se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem vrbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quæ primum iudicium de capite vidit M. Horatij fortissimi viri, qui nondum libera ciuitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est, cùm sua manu sororem esse interfectam fateretur. Minus maioris, occidi, non Spurium Melium, qui annona leuanda, iacturáque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi, &c. deinde, Sed cum (auderet enim dicere, cum patriam periculo liberasset) cuius nefarium adulterium in puluinaribus & totus in Clodium locus. Dissimile plures * causas habet. fit enim genere, modo, tempore, loco, cæterisque, per quæ ferè omnia Cicero præiudicia quæ de Cluentio videbantur facta, subuertit: Contrario verò exemplo censoriam notam, laudando censorem Aphricanum, qui eum quem peierasse conceptis verbis palam dixisset, testimonium etiam pollicitus si quis contradiceret, nullo accusante, traducere equum passus est. quæ quia erant longiora, non suis verbis exposui. Breue autem apud Virgilium contrarij exemplum est,

* casus.

Val. lib. 4. titul. de animi moderat.

Aeneid. 2.

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo. Quædam autem ex iis quæ gesta sunt, tota narrabimus: vt Cicero pro Milone, Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu Caij Marij, propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculosè, quàm perpeti turpiter maluit: atque hunc ille

summus vir scelere solutum, periculo liberauit. Quædam significare satis erit, vt idem, ac pro eodem, Neque enim posset aut Hala ille Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me consule senatus non nefarius haberi, si scelleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicentur: prout notauerunt, vel vtilitas caussæ aut decor postulabit. Eadem ratio est eorum quæ ex poëticis fabulis ducuntur, nisi quòd illis minus affirmationis adhibetur: cuius vsus qualis esse debeat, idem optimus autor ac magister eloquentiæ ostendit. Nam huius quoque generis eadem in oratione reperietur

Pro Milone. *exemplum: Itaque hoc, iudices, non sine caussa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, eum qui patris vlciscendi caussa matrem necauisset, variatis hominum sententiis, non solum humana, sed etiam sapientissimæ deæ sententia liberatum. Illæ quoque fabulæ, quæ etiam si originem non ab Aesopo acceperunt (nam videtur earum primus autor Hesiodus) nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, ducere animos solent, præcipue rusticorum, & imperitorum: qui & simplicius quæ ficta sunt audiunt, & capti voluptate, facilè iis quibus delectantur,*

Liuius dec. 1. lib. 2. *consentiunt. Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxisse nota illa de membris humanis aduersus ventrem discordantibus fabula. Et Horatius ne in poëmate quidem humilem generis huius vsum putauit, in illis versibus,*

Epist. libr. 1. epist. 1. Olim quod vulpes ægroto cauta leoni, &c.

Αἶνον Græci vocant, & ἀισωπολογον, vt dixi, λόγους μυθικοὺς: nostrorum quidam non sanè recepto in vsum nomine apologationem. Cui confine est παροιμιας genus illud, quod est velut fabella breuior, & per allegoriam accipitur: Non nostrum, inquit, onus: bos clitellas? Proximas

exempli

exempli vires habet similitudo, præcipuéque illa quæ ducitur citra vllam translationum misturam ex rebus, penè paribus. Vt qui accipere in Campo consueuerunt, iis candidatis quorum nummos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse: sic eiusmodi iudices infectitũ reo venerant. Nam παραβολὴ quam Cicero collationem vocat, longiùs res quæ comparentur, repetere solet. Nec hominum modò inter se opera similia spectantur, vt Cicero pro Muræna facit, Quòd si è portu soluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehuntur, prædicere summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum: quòd natura fert, vt iis faueamus qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur: quo me tandem animo esse oportet propè iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas reip. tempestates esse subeundas? Sed & à mutis atque etiam inanimis interim huiusmodi dicitur. Et quoniam similium alia facies in tali ratione, admonendũ est, rarius esse in oratione illud genus quod εἰκόνα Græci uocant (quo exprimitur rerum aut personarum imago: vt Cassius, Quis istam faciem planipedis sentis torquens?) quam id quo probabilius fit quod intendimus: vt si animum dicas excolendum, similitudine vtaris terræ, quæ neglecta sentes atque dumos, culta fructus creat: aut si ad curam reip. horteris, ostendas apes etiam, formicasq; non modò muta, sed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere dictum illud est Ciceronis, Vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus vt neruis ac sanguine & membris vti non potest. Sed vt hac corporis humani pro Cluentio, ita pro Cornelio, equorum: pro Archia, saxorum quoque vsus est similitudine. Illa (vt dixi) propiora, vt remiges sine gubernatore, sic milites si-

Cicero pro Cluentio

ne imperatore nihil valere, solent tamen fallere similitudi-
dinum species: ideoq; adhibendum est his iudicium. Neq
enim vt nauis vtilior noua quàm vetus, sic amicitia: vel
laudanda quæ pecuniam suam pluribus largitur, ita qu
formam. Verba sunt in his similia, vetustatis, & largitio
nis: vis quidem longè diuersa, pecuniæ & pudicitiæ. Itaq
in hoc genere maximè quæritur, an simile sit quod infe
tur. Etiam in illis interrogationibus Socraticis, quarum
paulò antè feci mentionem, cauendum ne incautè respon
deas: vt apud Aeschinem Socraticum malè respõdit Asp
sia Xenophontis vxor: quod Cicero his verbis transfer
Dic mihi, quæso, Xenophontis vxor, si uicina tua meli
habeat aurum, quàm tu habes, vtrum illius, an tuum mal
illius, inquit. Quid si vestem & cæterum ornatum mulie
brem pretij maioris habeant, quàm tu habes, tuum, an illa
malis? Illius verò respondit. Age, inquit, si uirum illa m
liorem habeat, quàm tu habes, virum ne tuum, an illius m
lis? Hîc mulier erubuit, meritò. malè enim respondeant.
male alienum aurum, quàm suum: nam est id improbu
At si respondisset, malle se aurum suum tale esse, quale illu
esset, potuisset pudicè respondere, malle se virum suum t
lem esse, qualis melior esset. Scio quosdam inani diligenti
per minutissimas ista partes secuisse, & esse aliquid minu
simile, vt simia homini, & vt marmora deformata prim
manu: aliquid plus, vt illud, Non ouum tam simile ouo. E
dissimilibus inesse simile, vt est formicæ & elephanto gr
nus, quia sunt animalia, Et similibus dissimile,

-Vt canibus catulos, & matribus hœdos:

differunt enim ætate. Contrariorum quoque aliter accip
opposita, vt noctem luci, aliter noxia, vt frigidam febri: alio
ter repugnantia, vt verum falso: aliter disparata, vt dur

non duris. Sed quid hæc ad præsens propositum magnopere pertineant, non reperio. Illud est, annotandum magis argumenta duci ex iure simili: vt Cicero in topicis, Ei cui domus vsusfructus relictus sit, non restituturū hæredem si corruerit, quia non restituat seruum si is decesserit. Ex contrario, nihil obstat quò minus iustum matrimonium sit mente coëuntium, etiam si tabulæ signatæ non fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas, si mentem matrimonij non fuisse constabit. Ex dissimili, quale est Ciceronis pro Cecinna: Vt si quis me exire domo coëgisset armis, haberem actionem: si quis introire prohibuisset, non haberem. Dissimilia sic deprehenduntur, Non si qui argentum omne legauit, videri potest signatam quoque pecuniam reliquisse: ideo etiam quod est in nominibus, dari voluisse creditur. Ἀναλογίαν quidam a simili separauerint, nos eam subiectam huic generi putamus. Nam vt vnum ad decem, sic decem ad centum, simile certè est: & vt hostis, sic malus ciuis, quanquam hæc vlterius quoque procedere solent. Si turpis dominæ consuetudo cum seruo, turpis domini cum ancilla. Si mutis animalibus finis voluptas, idem homini. Cui rei facillimè occurrit ex dissimilibus argumentatio, Non idem est dominum cum ancilla coisse, quod dominam cum seruo. Nec si mutis finis voluptas, rationalibus quoque. Immo ex contrario, quia mutis, ideo non rationalibus. Adhibetur extrinsecus in caussam & autoritas. Hæc secuti Græcos, à quibus κρίσεις dicuntur, iudicia aut iudicationes vocant, non de quibus ex caussa dicta sententia est: (nam ea quidem in exemplorum locum cedunt) sed si quid ita visum gentibus, populis, sapientibus viris, clarisciuibus, illustribus poëtis, referri potest. Ne hæc quidem vulgò dicta, & recepta persuasione populari, sine

vſu fuerint teſtimonia. Sunt enim quodammodo vel poteri
tiora etiam, quòd nõ cauſsis accommodata, ſed liberis ofu
& gratia mentibus: ideo tantùm dicta factaq;, quia di
honeſtiſsima, aut veriſsima videbantur. An verò me de m
commodis vitæ diſſerentem non adiuuabit earum perſua
ſio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos pro a
quuntur? Aut ſi miſericordiam commendabo iudici, n ſu
proderit quòd prudentiſsima ciuitas Athenienſium, t a
eam pro affectu, ſed pro numine accepit? Nam illa ſep ſo
præcepta ſapientum, nonne quaſdam vitæ leges exiſtim q
mus? Si cauſſam veneficij dicat adultera, non Marci C n
nis iudicio damnata videatur, qui nullam adulteram p
eandem eſſe veneficam dixit? Iam ſententiis quidem poë P
rum non orationes modò ſunt refertæ, ſed libri etiam p
loſophorum: qui quanquam inferiora omnia præceptis
ac literis credunt, repetere tamen autoritatem à plur
verſibus non faſtidierunt. Neque eſt ignobile exempl
Megareos ab Athenienſibus, cùm de Salamine conten
Iliad. 8. *rent, victos Homeri verſu, qui tamen ipſe non in omni*
tione reperitur, ſignificans Aiacem naues ſuas Athen
ſibus iunxiſſe. Ea quoque quæ vulgò recepta ſunt, hoc i
quòd incertum autorem habent, velut omnium fiunt: q
Plaut. in Trucul. *eſt, Vbi amici, ibi opes. & Conſcientia mille teſtes. & a*
De ſenectu. *Ciceronem. Pares autem (vt eſt in vetere prouerbio) a*
paribus facillimè congregantur. Neque enim duraſſ
hæc in æternum, niſi vera omnibus viderentur. Ponit
quibuſdam, & quidem in parte prima, deorum autorit
quæ eſt ex reſponſis: vt Socratem eſſe ſapientiſsimum
rarum eſt: tamen vtitur eo Cicero in libro de aruſpicum r
ſponſis: & in concione contra Catilinam, cum ſignum I
Actione 3. *tuis columnæ impoſitum populo oſtendit: & pro Lig*
ri

terio, cum causſam Caij Cæſaris meliorem, quia hoc dij iudicauerint, confitetur. Quæ cum propria causſæ ſunt, a diuina teſtimonia vocãtur: cum aliunde arceſſuntur, argumenta. Nonnunquam contingit iudicis quoque, aut aduerſarij, aut eius qui ex diuerſo agit, dictum aliquod aut factũ aſſumere ad eorum quæ intendimus, fidem. Propter quod inuenti ſunt qui exempla & has autoritates, probationum inartificialium eſſe arbitrarẽtur, quod ea non inueniret orator, ſed acciperet. Plurimum autem refert. Nam teſtis, & quæſtio, & his ſimilia, de ipſa re quæ in iudicio eſt, *pronunciant: extra petita, niſi ad aliquam præſentis diſcẽptationis vtilitatem ingenio applicantur, nihil per ſe valent.

*renuntiant.

De uſu argumentorum.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Poſteaquam vnde argumenta ducerentur, oſtendit: quemadmodum his oporteat vti, apertiſſime docet. Ergo de argumentorum vſu loquitur, de quo tredecim præcepta tradit. Primum, argumentum oportere eſſe confeſſum: quia dubia dubiis probari non poſſint. Secundũ, quædam eſſe quæ aliis probanda ſint: vt iure occidit, quia erat inſidiator: probandum erit inſidiatorem eum fuiſſe. Tertium: illa eſſe firmiſſima, quæ ex dubiis facta ſunt certa: vt ſi conuincatur qui negabat. Quartũ, argumenta, ſi infirma ſunt, congregandam: ſi firma, ſingulis inſtandum. Quintum, quædam argumenta non nuda ponenda, ſed amplificatione veſtienda, vt quæ cuiuſque affectus vis ſit, iræ aut odij, dicatur. Sextum, proferendam eſſe cauſſam cuiuſque affectus: vt ſi odium eſt, ex inuidiãne, an ex iniuria: & vetus, an nouum, atque erga quem intelligatur. Septimum, non eſſe omnibus argumentis quæ mutupetimus, iudicem onerandum, quia tædium adierant, & hoẽm detrahant. Octauum, in rebus apertis non eſſe argumentandum. Nonum, paræneticas probationes ex affectibus ductas, multum valere: & potentiſſimum eſſe ſi quis iis vtitur, vir optimus ſit, & habeatur. Decimum: intuendum qui ſit apud quem dicimus, & quod illi maxime probabile videatur requirendum. Vndecimum, probationes ex aſſeueratione in-

ter cætera etiam aliquid posse, Ego hoc feci, tu mihi dixisti. &c, O fi
cinus indignum. Duodecimum, probationes ex sua cuiusque perso
na firmiores esse, vt si dicatur adultera venefica, meretrix proteru
sceleratus filius quem accuset parens. Decimumtertium, argumen
prout cauſſæ cuiusque ratio postulabit, ordinanda, vno excepto, ne
potentissimis ad leuissima decrescat oratio: nam in principio autu
dio poni posse si cauſſa exiget, nunquam verò in fine, nisi totam ca
ſam debilitare velimus. Postremò breuitatis ſuæ in tractandis arg
mentis rationem reddens, declamatores ineptos taxat, omnia ad v
luptatem referentes, non ad imitationem veritatis.

HAec ferè de probatione vel ab aliis tradita, vel
percepta in hoc tempus ſciebã. Nec mihi fiducia e
vt ea ſola eſſe contendã: quinimmo hortor ad quærendũ,
inueniri poſſe fateor: quæ tamẽ adiecta fuerint, non mu
ab his abhorrebũt. Nunc breuiter quẽadmodum ſit vten
his, ſubiungã. Traditum ferè eſt, argumentũ oportere e
confeſſum. Dubijs enim probari dubia quî poſſunt? Qu
dam tamen quæ in alterius rei probationem ducimus, ip
probanda ſunt. Occidiſti virum eras enim adultera. Pri
de adulterio conuincendum eſt: vt cùm id cœperit eſſe p
certo, fiat incerti argumentum: Spiculum tuum in corp
re occiſi inuentum eſt. negat ſuum. vt probationi proſ
probandum eſt. Illud hoc loco monere interneceſſaria e
nulla eſſe firmiora, quam quæ ex dubijs facta ſunt cert
Cædes a te commiſſa eſt, cruentam enim veſtem habuiſ
non eſt tã graue argumentũ ſi fatetur quam ſi conuincitur
Nam ſi fatetur, multis ex cauſſis potuit cruenta eſſe veſti
Si negat, hîc cauſſæ cardinem ponit: in quo ſi victus fuerit,
etiam in ſequentibus ruit. Non enim videtur in negando
mentiturus fuiſſe, niſi deſperaſſet id poſſe defendi ſi conſi
teretur. Firmiſſimis argumentorum, ſingulis inſtandum,
infirmiora congreganda ſunt: quia illa per ſe fortia, non
oportet circumſtantibus obſcurare, vt qualia ſunt appa
reant: hæc imbecilla natura, mutuo auxilio ſuſtinentur. Ita q
ſi non

si non possunt valere quia magna * sunt, valebunt quia multa sunt, quæ ad eiusdem rei probationem omnia spectant: vt si quis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur, Hæreditatem sperabas, & magnam hæreditatem, & pauper eras, & tum maximè à creditoribus appellabaris: & offenderas eum cuius hæres eras, & mutaturum tabulas sciebas. Singula leuia sunt, & communia: vniuersa verò nocent, etiam si non vt fulmine, tamen vt grandine. Quædam argumenta ponere satis non est, adiuuanda sunt: vt si cupiditas caussa sceleris fuit, quæ sit vis eius: ira, quantum efficiat in animis hominum talis affectio. Ita & firmiora erunt ipsa, & plus habebunt decôris, si non nudos & uelut carne spoliatos artus ostenderint. Multum etiam refert, si argumento nitemur odij, vtrum hoc ex inuidia sit, an ex iniuria, an ex ambitu: vetus, an nouum: aduersus inferiorem, parem, an superiorem: alienum, an propinquum. Suos habent omnia ista tractatus, & ad vtilitatem partis eius quam tuemur, referenda sunt. Nec tamen omnibus semper quæ inuenerimus argumentis onerandus est iudex: quia & tædium afferunt, & fidem detrahunt. Neque enim potest iudex credere satis esse ea potentia, quæ non putamus ipsi sufficere qui dicemus. In rebus verò apertis argumentari tam sit stultum, quam in clarissimum solem mortale lumen inferre. His quidã probationes adiiciunt quas παβντικὰς vocant, ductus ex effectibus. Atque Aristoteles quidem potentissimum putat ex eo qui dicit, si sit vir optimus: quod vt optimum est, ita longe quidem, sed sequitur tamen, videri. Inde enim illa nobilis Scauri defensio, Quintus Varius Sucronensis ait Aemilium Scaurum rempub. populi Romani prodidisse: Aemilius Scaurus negat: Cui simile quiddam fecisse Ipsicrates dicitur, qui cum Aristophontẽ, quo

* non sunt

Rheto. 2.

Valer. Maximus li 3. cap. 7

accusante similis criminis reus erat, interrogasset an is ac-
cepta pecunia rempub. proditurus esset, isq; id negasset:
Quod igitur, inquit, tu nō feciſſes, ego feci? Intuendum au-
tem & qui sit apud quem dicimus: & id quod illi maxime
probabile videatur, requirendum. Qua de re locuti sumus
* affirmatione. & in proœmij & suasoriæ præceptis. Altera ex *asseuera-
tione probatio est, Ego hoc feci. Tu mihi hoc dixisti. & Q
facinus indignum. & similia. Quæ non debent quidem de-
esse orationi, & si desunt, multum nocent: non tamen ha-
benda sunt inter magna præsidia, cùm hoc in eadem causa
fieri ex vtraque parte similiter possit. Ille firmiores ex su-
cuiusque personæ probationes, quæ credibilem rationem
subiectam habent: vt vulneratus aut filio orbatus nō fuer
alium accusaturus, quam nocentē: quando si negotiū inn
centi facit, liberet eū noxa qui admiserit. Hinc & patres a
uersus liberos, & aduersus suos quisque necessario autori-
tatem petunt. Quæsitum etiam, potentissima argumenta
Iliad. 4. vbi imbecilliores Nestor in me-dio collocat. primone ponenda sint loco, vt occupent animos: an summo
vt inde dimittant: an partita primo summoq;. vt Homeri-
ca dispositione in medio sint infirma: an a minimis cresca
Quæ prout ratio caussæ cuiusque postulabit, ordinabuntur
vno (vt ego censeo) excepto, ne a potentissimis ad leuissi-
ma decrescat oratio. Ego hæc breuiter demonstrasse con-
tentus, ita posui, vt locos ipsos & genera quam possem
apertissime ostenderem. Quidam executi sunt verbosius,
quibus placuit proposita locorum communium materia,
quo quæque res modo dici posset, ostendere: sed mihi super-
uacuum videbatur. Nam & fere apparet quid in inuidiam,
quid in auaritiam, quid in testem inimicum, quid in poten-
tes amicos dicendum sit, Et de omnibus his omnia dicere
infinitum est, tam hercule, quam si controuersiarum, quæ

sunt

sunt, quæq; futuræ sunt, quæstiones, argumenta, sententias tradere velim. Ipsas autem argumentorum velut sedes, nonme quidem omnes ostendisse cõfido, plurimas tamen. Quod eò diligentius faciendum fuit, quia declamationes quibus ad pugnam forensem velut præpilatis exerceri solebamus olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt, atque ad solam compositæ voluptatem, neruis carent, non alio medius fidius vitio dicentiũ, quam quo mancipiorum negociatores, formæ puerorum virilitate excisa lenocinantur. Nam vt illi robur ac lacertos, barbamq; ante omnia, & alia quæ natura propria maribus dedit, parum existimant decõra: quæque fortia, si liceret, foret, vt dura molliunt: ita nos habitum ipsum orationis virilem, & illam vim stricte robustèque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus: & dum læuia sint ac nitida, quantum valeant, nihil interesse arbitramur. Sed mihi naturam intuenti, nemo nõ vir spadone formosior erit: nec tam auersa vnquam videbitur ab opere suo prouidentia, vt debilitas inter optima inuenta sit. Nec id ferro speciosum fieri putabo, quod si nasceretur, monstrum erat. Libidinem iuuet ipsum effœminati sexus mendacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, vt si qua preciosa fecit, fecerit & bona. Quapropter eloquentiam licet hanc (vt sentio enim dicam) libidinosam resupina voluptate auditoria probent: nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam grais & sancti viri, ostendet. An verò statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, cùm corpora quam speciosissima fingendo pingẽdoue efficere cuperent, nunquam in hunc inciderunt errorem, vt Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum vel mi Plutarchus in vita Alexan.

Plin. lib.35.c.& lib.34. cap. 8.& Cic.in Orat.

litiæ vel palæstræ, aliorúnque iuuenum bellicosorum & athletarum corpora, quæ esse decora verè existimarint: nos qui oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiæ demus? Igitur & ille quem instituimus, adolescens, quàm maximè potest componat se ad imitationem veritatis: initurúsque frequenter forensium certaminum pugnam, iam in schola victoriam spectet, & ferim vitalia ac tueri sciat: & præceptor id maximè exigat, & inuentum præcipuè probet. Nam vt ad peiora iuuenes laude ducuntur, ita laudari in bonis * mallent. Nunc illud mali est, quòd necessaria plerunque silentio transeunt, nec in dicendo videtur inter bona vtilitas. Sed hæc & in alio nobis tractata sunt opere, & in hoc sæpe repetenda. Nunc ad ordinem inceptum reuertamur,

* gaudent.

De refutatione. CAP. XIII.

ARGVMENTVM.

Confirmationem ordine sequitur refutatio. Eam dupliciter accipi docet, pro defensoris actione tota, & quarta orationis parte, quæ et aduerso dicta vtrinque refellit, & confirmationi subiungitur. Vtrique eandem esse conditionem, & ex iisdem locis argumenta sumi ad confutandum, qui sumebantur ad confirmandum: eundem quoque in vtraque elocutionis habitum. Defendere quàm accusare multo esse difficilius, ex officiorum vtriusque comparatione probat. Refutandi esse duo intuenda: quid & quomodo quidque obiectum sit. Et illud, sine causæ proprium, an extra ad causam pertinens. Si causæ sit proprium, aut negandum factum, aut nomen facti, aut iure defendendum: aut cùm his non erit locus, transferendum. tum quæ neganda, defendenda, vel transferenda sint, tradit. Deprecationem verò metam, apud iudices seueros locum non habere: verùm apud principem, aut populum liberum pro suo arbitratu iudicantem, valere aliquando: sed tunc ad deliberatiuas potius quàm ad iudiciales pertinere: id tamen rarò sine aliqua defensionis specie fieri, quæ via defendendi quinque partita ad tres status referatur: coniecturam, finitionem, & qualitatem, sub qua translatio & deprecatio contineantur. Si plura sint quæ aduersarius obiicit, & infirma, aut molesta, quæ facilè

cilè dilui queant, simul inuadenda: sine turba valitura, sunt separanda: quod reo sæpius expediet, quàm accusatori, cuius est multa simul congerere. Si refutatu difficilia erunt, efficere oportere vt nostra cum illorum argumentis comparata, valentiora videantur. Falsa ab aduersario obiecta, obscura, sine teste aut argumento facta, satis esse negare. Contraria, superuacua, & stulta reprehendere oportere: quod ad causam non pertinet, contemnere: quod nobis obiicitur velut aduersum, ostendere causæ nostræ coniunctum esse, & pro nobis facere. Contra similia, dissimile quid assumendum. Itidem contra iudicata & exempla agendum: quæ si dubia sint, fabulosa esse vocanda. Rationem intuendi quid aduersarij obiiciant, docuit. Iam, quomodo proponant, intuendum monet. Si minus efficaciter locutus est, eius verba ponenda: si contra nos efficaciter, eandem rem verbis mutatis & mitioribus proferendam. nec vnquam eius dicta cum sua confirmatione ponenda, nisi irridere illum velimus. Si erit ordo rei quam narrat incredibilis, totum crimen exponendum: si contextu nocebit, per partes dissoluendum. Vitiosè proposita, & reprehensu facilia hæc esse: communia, contraria, quæ in actione aduersarij inuenienda sint: dubia pro necessariis posita: controuersa pro confessis, communia pluribus pro propriis, vulgaria, superuacua, serius constituta, & supra fidem. Item si crimen augeat, cum est probandum: si de facto disputet, cum de autore quæritur: si impossibilia aggrediatur: si pro effectis vix dum inchoata relinquat: si quæstionis summam non intueatur: si non ad proposita respondeat, quod tamen permittatur, cum mala causa adhibitis extrinsecus remediis tuenda est: quod optimè fit cum pro criminibus virtutes commemorantur. Refutantium duo genera nota: Vnum eorum qui contenti his quæ meditata domo attulerunt, aduersariis non respondent. Alterum eorum qui nimia diligentia omnibus verbis & sententiolis respondendum putant. Vitam quoque vultum, incessum, habitum rectè incusari. Nonnulla etiam minuendæ inuidiæ causa, quæ asperius dicta sunt, eludi, quod patronis maximè conceditur. Declamatorum vitia reprehendit, & quid ad ipsos pertineat, quòque à veris actionibus declamatio differat, ostendit. Locos communes, ad probationem singulorum argumentorum, aut plurium etiam aliquando multum valere, aliquando ad totius causæ inclinationem: qui an singulis quæstionibus subiiciendi sint, an totam causam docendi prius iudices, cum ipsius causæ vtilitate deliberandum. Confirmationis & refutationis pro varietate personarum hunc ordinem esse contendit, vt actor sua prius confirmet: tum opposita ab aduersario refutet: defensor verò à refutatione incipiat.

Refutatio dupliciter accipi potest. Nam & pars defensoris tota est posita in refutatione: & quæ dicta sunt ex di

ex diuerso, debent vtrinque dissolui: & hæc est proprie, cui in causis quartus assignatur locus. Sed vtriusque similis conditio est. Neque verò ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte peti potest, quam in confirmatione: nec locorum aut sententiarum, aut verborum & figurarũ alia est cõditio. Affectus plerunque hæc pars mitiores habet. Non sine caussa tamen difficilius semper est creditum
In orat. (quod Cicero sæpe testatur) defendere, quam accusare: Primũ, quòd est res illa simplicior. proponitur enim vno modo, dissoluitur varie: cum accusatori satis sit pleriũque, verum esse id quod obiecerit: patronus neget, defendat, trãsferat, excusset, deprecetur, molliat, minuat, auertat, despiciat, derideat: quare indirecta ferè, atque, vt sic dixerim, clamosa est actio. Hinc mille flexus & artes desiderantur. Accusator præmeditata pleraque domo affert: patronus etiam inopinatis frequenter occurrit. Accusator dat testẽ: patronus ex re ipsa refellit. Accusator criminum inuidia, etsi falsa sit, materiam dicendi trahit, de parricidio, sacrilegio, maiestate. quæ patrono tãtum neganda sunt. Ideóque accusationibus etiam mediocres in dicendo sufficerunt: bonus defensor nemo, nisi qui eloquentissimus fuit. Nam vt quod sentio semel finiam, tanto est accusare quam defendere, quanto facere quam sanare vulnera facilius. Plurimũ autem refert, & quid protulerit aduersarius, & quomodo. Primum igitur intuẽdum est, id cui respondsuri sumus, proprium sit eius iudicij, an ad caussam extra accersitum. Nã si est proprium: aut negandũ aut defendendum, aut transferendum. extra hæc in iudiciis ferè nihil est. Deprecatio quidem quæ est sine vlla specie defensionis: rara admodum, & apud eos solos iudices, qui nulla certa pronũtiandi forma tenentur: quanquam illæ quoque apud C. Cæsarem &

trium

triumuiros pro diuersarum partium hominibus actiones, etiam si precibus vtuntur, adhibent tamen patrocinia: nisi hoc non fortißimè defendentis est, dicere, Quid aliud egimus Tubero, nisi vt quod hic potest, nos possemus? Quòd siquando apud principem, aliúmue cui vtrum velit liceat, dicendum erit, dignum quidem morte eum pro quo loquemur, clementia tamen seruandum esse vel talem: primum omnium non erit res nobis cum aduersario, sed cum iudice: deinde forma deliberatiuæ magis materiæ, quàm iudicialis vtemur. Suadebimus enim vt laudem humanitatis potius quàm voluptatem vltionis concupiscat. Apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam, de confessis præcipere ridiculum est. Ergo quæ neque negari neque transferri possunt, vtique defendenda sunt, qualiacunque sunt: aut causſa cadendũ. Negandi duplicem ostendimus formam: aut non esse factum: aut non hoc esse, quod factũ sit. Quæ neque defendi neque transferri possunt, vtique negãda: nec solùm si finitio potest esse pro nobis, sed etiam si nuda inficiatio supereſt. Testes erunt? multa in eos dicere licet. Chirographum? de similitudine literarum differendũ. Vtique nihil erit peius quàm confessio. Vltima est actionis controuersia, cùm defendendi negãdiue non est locus, trãslatio. Atqui quædam sunt quæ neque negari, neque defendi, neque trãsferri possunt. Adulterij rea est quæ quum anno vidua fuisset, enixa est. lis non erit. Quare illud stultißimè præcipitur, quod defendi non posit, silentio dißimulandum, si quidem est id de quo iudex pronunciaturus est. At si extra causſam sit adductum, & tamen coniunctum, malim quidem dicere, nihil id ad quæstionem, nec esse in his morandum, & minus esse quàm aduersarius dicit: tamen velut huic simulationi obliuionis ignoscam. Debet enim bo-

Pro Ligario.

nus ad

nus aduocatus pro rei salute breuem negligentiæ reprehensionem non pertimescere. Videndum etiam, simul nobis plura aggredienda sint, an amolienda singula. Plura simul inuadimus, si aut tam infirma sunt, vt pariter impelli possint: aut tam molesta, vt pedem conferre cum singulis non expediat. Tum enim toto corpore enitendum, & vt sic dixerim, directa fronte pugnandum est. Interim si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit, nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus. si modò, hæc vt valentiora videantur: effici poterit. Quæ verò turba vlebunt, diducenda erunt: vt quod paulò antè dixi: Hæres eras, & pauper, & magna pecunia appellabaris à creditoribus, & offenderas, & mutaturum tabulas testamenti scie bas. Vrgent vniuersa. At si singula quæque dissolueris, iam illa flamma quæ magna cõgerie conualuerat, diductis quibus alebatur, concidet: vt si vel maxima flumina in riuos diducantur, qualibet transitum præbent. Itaque propositio quoque secundum hanc vtilitatem accommodabitur, vt ea nunc singula ostendamus, nunc complectamur vniuersa. Nam interim quod pluribus collegit aduersarius, sat est semel proponere: vt si multas causas faciendi quod arguit, reo dicet accusator fuisse, nos non enumeratis singulis, semel hoc intuendum negemus, quia non quisquis causam faciendi sceleris habuit, & fecerit. Sæpius tamen accusatori congerere argumenta, reo dissoluere expediet. Id autem quod erit ab aduersario dictum, quomodo refutari debeat, intuendum est. Nam si erit palam falsum, negare satis est: vt pro Cluentio Cicero, eum quem dixerat accusator epoto poculo concidisse, negat eodem die mortuum. Palam etiam contraria & superuacua & stulta reprehendere, nullius est artis: ideoque nec rationes eorum

nec

nec exempla tradere necesse est. Id quoque (obscurum vocant) quod secretò & sine teste aut argumento dicitur factum, satis natura sua infirmum est. Sufficit enim quòd aduersarius non probat. Item si ad caussam non pertinet. Sed tamen interim oratoris est efficere, vt quid aut contrarium esse, aut à caussa diuersum, aut incredibile, aut superuacuum, aut nostræ potius caussæ videatur esse coniunctum. Obiicitur Oppio, quòd de militum cibariis detraxerit, asperum crimen: sed id contrarium ostendit Cicero, quia iidem accusatores obiecerint Oppio quòd is voluerit exercitum largiendo corrumpere. Testes in Cornelium accusator lecti à tribuno codicis pollicetur: facit hoc Cicero superuacuum, quia idem fateatur ipse. Petit accusationem in Verrem Quintus Cæcilius, quòd fuerat quæstor eius: ipsum Cicero vt pro se videretur effecit. Cætera quæ proponuntur, communes locos habent. Aut enim coniectura excutiuntur, an vera sint: aut finitione, an propria: aut qualitate, an inhonesta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, & cætera quæ ei generi accidunt. Eáque non modò in propositionibus aut rationibus, sed in toto genere actionis intuenda. An sit crudelis, vt Labieni Rabirium lege perduellionis: inhumana, vt Tuberonis Ligarium exulem accusantis, atque id agentis, ne ei Cæsar ignoscat. Superba, vt in Oppium ex epistola Cottæ reum factum. Proinde præcipites, insidiosæ, impotentes deprehenduntur. Ex quibus tamen fortissimè inueneris, quod est aut omnibus periculosum, vt dicit Cicero pro Tullio, Quis hoc statuit vnquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, vt eum iure potuerit occidere, à quo metuisse se dicat ne ipse posterius occideretur? Aut ipsis iudicibus, vt pro Oppio monet plurib

In diuinat.

pluribus, ne illud actionis genus in equestrem ordinem admittant. Nonnunquam tamen quædam bene contemnuntur, vel tanquam leuia, vel tanquam ad causſam nihil pertinentia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc ſimulatio interim hucuſque procedit, vt quæ dicendo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiendo calcemus. Quoniam verò maxima pars eorum ſimilibus conſtat, rimandum erit diligentiſsimè, quid ſit in quoque quod aſſumitur, diſsimile. Id in iure facilè deprehenditur. Eſt enim ſcriptum de rebus vtique diuerſis, tantóque magis ipſarum rerum differentia poteſt eſſe manifeſta. Illas verò ſimilitudines quæ ducuntur ex mutis animalibus, aut inanimis, facile eſt eludere. Exempla rerum variè tractanda ſunt, ſi nocebunt. quæ ſi vetera erunt, fabuloſa dicere licebit: ſi indubia, maximè quidem diſsimilia. Neque enim fieri poteſt, vt paria ſint omnia: vt ſi Naſica poſt occiſum Gracchũ defendatur exẽplo Halæ, à quo Melius eſt interfectus: Melium regni affectatorem fuiſſe, à Graccho leges modò latas eſſe populares: Halam magiſtrum equitum fuiſſe. Naſicam priuatum eſſe dicatur. Si defecerint omnia, tum videndum erit, an obtineri poſsit, ne illud quidem rectè factum. Quod de exemplis, idem etiam de iudicatis obſeruandum. Quod autem poſui, referre, quo quicque modo accuſator dixerit, huc pertinet, vt ſi eſt minus efficaciter elocutus, ipſa eius verba ponantur: ſi acri & vehementi fuerit vſus oratione, eandem rem noſtris verbis mitioribus proferamus: vt Cicero pro Cornelio: Codicem attigit. & protinus cum quadam defenſione: vt ſi pro luxurioſo dicendum ſit, Obiecta eſt paulò liberalior vita. Sic & pro ſordido parcum, pro maledico liberum dicere licebit. Vtique nunquam committendum eſt, vt aduerſariorum dicta cum ſua confirmatione

refera

referamus, aut etiam*loci alicuius executione adiuuemus, nisi cùm eludenda: Apud exercitum mihi fueris, inquit: tot annis forum non attigeris: abfueris tandiu: & cùm tam longo interuallo veneris, cum iis qui in foro habitarint, de dignitate contendas? Præterea in contradictionibus interim totum crimen exponitur: vt Cicero pro Scauro contra Bostarem facit, velut orationem diuersæ partis imitatus. Aut pluribus propositionibus iunctis: vt pro Vareno, Cùm iter per agros & loca sola faceret cum Populeno, in familiam Ancharianam incidisse dixerunt: deinde Populenum occisum esse: illico Varenum vinctum adseruatum, dū hic ostenderet quid de eo fieri vellet. Quod est vtique faciendum, si erit incredibilis rei ordo, & ipsa expositione fidem perditurus. Interim per partes dissoluitur, quod contextu nocet: & plerunque id est tutius. Quædam contradictiones natura sunt singulæ. id exemplis non eget. Communia bene apprehenduntur, non tantùm quia vtriusque sunt partis, sed quia plus prosunt respondenti. Neque enim pigebit, quod sæpe monui, referre. Commune qui prior dicit, contrarium facit. Est enim contrarium, quo aduersarius bene vti potest. Atenim non verisimile est tantum scelus M. Cottam esse commentum. Quid? hoc verisimile est tantum scelus Oppium esse conatum? Artificis autem est in uenire in actione aduersarij, quæ inter semet ipsa pugnēt, aut pugnare videantur: quæ aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt: vt in caussa Cæliana, Clodia aurum se Cælio commodasse dicit, quod signū magnæ familiaritatis est: venenū sibi paratū, quod summi odij argumentū est. Tubero Ligariū accusat: quòd is in Africa fuerit: & quæritur quòd ab eo ipse in Africā nō sit admissus. Aliquādo verò præbet eius rei occasionem minus considerata ex aduerso dicentis

*loci alicu. excusionem. Cicero pro Muræna.

oratio: quod accidit præcipuè cupidis sententiarum, vt ductæ occasione dicendi non respiciant quid dixerint, dum locum præsentē non totam causſam intuentur. Quid tandē, videri potest cōtra Cluentiū, quàm censoria nota? Quid tā contra eum quàm filium ab Egnatio corrupti iudicij quo Cluentius Oppianicum circumuenissēt, crimine exhæredatum? At hæc Cicero pugnare inuicem ostendit. Sed tu Acci consideres censeo diligenter, vtrum censorium iudicium graue vanis esse, an Egnatij. Si Egnatij, leue est quod censores de ceteris subscripserunt. Ipsum enim Egnatium quem tu grauem esse vis, ex senatu eiecerunt. Sin autem censoriū, huius ipsum Egnatium quem pater censoria subscriptione exhæredauit, censores in senatu, eum patrem eiicerent, renuerunt. Illa magis vitiosè dicuntur, quàm acutè reprehenduntur, argumentum dubium pro necessario, controuersum pro confesso, commune pro proprio, vulgare, sperueracuum, constitutum contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis, vt crimen augeant, quod probandum est: de facto disputent, cùm de autore quæratur: impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquant vixdum inchoata: de homine dicere quàm de causſa malint: hominum vitam rebus assignent: vt si quis decemuiratum accuſet, non Appium, manifestis repugnent: dicant quod aliter accipi posſit: summam quæstionis non intuentur: non ad proposita respondeant: quod vnum aliquando recipiptest, cùm mala causſa adhibitis extrinsecus remediis tuenda est: vt cùm peculatus reus Verres, fortiter & industrie tuitus contra piratas Siciliam dicitur. Eadem aduersus cōtradictiones nobis oppositas præcepta sunt hoc tamen amplius, quòd circa eas multi duobus vitiis diuersis laborant. Nam quidam etiam in foro tanquā rem molestam & odiosam prætereunt: & iis plerunque quæ comp osita domo at-

Actione 7.

tulerunt, contenti, sine aduersario dicunt: & scilicet multo magis in scholis, in quibus nõ solùm contradictiones omittuntur, verùm etiam materiæ ipsæ sic plerunque fingũtur, vt nihil dici pro parte altera possit. Alij diligentia lapsi, verbis etiam vel sententiolis omnibus respondendum putant quod est & infinitum, & superuacuum. non enim causa reprehendetur, sed actor: quẽ ego semper videri malim sic disertum, vt si dixerit quod rei profuit, ingenij credatur laus esse, non causæ: si fortè quod lædat, causæ, non ingenij culpa. Itaque illæ reprehensiones, aut obscuritatis, qualis in Rullum est: aut infantiæ in dicendo, qualis in Pisonem: aut insciticæ rerum verborúmque, & insulsitatis etiam, qualis in Antonium est, *animo dantur, vt iustis odiis: sunt q; vtiles ad conciliandum iis quos inuisos facere volueris, odium. Alia respondendi patronis ratio: & aliquando tamen eorum non oratio modò, sed vita etiam, vultus denique, incessus, habitus rectè incusari solet: vt aduersus Quintium Ciceron, non hæc solùm, sed ipsam etiam prætextam demissam ad talos, insectatus est. Presserat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintus. Nonnunquã eleuandæ inuidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur: vt à Cicerone Triarius. Nã cùm Scauri columnas per vrbẽ plaustris vectas esse dixit, Ego porrò, inquit, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportaui. Et magis hoc in accusatores cõcessum est, quibus conuitiari aliquando patrocinij fides cogit. Illa verò aduersus omnes & recepta, & non inhumana conquæstio, si callidè quid tacuisse, breuiasse, obscurasse, distulisse dicuntur. Defensionis quoque permutatio reprehenditur sæpe, vt Accius aduersus Cluentium, Aeschines aduersus Ctesiphontem facit: cùm ille Ciceronem lege vsurum modò, hic minimè de lege dicturum Demosthenem

phil. 2 &c. *accommodatur iustis od.

Pro Cluen.

queritur. Declamatores verò in primis sunt admonendi, ne contradictiones eas ponant, quibus facillimè responderi possit: neu sibi stultum aduersarium fingãt. Facimus autem, quòd maximè vberes loci, populareſque sententiæ naſcuntur, materiam dicendi nobis quod volumus ducentibus: vt non sit inutilis ille versus, Non malè respondit, malè enim prior ille rogarat. Fallet hæc nos in foro consuetudo, vbi aduersario, non ipsi nobis respondebimus. Aiunt Accium interrogatum cur causſas non ageret, cùm apud eum in tragœdiis tanta vis esſet: hanc reddidisſe rationem, quòd illic ea dicerentur quæ ipse vellet, in foro dicturi aduersarii essent quæ minimè vellet. Ridiculum est ergo in exercitationibus quæ foro præparãtur, prius cogitare quid responderi, quam quid ex diuerſo dici possit. Et bonus præceptor non minus laudare discipulum debet ſiquid pro diuerſa, quã ſi quid pro ſua parte acriter excogitarit. Rurſus* ali- quid in ſcholis permittendũ ſemper, in foro rarò. Nam locos à petitore primo contradictione vti quî possumus, vbi reus agitur, cùm aduersarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen plerique in hoc vitium vel consuetudine declamatoria, vel etiam cupiditate dicendi: dántque de ſe respondentibus venuſtiſſimos luſus, cum modò ſe verò nihil dixiſſe, neque tam ſtultè dicturos: modò bene admonitos ab aduersario, & agere gratias, quòd adiuti ſint, iocantur, frequentiſſimè verò, id quod firmiſſimum est, nunquam iis responſurum aduersarium fuiſſe, quæ proposita non esſent, niſi illa sciret vera esſe, & ad fatendum conſcientia esſet impulſus: vt pro Cluentio Cicero, Nam hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renunciari, me habere in animo cauſſam hanc præſidio legis defendere. itáne est? ab amicis imprudentes videlicet prodimur? & est neſcio quis de iis quos amicos nobis arbitra

* Illu-

arbitramur, qui nostra consilia ad aduersarium deferat? Quisnam hoc tibi renunciauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narraui? Nemo (vt opinor) in culpa est. nimirum tibi istud lex ipsa renunciauit. At quidam contradictione non contenti, totos etiam locos explicant, Scire se hoc dicturos aduersarios, & ita persecuturos. Quod factum uenustè nostris temporibus elusit Vibius Crispus, uir ingenij iucundi & elegantis: Ego uerò, inquit, ista non dico. quid enim attinet illa bis dici? Nonnunquam tamen aliquid simile contradictioni poni potest, siquid ab aduersario testationibus comprehensum, in aduocationibus iactatum. Respondebimus enim rei ab illis dictæ, non a nobis excogitatæ: aut si id genus erit causæ, ut proponere possimus certa, extra quæ dici nihil possit: ut cùm res furtiua in domo deprehensa sit, dicat necesse est reus, aut se ignorante illatam, aut depositam apud se, aut donatam sibi. quibus omnibus etiam si proposita non sint, responderi potest. At in scholis rectè & contradictionibus occurremus, ut in utrũque locum, id est primum & secundum, simul exerceamur. quod nisi fecerimus, nunquam utemur cotradictione. non enim erit cui respondeamus. Est & illud uitium, nimium soliciti, & circa omnia momenta luctantis. Suspectã enim facit iudici caussam, & frequenter quæ stat indicta omnem dubitationem sustulissent, dilata, ipsis præparationibus fidem perdunt, quia patronus & aliis crediderit opus fuisse. Fiduciam igitur orator præ se ferat, semperq; ita dicat, tãquam de caussa optime sentiat. Quod (sicut omnia) in Cicerone præcipuum est. Nam illa summa cura securitatis est similis, tantaq; in oratione autoritas, ut probationis locum obtineat, dubitare nobis non audentibus. Porrò qui scierit quid pars aduersa, quid nostra habeat ualentissimum, facilè

iudicabit quibus maximè rebus vel occurendum sit, vel in
standum. Ordo quidem in parte nulla minus affert labori
Nam si agimus, nostra confirmanda sunt primum: tu
quæ nostris opponuntur, refutanda. Si respondemus, pri
incipiendum est a refutatione. Nascuntur autem ex his q
contradictioni opposuimus, aliæ contradictiones, eun
interim longius: vt gladiatorum manus quæ secundæ
cantur, fiunt & tertiæ, si prima ad euocandum aduers
ictum prolata erat: & quartæ, si gemina captatio est, ut
cauere, bis repetere oportuerit. Quæ ratio & ultra du
Sed illa etiam quam supra ostendi, simplicem ex affect
atque ex affirmatione sola probationem recipit refuta
qualis est illa Scauri, de qua supra dixi: quin nescio an
frequentior, ubi quid negatur. Videndum præcipuè utri
parti, ubi sit rei summa. Nam ferè accidit ut in causis m
ta dicantur, de paucis iudicetur. In his probandi refut
dique ratio est, sed adiuuanda uiribus dicentis, & adorn
da. Quanlibet enim sint ad dicendum quod uolumus
commodata, tamen erunt infirma, nisi maiore quod
oratoris spiritu impleantur. Quare & illi communes
de testibus, de tabulis, de argumentis, aliisq; similibus, m
gnam uim animis iudicum afferunt, & hi proprij, quib
factum quoque laudamus, aut contra, iustum uel iniust
docemus, maius aut minus, asperius aut mitius. Ex his a
tem alij ad comparationem singulorum argumẽtorum s
ciunt, alij ad plurium, alij ad totius causæ inclinationem
Ex quibus sunt qui præparent animũ iudicis, sunt qui n
confirment. Sed præparatio quoque aut confirmatio, di
quando totius causæ est, aliquando partium, & perinde u
cuique conueniunt, subiicienda. Ideoque miror inter duos
diuersarum sectarum uelut duces non mediocri contentio
ne qua

*ne quæsitum, singulisne quæstionibus subiiciēdi essent loci, ut Theodoro placet: an prius docendus iudex quàm mouendus, ut præcipit Apollodorus: tanquam perierit hæc ratio media, & nihil cum ipsius causſæ utilitate sit deliberandum. Hæc præcipiunt qui ipsi non dicunt in foro: ut * acies à securis otiosis & compositæ, ipsa pugnæ necessitate turbentur. Nanque omnes ferè qui legem dicendi quasi quædam mysteria tradiderunt, certis non inueniendorum modò argumentorum locis, sed concludendorum quoque nos præceptis alligauerunt: de quibus breuissimè prælocutus, quid ipse sentiam, id est quid clarissimos oratores fecisse uideam, non tacebo.*

* artes

Quid enthymema, & quotuplex: quibus constet epicherema, & quomodo refellatur.

CAP. XIIII.

ARGVMENTVM.

De argumentorum inuentione, quæ è locis eruantur, déque eorum vsu tam ad confirmandum quàm ad confutandum, locutus, de eorundem dispositione & forma tractare aggreditur. Et quia rhetores frequentissimè enthymematis & epicherematis vtantur, de his præcipuè loquitur. Quid sit enthymema, repetit: duplex esse ostendit: ex consequentibus cum propositione & coniuncta probatione: & ex repugnantibus, quod aliquando multiplicetur coniunctis multis contrariis. Quorum omnium optimum illud esse censet, cui, proposito contrario, vel dissimili, ratio statim subiungitur. exemplum eius profert ex Demosthene. tum quo differat à syllogismo, & rectè à quibusdam syllogismum imperfectum vocari, docet. Epicherematis partes secundū varias opiniones enumerat. nam quid sit, suprà capite de argumentis dixit, duas, tres, quatuor, quinque secundum diuersos recensēt. Secundum Ciceronem quinque: propositionem, rationem, assumptionem, eius probationem, & conclusionem. Verum quia ratio propositioni, & probatio assumptioni succedant, ipse eorum sententiam comprobat qui tres solummodo partes epicherematis fecerunt, propositionem, assumptionem, & conclusionem: in quibus forma non sit serm

per eadem. Nam aliquando idem concludi quod intendi: aliquando non idem, sed quod vim habeat parem: aliquando etiam diuersum: & propositionem, assumptionéq; aut confessas esse, quæ probatione non egeant: aut dubias, quæ eadem egeant. Hanc inter syllogismum & epicherema differentiam assignat, quòd syllogismorum variæ formæ sint & vera colligant veris, nec partium ordinem mutent, quasi immutabili necessitate constrictis: minutius etiã & scrupulosius omnia seruentur, & ad liquidum confessumque magis perducere velint: cùm epicherematæ circa credibilia versentur, partium ordinem & numerum frequenter mutent, & inuertant, non concisè & minutim, sed amplè, late, copiosè, ornatè, eloquentiæ magna vi vbique affusa, quod fuscepterunt probent. Postremò refellendi epicherematis rationem subiungit, nempe propositionè assumptionémue falsam, aut non ex iis conclusionem sequi ostendendo.

IGitur enthymema, & argumentum ipsum, id est rem quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem. Eam verò dixi duplicem. Ex consequentibus, quod habet propositionem, coniunctamq; ei protinus probationem: quale pro Ligario, Caussa tum dubia, quòd erat aliquid in vtraque parte quod probari posset: nunc melior ea certè iudicanda est, quam etiam dij adiuuerunt. Habet enim propositionem probationemq; non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. Ex pugnantibus verò, quod etiam solum enthymema quidam vocant, fortior multo probatio est. Tale est. Ciceronis pro Milone, Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis. Quod quidem etiam aliquando multiplicari solet, vt est ab eodem & pro eodem reo factum, Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco, quem tempore, quem impune non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere? Optimum autem videtur enthymematis genus, cum proposito dissimili vel contrario ratio subiungitur: quale est Demosthenis, Non enim si quid vnquam contra leges fa-

ctum

tum est, idq; tu es imitatus, idcirco te conuenit pœna liberari: quin è contrario damnari multo magis. Nam vt si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses: ita damnatus tu si fueris, non scribet alius. Epicherematos & quatuor & quinque, & sex etiam factæ sunt partes à quibusdam. Cicero maxime quinque defendit, vt sit propositio deinde ratio eius, tum assumptio, & eius probatio, quinta complexio: quia verò interim & propositio non egeat rationis, & assumptio probationis, nonnunquam etiam complexione opus non sit, & quadripartitam, & tripartitam, & bipartitam quoque fieri posse ratiocinationem. Mihi & plurimis nihilo minus autoribus tres summùm videntur. Nam ita se habet natura, ut sit de quo quæratur, & per quod probetur: tertium adiici potest velut ex consensu duorum antecedentium. Ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ, ac secundæ partis exornatio, eisdem cedere possunt, quibus subiiciuntur. Sumamus autem ex Cicerone quinque partium exemplum. Melius gubernantur ea quæ consilio reguntur, quam quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps rationibus variis, & quam copiosissimis verbis approbari putant oportere. Hoc ego totum cum sua ratione, vnum puto: alioqui si ratio pars est, est autem varia ratio, plures partes esse dicantur. Assumptionem deinde ponit. Nihil autem omnium rerum melius quam omnis mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco aliam porrò inducunt probationem, de quo idem quod supra dico. Quinto inducunt loco complexionem, quæ aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo, Consilio igitur mundus administratur. aut vnum in locum cum conduxerit breuiter pro-

De inuen. li. 2.

Rhetor. 2.

positionem & assumptionem, adiũgit quid ex his conficiatur, ad hunc modum, Quod si melius geruntur quæ consilio, quàm quæ sine consilio administrantur nihil autẽ est niũ rerum melius quàm omnis mundus administratur e silio igitur mundus administratur. Cui parti consentio tribus autem quas fecimus partibus, non est forma sen eadem, sed vna, in qua idem concluditur quod intend Anima immortalis est. Nam quicquid ex seipso mou immortale est: anima autem ex seipsa mouetur: immo igitur est anima. Hoc fit non solùm in singulis argum sed in totis causis quæ sunt simplices, & in quæstion Nam & hæ primam habent propositionem, Sacrile commisisti homine occidisti. Non quisquis homine o cædis reus tenetur. Deinde rationem. Sed hæc est in & quæstionibus longior, quam in singulis argumen plerunque summa complexione, vel per enumeratio per breuem conclusionem testantur quid effecerint. genere propositio dubia est. de hac enim quæritur, est complexio non par intentioni, sed vim habens Mors nihil ad nos. nam quod est dissolutum. sensu quod autem sensu caret, nihil ad nos. In alio genere dem propositio est, quæ cõnexio. Omnia animalia m sunt quam inanima, nihil autem melius est mundo, igitur animal. Hìc potest videri de re cõtentio. Potu sic constitui ratiocinatio, Animal est mundus, omni animalia meliora sunt quam inanima. Cæterum hæc positio aut confessa est, vt proxima: aut probanda, vi beatam vitam viuere volet, philosophetur oportet. enim conceditur. Cætera sequi, nisi confirmata prima te, non possunt. Est & assumptio interim confessa: vt nes autem volunt beatam vitam viuere. Interim pro

Platonis argumentatio in Axiocho.

fert illa, Quod est dissolutum, sensu caret: cùm soluta corpore anima, an sit immortalis, vel ad tempus certum maneat, est in dubio. Quam assumptionem alij rationem vocãt, alij epicherema. Epicherema autem nullo differt a syllogismis, nisi quòd illi & plures habent species, & vera colligunt veris: epicherematis frequentior circa credibilia est vsus. Nam si contingeret semper controuersa confessis probare, vix esset in hoc genere vsus oratoris. Nam quid ingenio est opus vt dicas, Bona ad me pertinent, solus enim sum filius defuncti, vel solus hæres, cum iure bonorum possessio testati secundum tabulas testamenti detur: ad me igitur pertinent? Sed cum ipsa ratio in quæstionem venit, efficiendũ est certum id quod probaturi sumus, quod incertum est: vt si ipsa forte intentione dicatur, Aut filius non es, aut non es legitimus, aut non es solus. Itémque, Aut hæres non es, aut iustum testamentum non est, aut capere non potes, aut habes cohæredes. Efficiendum est iustum, propter quod bona adiudicari nobis debeant. Sed tum est necessaria illa summa connexio, cùm interuenit oratio largior. Aliquando sufficiunt intentio ac ratio, Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cùm ei qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda. Ideóque id enthymema quod est ex consequentibus, rationi simile dixerunt. Sed & singula quoque interim rectè ponuntur: vt ipsum illud, Silent leges inter arma. Et a ratione fas est incipere, deinde concludere: vt ibidem, Quòd si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderet, interfici impune voluerunt: quis est qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet? Variat autem hic adhuc, & rursus rationem tertio loco ponit, cum videat aliquando gladium nobis ad occidendum

Pro Milone.

dum hominem ab ipsis porrigi legibus. Prioris autem pa
tis duxit ordinem: Insidiatori autem & latroni quæ pote
inferri iniusta nex? hæc intentio. Quid comitatus nost
quid gladij volunt? hæc ratio. Quos habere certè non lic
ret, si vti illis nullo pacto liceret. hæc ex intentione & r
tione connexio. Huic generi probationis tribus occu
ritur modis, id est per omnes partes: Aut enim expugn
tur intentio, aut assumptio, aut conclusio, nonnunqu
omnia: sed hæc omnia tria sunt. Intentio expugnatur, I
occidi eum, qui insidiatus sit. Nã prima statim pro Milo
quæstio est, an sit ei fas lucem intueri, qui a se hominẽ n
catum esse fateatur. Expugnatur assumptio omnibus
quæ de refutatione diximus. Et ratio quidem nõnunqu
est vera, cùm eius propositio vera non sit. Interim ve
propositionis falsa ratio est. Virtus bonum est, verum
si quis rationem subiiciat, quòd ea locupletes faciat, ve
intentionis falsa sit ratio. Connexio aut vera negatur, cu
aliud colligit quam id quod ex prioribus conficitur: aut n
hil ad quæstionem dicitur pertinere. Non est vera, sic, In
diator iure occiditur. nã qui curauit vt vim afferat vt ho
stis, debet etiam vt hostis repelli. rectè igitur Clodius
hostis occisus est. Non vtique. Nõdum enim Clodium ins
diatorem ostendimus: sed fit vera connexio, Rectè igitu
insidiator vt hostis occiditur. Nihil ad nos. Nondum enim
Clodius insidiator apparet. Sed vt potest esse vera conne
xio, & tamen falsa intentio, & ratio: ita si illa vera sunt,
nunquam est falsa connexio. Enthymema ab aliis orato
rius syllogismus, ab aliis pars dicitur syllogismi, propterea
quòd syllogismus vtique conclusionem & propositionem
habet, & per omnes partes efficit quod proposuit: enthy
mema tantùm intentum intelligi contentum sit. Syllogis
mus ta

mus talis, Solum bonum virtus: nam id demum bonum est, quo nemo malè vti potest. virtute nemo malè vti potest. bonum est ergo virtus. Enthymema ex consequentibus, Bonũ est virtus, qua nemo malè vti potest. Et contrà, Non est bonum pecunia: non enim bonum, quo quisquam malè vti potest: pecunia potest quis malè vti: non igitur bonum est pecunia. Enthymema ex pugnantibus, An bonum est pecunia, qua quisque potest malè vti? Si pecunia quæ est in argento signato, argentum est: qui argentum omne legauit, & pecuniam quæ est in argento signato, legauit. Argentum autem omne legauit: igitur & pecuniam quæ est in argento, legauit. Habebit formam syllogismi. Oratori satis est dicere, Cùm argentum legauerit omne, pecuniam quoque legauit, quæ est in argento. Peregisse mihi videor sacra tradentium artes, sed consilio locus supereſt. Nanque ego vt in oratione syllogismo quidem aliquando vti nefas non duco, ita constare totam, aut certè confertam esse aggreßionum & enthymematum stipatione minimè velim. Dialogis enim & dialecticis disputationibus erit similior, quàm nostri operis actionibus, quæ quidem inter se plurimum differunt. Nanque illi homines docti, & inter doctos verum quærentes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad liquidum confessumq; perducunt: vt qui sibi & inueniendi & iudicandi vendicent partes, quarum alteram τοπικὴν, alteram κριτικὴν vocant. Nobis ad aliorum iudicia componenda est oratio, & sæpius apud omnino imperitos, atque aliarum certè ignaros literarũ loquendum est: quos nisi & delectatione allicimus, & viribus trahimus, & nonnunquam turbamus affectibus: ipsa quæ iusta ac vera sunt, tenere non possumus. Locuples & speciosa vult esse eloquentia: quorum nihil consequetur,

si con

ſi concluſionibus certis & crebris, & in vnam propè cō
mam cadentibus conciſa, & contemptum ex humilitat
& odium ex quadam ſeruitute, & ex copia ſatietatem ſ
ex amplitudine faſtidium tulerit. Feratur igitur non ſha
tis, ſed campis: non vti fontes angustis fiſtulis colligun
ſed vt latiſſimi amnes totis vallibus fluat, ac ſibi viam me
quando non acceperit, faciat. Nam quid lege miſeriu
velut præformatas infantibus literas perſequentium,

Græcorum adagium.

græci dicere ſolēt, quem mater amictum dedit, ſolicit
ſtodientium? Propoſitio ac concluſio ex conſequentibu
repugnantibus, non inſpiret, non augeat, non mille fig
variet ac verſet: vt ea naſci, & ipſa prouenire natura
manu facta, & arte ſuſcepta, magiſtrum fateri vbiqu
deantur? Quis vnquā ſic dicit Orator? Nónne apud ip
Demoſthenem pauciſſima huiuſmodi reperiuntur?
apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum nobis pei
ciunt) in catenas ligant, & inexplicabili ſerie conne
& indubitata colligunt, & probant cōfeſſa, & ſe ant
per hoc ſimiles vocant. Deinde interrogati, nunquam
ſpondebunt quem imitentur. Sed de figuris alio loco. N
illud adiiciendum, ne iis quidem conſentire me, qui ſen
ærgumenta ſermone puro & dilucido & diſtincto, ca
minimè lato ornatóque putant eſſe dicenda. Nanque e
ſtincta quidem ac perſpicua debere eſſe confiteor: in re
verò minoribus etiam ſermone ac verbis quammaxi
propriis, & ex vſu. At ſi maior erit materia, nullum orn
tum his, qui modò non obſcuret, ſubtrahendum puto. N
& ſæpe plurimum lucis affert ipſa translatio, cùm eli

Iuriſconſultorum labor circa verborum proprietatem.

ipſi iuriſconſulti, quorum ſummus circa verborum pro
prietatem labor eſt, littus eſſe audeant dicere, qua fluct
eludit. Quóque quid natura magis aſperum, hoc pluribu
condi

scondiendum est voluptatibus: & nimis suspecta argumen-
tatio, dissimulatione: & multum ad fidem adiuuat audien-
tis voluptas. Nisi fortè existimamus Ciceronem malè in
hac ipsa argumentatione dixisse, silere leges inter arma,
& gladium nobis interim ab ipsis porrigi legibus. His ta-
men habendus modus, vt sint ornamento, non impedi-
mento.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER SEXTVS.

Procœmium, in quo de fortuna sua queritur.

ARGVMENTVM.

Hæc præfatio, materiæ quæ libro sexto tractatur, aptissima est. maioribus enim affectibus abundat, & hic liber perorationem tractat, quæ mouendis in omnem partem affectibus accommoda est. Deplorat immaturum filij maioris interitum, qui cùm singularibus ingenij animíque virtutibus emineret, ad hoc opus scribendum edendúmue, sibi parenti, præter tres alias causas, quas initio repetit, veluti calcar dum viueret subiiciebat. Cuius morte, vt antè vxoris & filij minoris, cum scriberet de corruptæ eloquentiæ causis, debilitatus, opus iam longè progressum intermisisse, & studia sua distuliſſe fatetur: at tandem proculcatis doloribus, & spretis omnibus fortunæ ludibriis, ad opus inceptum redire: & quia clari viri aduersorum solatium à literis petant, & quia glorioſius sit aliorum quàm priuatis commodis insudare: qui totus locus ad conciliandam beneuolentiam pertinet.

HAEC, Marcelle Victori, ex tua voluntate maximè ingressus, tum siqua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire posset vtilitas, nouissimè penè, & nece

& necessitate quadam officij delegati mihi, sedulò labo
bam, respiciens tamen illam curam meæ voluptatis,
filio, cuius eminens ingenium, solicitam quoque pare
diligentiam merebatur, hanc optimam partem relictæ
hæreditatis videbar: vt si me, quod æquum & optabile
fata intercepissent, præceptore tamen patre vteretur.
me fortuna id agentem diebus ac noctibus, festinantem
metu meæ mortalitatis, ita subitò prostrauit, vt laboris
fructus ad neminem minus quàm ad me pertineret. I
enim de quo summa conceperam, & in quo spem vni
senectutis meæ reponebam, repetito uulnere orbitatis
si. Quid nunc agam? aut quem ultrà esse usum mei dix
probantibus credam? Nam ita fortè accidit ut eum quo
librum quem de causis corruptæ eloquētiæ emisi, iam
bere aggressus, simili ictu feriret. Tunc igitur optim
fuit, infaustum opus, & quicquid hoc est in me infelic
literarum, super immaturum funus consumpturis uis
meæ flammis imicere, neque hanc impiam uiuacitatem
uis insuper curis fatigare. Quis enim mihi bonus pa
ignoscat, si studere amplius possum? ac non oderit h
animi mei firmitatem, si quis in me est alius usus ul
quàm ut incusem deos, superstes omnium meorum? nu
terras despicere prouidentiam tester? si non meo casu, s
tamen nihil obiici, nisi quòd uiuam, potest: at illorum cer
quos utique immeritos mors acerba damnauit: erepta m
hi prius eorundem matre, quæ nondum expleto ætatis
deuicesimo anno duos enixa filios, quamuis acerbissim
rapta satis, felix decessit. Ego uel hoc uno malo sic era
afflictus, ut me iam nulla fortuna posset efficere felicem.
Nam cùm omni uirtute quæ in fœminas cadit, functa, in
sanabilem attulit marito dolorem: tum ætate ea, puella

præser

tim meæ cõparata, potest & ipsa numerari inter vulnera orbitatis. Liberis tamen superstitibus oblectabar: & quod nefas erat, sæua, sed optabat ipsa, me saluo maximos cruciatus præcipiti via effugit. Mihi filius minor quintum egressus annum, vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non sum ambitiosus in malis, nec augere lacrymarum causas volo: vtinámq; esset ratio minuendi. Sed dissimulare quì possum, quid illi gratiæ in vultu, quid iucunditatis in sermone, quos ingenij igniculos, quam præstantiam placidæ, & (quod scio vix posse credi tantùm) altæ mentis ostenderint? qualis amorem quicunque alienus insans mereretur. Illud verò insidiantis, quo me validius cruciaret, fortunæ fuit, vt ille mihi blandissimus, me suis nutricibus, me auiæ educanti, me omnibus qui solicitare solent illas ætates, anteferret. Quapropter illi dolori, quem ex matre optima, atque laudem omnem supergressa, paucos ante menses ceperam, gratulor. Minus enim est quod flendum meo nomine, quam quod illius gaudendum est. Vna post hæc Quintiliani mei spe ac voluptate nitebar: & poterat sufficere solatio. Non enim flosculos, sicut prior, sed iam decimum ætatis ingressus annum, certos atque deformatos fructus ostenderat. Iuro per mala mea, per infelicem conscientiam, per illos manes numina doloris mei, has me in illo vidisse virtutes ingenij, non modò ad percipiendas disciplinas, quo nihil præstantius cognoui, plurima experatus, studiiq; iam tum non coacti (sciunt præceptores) sed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis vt prorsus posit hinc esse tanti fulminis metus quòd obseruatum ferè est, celerius occidere festinatam maturitatem: & esse nescio quam quæ spes tantas decerpat, inuidiam, ne videlicet vltra quam homini datum est, nostra prouehantur. Etiam il-

la fortuita aderant omnia, vocis iucunditas claritasq́;, o
ſuauitas, & in vtracunque lingua, tanquam ad eam dem
natus eſſet, expreſſa proprietas omnium literarum. Sed h
ſpes adhuc illa maiora, conſtantia, grauitas, contra dolo
etiam ac metus robur. Nam quo ille animo, qua medicor
admiratione, menſium octo valetudinem tulit? vt me in
premis conſolatus eſt? quàm etiam deficiens, quamq́; t
tunc ipſum illum alienatæ mentis errorem circa ſolas l
ras habuit? Tuosne ego, ò meæ ſpes inanes labentes oc
tuum fugientem ſpiritum vidi? Tuũ corpus frigidum ex
gue complexus, animam recipere, auramq́; commu
haurire amplius potui? dignus his cruciatibus quos ſ
dignus his cogitationibus, Tẽ ne conſulari nuper adop
ne ad omnium ſpes honorum patris admotum, te auu
lo prætori generum deſtinatum, te omnium ſpe Attic
quentiæ candidatum, ſuperſtes parens tantùm ad pa
amiſi? Et ſi non cupido lucis, certè patientia vindicet te
liqua mea ætate. Nam fruſtra mala omnia ad crimen
Plin.li.3.cap.7. *tunæ relegamus. Nemo niſi ſua culpa diu dolet. Sed viui*
& aliqua viuendi ratio quærenda eſt: credendumq; do
ſimis hominibus, qui vnicum aduerſorum ſolatium lic
putauerunt. Si quando tamen ita reſederit præſens im
tus, vt aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit,
iniuſtè petierim moræ veniam. Quis enim dilata ſtudia
retur, quæ potius non abrupta eſſe mirandum eſt? Tum
qua minus fuerit effecta iis quæ leuius adhuc afflicti
peramus, imperitiæ aut fortunæ remittantur: quæ ſiq
mediocrium alioqui noſtro ingenio virium fuit, vt non
timxerit, debilitauit tamen. Sed vel propter hos nos co
tumacius erigamus, quòd illam vt perferre nobis diffi
eſt, ita facile contennere. Nihil enim ſibi aduerſus me
q

quit, & infelicem quidem, sed certissimam tamen attulit mihi ex his malis securitatem. Boni autem consulere nostrum laborem vel propter hoc certum est, quòd in nullum iam proprium vsum perseueramus, sed omnis hæc cura ad alienos, vt alienis vtilis (si modò quid vtile scribimus) spectat. Nos miseri, sicut facultates patrimonij nostri, ita hoc opus aliis paramus, aliis relinquemus.

De conclusione, seu peroratione.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Perorationem variè vocari docet, eiusque duplicem rationem esse, vnam quæ argumentorum repetitione, alteram quæ affectibus constet. Priorem, enumerationem vocari: cuius officium sit memoriam rei facere & totam causam ante oculos ponere: legem siue modum, breuiter per capita decurrere: elocutione, quæ omnia grauiter & cum pondere dicat, sententiis aptis excitet, & figurarum varietate distinguat, locum habere in causis multiplicibus, & quæ pluribus argumentis defensæ sunt, & tam octori quàm patrono communem esse. Alteram, quæ affectuum commotione constat, vtrique communem esse, magis tamen octori quàm patrono, & verbis fieri vel rebus: Verbis totã causam veluti sub oculos statuendo: quod maximè miserabile vel inuidiosum videbitur, quo moueri iudex possit, latius prosequendo: Atrocissima quæ obiiciuntur, faciendo: & variis circunstantiis amplificando, vt à loco à tempore, à personis, & reliquis similibus in omnem partem quod propriè accusatoria est, ad quem miserationem mouere nonnunquam etiam pertinere ait, cùm casum eius quem vlciscitur, aut liberorum aut parentum solitudinem conqueritur: aut futuri temporis imagine, quid accusatori vel iudicibus futurum sit si reus absoluatur, præmonet: Sed affectus frequentius moueri, iudicè à miseratione auertendo: quid dicturum facturúmue aduersarium putet, occupando: quid iudices rogantibus respondere debeant, docendo. A defensore quoque maximos affectus & miserationem moueri ostendit: de aduersariorũ calumnia, coniuratione, aut crudelitate conquerendo: dignitatem rei studia fortia, cicatrices bello susceptas, nobilitatem, aut maiorum merita commendando: quæ omnia variis circunstantiis amplificanda sint. Per prosopopœias aut se ipsum, aut res mutas, aut ipsum reum loquentem inducendo. Miserationem tamen vt non longam esse oportere: ita ad finem vsque orationis attolli semper, atque crescere debere

admonet. Hactenus verbis, nunc etiam rebus & factis magnos affec
moueri ostendit miserabilia quædam faciendo, Reos qui periclit
tur, squallidos, deformes, aut eorum liberos parentésue produce
per eosdem obsecrando, deos inuocando, cicatrices aduerso pe
pro republ. susceptas ostentando, vt in causa Aquilij fecit Anto
gladium cruentem, vestes sanguine perfusas proferendo: vt in fu
Cæsaris: stratos iacendo, genua complectendo, nisi personæ grau
aut vita anteacta, aut rei conditio prohibeat, cùm omnia cum c
tate facienda sint: neque quicquam sit tam risu dignũ, aut etiam
sum, quàm mimica scenicáue ad commouendos affectus gestícul
In causis quoque priuatas esse perorationis genus vtrunque &
ex argumentorum enumeratione est, quodque ex lacrymis consi
si fortè causa sit parua, aut leuis: quę nihil tale recipiat. Porrò ad
mas mouendas aggredi quenquam prohibet, nisi summis ingeni
bus præditus sit. Discutere miserationem non esse minus epilog
prium, quàm mouere: cùm oratione continua, tum etiam verb
ctis, quibus iudex à lacrymis ad iustitiam reducatur. Et leniores
dum esse epilogos, quibus aduersariis satisfacimus aliqua dignit
modestia præditis. Postremò affectus non solùm in prœmio &
logo esse, verumetiam per totam orationem spargi, vbi crimi
posita sint, quamuis præcipuè in epilogo dominentur.

PEroratio sequebatur, *quam cumulum quidam, con
sionem alij vocant. Eius duplex ratio est, posita a
rebus, aut in effectibus. Rerum repetitio & congreg
quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσιν à quibusdam La
rum enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & tota
mul causſam ponit ante oculos, & etiam si per singul
nus moueat, turba valet. In hac quæ repetemus quam
uissimè dicenda sunt, &, quod Græco verbo patet, di
rendum per capita. Nam si morabimur, non iam en
ratio, sed altera quasi fiet oratio. Quæ autem enumer
videntur, cum pondere aliquo dicenda sunt, & aptis
tanda sententiis, & figuris vtique varianda: alioqui
est odiosius recta illa repetitione velut memoriæ iudic
diffidentis. Sunt autem innumerabiles: optimèque in V
Cicero, Si pater ipse iudicaret, quæ diceret cum hæc
barentur? & demde subiecit enumerationem. Aut cum*

in eundem, per inuocationem deorum spoliata à prætore templa dinumerat. Licet dubitare nunquid nos fugerit, & quid responsuri sint aduersarij his & his: aut quam spem accusator habeat omnibus ita defensis. Illa verò iucundissima, si contingat aliquod ex aduersario ducere argumentum: vt si dicas, Reliquit verò hanc partem causæ aut, Inuidia premere maluit. aut, Ad preces confugit. &, Meritò, cum sciret hæc & hæc. Sed non sunt singulæ species prosequendæ, ne sola videantur, quæ forte nunc dixero: cum occasiones & ex causis, & ex dictis aduersariorum, & ex quibusdam fortuitis quoque oriantur. Nec referenda modò nostra, sed postulandum etiam ab aduersariis, vt ad quædam respondeant. Id autem, si & actionis supererit locus, & ea proposuerimus, quæ refelli non possunt. Nam prouocare quæ desint fortia, non arguentis est, sed monentis. Id vnum epilogi genus visum est pleriſque Atticorum, & philosophis fere omnibus, qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt. Id sensisse Atticos credo, quia Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur orator. Philosophos minus miror, apud quos vitij est loco, assici: nec boni mores videntur, sic a vero iudicem auerti: nec conuenire bono vero vitiis vti. Necessarios tamen affectus fatebuntur, si aliter obtineri vera & iusta & in commune profutura non possint. Cæterùm illud constitit inter omnes, etiam in aliis partibus actionis, si multiplex causſa sit, & pluribus argumẽtis defensa, vtiliter ἀνακεφαλαίωσιν fieri solere: sicut nemo dubitauerit multas esse causſas, in quibus nullo loco sit necessaria, si breues & simplices fuerint. Hæc pars perorationis accusatori patronoque æquè communis est. Affectibus quoque eisdem fere vtuntur: sed rarius hic, ille sæpius ac magis. Nam huic concitare iudi-

Vide Aristotelem in principio Rhetoric. lib. 1.

ces, illi flectere conuenit. Verùm & accusator habet im-
rim lacrymas ex miseratione eius rei quem vlciscitur: sc
reus de indignitate calumniæ conspirationis vehemen
interim queritur. Diuidere igitur hæc officia commodi
mum, quæ plerunque sunt, vt dixi, procœmio similia se
beriora, plenioraq;. Inclinatio enim iudicum ad nos, pfi
tur initio parcius, cùm admitti satis est, & oratio tota ci
pere st. In epilogo verò est, qualem animum iudex in ca
silium ferat, & iam nihil amplius dicturi sumus, nec re
quò seruenus. Est igitur vtrisque cõmune, conciliare m
auertere ab aduersario iudicem, concitare affectus, & p
ponere. Et breuissimum quidem hoc præceptum dari li
que parti potest, vt totas causse suæ vires orator ante o
los ponat: & cùm viderit quid inuidiosum, fauorabile, a
sum, miserabile aut sit in rebus, aut videri possit: ea d
quibus, si iudex esset ipse, maximè moueretur. Sed cer
est ire per singula. Et quæ conciliant quidem accusator
in præceptis exordij iam diximus. Quædam tamẽ quæ se
ostẽdere satis est, in peroratione implenda sunt magis,
tra impotentẽ, inuisum, pernicioſum susceptа causſa es
iudicibus ipsis aut gloriæ dãnatio rei, aut deformitati
ra absolutio. Nã egregiè in Vatiniũ Caluus, Factum, inq
ambitum scitis omnes, & hoc vos scire omnes sciũt. C
Act. 1. ro quidẽ in Verrem etiam emendari posse infamiã iudi
rũ damnato reo dicit: quod est vnũ ex supradictis. M
Act. 7. etiã si est adhibendus, vt facit idem, hunc habeat locum
Lib. 4. tiorẽ quam in procœmio. Qua de re quid sentirẽ, alio i
bro exposui. Cõcitare quoque inuidiam, odium, iram, liber
in peroratione contingit: quorum inuidiam gratia, odi
turpitudo, iram offensio iudicis facit. si contumax, ar
gans, securus si qui non ex facto modò, dictoue aliquo,

Vlti

vultu, habitu, aspectu moueri solet. Egregieq; nobis adole-
scentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis videbatur,
Græce quidem, sed in hunc sensum, Erubescit Cæsarem ti-
mere. Summa tamen concitandi affectus accusatori in hoc
est, vt id quod obiicit, aut quam atrocissimum, aut etiam si
fieri potest, quam maxime miserabile esse videatur. Atro-
citas crescit ex his, quid factum sit, a quo, in quem, quo
animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quæ omnia in-
finitos anfractus habent. Pulsatum querimur: de re pri-
mum ipsa dicendum: tum si senex, si puer, si magistratus, si
probus, si bene de repub. meritus. Etiã si percussus sit a vi-
li aliquo contemptoq;: vel ex contrario a potente nimium
et vel ab eo a quo minimè oportuit. Et si die forte solenni,
aut ijs temporibus, cùm iudicia eius rei maximè exercerẽ-
tur, aut in solicito ciuitatis statu. Item in theatro, in templo,
in cõcione. Crescit inuidia & si non errore, nec ira, vel etiã
si forte ira sed iniqua, quòd patri affuisset, quòd respondis-
set, quòd honores contra peteret: & si plus etiam videri
potest voluisse quam fecit. Plurimum tamen affert atroci-
tatis, modus, si grauiter, si contumeliosè: vt Demosthenes
ex parte percussi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu in-
uidiam Midiæ quærit. Occisus est, vtrum ferro, an igne,
an veneno, vno vulnere an pluribus, subitò an expectatio-
ne tortus, ad hanc partem maxime pertinet. Vtitur fre-
quenter accusator & miseratione, eiũ aut eius casum quem
vlciscitur, aut liberorum aut parentum solitudinem con-
queritur. Etiam futuri temporis imagine iudices mouet
qui maneant eos casus, qui de vi & iniuria questi sunt, nisi
vindicentur: fugiendum de ciuitate, cedendum bonis, aut
omnia quæcunque inimicus fecerit, perferenda. Sed sæpius
id est accusatoris auertere iudicem a miseratione qua reus

Miserationem accusator etiã interdum mouet.

sit vsurus, atque adfortiter iudicandum concitare. Cuius loci est etiam occupare quæ dicturum facturúmue aduersarium putes. Nam & cautiores ad custodiam suæ religionis iudices facit, & gratiam responsuris aufert, cùm ea quæ prædicta sunt ab accusatore, iam si pro reo petentur, non sint noua: vt Seruius Sulpitius contra Aufidium, ne signatorum ab ipsis discrimen obiiciatur sibi, præmonet. Necnõ ab Aeschine, quali sit vsurus Demosthenes actione, prædictum est. Docendi interim quoque iudices, qui rogantibus respondere debeant: quod est vnum repetitionis genus. Periclitantem verò commendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum. Hoc quod proximè dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt vsi: pro Scauro patre hic, ille pro filio. Commendat & caussa periculi, si suscepisse inimicitias ob aliquod factũ honestum videtur: præcipuè bonitas, humanitas, misericordia. Iustè enim tunc petere ea quisque videtur à iudice, quæ alij ipse præstiterit. Referenda pars hæc quoque ad vtilitatem reipub. ad iudicum gloriam, ad exẽplum, ad memoriam posteritatis. Plurimum tamen valet miseratio, quæ iudicem flecti non tantùm cogit. sed motum quoque animi sui lacrymis confiteri. Hæc petentur aut ex iis quæ passus est reus, aut ex iis quæ tum maximè patitur, aut ex iis quæ damnatum manent: quæ & ipsa duplicantur cùm dicimus ex qua illi fortuna, & in quam recidendum sit. Affert in his momentum & ætas, & sexus, & pignora: liberi, dico, & parentes, & propinqui. Quæ omnia tractari varie solent. Nonnunquam etiam & ipse patronus has partes subit: vt Cicero pro Milone, O me miserum, ô me infelicem. Reuocare me tu in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero? Maximeque si

(vt tunc

(vt tunc accidit) non conuenient ei qui accusatur, preces. Nam quis ferret Milonem pro capite suo supplicante, qui à se virum nobilem interfectum, quia id fieri oportuisset, fateretur? Ergo & ille captaui ex illa præstantia animi, fauorem, & in locum lacrymarum eius ipse successit. His præcipuè locis vtiles sunt prosopopœiæ, id est fictæ alienarum personarum orationes, quales litigatorem decent, vel patronum. Mutæ tamen res mouent, aut cùm ipsis loquimur, aut cùm ipsas loqui fingimus. Ex personis quoque trahitur affectus. Non enim audire iudex videtur alienа mala deflentes, sed sensum ac vocem auribus accipere miserorũ, quorum etiam mutus aspectus lacrymas mouet: quantóque essent miserabiliora si ea dicerent ipsi tanto sunt quadam sua portione ad efficiendum potentiora, cùm velut ipsorum ore dicuntur: vt scenis actoribus eadem vox, eadem pronuntiatio plus ad mouendos affectus sub persona valet. Itaque idem Cicero quamquã preces non dat Miloni, eũq; potius animi præstantia cõmendat accommodauit ei tamẽ & verba, & conuenientes etiam forti viro conquestiones. O frustra, inquit, mei suscepti labores, O spes fallaces. O cogitationes inanes meæ. Numquam tamen debet esse longa miseratio: nec sine caussa dictum est, Nihil facilius quam lacrymas inarescere. Nam cùm etiam veros dolores mitiget tempus, citius euanescat necesse est illa quam dicendo effinximus, imago: in qua si moramur, lacrymis fatigatur auditor, & requiescit, & ab illo quem ceperat impetu, ad rationem redit. Non patiamur igitur frigescere hoc opus: & affectum cum ad summum perduxerimus, relinquemus: nec speremus fore, vt aliena quisquam diu ploret. Ideoq; cũ in aliis, tũ maxime in hac parte debet crescere oratio: quia quicquid non adiicit prioribus, etiam detrahere videtur:

Cicero in Partit. & de Inuentio. 1.

& facilè deficit affectus, qui descendit. Non solum autem dicendo, sed etiam faciendo quædam, lacrymas mouemus: vnde & producere ipsos qui periclitentur, squalidos atque deformes: & liberos eorum ac parentes, insticutum, & ad accusatoribus ostendi cruentum gladium, & lecta è uulneribus ossa, & uestes sanguine perfusas uidemus, & vulnera resolui, ac verberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerunque uis est, uelut in rem præsentem animos hominum ducētium. Et populum Romanum egit in furorem prætexta Caij Cæsaris prolata in fōro cruēta. Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipsum impositum lecto erat: vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentauit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur. Sed non ideo probauerim, quod factum & lego, & ipse aliquando vidi, depictam tabulam supra Iouem in imaginem rei cuius atrocitate iudex erat commouendus. Quæ enim est actoris insantia, qui mutam illam effigiem magis quam orationem pro se putet locupturam? At sordes, & squallores, & propinquorum quoque similem habitum scio profuisse, & magnum ad salutem momentum preces attulisse. Quare & obsecratio illa iudicum per charissima pignora, utique si & reo sint liberi, coniux, parentes, vtilis erit. Et deorum etiam inuocatio, uelut ex bona conscientia profecta videri solet. Stratum denique iacere, & genua cōplecti: nisi tamen persona noxa, & anteacta uita, & rei conditio prohibebit. Quædā enim tam fortiter tuenda, quam facta sunt. Verum sic est habenda autoritatis ratio, ne sit inuisa securitas. Fuit quondam inter hæc omnia potentissimum id, quo Lucium Murænam Cicero accusantibus clarissimis viris eripuisse præcipue uidetur. Persuasit enim nihil esse ad præsentem re-

Sueto. in vita Cæsaris, & Appianus libr. 2. bel. ciuil.

rum

rum statum utilius, quam pridie Calend. Ianuarias ingredi Consulatum. Quod genus nostris temporibus totum penè sublatum est, cum omnia curæ tutelæq; unius innixa periclitari nullo iudicij exitu possint. De accusatoribus & reis sum locutus, quia in periculis maximè versatur affectus. Sed priuatæ quoque causæ utrunque habent perorationis genus: & illud quod est ex enumeratione probationum, & hoc quod ex lacrymis: si aut statu periclitari, aut opinione litigator videtur. Nam in paruis quidem litibus has tragœdias mouere, tale est, quale si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Illud ne indignum quidem admonitione, ingens in epilogis meo iudicio uerti discrimen, quomodo se dicenti, qui excitatur, accommodet. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus: diligẽtérque hæc sunt actori prouidenda. Equidem repugnanteis eos patrono, & nihil ultu commotos, & intempestiuè ridentes, & facto aliquo uel ipso ultu risum mouentes sæpe etiam uidi, præcipuè uero cùm aliqua uelut scenicè fiunt. Transiluit patronus aliquando puellam, quæ soror esse aduersarij dicebatur (nam de hoc lis erat) in aduersa subsellia, tanquam in gremio fratris relicturus. at is a nobis præmonitus discesserat. Tum ille alioqui uir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suam frigidissimè reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit: at ea sæpius risum fecit. Nam & ij quorum officij erat ut traderent eam, ignari qui esset epilogus, quoties respexisset patronus, offerebant pelam, & prolata nouissime, deformitate ipsa, (nam senis cadaueri infusa (prætexitam quoque orationis gratiam perdidit. Nec ignotum quid Glyconi, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit.

Vide Chiliades

Huic

Huic puer, quem in ius productum, quid fleret interroga-
bat, ex pædagogo se vellicari respondit. Sed nihil illa con-
tra Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilo-
Pro cluent. gorũ. Omnia tamen hæc tolerabilia, quibus actionem mu-
tare facile est. at qui a stylo non recedunt: aut conticescunt
ad hos casus, aut frequentissimè falsa dicunt. Inde est enim,
Tendit ad vestra genua supplices manus. &, Hæret in cõ-
plexu liberorum miser. &, Reuocat ecce me. etsi nihil ho-
rum is de quo dicitur, faciat. Et è scholis hæc vitia, in qui-
bus omnia liberè fingimus, & impunè, quia pro facto est
quicquid volumus. non admittit hoc idẽ veritas fori. Egre-
giéque Cassius dicenti adolescentulo, Quid me toruo vultu
intueris Seuere? Non me hercule, inquit, faciebam, sed sic
scripsisti, ecce. & quam potuit truculentissimè cum aspe-
xit. Illud præcipuè monendum, ne quis nisi summis ingenij
viribus ad mouendas lacrymas aggredi audeat. Nam vt est
longè vehementissimus hic cum inualuit affectus, ita si ni-
hil efficit, tepet: quem melius infirmus actor tacitis iudi-
cum cogitationibus reliquisset. Nam & vultus, & vox, &
ipsa illa excitati rei facies, ludibrio etiam plerunque sunt
hominibus quos non permouerunt. Quare metiatur ac di-
ligenter æstimet vires suas actor: & quantum onus subi-
turus sit, intelligat. Nihil habet ista res medium, sed aut la-
crymas meretur, aut risum. Non autem commouere tãtum
miserationem, sed etiam discutere, epilogi est proprium,
quum oratione continua, quæ motos lacrymis iudices ad
iustitiam reducat, tum etiam quibusdam vrbane dictis: qua-
le est, Date puero panem, ne ploret. Et corpulento litigato
ri, cuius aduersarius item puer circa iudices erat, ab aduo-
cato latus, Quid faciam? ego te baiulare non possum. Sed
hæc tamen non debent esse inimica. Ita neque illum proba-

uerim,

uerim, qui inter clarissimos sui temporis oratores fuit, qui pueris in epilogum productis, talos proiecit in medium, quos illi diripere cœperunt. Nanque hæc ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse miserabilis. Neque illum, qui cũ esset cruentus gladius eius ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occisum, subitò ex subselliis vt territus fugit, & capite ex parte velato, cum ad agentem ex turba prospexisset, interrogauit an iam ille cum gladio recessisset. Fecit enim risum, sed ridiculus fuit. Discutiendæ tamen oratione huiusmodi scenæ. Egregieque Cicero, qui & contra imaginem Saturnini pro Rabirio grauiter, & contra iuuenem cuius subinde vulnus in iudicio resoluebatur, pro Vareno multa dixit vrbanè. Sunt & illi leniores epilogi, quibus aduersario satisfacimus: si fortè sit eius persona talis, vt illi debeatur reuerentia, aut quum amicè aliquid cõmonemus, & ad concordiam hortamur: quod est genus egregiè tractatum à pasieno, cum Domitiæ vxoris suæ pecuniariam litem aduersus fratrem eius Aenobarbum ageret. Nam quum de necessitudine multa dixisset, de fortuna quoque, qua vterque abundabat, adiecit, Nihil vobis minus deest, quàm de quo contenditis. Omnes autem hos affectus, etiam si quibusdam videntur in proœmio atque in epilogo sedem habere, in quibus sanè sunt frequẽtissimi, tamẽ aliæ quoque partes recipiunt, sed breuiores, vt cùm ex his plurima sint reseruanda. At hìc, si vsquam, totos elocutiæ aperire fontes licet. Nam ex his, si bene diximus reliqua, possidemus iam iudicum animos: & confragosis atque asperis euecti, tota pandere possumus vela: & cùm maxima pars epilogi amplificatio, uerbis atque sententiis uti licet magnificis, atque ornatis. Tunc est commouendum theatrum, quum uẽtum est ad ipsum illud, quo ueteres tragœdiæ

gœdiæ comœdiæq; clauduntur, Plaudite. In aliis autem pa-
tibus tractãdus affectus erit ut quisque nascetur. Nam ne-
que exponi sine hoc res atroces & miserabiles debent
Cum de qualitate alicuius rei quæstio est, probationibu
uniuscuiusque rei rectè subiungitur. Vbi uerò coniunctu
ex pluribus caussam agimus, etiam necesse erit uti plur-
Act. 3. & 7. *bus quasi epilogis: vt in Verrem Cicero fecit. Nam & Phi-*
lodamo, & nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, &
aliis plurimis suas lacrymas dedit. Sunt qui hos μερισμοὺς
ἐπιλόγους uocent, quo partitam perorationem significe-
Mihi non tam partes eius quàm species uidentur. Siqui-
hæc epilogi & perorationis nomina ipsa aperte satis os-
dunt hanc esse consummationem orationis.

De diuisione affectuum: & quomodo mo-uendi sint. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Quid in affectibus mouendis fieri oporteret, executus, hoc cap-
quo id modo consequi possimus ostendit. Primùm omnium affec-
commouendorum laudes simpliciter & comparatè prædicat: illu-
eloquentiam verè regi, & suas vires omnes diffundere demonstr-
Affectus diuidit in pathos & ethos, id est in concitatos & mites co-
positósque: quorum hi comœdiæ, tragœdiæ alij similes videri poss-
Quid vtriusque proprium, & quomodo inter se differant, amplè de-
cet. Nempe hos vniuscuiusque personæ mores, & rerum omnium p-
turam magna cùm delectatione, procul ab ira, odio & furore exp-
mere: illos totos circa iram, odium, metum, inuidiam, & miseran-
nem versari: per quæ orationis grauitas, aut atrocitas, vim rebus a-
dignis, asperis, aut inuidiosis addat. In quibus hoc præcipuum &
mum esse contendit, vt qui commouere alios velimus, prius com-
moueamur: & qui lacrymas aliis excutere conamur, in fletum pr-
mùm prorumpamus ipsi. Id facile fieri posse si quas græci phanta-
sias, latini visiones vocant, animis concipiamus, per quas rerum ab-
sentium imagines ita nobis repræsentemus, vt cernere videamur ips-
vt quæ in quaque re acerba accidere soleant, imaginemur, & ocul-

anim

animísque subiiciamus. sic enim fore vt ἐνάργεια, quam euidentiã dicimus, consequatur: quæ alios quoque non vulgariter & permoueat & perturbet.

QVamuis autem pars hæc iudicialium causarum sit summa, præcipuèque cõstet affectibus, & aliqua de his necessariò dixerim, non tamen potui, ac ne debui quidem locum istum in unam speciem concludere. Quare adhuc opus superest, cùm ad obtinenda quæ uolumus, potentißimum, tum supradictis multo difficilius, mouendi iudicum animos, atque in eum quem uolumus habitum formãdi, & uelut transfigurandi. Qua de re pauca, quæ postulabat hæc materia, sic attigi, ut magis quid oporteret fieri, quàm quo id modo consequi possemus, ostenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio est. Nam & per totam (ut diximus) causam locus est affectibus: & eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda, quo nihil maius afferre uis orandi potest. Nam cætera forsitan tenuis quoque & angusta ingenij uena, si modò vel doctrina uel vsu sit adiuta, generare atque ad frugem aliquam perducere queat. Certè sunt, semperque fuerunt non parum multi, qui satis peritè, quæ essent probationibus utilia, reperirent: quos equidem non contemno, sed hactenus viles credo, nequid per eos iudici sit ignotum: atque (ut dicam quod sentio) dignos à quibus causas diserti docerentur. Qui verò iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi posset perducere, quo dicto flendum & irascendum esset, rarius fuit. Atque hoc est quod dominatur in iudiciis. hæc eloquentiam regunt. Nanque argumenta plerunque nascuntur ex caussa, & pro melio re parte plura sunt semper: ut qui per hæc uicit, tantùm non defuisse sibi aduocatum sciat. Vbi verò animis iudicum vis afferenda est, & ab ipsa veri contemplatione abducenda mens, ibi proprium oratoris op

ris opus est. Hoc non docet litigator: hoc libellis non con-
tinetur. Probationes enim efficiunt sanè ut causſam no-
ſtram meliorẽ esse iudices putent: affectus præstant ut eti-
uelint. Sed id quia uolunt, credũt quoque. Nam cùm iraſ-
ſauere, odisse, misereri cœperint, agi iam rem ſuam exiſti-
mant: & ſicut amantes de forma iudicare nõ possunt, qu
ſensum oculorum premit amor, ita omnem inquirendæ u
ritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus: æ
fertur, & uelut rapido flumini obsequitur. Ita argumen
ac testes quid egerint, pronũtiatio ostendit: commotus a
tem ab oratore iudex, quid sentiat, sedens adhuc atque a
diens confitetur. An cum ille, qui pleriſque peroration
petitur, fletus erumpit, non palam dicta ſententia est? H
igitur incũbat orator, hoc opus eius, hic labor est: ſine q
cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata ſunt. adeò uelut ſpi
tus operis huius atque animus est in affectibus. Hor
autem, ſicut antiquitus traditum accepimus, duæ ſunt ſp
cies: Alteram Græci πάθος uocant, quam nos uertem
rectè ac propriè affectum dicimus: Alteram ἦθος, cu
nomine, ut ego quidem ſentio, caret ſermo Romanus m
res appellantur: atque inde pars quoque illa philoſoph
ἠθική, moralis est dicta. Sed ipſam rei naturam ſpecta
mihi, non tam mores ſignificari uidentur, quàm mor
quædam proprietas. nam ipſis quidem omnes habitus m
tis continentur. Cautiores, uoluntatem complecti, qu
nomina interpretari maluerunt. Affectus igitur hoc co
citatos, illos mites atque compoſitos esse dixerunt. in alt
ro uehementer commotos, in altero lenes. denique hos in
perare, illos perſuadere. hos ad perturbationẽ, illos ad be
neuolentiã prævalere. Adiiciunt quidã peritorum πάθος
temporale esse. Quod vt accidere frequentius fateor, i
non

nonnullas credo esse materias, quæ continuum desiderent affectum. Nec tamen minus artis aut vsus hi leniores habent, virium atque impetus non tantundem exigunt. In causis verò etiam pluribus versantur, imò secundum quendam intellectum in omnibus. Nam cum nisi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractetur, quicquid de honestis, & vtilibus, denique faciendis & non faciendis dicitur, huc vocari potest. Quidam commendationem atque excusationē propria huius officij putauerunt: nec abnuo esse ista in hac parte, sed non concedo vt sola sint: quin illud adhuc adiicio πάθος atque ἦθος esse interim ex eadem natura, ita vt illud maius sit, hoc minus: vt amor πάθος, charitas ἦθος. Interdum diuersa inter se, sicut in epilogis. Namq; πάθος concitat, ἦθος solet mitigare. Propria tamen mihi huius nominis exprimenda natura est, quatenus appellatione ipsa non satis significari videtur. ἦθος quod intelligimus, quodq; a docentibus desideramus, id erit, quod ante omnia bonitate commendabitur: non solùm mite ac placidum, sed plerunque blandum & humanum, & audientibus amabile atque iucundum: in quo exprimendo summa virtus ea est, vt fluere omnia ex natura rerum hominumq; videantur quò mores dicentis ex oratione pellucèant, & quodammodo agnoscantur. Quod est sine dubio inter coniunctas maxime personas, quoties perferimus. ignoscimus, satisfacimus, monemus, procul ab ira procul ab odio. Sed tamē alia patris aduersus filium, tutoris aduersus pupillum, mariti aduersus vxorem moderatio est. Hi enim præ se ferunt eorum ipsorum à quibus læduntur, charitatem: neque alio modo inuisos eos faciunt, quàm quòd amare ipsi videntur. Alia cùm senex adolescentis, alia cùm conuitium honestus inferioris fert. Hìc enim tantùm concitari, illic etiam affici

debet. Sunt & illa ex eadem natura, sed motus adhuc mi-
noris veniam petere, adolescentiæ defendere amores. Non
nunquam etiam leuis aliena caloris derisus ex hac formu
venit: sed non his ex locis tantùm, verùm aliquanto magi
propriæ sunt virtutes simulationis, satis faciendi, rogandi
& ἀρωνείας, quæ diuersum ei quod dicit, intellectum peti
Hinc etiam ille maior ad concitandum odium nasci affect
solet, cùm hoc ipso quòd nos aduersariis submittimus, in
telligitur tacita impotētiæ exprobratio. Nanque eos gr
uos & intolerabiles id ipsum demonstrat, quòd cedimus:
ignorant cupidi maledicendi, aut affectatores libertat
plus inuidiam quàm conuitium posse. nam inuidia aduer
sarios, conuitium nos inuisos facit. Ille iam penè medius
fectus est, ex amoribus & ex desideriis amicorū & nece
riorū. Nam & hoc maior est, & illo minor. Nō parū sig
ficanter etiā illas in scollis ἤθη dixerimus, quibus plerum
rusticos, superstitiosos, auaros timidos, secundū conditi
nē propositorū effingimus. Nā sic ἤθη mores sunt, cū h
imitamur, & ex his ducimus orationem. Denique hoc o
ne, bonum & comen virū poscit. Quas virtutes cùm e
in litigatore debeat orator, si fieri potest, approbare, v
que ipse aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit pl
rimum causis, quibus ex sua bonitate faciet fidem. Na
qui dum dicit, malus videtur, vtique malè dicit. non en
videtur iusta dicere, alioqui ἤθη videretur. Quare ipsa
etiam dicendi genus in hoc placidum debet esse ac mite
hil superbum, nihil elatum saltem ac sublime deceret. Pro
prie, iucunde, credibiliter dicere, sat est. Ideoq; & medi
ille orationis modus maximè conuenit. Diuersum est in
quod πάθη dicitur, quodq; nos affectum proprie voc
mus: & vt proximè vtriusque differentiam signem illu
co

comœdiæ, hoc tragœdiæ simile. Hæc pars circa iram, odium metum, inuidiam, miserationem, ferè tota versatur. Quæ quibus ex locis ducenda sint, & manifestum omnibus, & à nobis in ratione proœmij atque epilogi dictum est. Et metum tamen duplicem intelligi volo, quem patimur: & quem facimus. Et inuidiam, nanque altera inuidum, altera inuidiosum facit. Hoc autẽ hominis, illud rei est, in quo & plus habet operis oratio. Nam quædam videntur grauia per se, paricidium, cædes, veneficium. quædam efficienda sunt. Id autem contingit, aut cùm magnis alioqui malis grauius esse id quod pati sumus, ostenditur: quale est apud Virgilium, Aeneid. 3.

O felix vna ante alias Priameïa virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori. - Quàm miser enim casus Andromachæ, si comparata ei felix Polyxena? Aut cum ita exaggeramus iniuriam nostram, vt etiam quæ multo minora sunt, intoleranda dicamus: Si pulsasses, defendi non poteras: vulnerasti. Lib. 8. Sed hæc diligentius, cùm ad amplificationem venerimus dicemus. Interim notasse contentus sum, non id solùm agere affectus, vt quæ sunt ostendantur acerba ac luctuosa, sed etiam vt quæ toleranda haberi solent, grauia videantur: vt cùm in maledicto plus iniuriæ, quàm in manu: in infamia plus pœnæ dicimus, quàm in morte. Namque in hoc eloquentiæ vis est, vt iudicem non ad id tantùm impellat, in quod ipsa rei natura duceretur: sed aut qui non est, aut maiorem quàm est, faciat affectum: Hæc est illa quæ δέινωσις vocatur, rebus indignis, asperis, inuidiosis addens vim oratio: qua virtute præter alios plurimum Demosthenes valuit. Quòd si tradita mihi sequi præcepta sufficeret, satisfeceram huic parti, nihil eorum quæ legi vel didici, quod modò probabile fuit, omittendo: sed mihi in animo est, quæ la-

tent penitus, ipsa huius loci aperire penetralia: quæ quidem non aliquo tradente, sed experimento, meo, ac natura ipsa duce accepi. Summa enim (quantum ego quidem sentio) circa mouendos affectus in hoc posita est, vt moueamur ipsi. Nam & luctus & iræ & indignationis aliquando ridicula fuerit imitatio, si verba vultumq; tantùm, non etiam animum accõmodauerimus. Quid enim aliud est caussæ, vt lugentes vtique in recenti dolore disertissimè quædam exclamare videantur, & ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam faciat, quàm quòd illis inest vis mentis, & veritas ipsa morum? Quare in iis quæ verisimilia esse volemus, simus ipsi similes eorum qui verè patiuntur, affectibus: & à tali animo proficiscatur oratio, qualem facere iudicem volet. An ille dolebit, qui audiet me hoc cùm dicã, non dolentem? Irascetur, si nihil ipse qui in iram concitat idq; exigit, simile patietur? Siccis agenti oculis lacrymas dabit? fieri non potest. Nec incendit nisi ignis, nec madescimus nisi humore: nec res vlla dat alteri colorem, quem ipsa non habet. Primum est igitur, vt apud nos valeant ea quæ valere apud iudicem volumus: afficiamurq; antequam afficere conemur. At quomodo fiet vt afficiamur? Neque enim sunt motus in nostra potestate. Tentabo etiam de hoc dicere. Quas φαντασιας Græci vocant, nos sanè visiones appellemus: per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, vt eas cernere oculis, ac præsentes habere videamur. has quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus. Hunc quidam dicunt εὐφαντασιωτον, qui sibi res, voces, actus secundum verum optimè finget: quod quidem nobis volentibus facilè continget. Nã vt inter ocia animorum, & spes inanes, & velut somnia quædam vigilãtium, ita nos hæ de quibus loquimur imagines proseq

quuntur

quũtur, vt peregrinari, nauigare, præliari, populos alloqui diuitiarum quas non habemus, vsum videamur disponere: nec cogitare, sed facere, hoc animi vitium ad vtilitatem nõ transferemus? Vt hominem occisum querar: nõ omnia quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo? non percussor ille subitus erumpet? non expauescet circunuentus? exclamabit? vel rogabit? vel feriet? non ferientem, non concidentem videbo? non animo sanguis, & pallor, & gemitus, extremus denique expirãtis hiatus insidet? Insequetur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illustratio & euidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quam ostendere: & affectus non aliter, quam si rebus ipsis interfimus, sequentur. An non ex his visionibus illa sunt, De Orat. 3. & Acad. quæst. lib. 4.

Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa, & Aene. 9. & 10.

-Leuiq; patens in pectore vulnus? Et equus ille in funere Pallantis, -positis qui insignibus-

It lacrymans, guttisq; humectat grandibus ora? Quid? non idem poëta penitus vltimi fati cepit imaginem, vt diceret, Aeneid. 11.

-Et dulceis moriens reminiscitur Argos?

Vbi vero miseratione opus erit, nobis ea de quibus querimur, accidisse credamus, atque id animo nostro persuadeamus. Nos illi simus, quos grauia, indigna, tristia passos querantur. Nec agamus rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quæ in simili nostro casu dicturi essemus. Vidi ego sæpe histriones atque comœdos, cum ex aliquo grauiore actu personam deposuissent, flentes adhuc egredi. Quod si in alienis scriptis sola pronuntiatio ita falsis accedit affectibus, quid nos faciemus qui illa cogitare debemus, vt moueri periclitantium vice possimus? Sed in schola rebus quoque ipsis affici conuenit, easq; Huc refert Polum histrionem, de quo Gellius lib. 7. cap. 5.

veras sibi fingere, hoc magis, quòd illic vt litigatores loqu
mur frequentius, quam vt aduocati. Orbũ agimus, & nau
fragum, & periclitantem: quorum induere personas qu
attinet, nisi affectus assumimus? Hæc dißimulanda mihi n
fuerunt, quibus ipse, quantuscunque sum, aut fui, (nam p
ueniße me ad aliquod nomen ingenij credo) frequenter m
tus sum, vt me non lacrymæ solùm deprehenderint, s
pallor, & vero similis dolor,

De risu. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Risus excitati vim excitandi difficultatem, difficultatis cauſſas
de facultas eius, quàm variè nominetur, quo loco, quibus eius spe
bus, & quomodo vtandum, quis eius modus, & quæ oratori in rid
uenda, quomodo diuidatur, vnde petatur, & ex quibus locis, & q
vrbãitas ſit, hoc capite tradit. Vim habere docet ad affectus trißer
uendos exemplo iuuenum Tarentinorum, qui Pyrrhum risu placa
ad aduertandum ab intentione, ad reficiendum, & renouandum. D
ficultatem eius mouendi ex eo colligit, quòd Demoſthenes & C
ro eo in genere perfecti eſſe non potuerint, cùm hic in eo nimiu
procul ab excitandi risus facultate abfuerit. Cauſſas difficultatis
eſſe contendit, quia risus plerunque ſit anceps ratio, propter varia
minum iudicia: qui non ratione aliqua de dictis ridiculis iudicẽt,
quodam animi latente motu: quòd etiam falsè dicta, parum ſint ho
rifica, quodque eius rei nulla ſit exercitatio, nulli præceptores Fac
tem risus excitandi in natura eſſe & occaſione poſitam, non in a
quamuis eius rei nonnulla obſeruatio ſit, & præcepta tradita Rid
li hæc nomina tradit: vrbanum, cui ruſticum opponitur: venuſtum
ſum, facetum, iocoſum, dicax: & quid quodque ſignificet, explicat.
quo quis loco vtatur, & quomodo, apud quem, ex qua cauſſa, plur
referre affirmat cum aliis in conuictu & ſermone quotidiano ſit v
dum, aliis in pugna forenſi: vbi oratori cauenda hæc monet vul
geſtumque diſtortum, dicacitatem ſcurrilem, & ſcenicam obſceni
affectationem & captationem ridiculi: iocum in atroci cauſſa aut
ferabili, dictum petulans ſuperbum, loco & tempori alienum: præ
ratum, domo allatum: quod in plures conuenit, & multorum ſtudi
beſacta. Ridiculum diuidit, vt ſit aliud in rebus aut factis, aliud in
bis ſeu dictis, quibus tertium genus adiicit, quod in decipiendis ex
cationibus, dictisque aliter accipiendis verſetur: quod e medijs re
vocat in quibus ritum petamus vel ex nobis, vel ex aliis. Ex aliis, re

hendend

hendēdo, refutādo, eleuando, repercutiēdo, eludendo. Ex nobis, nostra ridicula indicendo, & alica subabsurda, non quidem per imprudentiā sed per simulationem, per quā venustissima futura sunt. In his risum conciliari ostendit aut ex corpore, aut ex animo, aut ex iis quæ extrà sunt posita, tribus modis: vel ea ostendendo, & sub oculos subiiciendo vel narratione explicando, vel dicto notando: quæ singula subiectis exemplis manifesta facit. Ex quibus locis petatur risus, infinitum esse ait, vt tamen confusionem tollat, ex his petit traditis ex locis argumentorum, ex tropis, ex figuris dictionum & sententiarum: quorum omnium species dinumerat. Ridiculum ex verbis, quibus modis venustè fiat, quatenus amphibolias & ænigmata recipiat, primùm exequitur. Hinc quæ ex vi rerum fiant multo acriora & elegantiora, tractat, quorum vsum exemplis è figuris sententiarum, tropis, & locis argumentorū latissimè docet. His perfectis tertium propositæ diuisionis membrum aggreditur, quod medium inter res & verba vocauit, & ad decipiendas expectationes, vel dicta aliter intelligenda accommodatum esse dixit, & omnium longè venustissimum, quod per inopinatum fiat, occurrendo, simulando, dissimulando, ambiguum aliquid ponēdo, aliena aut sua fingendo, contra simulantem simulando. Inter quæ leuia ridicula iucundissima esse contendit, quæ vrbana dici debeant. Postremò quibus vrbanitas adiuuetur, & quid sit, contra Domitium Marsum definit, nempe Latinis virtutem esse, qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore, gestúue possit deprehendi, qualis Græcis atticissimos fuit.

HVic diuersa virtus, quæ risum iudicis mouendo, & illos tristes soluit affectus, & animum ab intentione rerum frequenter auertit, & aliquando etiam reficit, & à satietate vel a fatigatione renouat. Quanta sit autem in ea difficultas, vel duo maximi oratores, alter Græcæ, alter Latinæ eloquentiæ principes, docent. Nam plerique Demosthenī facultatem huius rei dessuisse credūt. Ciceroni modū. Nec videri potest voluisse Demosthenes, cuius pauca admodum dicta, nec sanè cæteris eius virtutibus respondentia palam ostendunt non displicuisse illi iocos, sed non contigisse. Noster verò non solum extra iudicia, sed in ipsis etiā orationibus habitus est nimius risus affectator. Mihi quidem, siue id recte iudico, siue amore immodico præcipui in eloquentia viri laboro, mira quædam videtur in eo fuis-

se vrbanitas. Nam & in sermone quotidiano multa, & in altercationibus, & interrogandis testibus plura quam qui

Act. 5. *quam, dixit facetè, & illa ipsa quæ sunt in Verrem dicta Fri-gidius, aliis assignauit, & testimonij loco posuit: vt qui sunt magis vulgaria, eò sit credibilius illa ab oratore non*

*Vtinámque libertus eius. Macrob. Sat. 2. cap. 1. *ficta, sed passim esse iactata. *Vtinam Quintus, & libertus eius Tyro, aut alius quisquis fuit qui tres hac de re libros edidit, parcius dictorũ numero indulsissent, & plus iudicii in eligendis quam in congerẽdis studij adhibuissent: minus obiectus calũniantibus foret: qui tamẽ nunc quoque, vt in omni eius ingenio, facilius quid reiici quam quid adiici possit, inuenietur. Affert autẽ summã rei difficultatem, primùm quòd ridiculum dictum plerunque, falsum est, hoc sæpe humile, sæpe ex industria deprauatum: præterea nunquam honorificum, tum varia hominum iudicia, quia non ratione aliqua, sed motu quodam nescio, an enarrabili, iudicatur. Neque hoc ab vllo satis explicari puto, licet multi tẽtauerint. Vnde risus quidem non solum facto aliquo dictóue, sed interdum quodam etiam corporis tactu lacessitur. Præterea non vna ratione moueri solet. Neque enim acutè tantùm ac venustè, sed stultè, iracundè, timidè dicta aut facta ridentur. Ideóque anceps eius rei ratio est, quòd a deri-*

5. de Orat. *sum non procul abest risus. Habet enim, vt Cicero dicit, sedem in deformitate aliqua & turpitudine. Quæ cùm in aliis demonstrantur, vrbanitas: cum in ipsum dicentem recidunt, stultitia vocatur. Cùm videatur autem res leuis, & quæ a scurris mimis, insipientibus denique sæpe moueatur, tamen habet vim nescio an imperiosissimam, & cui resistere minime potest. Erumpit enim etiam inuitis sæpe, nec fultus ope: nec vultus modo ac vocis exprimit confessionem, sed totum corpus vi sua concutit. Rerum autem*

sæpe

ſæpe(vt dixi(maximarum momenta vertit, cùm odium iramq; freqentiſſimè frangat. Documento ſunt iuuenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege ſecurius inter cœnam, locuti, cum rationem facti repoſcerentur,& neque negari res,neque defendi poſſet, riſu ſunt & opportuno ioco elapſi. Nanque vnus ex his,Immò,inquit,niſi ligena defeciſſet, occidiſſemus te. Eaq; vrbanitate tota eſt inuidia criminis diſſoluta. Verùm hoc quicquid eſt, vt non auſim dicere carere omnino arte,quia nonnullam obſeruationem habet, ſuntq; ad id pertinentia & à Græcis & à Latinis cõpoſita præcepta: ita planè affirmo præcipue poſitũ eſſe in natura & occaſione. Porrò natura non tantùm in hoc valet, vt acutior quis atque habilior ſit ad inueniendum: nam id ſane doctrina poſſet augeri:ſed ineſt propriùs quibuſdam decor in habitu atque vultu, vt eadem illa minus dicente alio videantur vrbana eſſe. Occaſioni uerò & in rebus eſt tanta uis, vt ſæpe adiuti ea non indocti modò, ſed etiam ruſtici falſe dicant in eum quiſquis aliquid dixerit prior. Sunt enim lõgè uenuſtiora omnia in reſpondendo,quam in prouocando. Accedit difficultati,quòd eius rei nulla exercitatio eſt, nulli præceptores. Vtique in conuiuiis & ſermonibus multi dicaces:ſed quia in hoc vſu quotidiano proficimus, oratoria vrbanitas rara, nec ex arte propria, ſed ad hanc conſuetudinem accommodata. Nihil autem vetabat & componi materias in hoc idoneas, vt controuerſiæ permiſtis falſibus fingerẽtur: vel res proponi ſingulas ad iuuenum talem exercitationem. Quin ille ipſe, quæ dicta ſunt, ac vocantur: quas certis diebus feſtæ licentiæ dicere ſolebamus, ſi paulùm adhibita ratione fingerentur,aut aliquid in his ſerium quoque eſſe admiſtum, plurimũ potuerunt utilitatis afferre:quæ nunc iuue- Val.li.5.tit.3.

num, vel sibi ludentium exercitatio est. Pluribus autem no-
minibus in eadem re vulgò vtimur: quæ tamen si diduca-
suam propriam quandam vim ostendent. Nam & vrba-
tas dicitur: qua quidem significari video sermonem præ-
ferentem in verbis & sono & vsu proprium quend-
gustum vrbis, & sumptam ex conuersatione doctorum t-
citam eruditionem: denique cui contraria sit rusticit-
Venustum esse, quod cum gratia quadam & venere dic-
tur, apparet. Salsum in consuetudine pro ridiculo tant-
accipimus: natura non vtique hoc est: quanquam & ri-
cula oporteat esse salsa. Nam & Cicero, omne q-
2. de Orat. salsum sit, ait esse Atticorum: non quia sunt maxi-
ad risum compositi: & Catullus cum dicit,

Nulla in tam magno est corpore mica salis.

In epigram. hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum i-
tur erit, quod non erit insulsum, velut quoddam simp-
orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio
lut palato, excitátque, & a tædio defendit orationem. S-
tamen vt ille in cibis paulò liberalius aspersus, si tan-
non sit immodicus, affert aliquid propriæ voluptatis
hi quoque in dicendo habent quiddam quod nobis fa-
audiendi sitim. Facetum quoque non tantum circa ridi-
opinor consistere. Neque enim diceret Horatius facet-
Ser. 2. Sat. 10. carminis genus natura concessum esse Virgilio. Dec-
hanc magis, & excultæ cuiusdam elegantiæ appellation-
puto. Ideóque in epistolis Cicero hæc Bruti refert ver-
Næ illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti mol-
Quod conuenit cum illo Horatiano,

-Molle atque facetum Virgilio. -Iocum uerò accip-
mus, quod est contrarium serio. Nam & fingere, & ten-
re,

re,& promittere interim,iocus est. Dicacitas sine dubio à dicendo,quod est omni generi commune,ducta est:propriè tamen significat sermonem cum risu aliquo incessentem. Ideo Demosthenem vrbanum fuisse dicunt dicacem negãt. Proprium autem materiæ de qua nunc loquimur, est ridiculum. Ideóque hæc tota disputatio à Græcis περὶ γελοίου inscribitur. Eius prima diuisio traditur eadem quæ est omnis orationis, vt sit positum in rebus, aut in verbis. Vsus autem maxime simplex. Aut enim ex aliis risum petimus, aut ex nobis,aut ex rebus mediis. Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. Nostra, ridicula indicamus,& vt uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua subabsurda. Nanque eadem quæ si imprudentibus excidant,stulta sunt:si simulamus,uenusta creduntur. Tertium est genus,ut idem dicit,in decipiendis expectationibus,dictis aliter accipiendis, cæterisque quæ neutram personam contingunt, ideóque à me media dicũtur. Item ridicula aut dicimus aut facimus. Facto risus cõciliatur interim admista grauitate: vt Marcus Cælius prætor,cum sellam eius curulem consul Isauricus fregisset,alteram posuit loris intentam. dicebatur autem Cos. à patre aliquando cæsus flagris: Interim sine respectu pudoris, vt in illa pyxide Cæliana. quod neq; oratori, neque illi grauiuiro conueniat. Idem autem de vultu gestuque ridiculo dictum sit: in quibus est quidem summa gratia, sed maior eum captare risum non videntur. Nihil enim ex iis quæ dicuntur falsa, dicitur falsius. Quanquam autem gratiæ plurimum dictis seueritas affert, sitque ridiculũ id ipsum, quia qui dicit, non ridet: est tamen interim & aspectus & habitus oris & gestus non inurbanus,cùm iis modus contingit, id porrò quod dicitur, aut est lasciuum & hilare, qualia

2. de Orat.

Pro Cælio.

qualia Galbæ pleraque: aut contumelioſum, qualia nupe
Iunij Baſſi: aut aſperum, qualia Caſſij Seueri: aut lene, qua
lia Domitij Afri. Refert, his ubi quis utatur. Nam in co
uiuiis & quotidiano ſermone laſciua humilibus, hilar
omnibus conueniunt. Ludere nunquam uelimus, longè
abſit propoſitum illud, Potius amicum quam dictum pe
didi. In hac quidem pugna fòrenſi malim mihi lenibus *
terdicere: quanquam & contumelioſe & aſperè dicere
aduerſarios permiſſum eſt: cùm accuſare etiam palam,
caput alterius iuſtè petere conceſſum ſit. Sed hìc qu
que tamen inhumana uideri ſolet fortunæ infect
uel quia culpa caret, uel quia recidere etiam in ipſos
obiecerunt, poteſt. Primùm itaque conſiderandum eſt,
quis, & in qua cauſſa, & apud quem, & in quem, & q
dicat. Oratori minimè cõuenit diſtortus uultus, geſtuſq
quæ in mimis rideri ſolent. Dicacitas etiam ſcurrilis
ſcenica huic perſonæ alieniſſima eſt. Obſcœnitas uerò no
a uerbis tantùm abeſſe debet, ſed etiam a ſignificatio
Nam ſi quando obiici poteſt, non in omni loco exprobr
da eſt. Oratorem præterea ut dicere urbanè uolo, ita uid
ri affectare id, planè nolo. Quapropter ne dicet quid
falſe quoties poterit, & dictum potius aliquando perd
quam minuet autoritatem. Nec accuſatorem autem atro
in cauſſa, nec patronum in miſerabili iocantem feret qui
quam. Sunt etiam iudices quidam triſtiores, quam ut riſu
libenter patiantur. Solet interim accidere, ut id quod in ad
uerſarium dicimus, aut in iudicem conueniat, aut in noſtr
quoque litigatorem: quanquam aliqui reperiuntur qui
id quidem quod in ipſos recidere poſſit, euitent: quod ſed
Longus Sulpitius, qui cùm ipſe fœdiſſimus eſſet, eum con
tra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem haber
liber

* vti licere.

liberi hominis dixit: cui respondens Domitius Afer, Et tu, inquit, ex animi sententia Longe? qui malam faciem habet, liber non est? Vitandum etiã ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempori alienum, ne præparatum & domo allatum videatur quod dicimus. Nam aduersus miseros, sicut suprà dixeram, inhumanus est iocus: Sed quidam ita sunt receptæ autoritatis & notæ verecundiæ, vt nocitura sit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis iam præceptum est. Illud non ad orandi ferè consilium, sed ad omnia pertinet, ne lacessat hoc modo quem lædere sit periculosum, ne aut inimicitiæ graues insequantur, aut turpis satisfactio. Malè etiam dicitur, quod in plures conuenit, si aut nationes totæ incessantur, aut ordines, aut conditio aut studia multorum. Ea quæ dicit vir bonus, omnia salua dignitate ac verecundia decent. Nimium enim risus precium est, si probitatis impendio constat. Vnde autem concilietur risus, & quibus ex locis peti soleat, difficillimum est dicere. Nam si species omnes persequi velimus, nec modum reperiemus, & frustra laborabimus. Neque enim numerosi minus sunt loci, ex quibus hæc dicta, quàm illi ex quibus eæ quas sententias vocamus, ducuntur, neque alij. Nam hic quoque est inuentio & elocutio, atque ipsius elocutionis vis, alia in verbis, alia in figuris. Risus igitur oriuntur aut ex corpore eius in quem dicimus: aut ex animo, qui factis ab eo dictisque colligitur, aut ex his quæ sunt extrà posita. Intra hæc enim est omnis vituperatio: quæ si grauius posita sit, seria est: si leuius, ridicula. Hæc aut ostenduntur, aut narrantur, aut dicto notantur. Rarum est autem, vt oculis subiicere contingat, vt fecit C. Iulius, * qui cùm Helvio Manciæ sæpius obstrepenti sibi diceret, Iam ostendam qualis sis: isque planè instaret interrogatione qualem se tandem

1. de Orar.

* Crassus, habet Plinius lib. 35. cap. 4.

tandem ostensurus esset, digito demonstrauit imagine
galli in scuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tu
simillimus est visus. Tabernæ autem erant circa forum,
scutum illud signi gratia positum. Narrare quæ falsa sin
in primis est subtile, & oratorium: vt Cicero pro Cluen
narrat de Cepasio atque Fabritio: ac Marcus Cælius de
la C. Lælij collegæq; eius in prouinciam festinantium co
tentione. Sed in his omnibus cum elegans & venusta c
gitur tota expositio, tum id est festiuissimum, quod adi
orator. Nam & à Cicerone sic est Fabritij fuga illa con
ta, Itaque cùm callidissimè se putaret dicere, & cum
verba grauissima ex intimo artificio deprompsisset: R
cite, iudices, hominum fortunas, respicite varios duró
casus, respicite C. Fabritij senectutem: cum hoc respic
ornandæ orationis caussa sæpe dixisset, respexit ipse
Fabritius à subselliis demisso capite discesserat, & ca
quæ adiecit: nam est notus locus: cum in re hoc solùm
Fabritium à iudicio recessisse. Et Cælius cum omnia ve
stissimè finxit, tum illud vltimum sic subsecutus: Quom
transierit, utrùm rate, an piscatorio nauigio, nemo scie
Siculi quidem, ut sunt lasciui & dicaces, aiebant in delp
no sedisse, & sis tanquam Arionа transuectum. In n
rando autem Cicero consistere facetius putat, dicacius
in iaciendo. Mirè fuit in hoc genere uenustus Aser Do
tius, cuius orationibus complures huiusmodi narratio
insertæ reperiuntur: sed dictorum quoque ab eodem
banè, sunt editi libri. Illud quoque genus est positum
in hac ueluti iaculatione uerborum, & inclusa breuiter
banitate, sed in quodam longiore actu: quod de Crasso co
tra Brutum Cicero in secundo de oratore libro, &
quibusdam locis narrat. Nam cùm Brutus in accusati

Cn. Plãci, ex duobus lectoribꝰ ostendisset cõtraria L. Crassum patronum eius in oratione quam de Colonia Narbonensi habuerat, suasisse iis quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipse lectores, hisque patris eius dialogos dedit legendos: quorum cùm in Priuernati vnus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem habitum complecteretur, requirebat ubi essent ea possessiones. Omneis autem illas Brutus vendiderat: & cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur. Similis in apologis quoque & quibusdam etiam interim historiis exponendis gratia consequi solet. Sed acutior est illa atque velocior in vrbanitate breuitas. Cuius quidem duplex est forma, dicendi, ac respondendi: sed ratio communis in parte. Nihil enim in lacessendo dici potest, quod non etiam in repercutiendo. At propria quædam sunt respondentium: illa etiam ira concitati afferre solent: hæc plerunque in altercatione, aut in rogandis testibus requiruntur. Cum sint autem loci plures ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum est mihi, non omneis eos oratoribus conuenire. In primis autem ex amphibolia, neque illa obscura, quæ Atellanæ more capient, nec qualia vulgò iactantur à viliſsimo quoque, conuersa in maledictum ferè ambiguitate. Ne illa quidem, quæ Ciceroni aliquando, sed non in agendo, exciderunt, vt dixi, cùm is candidatus qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret, Ego quoque tibi iure fauebo. Non quia excludẽda sint omnino verba duos sensus significantia, sed quia rarò bellè respondeant, nisi cùm prorsus rebus ipsis adiuuantur. Quare non hoc modò penè & ipsum scurrile Ciceronis est in eundem, de quo suprà dixi, Isauricum, Miror quid sit quòd pater tuus homo constantiſsimus te nobis varium reliquit: sed illud ex eodem genere

Vide Donatũ in Adelphos Terent.

præcla

præclarum, cùm obiiceret Miloni accusator in argumen-
tum factarum Clodio insidiarum, quòd Bouillas ante hor-
nonam diuertisset, vt expectaret dum Clodius à villa su-
exiret, & identidem interrogaret quo tempore Clodi-
occisus esset, respondit, Serò. Quod vel solum sufficit, n
hoc genus non totum repudietur. Nec plura modò signifi-
cari solent, sed etiam diuersa: vt Nero de seruo pessimo d-
xit, Nulli apud se plus fidei haberi: nihil ei neque occlusu-
neque obsignatum esse. Peruenit res vsque ad ænigma: qu-
le est Ciceronis in Pletorium Fonteij accusatorem, cui
matrem dixit, dum vixisset, ludum: postquam mortua esse
magistros habuisse. Dicebantur autem, dum vixit, infam-
fœminæ ad eam conuenire solitæ: post mortem eius bo-
uenibant. Quanquam hic ludus per translationem dict-
est, magistri per ambiguitatem. In metalepsin quoque c-
dit ratio dictorum: vt Fabius Maximus incusans Aug-
sti congiariorum quæ amicis dabantur, exiguitatem, h-
minaria esse dixit. Nam congiarium cùm sit commune l-
beralitatis atque mensuræ, à mensura ducta imminutio
rerum. Et hæc tam frigida, quàm est nominum fictio, a-
iectis, detractis, mutatis literis: vt Aciculum, quia esset p-
ctus, Paciculum: & Placidum nomine, quia is acerbus n-
tura esset, Acidum: & Tullium, cum fur esset, Tollium, d-
ctos inuenio. Sed hæc eadem genera commodius in reb-
quam in nominibus respondent. Afer enim venustè Ma-
lium Suram mulium in agendo discursantem, salientem
manus iactantem, togam deiicientem & reponentem, mu-
agere dixit: sed satagere. Est enim dictum per se vrbanum
satagere, etiam si nulla subsit alterius verbi similitud-
Fiunt & detracta & adiecta aspiratione, & binis coniun-
ctis verbis similiter sæpius frigida, aliquando tamen rec-
pienda

pienda. Eademq; conditio est in iis quæ à nominibus trahuntur. Multa ex hoc Cicero in Verrem, sed vt ab aliis dicta, modò futurum vt omnia verreret, cùm diceretur Verres: modò Herculi quem expilauerat, molestiorem apro Erymanthio fuisse: modò malum Sacerdotem, qui tam nequam verrē reliquisset: quia sacerdoti Verres succesſerat. Præbet tamen aliquando occasionem quædam fœlicitas hoc quoque genere bene vtendi: vt pro Cecinna Cicero in testem Sex. Clodium Phormionem. Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio. Acriora igitur sunt & elegantiora, quæ trahuntur ex verum. In his maximè valet similitudo, si tamen ad aliquid inferius leuiusque referatur: qua iam veteres illi iocabantur, qui Lentulum Spintherem, & Scipionem Serapionem esse dixerunt. Sed ea non ab hominibus modò petitur, verumentiam ab animalibus: vt nobis pueris Iunius Bassius, homo in primis dicax, Asinus albus vocabatur. Et Sarmentus seu Publius Blessius Iuniam hominem nigrum & macrum & pandum, fibulam ferream dixit. Quod nunc risus petendi genus frequentissimum est. Adhibetur autem similitudo interim palam, interim inseri solet parabolæ: cuius est generis id Augusti, qui militi libellum timidè porrigenti, Noli, inquit, dubitare, tanquam assem elephanto des. Sunt quædam etiam verisimilia: vnde Vatinius, cùm res agente in eum Caluo, candido frontem sudario tergeret, idq; ipsum accusator in inuidiam vocaret: Quamuis reus sum, inquit, & panem candidum edo. Adhuc est subtiliorilla ex similitudine translatione, cum quod in alia re fieri solet, in aliam mutuamur. Ea dicatur sanè fictio: vt Chrysippus, cùm in triumpho Cæsaris eborea oppida essent traslata, & post dies paucos Fabij Maximi lignea,

Act. 6.

Plin. libr. 7. cap. 11. Val lib. 9. titul. 15. Cicc. ad Attic. lib. 6.

thecas esse oppidorum Cæsaris dixit. Et Pedo de Mirmil
lone qui retiarium consequebatur, nec feriebat, Vivum, in
quit, capere vult. Iungitur amphiboliæ similitudo: vt
Galba pilam negligenter petenti, Sic, inquit, petis, tanq
Cæsaris candidatus. Nam illud petis, ambiguum est secu
tas similis. Quod hactenus ostendisse satis est. Cæterùm fr
quentissima aliorum generum cum aliis mistura est: eâ
optima, quæ ex pluribus constat. Eadem dissimilium ra
est. Hinc eques Romanus, ad quem in spectaculis biben
cùm misisset Augustus qui ei diceret, Ego si prandere v
lo, domum eo: Tu enim, inquit, non times ne locum p
dat. Ex contrario non vna species. Neque enim eodem m
do dixit Augustus præfecto quem ignominia notabat, si
inde interponenti precibus, Quid respondebo patri m
Dic me tibi displicuisse: quo Galba penulam roganti, N
possum commodare, domi maneo: cum cœnaculum eius p
plures. Tertium adhuc illud (siquidem vt ne autorem p
nam, verecundia ipsius facit) Libidinosior es, quàm v
lus spado: quo sine dubio & opinio decipitur sed ex co
trario. Et hoc ex eodem loco est, sed nulli priorum sim
*Deest hîc aliquid. quod dixit Marcus Vestinius, cum ei nunciatum esset, *
quando desinet putere. Onerabo librum exemplis, simil
iis qui risus gratia componuntur, efficam, si persequi v
luero singula veterum. Ex omnibus argumentorum lo
eadem occasio est. Nam & finitione vsus ex Augustu
pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant
eorum alterum saltatorem dixit alterum interpellatore
Et partitione Galba, cùm penulam roganti respondit, N
pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse vtar. Proinde gene
specie. propriis, differentibus, iugatis, adiunctis, consequ
tibus, antecedentibus, repugnantibus, causis, effectis, com
paratio

paratione pariũ, maiorũ minorũ, similis materia præbetur. Sicut in tropos quoque omneis cadunt. An non plurima ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de Mẽmio homine prælongo, caput eum ad fornicem Fabij offendisse. Et quod P. Oppius dixit de genere Lentulorum, cum assiduè minores parentibus liberi essent in nascendo, decrescere genus Lentulorum, Interim vtrunque. Quid ironia? nonne etiam quæ sit verissima, ioci propè genus est? Qua vrbanè vsus est Afer, cum Didio Gallo qui prouinciam ambitiosissimè petierat, deinde impetrata ea tanquam coactus querebatur, Age, inquit, aliquid & republicæ caussa elabora. Quáq; Cicero vsus est, cùm Vatinij morte nunciata, cuius parum certus dicebatur autor, Interim, inquit, vsura fruar. Idem per allegoriam M. Cælium melius obiicientem crimina quàm defendentem, Bonam dextram, malam sinistram habere dicebat. Emphasi Liuius dicit ferro cotem Accium Nauium incidisse. Figuras quoque mentis, quæ σχήματα διανοίας dicuntur, res eadem recipit omneis, in quas nonnulli diuiserunt species dictorum. Nam & interrogamus, & dubitamus, & affirmamus &, minamur, & optamus. Quædam vt miserantes, & quædam vt irascentes dicimus. Ridiculum est autem omne quod apertè fingitur. Stulta reprehendere facillimũ est: nam perse sunt ridicula. Sed rem vrbanam facit aliqua ex nobis adiectio. Stultè interrogauerat exeuntem de theatro Carpathium Tityus Maximus, an spectasset: fecit Carpathius dubitationem eius stultiorẽ dicẽdo, Non sed in orchestra pila lusi. Refutatio cùm sit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando, ridiculè negauit Manius Curius. Nam cùm eius accusator, simpario omnibus locis aut nudum eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea, pinxisset, Ergo ego (inquit (nunquam

Ex tropis. 2. de Orat.

vici, Redarguimus interim apertè, vt Cicero Vibium Cu
rium multum de annis ætatis suæ mentientem: Tum erg
cum vnà declamabamus, non eras natus. Interim & simu
lata assensione, vt idem Fabiæ Dolabellæ dicenti triginti
se annos habere, Verum est, inquit: nam hoc iam viginti
annis audio. Belle interim subiicitur pro eo quod neges, a
liud mordacius, vt Iunius Bassus querente Domitia pasien
quòd incusans eius sordes, calceos eam veteres diceret ut
dere solere: Non mehercule, inquit, hoc vnquam dixi, se
emere te solere. Defentionem imitatus est eques Roman
qui obiicienti Augusto quòd patrimonium comedisse
Meum, inquit, putaui. Eleuandi ratio est duplex, vt a
veniam quis, aut iactantiam minuat: quemadmodum
Cæsar Pomponio ostendenti vulnus ore exceptum in se
tione Sulpitiana, quod ipse se passum pro Cæsare pugna
tem gloriabatur, Nunquam fugiens respexeris, inqu
Aut crimen obiectum, vt Cicero obiurgantibus quod s
xagenarius Popilliam virginem duxisset, Cras mulier er
inquit. Hoc genus dicti, consequens vocant quidam, atqu
illi simile, & quo Cicero Curionem semper ab excusatio
ætatis incipientem, facilius quotidie proœmium habe
dixit: quia ista natura sequi & cohærere videantur. Su
eleuandi genus est etiam causarum relatio, qua Cicer
est vsus in Vatinium, qui pedibus æger, cùm vellet vide
ri commodioris valetudinis factus, & diceret se iam bo
na millia passuum ambulare: Dies enim, inquit, longio
res sunt. Et Augustus nunciantibus Tarraconensibus pa
mam in ara eius enatam, Apparet, inquit, quàm sæp
accendatis. Transtulit crimen Cassius Seuerus. Nam
cùm obiurgaretur à prætore, quòd ad vocati eius L
Varro Epicureo Cæsaris amico conuitium feciſſent, Ne
se

scio, inquit, qui conuitiati sint: & puto Stoicos fuisse. Repercutiendi multa sunt genera: venustissimum, quod etiam similitudine aliqua verbi adiuuatur: vt Thracallus dicenti Suellio, Si hoc ita est, is in exilium: si non est ita, redis, inquit. Eluſit Caßius Seuerus obiiciente quodã quòd ei domo ſua Proculeius interdixiſſet, reſpondendo, Nunquid ego illuc accedo? Sic eluditur & ridiculum ridiculo, vt diuus Auguſtus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dediſſent, & Dolabella per iocum, tentans tamen ioci ſui euentum, dixiſſet, Imperator, torque me dona: Malo te, inquit, ciuica donare. Mendacium quoque mendacio: vt Galba dicente quodam Victoriato ſe vnō in Sicilia quinque pedes longam murenam emiſſe: Nihil, inquit, mirum: nam ibi tam longæ naſcuntur, vt iis piſcatores pro reſtibus vtantur. Contraria eſt neganti confeſsionis ſimulatio, ſed ipſa quoque multum habet vrbanitatis. Sic Afert cùm ageret contra libertum Claudij Cæſaris & ex diuerſo quidam conditionis eiuſdem cuius erat litigatōr, exclamaſſet, Præterea tu ſemper in libertos Cæſaris dicis? Nec mehercule, inquit, quicquam proficio. Cui vicinum eſt, non negare quod obiicitur, cùm & id palàm falſum eſt, & inde materia bene reſpondendi datur vt Catulus dicenti Philippo, Quid latras? Furem video, inquit. In ſe dicere, non eſt ferè niſi ſcurrarum, & in oratore vtique minimè probabile. Quod fieri totidem modis, quot in alios, poteſt. Ideóque hoc, quamuis frequens ſit, tranſeo. Illud verò etiam ſi ridiculum, indignum tamen eſt homine liberali, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur: quod feciſſe quandam ſcio, qui humiliori libere aduerſus ſe loquenti, Colaphum, inquid, tibi dúam, & formulam ſcribam, quod caput durum habeas.

Cicero. 2. de Oratore.

Hîc enim dubium eſt, virum ridere audientes, an indignari debuerint. Supereſt genus decipiendi opinione, a dicta aliter intelligendi, quæ ſunt in omni hac materia venuſtiſſima. Inopinatum & a laceſſante poni ſolet: quale eſt quod refert Cicero, Quid huic abeſt, niſi res & v tus? Aut illud Afri, Homo in agendis cauſis optimè ver 1. de Orato. tus. Et in occurrando, vt Cicero audita falſa Vatinij mo te, cum Quinium libertum eius interrogaſſet, Recta omnia? dicenti, Rectè, Mortuus eſt, inquit. Plurim autem circa ſimulationem & diſſimulationẽ riſus eſt, q ſunt vicina, & propè eadẽ ſed ſimulatio eſt certã opin nem animi ſui imitantis: diſſimulatio, aliena parum ſe telligere fingentis. Si mulauit Aſert, qui cum in cauſſa binde dicentibus Celſinam dicere, cognouiſſet quòd e potens fœmina: Quis eſt, inquit iſte? Celſinam enim deri ſibi virum finxit. Diſſimulauit Cicero, cum Sex. A nalis teſtis reum læſiſſet, & inſtaret identidem accuſa ei, Dic M. Tulli, num quid potes de Sexto Annali? Ver tunc dicere cœpit de libro Ennij annali ſexto,

Qui potis ingentis cauſſas euoluere belli.

Cui ſine dubio frequentiſſimam dat occaſionem ambigu vt Caſſelio, qui conſultori dicenti, Nauem diuidere vo Perdes, inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter ſo cùm ab aſperioribus ad leniora deflectitur: vt qui int rogatus quid ſentiret de eo qui in adulterio deprehen eſſet, Tardum fuiſſe reſpondit. Ei conſine eſt quod dici per ſuſpicionẽ: quale illud apud Ciceronem, quærenti q vxor ſua è fico ſe ſuſpendiſſet: Rogo des mihi ſurculum illa arbore, vt inſerã. Intelligitur enim quod non dicitur herele omnis falsè dicẽdi ratio in eo eſt, vt aliter quam rectum verumque dicatur. Quod fit totũ fingendis aut

stris aut alienis persuasionibus, aut dicendo quod fieri non
potest. Aliena finxit Iuba, qui quærenti quòd ab equo suo
esset asperius, Quid tu, inquit, me Hippocentaurum putas?
Sua C. Cassius, qui militi sine gladio discurrenti, Heus com-
milito, pugno bene utêris, inquit. Et Galba de piscibus, qui
cùm pridie ex parte adesi, & versati postero die oppositi
essent, Festinemus, alij subcœnant, inquit. Tertiũ illud Cice
ronis (vt dixi) aduersus Curiũ. fieri enim certè nõ poterat,
vt cùm declamaret, natus non esset. Est & illa ex ironia fi-
ctio, qua vsus est C. Cæsar. Nam cùm testis diceret, a reo fœ
mina sua ferro petita, & esset facilius reprehensio cur illã
potissimum partẽ corporis vulnerare voluisset: Quid enim
faceret, inquit, cùm tu galeam & loricã haberes? Vel opti-
ma est simulatio cõtra simulationẽ: qualis illa Domitij Afri
fuit: Vetus habebat testamentũ, & vnus ex amicis recẽtio-
ribus sperans aliquid ex mutatione tabularũ, falsam tabu-
lam intulerat, consulens eum, an primipilaris ei testamẽto
suaderet ordinare suprema iudicio. Noli, inquit, facere: of-
fendis illum. Iucundissima sunt autẽ ex his omnibus lenia, et
(vt sic dixerim) boni stomachi: vt Aser ingrato litigatori
conspectum eius vitanti in foro, per nomenclatorem mis-
sum ad eum, Amas me, inquit, quod te non vidi? Et dispensa
tori, qui cùm ad reliqua non responderet, dicebat subinde:
Non comedi panẽ, & aquam bibo: Pasce, & redde quod de
bes. Quæ ὑπαρωγὰς vocant. Et gratus iocus, qui minus ex
probrat quàm potest: vt idem dicenti candidato, Sẽper do-
mum tuam colui: cùm posset palam negare, Credo, inquit,
& verum est. Interim de se dicere, ridiculum est: & quod
in alium, si absentem diceret, vrbanum non esset, quo-
nam ipsi palam exprobratur, mouet risum: quale Au-
gusti est: cùm ab eo miles nescio quid improbe peteret,

veniret contrà Martianus, quem suspicabatur & ipsum aliquid iniustè rogaturum: Non magis, inquit, faciam commilito, quæ petis, quàm quod Martianus à me petitum est. Adiuuant vrbanitatem & versus commodè positi, sotti vt sunt: quod adeo facile est, vt Ouidius ex tetrastycho Macri carmine librum in malos poëtas composuerit quod sit gratius, siqua etiam ambiguitate condatur: vt Cicero in Accium hominem callidum & versutum, cùm is in quadam caussa suspectus esset, Nisi qua Vlysses rete euasit Laërtius. Seu verbis ex parte mutatis, vt in eum qui cùm antea stultissimus esset habitus, post acceptam hæreditatem primus sententiam rogabatur, Cui hæreditas est, quam vocant sapientiam: pro illo, faculta est. Seu fictis nouis versibus. Simile est quod παροιμία dicitur, & prouerbia opportunè aptata, vt de homine in aquam lapso, & vt alleuaretur roganti, Tollat te, qui non nouit. Ex historia etiam ducere vrbanitatem, erudi-tum: vt Cicero fecit, cùm ei testem in iudicio Verris roganti dixisset Hortensius, Non intelligo hæc ænigmata. Atqui debes, inquit, cum Sphingem domi habeas. Acceperat autem ille à Verre Sphingem æneam magnæ pecuniæ. Sub absurda illa constant stultis simili imitatione, & quæ nisi fingantur, stulta sunt: vt qui mirantibus quòd humile candelabrum emisset, Pransorium erit, inquit. Sed illa similia absurdis sunt acria, quæ tanquam sine ratione dicta feruntur, vt seruus Dolabellæ cùm interrogaretur an dominus eius auctionem proposuisset, Domus inquit, vendidit. Deprehensi interim pudorem iocum ridiculo aliquo explicant: vt qui testem dicentē se à reo vulneratū, interrogauerat an cicatrices haberet: cùm ille ingentem in femore ostendisset, Latus, inquit, oportuit. Contumelias

Horat. Epistola. 1. ad Sæuam.
Plutarchus in vita Cic.

quæ

quoque vti bellè datur vt: Hispo obiicienti his acerbà crimina accusatori, Mentiris, inquit. Et Fuluius propinquus legato interroganti, an in tabulis quas proferebat, chirographus esset: Et verus, inquit, domine. Has aut accepi species, aut mueni frequentissimas, ex quibus ridicula ducerentur. Sed repetam necesse est infinitas esse tam falsè dicēdi quam seuerè, quas præstat persona, locus, tēpus, casus denique, qui est maximè varius. Itaque hæc ne omisisse viderer, attigi: illa autem quæ de vsu ipso & modo iocandi complexus sum, adeò infirma, sed planè necessaria. His adiicit Domitius Marsus, qui de vrbanitate diligentissimè scripsit, quædam non ridicula, sed cuilibet seuerissimæ orationi conuenientia eleganter dicta, & proprio quodam lepore iucunda: quæ sunt quidam vrbana sed risum tamen non habent. Neque enim ei de risu, sed de vrbanitate est opus institutum, quam propriam esse nostræ ciuitatis ait: & serò sic intelligi cœptam, postquam Vrbis appellationem, etiam si nomen proprium non adiiceretur, Romam tamen accipi sit receptum. Eámque sic finit, Vrbanitas est virtus quædam in breue dictum coacta, & apta ad delectandos mouendósque homines in omnem affectum, maximè idonea ad resistendum, vel lacessendum, prout quæque res ac persona desiderat. Cui si brevitatis exceptionem detraxeris, omneis orationis virtutes complexa sit. Nam sic constat rebus & personis: & quod in vtrisque oporteat dicere, perfectæ eloquentiæ est. Cur autē breuem eam esse voluerit, nescio quidem. At quam in eodē libro dicat fuisse, & in multis, narādi vrbanitatē, paulò post ita finit, Catonis (vt ait) opinionē sequutus, Vrbanus homo erit, cuius multa bene dicta respōsáq; erūt: & qui in sermonibus, circulis, conuiuiis, item in cōcionibus, omni deniq; lo

co ridiculè commodéque dicet. Risus erunt, quicunque h
faciet orator. Quas si recipimus finitiones, quicquid b
dicetur & vrbanè, dicti nomen accipiet. Cæterùm illi
hoc proposuerat, consentanea fuit illa diuisio, vt dictor
vrbanorum alia seria, alia iocosa, alia media faceret. N
eadem est omnium bene dictorum. Verùm mihi etiam
cosa quædam videntur posse non satis vrbanè referri.
meo quidem iudicio, illa est vrbanitas, in qua nihil d
num, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrin
neque sensu, neque verbis, neque ore gestuue possit dep
hendi: vt non tam sit in singulis dictis, quam in toto co
dicendi: qualis apud Græcos atticismos ille redolens A
narum proprium saporem. Ne tamen iudicium Marsi
minis eruditissimi subtrahamus, seria partitur in tria ge
ra, honorificum, contumeliosum, medium. Et honor
ponit exemplum Ciceronis quoque pro Ligario apud
sarem, Qui nihil soles obliuisci, nisi iniurias. Et contu
lioso, quod Attico scripsit de Pompeio & Cæsare, H
quem fugiam, quem sequar non habeo. Et medij, q
ἀποφθεγματικὸν vocat, & est cum ita dixit, Neque g
uem mortem accidere forti viro posse, neque immatu
consulari, neque miseram sapienti. Quæ omnia sunt op
me dicta: sed cur proprie nomen vrbanitatis accipi
non video. Quod si non solùm totus (vt mihi videtur) o
tionis color meretur, sed etiam singulis dictis tribuend
est: illa potius vrbana esse dixerim, quæ sunt generis e
dem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non sunt
de Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommod
dictum est, Esse eum omnium horarum. Et de actore s
dicente ex tempore, Ingenium eum in numerato hab
Etiam Pompeij quod refert Marsus, in Ciceronem d
den

Epist. lib. 8. In Catil. orat. 4.

dentem eius partibus, Transi ad Cæsarem, me timebis. Erat enim, si de re minore aut alio animo, aut denique non ab ipso dictum fuisset, quod posset inter ridicula numerari. Etiam illud quod Cicero Cereliæ scripsit, reddens rationem cur illa C. Cæsaris tempora tam patienter toleraret: Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. Stomachus enim ille habet aliquid ioco simile. Hæc quæ mouebant, dissimulanda mihi non fuerunt: in quibus vt errauerim, legentes tamen non decepi, indicata diuersa opinione, quam sequi magis probantibus liberum est.

De altercatione. CAP. V.

ARGVMENTVM.

Principio huius capitis rationem reddit cur altercationis præcepta statim inuentioni, ante reliquas rhetoricæ partes, subiũgat: nempe quòd illa tota ex sola inuentione pendeat, nec quidquam à dispositione mutuetur, neque multum à reliquis tribus partibus adiuuetur. Describit altercationem orationem esse breuem, atque concisam, quæ intentione aut depulsione constet, interrogandóque aut respondendo fiat: qua descriptione, quid à perpetua actione differat, satis indicat. Locum habere aut in causis quæ solis probationibus inartificialibus, vt in testium interrogatione, vel etiam mixtis, continentur. Nam & separatim fit altercatio, & perpetuæ etiam actioni potest inseri. Altercandi hæc præcepta tradit: opus esse primùm magna ingenij velocitate, animi præsentia, & acrimonia: vt ex tempore quidquis dici possit ad quod causas, instrumenta, tempora, locos & personas familiariter nosse, plurimùm profuturum sit. Præterea iracundiæ vitio carendum esse, & moderatione vtendum. Omnia etiam non solùm refutanda, sed vrbanè contemnendi, eleuanda, & ridenda. Atque in Altercando præcipuum esse semper, id de quo quæritur, & quid efficere velimus, in oculis habere. Atque id quidem ingenij acumine præstari, quod à natura proficiscens, etiam arte iuuetur. Postremò multas huius acuminis commoditates ad omnia quæ volumus egregiè præstanda, quas stupidi, indocti & clamosi non assequantur, diiumerat.

ALtercationis præcepta poterant videri tunc inchoãda, cùm omnia quæ ad continuam orationem pertinent,

nent, peregisse minam est vsus eius ordine vltimus: sed c
sit posita in sola inuentione, neque habere dispositio
posit, nec elocutionis ornamenta magnopere desid
aut circa memoriam & pronuntiationem laboret: p
quam secundam quinque partium, hanc, quæ tota ex
ma pendet, tractaturus non alieno loco videor: quam s
ptores ideo fortasse alij reliquerunt, quia satis cæteris
ceptis, in hac quoque videbatur esse profectum. Co
enim aut intentione, aut depulsione, de quibus satis t
lib.3. tum est: quia quicquid in actione perpetua circa pr
tiones vtile est, id & in hac breui atque concisa prosi
cesse est. Neque alia dicuntur in altercatione, sed alite
interrogando, aut respondendo. Cuius rei fere omn
lib.5.cap.7. seruatio in illo testium loco excussa nobis est. Tamen
latius hoc opus aggressi sumus, neque perfectus or
sine hac virtute dici potest, paululum impendamus
quoque peculiaris operæ, quæ quidem in quibusdam
sis ad victoriam vel plurimum valet. Nam vt in qua
generali, in qua rectè ne factum quid, an contrà sit, q
tur, perpetua dominatur oratio, & quæstionem fini
actionis plerunque satis explicat, & omnia penè in
bus de facto constat, aut coniectura artificiali ration
ligitur: ita in iis causis (quæ sunt frequentissimæ) qui
solis extra artem probationibus, vel mistis contine
asperrima in hac parte dimicatio est, nec alibi dixeri
gis mucrone pugnari. Nam & firmissima quæque m
riæ iudicis inculcanda sunt, & præstandum quicq
actione promissimus, & refellenda mendacia. Nusqua
denique qui cognoscit, intentior. Nec immeritò qui
quanquam in dicendo mediocres, hac tamen alter
præstantia meruerunt nomen patronorum. At quida

tigatoribus suis illum modò ambitiosum declamandi studo-
rem præstitisse contenti, cum turba laudantium destituunt
subsellia, pugnámque illam decertatoriam imperitis ac sæ-
pe pullatæ turbæ relinquunt. Itaque videas alios plerun-
que iudiciis priuatis ad actiones vocari, alios ad proba-
tiones. Quæ si diuidenda sunt officia, hoc certè magis ne-
cessarium est: pudẽdúmque dictu, si plus litigatoribus pro-
sunt minores. In publicis certè iudiciis uox illa præconis,
præter patronos, ipsum qui egerit, citat. Opus est igitur
in primis ingenio veloci ac mobili, animo præsenti &
acri. Non enim cogitandum, sed dicendum statim est, &
propè sub conatu aduersarij, manus erigenda. Quare cùm
in omni parte huiusce officij plurimum facit, totas non di-
ligenter modò sed etiam familiariter nosse causas: tum in
altercatione maximè necessarium est, omnium persona-
rum, instrumentorum, temporum, locorum habere notitiã:
alioqui & tacendum est sæpe, & aliis subiicientibus, ple-
runque studio loquendi satuè modò accedendum: quo non-
nunquam accidit, vt in nostra credulitate, aliena studia eru
bescamus. Neque tantùm hoc ipsis monitoribus clarescit:
quidam faciunt apertéque rixemur. Videas enim pleros-
que ita percitos exclamantes, vt iudex audiat contrarium
id esse quod admoneatur, sciátque ille qui pronuntiaturus
est, in caussa malum quod tacetur. Quare bonus altercator
vitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat
affectus, & fert extra caussam, & plerunque deformia cõ-
uitia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnunquam iudices
incitat. Melior moderatio, ac nonnunquam etiam patien-
tia. Neque enim refutanda tantùm quæ è contrario dicun-
tur, sed contemnenda, eleuanda, ridenda sunt: nec vsquam
plus loci reperit vrbanitas: odium mordet & pudor: con-

tra tur

tra turbantes audendum, & impudentiæ fortiter resiſtendum. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, ut obſtrepant ingenti clamore, & medios ſermones intercipiant, & omnia tumultu confundant: quos vt non imitari, ſic acrem propulſare oportebit: & ipſorum improbitas retundenda: & iudices vel præſidentes magiſtratus appellandi ſæpe quenter, ut loquendi vices ſeruentur. Nam eſt res ad iacentis, & mollis ſupra modum frontis, fallitque plerumque, quòd probitas vocatur, quæ eſt imbecillitas. Valet autem in altercatione plurimùm acumen: quod ſine dubio arte non venit. natura enim non docetur, arte tamen iuuatur. In qua præcipuum eſt ſemper id in oculis habere de quo quæritur, & quod volumus efficere: quia propoſitum tenentes, in rixam non ibimus: nec cauſſæ debita tempora, conuitiando conteremus: gaudebimúsque ſi hoc aduerſarius facit. Omnia tempora ferè parata ſunt meditari diligenter quæ aut ex aduerſo dici, aut reſponderi à nobis poſſint. Nonnunquam tamen ſolet hoc quoque eſſe in genus, vt quædam in actione diſſimulata, ſubitò in altercando proferantur: & inopinatis eruptionibus, & exſiliis citiſſimo facto ſimillimum. Id autem tum faciendum cùm eſt aliquid cui reſponderi non ſtatim poſſit: potuit autem, ſi tempus ad diſponendum fuiſſet. Nam quod ſubitò firmum eſt, à primis ſtatim actionibus arripere optimum eſt, quò ſæpius diutiúsque dicatur. Illud uix ſatis præcipiendum videtur, ne turbidus & clamoſus tantum ſit altercator, & quales ferè ſunt qui literas neſciunt. Nam improbitas licet aduerſario moleſta ſit, iudici inuiſa eſt. Nocet etiam diu pugnare in iis quæ obtinere non poſſis. Nam vbi vinci neceſſe eſt, expedit cedere: quia ſine pertinacia ſunt de quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides: [illegible]

unum, mitior solet irrogari pœna uerecundiæ. Nam culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est. Dum stat acies, multi in re consilij atque artis est, ut errantem aduersarium trahas, & ire quàm longissimè cogas, vt vana interim spe exultet. Ideo quædam bene dissimulantur instrumenta. Instant enim, & sæpe discrimen omne committunt, quod decesse nobis putant, & faciunt probationibus nostris autoritatem postulando. Expedit etiam dare aliquid aduersario, quod pro se putet: quod apprehendens, maius aliquid cogatur dimittere. Duas interim res proponere, quarum utranlibet malè sit electurus: quod in altercatione fit potẽtius, quàm in actione: quia in illa nobis ipsi respondemus, in hac aduersariũ quasi confessum tenemus. Est in primis acuti, videre quo iudex dicto moueatur, quid respuat: quod ex uultu sæpissimè, & aliquando etiam dicto aliquo factóue eius deprehenditur. Et instare proficientibus: & ab iis quæ non adiuuant, quàm mollissimè pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoque, vt remedia perinde perseuerent adhibere, uel desinant, vt illa recipi uel respui vident. Nonnunquam si rem euoluere propositam facilè non sit, inferenda est alia quæstio: atque in eam, si fieri potest, iudex aduocãdus. Quid enim cùm respondere non possis, agendum est, nisi vt aliud inuenias, cui aduersarius respondere non possit? In plerisque iudex est aduocãdus, vt dixi qui circa testes est locus, & personis modò distat, quòd hîc patronorum inter se certamen, illic pugna inter testem & patronum. Exercitatio verò huius rei longè facilior. Nam est utilissimum, frequenter cum aliquo qui sit studiorum eorundem, sumere materiam uel uerè uel etiam fictæ cõtrouersiæ, & diuersas partes altercationis modo tueri: quod idem etiam Lib. 5.

in sim

in simplici genere quæstionum fieri potest. Ne illud q
dem ignorare aduocatum volo, quo quæque ordine p
batio sit apud iudices proferenda; cuius rei eadem in
gumentis ratio est, vt potentissima prima & summa
nantur. Illa enim ad credendum præparant iudicem,
ad pronuntiandum.

De iudicio & consilio.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Priusquam ad dispositionem transeat, quæ libro septimo tract
eorum opiniones refutat, qui iudicium inuentioni subiiciebant,
quam rhetoricæ secundam partem: contra quos libro tertio dis
uit. Ostendit ergo iudicium sic per omnes orationis partes fusu
sanguis per vniuersum corpus: & naturale esse, cùm non magi
tractetur quàm gustus & sapor, & maximè tribus primis rhet
partibus, inuentioni dispositioni & elocutioni permixtum. Han
ter iudicium & consilium differentiam assignat, quòd consiliu
rentibus rebus, iudicium se proferentibus adhibeatur: quòdque
frequentissimè certum sit: illud verò arte petitum, & recond
Quædam ex iudicio consilióque cauenda sequendáque admonet,
exemplis ex Demosthene & Ciceronе petitis manifesta reddit.

His pro nostra facultate tractatis, non dubito
trãsire protinus ad dispositionem, quæ ordine
sequitur: nisi vererer, ne quoniam fuerunt qui iudicium
uentioni subiungerent, præteriisse hunc locum quibus
viderer, qui mea quidem opinione adeò partibus op
huius omnibus connexus ac mistus est, vt ne à sentu
quidem aut verbis saltem singulis possit separari: nec
gis arte traditur, quàm gustus aut odor. Ideóque nos
in quaque re sequendum cauendúmque sit, docebimus,
ad ea iudicium dirigatur. Præcipuum igitur, ne quod e
non potest, aggrediamur: ut cõtraria vitemus, & comm

Cicer. de Orato. & de Inuentione 1.

niã:ne quid in eloquendo corruptum obscurumq; fit:refe-
ratur oportet ad sensus, qui non docentur. Nec multum à
iudicio credo distare consilium, nisi quòd illud ostenden-
bus se rebus adhibetur, hoc latentibus, & aut omino non-
dum repertis, aut dubiis: & quòd iudicium frequentissimè
certum est: consilium verò est ratio quædam alte petita, &
plerunque plura perpendens & comparans, habensq; in
se & inuentionem, & iudicationẽ. Sed ne hæc quidam præ-
cepta in vniuersum spectanda sunt: nam ex re sumitur, cui
locus ante actionem est frequenter. Nam Cicero summo cõ
silio videtur in Verrem vel contrahere tẽpora dicendi ma-
luisse, quàm in eum annum quo erat Quin. Hortensius con-
sul futurus, incidere. Et in ipsis actionibus primum ac po-
tentissimum obtinet locum. nam quid dicendum, quid ta-
cendum, quid diffitendum sit, exigere, consilij est: negare sit
satius, an defendere: vbi procœmio vtendum, & quali: nar-
randúmne, & quomodo: iure prius pugnandum, an æquo:
qui sit ordo vtilissimus: tum omnes colores, asperè an leni-
ter, an etiam submisse loqui expediat. Sed hæc quoque vt
quisque passus est locus, monuimus: idemq; in reliqua par-
te faciemus. pauca tamen exempli gratia ponam, quibus
manifestius appareat quid sit quod demonstrari posse præ- Olynth.2.
ceptis nõ arbitror. Laudatur consilium Demosthenis, quòd
cum suaderet bellum Athenienssibus parum id prospere ex-
pertis, nihil adhuc factum esse ratione monstrat: poterat
enim emendari negligentia. At si nihil esset erratum, melio-
ris in posterum spei non erat ratio. Idem cum offensam Olynth.3.
vereretur si obiurgaret populi segnitiem: in asserenda li-
bertate republicæ, maiorum laude vti maluit, qui eam for-
tissimè administrassent. Nam & faciles habuit aures, &
natura sequebatur vt meliora probanteis, peiorum pœni-

teret. Ciceronis quidem vel vna pro Cluentio quamlib
multis exemplis suffecerit oratio. Nam quod in eò con
lium maximè mirer? primámne expositionem, quæ ma
cuius filiũ præmebat autoritas, abstulit fidem? an quòd
corrupti iudicij crimens transferre in aduersarium ma
quàm negare propter inueteratam (vt ipse dicit) infam
An quòd in re inuidiosa, legis auxillio nouissimè est v
quo genere defensionis etiam offendisse nondum præm
litas iudicum mentes: an quòd seipsum inuito Cluentio
cere testatus est? Quid pro Milone? quòd non antè nar
uit, quàm præiudiciis omnibus reum liberaret? quòd i
diarum inuidiam in Clodium vertit? quanquam re vera
rat pugna fortuita: quòd factum & laudauit: & tamen
luntatem Milonis remouit? quòd illi præces non dedit
in earum locum ipse successit? Infinitum est enumerar
Cottæ detraxerit autoritatem: vt pro Ligario se oppo
vit: Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud
cere satis habeo, nihil esse non modò in orando, sed in ext
ni vita, prius cõsilio: frustrasq; sine eo tradi cæteras a
plusq; vel sine doctrina prudentiam, quàm sine prud
facere doctrinam. Aptare etiam orationem loc
temporibus, personis esse eiusdem virtutis.
Sed hic quia latius fusus est locus, mistusq;
cum elocutione, tractabitur cum
præcipere de aptè dicendo
cœperimus.

***

M. F

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER SEPTIMVS.

Præfatio de disposition is vtilitate.

ARGVMENTVM.

Transitionem facit ab iis quæ hactenus de inuentione & motu dicta sunt, ad dispositionem, cuius tractationi hunc septimum ad dixit vires eius & laudes hac præfatione prædicat, & cur secundum in ordine partium rhetorices locum obtineat, rationem reddit. Omnia præclaris similitudinibus illustrat.

DE INVENTIONE (*vt arbitror*) *satis dictum est. Neque enim ea demum quæ ad docendum pertinẽt, executi sumus, verumetiam motus animorum tractauimus. Sed vt opera extruentibus satis non est, saxa atque materiam, & cætera ædificanti vtilia congerere, nisi disponendis iis collocandisq; artificium manus adhibetur: sic in dicendo qualibet abundans rerum copia, cumulũ tantùm habeat atque congestum, nisi illas eaſdem dispositio in ordinem digestas, atque inter se commissas deuinxerit. Nec immeritò secunda quinque partium posita est, cùm sine ea prior nihil valeat. Neque enim, quamquam fusis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur: & siquam in corporibus nostris aliorúmue animalium partem permutes atque transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti, perdunt quo viguerunt vsum: & turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putant: quo*

Pro hoc 7. libro vide Sulpitij institutiones.

confuso, peritura sint omnia. Sic oratio carens hac vi... tute, tumultuetur necesse est, & sine rectore fluitet, n... cohæreat sibi: multa repetat, multa transeat, velut no... in ignotis locis errans: nec initio nec fine proposito, c... sum potius quam consilium sequatur. Quapropter to... hic liber seruiat dispositioni, quæ quidem si certa ali... via tradi in omnes materias vllo modo posset, non t... paucis contigisset. Sed cùm infinitæ litium formæ fueri... futuræq; sint, & tot seculis nulla reperta sit caussa q... esset tota alteri similis, sapiat oportet actor, & vigi... & inueniat, & iudicet, & consilium à seipso petat. N... que inficias eo quædam esse quæ demonstrari possint, ... que non omittam.

De dispositione faciendа.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Quia ad bonam dispositionem faciendam necessarium est, qua... tiplicia sunt, in suas partes aut species secare: principio statim ca... quid partitio aut diuisio sit, & quo inter se differant, definitione e... cat, nempe vt partitio sit totius in partes, diuisio generis in speci... ctio. Post hæc dispositionem finit esse vtilem rerum ac partium ... cos distributionem. Huius ordinem naturalem esse commonet v... mæ quæstiones primo loco tractentur, verùtamen id plerunque ... sæ vtilitate mutari: neque semper eandem esse actori quæ defens... tionem, Demosthenis & Aeschinis exemplo docet. Ergo quid ipse ponendo cùm præceptis tum ratione sæpe factitarit, vt ad bonam positionem viam sternat, aperiri ex quo facienda esse hæc elici... Omnia quæ in caussa versantur, tã ea quæ pro aduersariis, quàm pro nobis faciant, & quid efficere vterque velit, cognoscenda, ... oculis subiicienda. Ante omnia actori hanc esse dispositionem s... dam, vt primo & summo loco firmissima in medio infirmiora c... cet. Reo grauissimum quodque primum refutandum, nisi leuiora ... ta falsa palàm erunt, per quæ in grauissimo detrahamus aduersari... dem, cum aliqua tamen præfatione & excusatione dilati crimini... teactæ vitæ crimina plerunque prima purganda. Intuendum esse ... genter si quæstio simplex sit, aut coniuncta, si simplex, an vnum re...

des...

deamus, an pluta Si vnum, an illud sit in re an in scripto. Si plura quę sint illa, & quo ordine ponenda: nempe vt ab infirmis ad potentissima perueniamus. Si quæstio coniuncta, quàm diuersissimi sint status. Item à prima specie retrorsum quærendum esse vsque ad primam generalem quæstionem: vel à genere ad extremam speciem descendendum: vt si quis accuset te furti, quæras an furto sit illi, quid sublatum, an auferri potuit, an habuit quod auferretur. Excerpendum esse quid cum aduersario nobis cõueniat, si pro nobis facit, & partiendo multiplicãdum: quia hæc congregatio accusantem adiuuet, separatio defendentem. In tota aliquando materia faciendum esse, vt multis prolatis, remotione partium aut specierum vtentes, id vnum remaneat, quod magnopere cupiebamus. Et excutiendum esse quicquid dicit, & velut reiectione facta, ad optimum perueniendum: quod diuisioni atque inuentioni viã facillimam præstat: vt occisus est Clodius, à Milone, an ab alio? A Milone: iure, an iniuria? iure. voluntate igitur, an imprudentia, an necessitate, &c. Et quia plurimæ sunt causæ in quibus vtra pars prior dicere debeat, incertum sit hoc in foro diiudicari ait vel atrocitate formularum, vel modo petitionum, vel sorte: quamquam id in multis inuentu videatur difficillimum. Occultiores quæstionis, & in ipsis sententias, verba, figuras, colores: ingenio, cura & exercitatione inueniri. Atque de diligendis quæstionibus vtilia speciosis esse præponenda. Omnia subiectis exemplis fusissimè etiam descriptis explanat.

SIt igitur (vt suprà significaui) diuisio, rerũ plurimũ in singulas partitio, singularum in partes, discretus ordo, & recta quædam locatio prioribus sequentia annectens, dispositio, vtilis rerum ac partium in locos distributio. Sed meminerimus ipsam dispositionem plerunque vtilitate mutari, nec eandem semper primam quæstionem ex vtraque parte tractandam. Cuius rei vt cætera exempla præteream Demosthenes quoque atque Aeschines possunt esse documento, in iudicio Ctesiphontis diuersum secuti ordinem, cum accusator à iure, quo videbatur potentior, cœperit: patronus omnia vel pene omnia ante ius posuerit, quibus iudicem quæstioni legum præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit: alioqui semper petitoris arbitrior dicerer. Denique in accusatione mutua, vt se vterque defendat priusquam aduersarium arguat, omnium rerum neces-

se est ordinem esse diuersum. Igitur quid ego sim secut
quod partim præceptis, partim vsurpatum ratione cogn
ueram, promam: nec vnquam dissimulaui. Erat mihi c
in controuersiis forensibus, nosse omnia quæ in causa v
sarentur. Nam in schola certa sunt, & pauca, & ante
clamationem exponuntur, quæ θέματα Græci vocant,
cero proposita. Cùm hæc in conspectu quodammodo
locaueram, non minus pro aduersa parte quam pro
cogitabã. Et primùm (quod non difficile dictu est, sed t
ante omnia intuendum) constituebam, quid vtraque p
vellet efficere, tum per quid, hoc modo. Cogitabam
primum petitor diceret. Id aut, confessum erat, aut con
uersum. Si confessum, non poterat ibi esse quæstio. Tr
ibam ergo ad responsum partis alterius, idem intue
nonnunquam etiam quod inde optinebatur, confessum
Vbi primùm cœperat non conuenire, quæstio orieba
Id tale est. Occidisti hominem, occidi: conuenit: transeo.
tionem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum,
quit, cum adultera occidere licet. legem esse certum est.
tium iam aliquid videndum est, in quo pugna consistat.
fuerunt adulteri: fuerunt, quæstio. de facto ambigitur,
iectura est. Interim verò & tertium confessum est, ad
ros fuisse, sed tibi, inquit accusator, illos non licuit o
dere, exul enim eras, & ignominiosus, de iure quæru
At protinus dicenti, occidisti: respondeatur, non oc
statim pugna est. Sic explorandum est vbi controu
incipiat, & considerari debet quæ primam quæstio
facit. Intentio simplex, Occidit Saturninum Rabirius,
iuncta, Lege de sicariis commisit L. Varenus. Nam
Varenum occidendo, & Cn. vulnerando, & Sala
item occidendo, cadit. Nam sic diuersæ propositio

runt: quod idem de petitionibus dictū sit verùm ex cōiuncta propositione plures esse quæstiones ac status possunt, si aliud negat reus aliud defendit, aliud iure actionis excludi. In quo genere agenti est dispiciendum, quid quoque loco diluat. Quod pertinet ad auctorem, non planè dissentio à Celso, qui sine dubio Ciceronem est secutus. Instat tamen huic parti vehementius, vt putet primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio: quia & initio mouendus sit iudex, & summo impellendus. At pro reo plerunque grauissimum quicque primum mouendū est, ne illud spectans iudex reliquorum defensioni sit auersior. Interim tamen & hoc mutabitur, si leuiora illa palàm falsa erūt, grauissimi defensio difficilior: vt detracta prius accusatoribus fide, aggrediamur vltimū, iam iudicibus omnia vana esse credentibus. Opus erit tamē præfatione, qua & ratio reddatur dilati criminis, & promittatur defensio: ne id quod non statim diluemus, timere videamur. Anteactæ vi tæ crimina plerunque prima pergūda sunt, vt id de quo laturus est sententiam iudex, audire propitius incipiat. Sed hoc quoq; pro Vareno Cicero in vltimū distulit: non quid frequentissimè, sed qui tum expediret, intuitus. Cùm simplex intentio est, videndum est an vnum aliquid respondeamus, an plura. Si vnum, in re quæstionē instituamus, an in scripto. Si in re: negandū si quod obiicitur an tuendū. Si in scripto, in qua specie iuris pugna sit, & in ea de verbis, an voluntate quæratur. Id ita consequemur, si intuiti fuerimus quæ sit lex quæ litem faciat: hoc est, qua iudicium sit constitutum. Nam quædam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modò actæ rei seriem: vt, Pater expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Minus dicto audiē

Vt pro Murena.

tem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit, impe
ei nuptias locupletis propinqui: ille ducere vult filiam p
peris educatoris. Lex de expositis ad affectū pertinet,
dicium pendet ex lege abdicationi. Nec tamen semper
vna lege quæstio est, vt in ἀντινομίᾳ. His spectatis appa
bit circa quæ pugna sit. Coniuncta defensio est, qualis
Rabirio, Si occidisset, recte fecisset, sed non occidit.
verò multa contra vnam propositionem dicimus, cogit
dum est primùm quicquid dici potest: tum ex his quo q
que loco dici expediat, ordinandum. In quo non idem se
quod de propositionibus paulò ante, quodq; de argume
tis probationum loco cōcessi, aliquando nos incipere a
mioribus. Nam vis quæstionum semper crescere debet,
ad potentissima ab infirmissimis peruenire, siue sunt ei
dem generis, siue diuersi. Iuris autem quæstiones solent
nonnunquā ex aliis atque aliis conflictationibus: facti sa
per idem spectant, in vtroque genere similis ordo est.
prius de dissimilibus, ex quibus infirmissimum quicq
primum tractari oportet. Ideoq; quasdam quæstiones ex
cuti donare solemus, & concedere. Neque enim transire
alias possumus, nisi omissis prioribus. Quod ipsum
fieri oportet, non vt damnasse eas videamur, sed omissi
quia possimus etiam sine eis vincere. Procurator alicu
pecuniam petit ex fœnore hæreditario: potest incidere q
stio, an huic esse procuratorem liceat. Finge, nos posti
tractauimus, remittere, vel etiam conuinci: quæretur
ei cuius nomine litigatur, procuratorem habendi sit ius.
scedamus hinc quoque, recipit materia quæstionem, an
cuius nomine agitur, hæres sit fœneratoris, an ex asse hæ
res. Hæc quoque concessa sint quæretur an debeatur. Co
tra nemo tam demens fuerit, vt id quod firmissimum duxe

rit

rit se habere, remittat, & ad leuiora transcendat. Huic in schola simile est, Non abdicabis adoptatum: vt hunc quoq;, non virum fortem: vt & fortem, non quicumq; voluntati tuæ non paruerit: & vt in alia omnia subiectus sit, non propter opinionem: & vt propter opinionem, non propter talem opinionem. Hæc iuris quæstionum differentia est. In factis autem ad idem tendentia sunt plura: ex quibus aliqua citra summam quæstionem remitti solent: vt si is cui quo furti agitur, dicat, Proba te habuisse, proba perdidisse, proba furto perdidisse, proba mea fraude. Priora enim remitti possunt: vltimum non potest. Solebam & hoc facere præcipue, vt vel ab vltima specie (nam ea fere est quæ continet causam) retrorsum quærerem vsque ad primam generalem quæstionem, vel a genere ad extremam speciem descenderem, etiam in suasoriis: vt deliberat Numa, an regnum offerentibus Romanis recipiat. Primum id est genus, an regnandum, an in ciuitate aliena, an Romæ, an laturi sint Romani talem regem. Similiter & in controuersiis. Optet enim vir fortis alienam vxorem. Vltima species est, an optare possit alienam vxorem. Generale est, an quicquid optauerit, accipere debeat: inde an ex priuato, an nuptias, an maritum habentem. Sed hoc non quemadmodum dicitur, ita & quæritur. Primum enim occurrit fere, quod est vltimum dicendum, vt hoc, Non debes alienam vxorem optare. Ideoq; diuisionem perdit festinatio. Non oportet igitur offerentibus se contentū esse: quæratur aliquid quod est vltra, si ne viduam quidem: adhuc plus, si nihil ex priuato: vltimum retrorsum, quod idem a capite primum est, si nihil iniquum. Itaque propositione visa, quod est facillimum, cogitemus, si fieri potest, quid naturale sit primum responderi. Id si tanquā res

agatur, & nobis ipsis respondendi necessitas sit, int
voluerimus, occurrit. Si id non contigerit, seponam
quod primùm se obtulerit, & ipsi nobiscum sic loquan
Quid si hoc non esset? id iterum & tertium, & dum n
sit reliqui. Ita inferiora quoque scrutabimur, quæ tra
faciliorem nobis iudicem in summa quæstione facient.
dissimile huic est & illud præceptum, vt a communibu
propria veniamus. Fere enim communia generalia s
*Virum tamen tyran. Commune est, tyrannum occidit: proprium, * Viri
tyrannum occidit, mulier occidit, vxor occidit. Sole
& excerpere quid mihi cum aduersario conueniret, si
dò id pro me erat: nec solùm premere confessionem
partiendo multiplicare: vt in illa controuersia, Duo
competitorem patrem in suffragiis uicerat, captu
Euntes ad redimendum eum legati, obuium habuerun
trem reuertentem ab hostibus. is legatis dixit, Ser
Excussserunt illi patrem, & aurum in sinu eius inu
runt: ipsi perseuerarunt ire quò intenderant: inuene
ducem crucifixum, cuius vox fuit, Cauete proditorē. i
est pater. Quæ conueniunt? Proditio nobis prodita e
prodita a duce, quærimus proditorem. te iisse ad hosti
teris, & iisse clam, & ab his in columen redisse, aurum
tulisse, & aurum occultum habuisse. Nam quod fecit, id
nunquam potentius fit in propositione: quæ si animo
cuparit, prope aures ipsi defensioni præcluduntur. I
tum autem congregatio criminum accusantem adiu
separatio defendentem. Solebam id quod fieri & in a
mentis dixi, in tota facere materia, vt propositis c
quæ nihil esset, omnibus, deinde cæteris remotis, solu
supereſſet quod credi volebam, vt in præuaricatio
criminibus, Vt absoluatur reus, aut innocentia ipsius

aut interueniente aliqua potestate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuaricatione. Nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit, nulla vis, corruptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit: quid supereſt, nisi vt præuaricatio fuerit? Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar. Hominem occisum esse constat, non in solitudine, vt a latronibus suspicer: non prædæ gratia, quia inspoliatus est: nō hæreditatis spe, quia pauper fuit. odium igitur in causa, quis inimicus? Quæres autem faciliorem diuisioni viam præstat, eadem inuentioni quoque, excutere quicquid dicitur, potest, & velut reiectione facta ad optimum peruenire. Accusatur Milo quòd Clodium occiderit: aut fecit, aut non. Optimum erat negare: si non potest, occidit: ergo aut iure, aut iniuria. Vtique iure: aut voluntate igitur, aut necessitate. Nam ignorantia prætendi non potest. Voluntas anceps est. Sed quia ita id homines putant, adiungenda defensio, vt id pro Repub. fuerit. Necessitate, subita igitur pugna, nō præparata, alter igitur insidiatus est. Vter profecto Clodius. Vidésne vt ipsa rerum necessitas deducat ad defensionem? Adhuc, Aut vtique voluit occidere insidiatorem Clodium, aut non. Tutius si noluit. Fecerunt ergo serui Milonis, neque iubente neque sciente Milone. At hæc tam timida defensio detrahit autoritatem illi, qua recte dicebamus occisum. Adiicitur, Quod suos quisque seruos in tali re facere voluisset. Hoc eo est vtilius, quòd sæpe nihil placet, & aliquid dicendum est. Intueamur ergo omnia: ita apparebit aut id quod optimum est, aut id quod minimè malum. Propositione aliquando aduersarij vtendum: & esse nonnunquam communem eam suo loco dictum est. Multis millibus versuum scio apud quosdam esse quæsi-

tum,

tum, quomodo inueniremus vtra pars deberet prior di
re: quod in foro vel atrocitate formularum, vel modo ro
titionum, vel nouissimè sorte diiudicatur. In schola qu
nihil attinet, cum in declamationibus iisdem narrare pa
contradictiones soluere, tam ab actore quam à defen
conc essum sit. Sed in plurimis controuersiis ne inue
quidem potest: vt in illa, Qui tres liberos habebat, or
rem, philosophum, & medicum, testamento quatuor
tes fecit, & singulas singulis dedit: unam eius esse vo
qui esset vtilissimus ciuitati. Contendunt quis primu
cat: incertum est, propositio tamen certa. Ab eo enim
personam tuebimur, incipiendum erit. Et hæc quidem
diuidendo in vniuersum præcipi possunt. At quomodo
ueniemus etiam illas occultiores quæstiones? scilicet re
modo sententias, uerba, figuras, colores? Ingenio, exercitatione. Non tamen fere vnquam nisi imprude
fugerint, si (vt dixi) naturam sequi ducem velit. Sed pl
que eloquentiæ famam affectantes, cõtenti sunt loc
cios modò, vel nihil ad probationem conferentibus
nihil vitantes, ea quæ in oculos incurrunt, exquirend
tant, Quod quò facilius appareat, vnam de schola co
uersiam non ita sane difficilem aut nouam propon
exemplum: Qui reo proditionis patri non affuerit, e
res sit, proditionis damnatus, cum aduocato exulet.
proditionis patri desertus filius affuit, rusticus n
fuit: damnatus abiit cum aduocato in exilium. Ru
cum fortiter fecisset, præmij nomine impetrauit re
tionem patris, & fratris. Pater reuersus intestatus d
sit: petit rusticus partem bonorum, orator totum sibi
dicat. Hìc illi eloquentes, quibusque nos circa lites
solicitiores, ridiculi videmur, inuadent personas fa

biles. Actio pro rustico contra disertum, pro viro forti contra imbellem, pro restitutore contra ingratum, pro eo qui parte contentus sit, contra eum qui fratri nihil dare ex paternis velit. Quæ omnia sunt in materia, & multum iuuant, victoriam tamen non tradunt. In hac quærentur sententiæ, si fieri poterit, præcipites, vel obscuræ. Nam ea nūc virtus est, vt pulchrè fuerit cum materia tumultu & clamore transactum. Illi verò quibus propositum quidem melius, sed cura in proximo est, hæc velut innatantia videbunt, excusatum esse rusticum, qui non interfuerit iudicio, nihil collaturus patri: sed ne disertum quidē habere quod imputet reo, cùm is damnatus sit. Dignum esse hæreditate restitutorem, non auarum, impium, ingratum, qui diuidere nolit cum fratre, eóque sic meritò. Quæstionem quoque illam primam scripti & voluntatis, qua non expugnata non sit sequentibus locus. At qui naturam sequetur, illa cogitabit profectò, primò, hoc dicturum rusticum, Pater intestatus duos nos filios reliquit, partem iure gentium peto. Quis tam imperitus, quis tam procul à literis, quin sic incipiat, Etiam si nescierit quid sit propositio? Hanc communem omnium legem leuiter adornabit, vt iustam. Nempe sequetur, vt quæramus quid huic tam æquæ postulationi respondeatur. At id manifestum est. Lex est quæ iubet exhæredem esse eum, qui patri proditionis reo non affuerit: tu autem non affuisti. Hanc propositionem necessariò sequitur legis laudatio, & eius qui non affuerit, vituperatio. Adhuc versamur in confessis: redeat animus ad petitorem: nunquid non hoc cogitet necesse est, nisi qui sit planè hebes? Si lex obstat, nulla lis est, inane iudicium est: atqui & legem esse, & hoc quod ea puniat, à rustico factum, extra dubitationem est. Quid ergo dicemus? Rusticus

sticus eram. Sed lex erat, omnes complectitur: nihil pro
derit. Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte le
posit. Quid aliud (sæpius dicam) natura permittit, qua
vt cùm verba cõtrà sint, de voluntate quæratur? Genera
lis igitur quæstio, verbis, an volũtate sit standum. Sed en
in commune de iure omni disputandum semper, nec v
quam satis iudicatum est. Quærendum igitur in hac ip
qua consistimus, an aliquid inueniri posit quod scripti
aduersetur. Ergo quisquis non affuerit, exhæres erit? qui
quis sine exceptione? Iam se illa vel vltro offerent arg
menta, Filius infans & æger non affuit, & qui aberat, q
qui militabat, & qui in legatione erat. Iam multum a
est: posset aliquis non affuisse, & hæres esse. Transeat nu
pro murena. *idem ille qui cogitauit, vt ait Cicero, tibicinis Latini mo*
ad disertum: Vt ita concedam: tu nec infans es, nec æg
eras, nec abfuisti, nec militasti, nec in legatione fuisti. N
aliud occurrit quàm illud, Sed rusticus sum. Contrà qu
palàm est, dicet. Vt agere non potueris, assidere potu
& verum est. quare redeundum est rustico ad animum l
gunlatoris: Impietatem punire voluit, ego autem imp
non sum. Contra quæ disertus, Tu impiè fecisti, inquit, qu
exhæredationem meruisti: licet te postea vel pœnitẽtia v
ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea pr
pter te damnatus est pater. Videbaris enim de caussa pr
nuntiasse. Ad hæc rusticus, Tu verò caussa damnation
fuisti: multos offenderas: inimicitias domi contraxe
Hæc cõiecturalia. Illud quoque quod coloris loco rustic
dicit, patris fuisse tale consilium, ne vniuersam domum p
riculo subiiceret. Hæc prima quæstione scripti & volu
tatis cõtinentur. Intendamus vltrà animum, videamus q
an aliquid inueniri præterea posit quo id modo fiat. Se
lò

lò imitor quærentem, vt quærere doceam, & omisso speciosiore illo stylli genere, ad vtilitatem me summitto discentium. Omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius duximus: cur non aliquid circa patrem quærimus? dictum verò est, Cui quis non affuerit, exhæres erit. Cur non conamur & hìc quærere, num cuicunque non affuerit? Faciamus hoc sæpe in iis controuersiis, in quibus petuntur in vincula qui parentes suos non alunt, an eum qui testimonium in filium impietatis reum dixit? an eum qui filium lenoni vendidit? In hoc de quo loquimur patre, quid apprehendi potest? Damnatus est. Nunquid igitur lex ad absolutos tantùm patres pertinet? dura prima fronte quæstio. Non desperemus, credibile est hoc voluisse legumlatorem, ne auxilia liberorum innocentibus deessent. Sed hoc dicere rustico verecundum est, quia innocentem fuisse patrem fatetur. Dat aliud argumentum controuersiæ, Damnatus proditionis cum aduocato exulet. Vix videtur posse fieri, vt pœna filio eadem, patri & si affuerit, & si non affuerit, constituta sit. Præterea lex ad exules nulla pertinet. Non ergo credibile est, de non aduocato damnati scriptum. An possint enim bona esse vlla exulis, rusticus in vtraque parte dubium facit. Disertus & verbis inhærebit, in quibus nulla exceptio est: & propter hoc ipsum pœnam esse constitutam eis qui non affuerint, ne periculo exilij deterreãtur ab aduocatione, & rusticum innocenti non affuisse dicet. Illud protinus non indignum quod annotetur, posse ex vno statu duas generales fieri quæstiones, an quisquis, an cuicunque. Hæc ex duabus personis quæsita sunt. E tertia autem, quæ est aduersarij, nulla oriri quæstio potest: quia nulla sit ei de sua parte controuersia. Nondum tamen cura deficiat. Ista enim omnia dici possent etiam

non restituto patre. Nec statim eò tendamus, quod occ
rit vltro, à rustico restitutum. Qui id subtiliter quæ
aliquid spectabit vltrà. Nam vt genus speciem sequitur,
speciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio restitu
ratiocinatiua atque collectiua quæstio orietur, an restit
tio pro sublatione iudicij sit, & perinde valeat, ac si iu
cium non fuisset. Vbi tentabit rusticus dicere, ne impet
re quidem aliter potuisse suorum restitutionem vno p
mio, nisi patre perinde ac si accusatus non esset, reuoc
quæ res, aduocati quoque pœnam, tanquam is non affi
set, remiserit. Tum veniemus ad id quod primum occur
bat, à rustico restitutum esse patrem. Vbi rursus ratio
namur, an rusticus restitutor accipi debeat pro aduoc
quandò id præstiterit, quod aduocatus petiit: nec imp
bum sit pro simili accipi, quod plus est. Reliqua iam æ
tatis sunt, vtrius iustius sit desiderium. Id ipsum adhuc
uiditur, etiam si vterque sibi totum vendicaret, nunc v
que, cùm alter semissem, alter vniuersa, fratre exclusо.
his tractatis, etiam magnum momentum habet apud i
ces patris memoria, cum præsertim de bonis eius que
tur. Erit ergo coniectura, qua mente pater intestatus
cesserit. Sed ea pertinet ad qualitatem, quæ alterius st
instrumentum est. Plerunque autem in fine causarum
æquitate tractabitur, quia nihil libentius iudices audi
Aliquando tamen hunc ordinem mutabit vtilitas: vt si
iure minus fiduciæ erit, æquitate iudicem præparem.
Nihil habui amplius quod in vniuersum præciperem. N
eamus per singulas causarum iudicialium partes, quas
persequi ad vltimam speciem, id est ad singulas lites co
trouersiásque non possum: ita de generalibus scribere
cet, vt quæ in quem statum frequentissimè incidat, tradat

Et qu

Et quia natura prima quæstio est, factúmne sit, ab hac ordiar.

De coniectura. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Hactenus de dispositione in vniuersum, nunc de eadem specialius in singulis statibus: quorum natura primus est coniecturalis, quo an sit res quæritur, præcipere, aggreditur. Ergo à coniectura orditur, quàm primùm diuidit, nam antè libro tertio definierat. Eam aut in re, aut in animo, & vtranque trium temporum esse docet: præsentis, præteriti, & futuri. Quæ in re sit quæstionem habere generalem, aut specialem: generalem, vt an mundus prouidentia gubernetur, specialem, vt an regnum affectet Manlius. Ex præterito iudicia esse, & factorum causas, vt cùm quæritur vnde bellum. Quæ fiunt, & futura sunt ex præteritis colligi. Animi coniecturas in omnia etiam tempora cadere: & esse vbi persona est, & de facto constat: vt qua mente Ligarius in Afriqua fuerit, &c. Per coniecturas etiam de qualitate & quantitate quæri: vt an sol maior terra? An luna globosa? Coniecturæ quæ accusatione & defensione constet, triplex genus esse: Vnum de autore & facto. Alterum de facto tantùm. Tertium de autore tantùm. Ex tertio, criminum trãslationes in alium, & mutuas accusationes nasci: quæ varia inter se comparatione vel ex tota, vel ex parte aliqua constent. In quibus nostra defensio accusationé aduersarij præcedere debeat, rationes subiungit. Tum quo quæque modo tractanda sint siue negentur, siue confessa sint, fusissimè explicat. Addit & coniecturam duplicem accusationi mutuæ simillimã, vt in qua tyrannicidij duo medici præmium petant: quorum primus venenum dedit, quo non est ille mortuus: alter antidotum qua statim decesit. Vbi personæ, causæ, facultates, tempora instrumenta, testimonia, non aliter quàm mutua accusatione comparentur. Qua etiam ratione tractari illud oporteat, in quo de duobus citra accusationem quæritur vtrum factum sit. Cõiecturæ locos & tractationem adiungit: eam his tribus capitibus contineri ostendit: an voluerit, an potuerit, an fecerit. In primo tria spectari: personas, causas, & consilia: & quid de vnoquoque in vtranque partem dicendum sit, copiosissimè tradit. In secundo, an potuerit, locum tempus difficultates, occasiones, quæ etiam ad animi coniecturam valeant, considerari. In tertio, in quo an fecerit quæritur, coniuncta, consequentia, signa, antecedentia, antedicta & facta nostra & aliena discuti. Ad quam rationem reliqua omnia coniecturæ genera reduci possint: vt furti, crediti, depositi, prodítionis, affectatæ tyrannidis, adulterij, falsi, nisi quòd adulterij causæ aliquid habeant proprij, quia duorũ plerunque discrimen sit, & de vtriusque vita dicere oporteat: quæ ratio in crimine falsi ferè sit eadem

Coniectura omnis, aut de re, aut de animo est. Vtriusque tria tempora, præteritum, præsens, futurum. De re & generales quæstiones sunt, & definitæ, id est & quæ non continentur, & quæ continentur. De animo quæri non potest, nisi vbi persona est, & de facto constat. Ergo cùm de re agitur: aut quid factum sit, in dubium venit, aut quid fiat, aut quid sit futurum: vt in generalibus, an atomorum concursu mundus sit effectus: an prouidentia regatur: an aliquando casurus. In definitis, an parricidium commiserit Roscius: an regnum affectet Manlius: an rectè Verrem accusaturus Q. Cæcilius. In iudiciis præteritum tẽpus maximè valet. Nemo enim accusat nisi quæ facta sunt. Nam quæ fiant, & quæ futura sint, ex præteritis colligũtur. Quæritur & vnde quid ortum: vt pestilentia, ira deûm, an intemperie cæli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu. Et quæ caussa facti: vt quære ad Troiam quinquaginta ages nauigauerint, iureiurando adacti, an exemplo monitis gratificantes Atridis. quæ duo genera non multum inter se distant. Ea verò quæ sunt præsentis temporis, si non argumentis, quæ necesse est præcessisse, sed oculis deprehendenda sunt, non egent coniectura: vt si apud Lacedæmonios quæratur, an Athenis muri fiant. Sed & illud potest videri extra hoc propositum coniecturæ genus, cùm de aliquo homine quæritur, qui sit: vt est quæsitum contra Vrbiniæ hæredes, si is qui tanquam filius petebat bona Clusinius Figulus esset, an Sositater: nam & substantia eius sub oculos venit, vt non posset quæri an sit: quomodo vltra oceanum, nec quid sit, nec quale sit. sed an quit sit. Verùm hoc quoque genus litis ex præterito pendet an hic sit ex Vrbinia natus Clusinius Figulus. Fuerunt autem tales nostris etiám temporibus controuersiæ, atque aliquæ in meum

Vide Iustin. libro 2.

meum quoque patrocinium inciderunt. Animi coniectura non dubie in omnia tempora cadit, Qua mente Ligarius in Africa fuerit, Qua mente Pyrrhus fœdus petat, Quomodo laturus sit Cæsar si Ptolemæus Pompeium occiderit. Quæritur per coniecturam & quantitas & qualitas circa modum, speciem, numerum. An sol maior quam terra, Luna globosa, an plana, an acuta. Vnus mundus, an plures. Itémque extra naturales quæstiones, maius bellum Troianum. an Peloponnesiacum. Qualis clypeus Achillis. An vnus Hercules. In iis autem quæ accusatione ac defensione constant, vnum est genus in quo quæritur & de facto, & de autore. Quod interim coniunctam quæstionem habet, & vtrunque pariter negatur: interim separatam, cum & factum sit, nécne: & si de facto constet, à quo factum sit, ambigitur. Ipsum quoque factum aliquando simplicem quæstionem habet an homo perierit: aliquando duplicem, veneno, an cruditate perierit. Alterum est genus de facto tantùm, cùm si id certum sit non potest de autore dubitari. Tertium de autore tantùm, cùm factum constat, sed à quo factum sit, in controuersiam venit. Et quod tertio loco posui, non est simplex. Aut enim reus fecisse tantummodò se negat, aut alium fecisse dicit. Sed ne in alterū quidem transferendi criminis vna forma est. Interdum enim substituitur mutua accusatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostrorum quidam concertatiuam. Interdum in aliquam personam, quæ extra discrimen iudicij est, transfertur, & aliâs certam, aliâs incertam. Et cùm in certam, aut in extrariam, aut in ipsius qui periit voluntatem. In quibus similis atque in ἀντικατηγορίᾳ, personarum, caussarum, cæterorum comparatio est: vt Cicero pro Varcno in familiam Ancharianam: pro Scauro

ἀντικατηγορίαν Sulpitius repercussiuam & apologatio mne appellat.

circa mortem Bostaris in matrem auertens crimens, facil
Est etiam illud huic contrarium comparationis genus, i
quo vterque à se factum esse dicit: & illud in quo non per
sone inter se, sed ipsæ res colliduntur, id est, non vter fec
rit, sed vtrum factum sit. Cùm de facto & de autore cons
de animo quæri potest. Nunc de singulis. Cùm pariter vt
que negatur, hoc modo, Adulterium non commisi. Tyra
nidem non affectaui. In cædis ac veneficij causis frequ
est illa diuisio, Nõ est factum: & si est factum, ego non fe
Sed cùm dicimus, Proba hominem occisum, accusatoris
tùm partes sunt: à reo nihil dici contrà, præter aliquas fo
tasse suspitiones potest, quas spargere quammaximè va
opportebit: quia si vnum aliquid affirmaris, probandũ
aut caussa periclitandum. Nam vt cum inter id quod ab
uersario, & id quod à nobis propositum est, quæri
videtur vtique alterum verum: ita ex aduerso vnum est q
defendimur, reliquum est quo premimur. At cum quæri
de ambiguis signis cruditatis & veneni, nihil tertium
ideoq; vtraque pars quod proposuit tuetur. Interim au
ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas, cùm a
qua ex ipsa citra personam quoque argumenta ducun
Refert enim, conuiuium præcesserit, an tristitia: labo
an ocium: vigilia, an quies. Aetas quoque eius qui peri
discrimen facit. Interest, subitò defecerit, an longiore v
letudine consumptus sit. Liberior adhuc in vtranque par
disputatio, si tantùm subita mors in quæstionem veni
terim ex persona probatio rei petitur, vt propterea cr
dibile sit venenum fuisse, quia credibile est ab hoc factu
veneficium: vel contrà. Cùm verò de reo & de facto quæ
ritur, naturalis ordo est, vt prius factum esse accusator pr
bet deinde à reo factum. Si tamen plures in personam pro

bationa

bationes habuerit, conuertet hunc ordinem. Defensor autem prius negabit esse factum: quia si in hac parte vicerit, reliqua non necesse habet dicere: victo superest vt tueri se possit. Illic quoque vbi de facto tantum controuersia est, quod si probetur, non possit de autore dubitari: similiter argumenta & ex persona, & ex re ducuntur, sed in vnam facti quæstionem: sicut in illa controuersia (vtendum est enim & his exemplis, quæ sunt discentibus magis familiaria) Abdicatus medicinæ studuit. Cum pater eius ægrotaret desperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus, sanaturum se dixit, si is potionem à se datam bibisset. Pater acceptæ potionis epota parte, dixit venenum sibi datum: filius quod reliquum erat, exhausit: pater decessit: ille parricidij reus est. Manifestum est quis potionem dederit, nulla quæstio de autore: tantùm an fuerit venenum, ex argumentis à persona ductis colligetur. Superest tertium, in quo factum esse cõstat aliquid: à quo sit factum, quæritur. Eius rei superuacuum est ponere exemplum, cum plurima sint huiusmodi iudicia: vt si hominem occisum esse manifestum est: vel sacrilegium commissum: is autem qui arguitur fecisse, neget: ex hoc nascitur ἀντικατηγορία. Vtique hoc factum esse conuenit, quod duo inuicem obiiciunt. In quo quidem genere caussarũ admonet Celsus, fieri id in foro non posse: quod neminem ignorare arbitror. De vno enim reo consilium cogitur: & siqui sunt qui inuicem accusent, alterum iudicium perferre necesse est. Apollodorus quoque ἀντικατηγορίαν duas esse controuersias dixit: & sunt re vera secundum forense ius duæ lites. Potest tamen hoc genus in cognitionem venire senatus: aut principis. Sed in iudicio quoque nihil interest actionum, vtrum simul de vtroque pronuntietur, an de vno seorsum. Quo in genere semper

prior debebit esse defensio: Primùm, quia natura potior
salus nostra, quam aduersarij pernicies. Deinde, quòd p
habebimus in accusatione autoritatis, si prius de innoc
tia nostra constiterit. Postremò, quòd ita demum dup
caussa erit. Nam qui dicit, ego non occidi, habet relicu
partem, vt dicat, tu occidisti. At qui dicit, tu occidisti,
peruicuum habet postea dicere, ego non occidi. Hæ po
actiones constant comparatione: ipsa comparatio
vna via ducitur. Aut enim totam caussam nostram c
tota aduersarij caussa componimus, aut singula argum
ta cum singulis. Quorum vtrum sit faciendum, non p
test nisi ex ipsius litis vtilitate cognosci: vt Cicero sin
pro Vareno comparat in primo crimine. Est enim s
rior, cùm persona alieni, cum persona matris temere
paretur. Quare optimum est, si fieri poterit, vt sin
vincantur à singulis. Sed si quando in partibus labor
mus, vniuersitate pugnandum est: siue inuicem accu
siue crimen reus citra accusationem in aduersarium
tit: vt Roscius in accusatores suos, quamuis reos no
cisset: siue in ipsos quos sua manu periisse dicemus, sa
deflectitur: non aliter quam in iis quæ mutuam accus
nem habent, vtriusque partis argumentis inter se co
rantur. Id autem genus, de quo nouissimè dixi, non
lùm in scholis sæpe tractatur, sed etiam in foro. Nam u
in caussa Næuij Apruniã solum quæsitum, præcipita
esset ab eo vxor, an se ipsa sua sponte iecisset. Quam ad
nem equidem solam in hoc tempus emiseram, quod
ipsum feciisse seductum iuuenili cupiditate gloriæ fat
Nam cæteræ quæ sub nomine meo feruntur, negligen
excipientium in quæstum notariorum corruptæ, ma
mam partem mei habent. Est & alia duplex coniectu
hu

Quintiliani oratio prima.

Quintiliani scripta.

huic ἀντικατηγορίᾳ non diuersa, de præmiis, vt in illa controuersia, Tyrannus suspicatus a medico suo datum sibi venenum, torsit eum: & cùm id dedisse se negaret, accersit alterum medicum: ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum: & dedit ei potionem, qua epota tyrannus decessit. De præmio duo medici contendunt. Nam vt illic factum in aduersarium transferentium, ita hîc sibi vendicantium personæ, caussæ, facultates, tempora, instrumenta, testimonia comparantur. Illud quoque etiam si non est ἀντικατηγορία, simili tamen ratione tractatur, in quo citra accusationẽ quæritur vtrum factum sit. Vtraque enim pars expositionem suam habet, atque eam tuetur: vt in lite Vrbiniana petitor dicit Clusinium Fugilum filium Vrbiniæ acie victa in qua steterat, fugisset: iactatumque casibus variis, retentum etiam a rege, tandem in Italiam ac patriam suam Marginos venisse, atq; ibi agnosci: Pollio contrà, seruice eum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manumissum alienæ vel familiæ venali immiscuisse, ac rogantem vt eis seruiret, emptum. Nónne tota lis constat duarum caussarum comparatione, & coniectura duplici atq; diuersa? Quæ autem accusantiũ atq; defendentium, eadem petentium & inficiantium ratio est. Ducitur coniectura primùm a præteritis. In his sunt personæ, caussæ, consilia. Nam is ordo est, vt facere voluerit, potuerit, fecerit. Ideóq; intuendum ante omnia, qualis sit de quo agitur. Accusatoris autẽ est efficere, vt si quid obiecerit, non solùm turpe sit, sed etiam crimini de quo est iudicium, quammaximè conueniat. Nam si reum cædis, impudicum vel adulterum vocet, lædat quidẽ infamia: minus tamen hoc ad fidẽ valeat, quàm si audacem, petulantem, crudelem temerarium ostenderit. Patrono, si fieri poterit, id

agendum est, vt obiecta vel neget, vel defendet, vel minu
proximum est, vt à præsenti quæstione separet. Sunt en
pleraq; non solùm dissimilia, sed etiam aliquando cõtra
vt si reus furti, prodigus dicatur, aut negligens. Neq; en
videtur in eundẽ & contemptus pecuniæ, & cupiditas
dere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum est, n
de hoc quæri, nec eum qui aliquando peccauerit, vtiq; c
misisse omnia: & hanc fiduciam fuisse accusatoribus su
obijciendi, quòd læsum & vulneratum reum sperauere
inuidia opprimi posse. Alia propositio est accusatoris, co
tra quam loci oriuntur sæpe à persona, & interim ge
raliter, Incredibile esse à filio patrem, ab vxore virum
cisum, ab imperatore proditam hostibus patriam. Fa
respondetur, vel quòd omnia scelera in malos cadant, id
que sæpe deprehensa sint: vel quòd indignum sit, crim
ipsa atrocitate defendi. Interim proprie, quod est varia
Nam dignitas & tuetur reum, & nonnunquam ipsa in
gumentum facti conuertitur, tanquam inde fuerit spes
punitatis: sed perinde paupertas, humilitas, opes, vt cui
ingenio vis est, in diuersum trahuntur. Probi verò mor
& anteactæ vitæ integritas, nunquam non plurimi
Vt pro L. Mu-rœna. profuerint. Si nihil obiicietur, patronus quidem in hoc
hementer incumbet: accusator autem ad præsentem qu
stionem de qua sola iudicium sit, cognitionem allegabit,
cens neminẽ non aliquãdo cœpisse peccare, nec per ęyn
via ducendum scelus primùm, Hoc in respondendo. Sic a
tem præparabit actione prima iudicum animos, ut nolu
se potius obiicere, quam non potuisse credatur. Eóq; sati
est, omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quam leuib
aut friuolis aut manifestò falsis reum incessere, quia fid
cæteris detrahitur: & qui nihil obiicit, omisisse cred

potes

poteſt maledicta tanquam ſuperuacua: qui uana congerit, confitetur vanum in anteactis argumentum, in quibus vinci quàm tacere maluerit. Cætera quæ à perſonis duci ſolent, in argumentorum locis expoſuimus. Proxima eſt ex cauſsis probatio, in quibus hæc maximè ſpectantur, ira, odium, metus, cupiditas, ſpes: nam reliqua in has ſpecies cadunt. Quorum ſi quid in reum conueniet, accuſatoris eſt efficere, ad quicquid faciendum cauſſæ valere videantur, eáſque quas in argumentum ſumet, augere. Si minus, illuc conferenda eſt oratio, aut aliquas fortaſſe latentes fuiſſe, aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, ſi fecit: aut etiam dignius eſſe odio ſcelus, quod non habuerit cauſſam. Patronus verò quoties poterit, inſtabit huic loco, vt nihil credibile ſit factum eſſe ſine cauſſa. Quod Cicero vehementiſsimè multis orationibus tractat: præcipuè tamen pro Vareno, qui omnibus malis præmebatur: nam & damnatus eſt. At ſi proponitur cur factum ſit, aut falſam cauſſam, aut leuem, aut ignotam reo diſſet, Poſſunt eſſe aliquæ interim ignotæ: an hæredem habuerit: an accuſaturus fuerit eum à quo dicitur occiſus. Si alia defecerint, non vtique ſpectandas eſſe cauſſas. Nam quem poſſe reperiri, qui non metuat, oderi, ſperet? plurimos tamen hæc ſalua innocentia facere. Neque illud eſt omittendum, non omnes cauſſas in omnibus perſonis valere. Nam vt alicui ſit iurandi cauſſa paupertas, non erit idem in T. Curio Fabricioq; momẽtum, De cauſſa prius, an de perſona dicendum ſit, quæritur: varieq; eſt ab oratoribus factum: à Cicerone etiam prælatæ frequentiſsimè cauſſæ. Sed nihil, ſi neutrò litis conditio præponderet, ſecundum naturam videtur inciperè à perſona. Nam hoc magis generale eſt. rectiorq; diuiſio, aut in nullo crimen credibile, aut in hoc. Poteſt tamẽ

Hanc Cicero vt multo præſtantiſsimam, ſic etiam firmiſsimam putat: quare Sulpitius victricẽ probationem vocat.

idipsum. sicut pleraque, vertere vtilitas. Nec tãtùm cau
voluntatis sunt quærẽdæ: sed interim & erroris, vt ebri
tas, & ignorantia. Nam vt hæc in quditate crimen eleui
ita in coniectura premunt. Et persona quidem nescio
vnquam vtique in vno actu rei possit incidere, de qua ne
tra pars dicat: de causis frequenter quæri nihil attin
vt in adulteriis, in furtis: quia illas per se ipsa crimina
cum habent. Post hæc intuenda videntur & consilia, q
latè patent, an credibile sit reum sperare id a se scelus
fici posse: an ignorari cum feciſſet: an etiam si ignorat
non esset, absolui, vel pœna leui transigi, vel tardiore,
ex qua minus incommodi consecuturus, quam ex fa
gaudij videretur: an etiam tanti putauerit pœnam suc
Post hæc, an alio tempore, & aliter facere, vel facilius,
securius potuerit: vt dicit Cicero pro Milone, enumer
plurimas occasiones quibus ab eo Clodius impunè oc
potuerit. Præterea, cur potißimùm in illo loco, illo te
pore, illo modo sit aggreſſus: qui & ipse diligẽtißimè
ctatur pro eodem locus. An etiam si nulla ratione du
est, impetu raptus sit, & absque sententia. Nam vulgò
citur, Scelera non habere consilium. An etiam consuet
ne peccandi sit allectus. Excussa prima parte, an volu
sequitur, an potuerit. Hic tractatur locus, tempus: vt
tum in loco clauso vel recluso, frequenti vel solo: temp
vel diurno, cùm testes plures: vel nocturno, cùm ma
difficultas. Inspiciuntur vtique difficultates & occasio
quæ sunt plurimæ, ideóque exemplis non egent. Hic se
locutus talis est, vt si fieri non potuit, sublata lis sit: si
tuit, sequatur quæstio, an fecerit. Sed hæc etiam ad
coniecturam pertinent: nam & ex his colligitur an sp
uerit. Ideo spectari debent & instrumẽta, vt Clodij ac

lonis comitatus. Quæstio an fecerit, incipit à secundo tempore, id est præsenti: ac deinde coniuncto, hoc est insequẽti: quorum sunt sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia. His accedunt signa, de quibus tractatum est. Verba etiam & facta, quæq; antecesserunt, quæq; insecuta sunt. Hæc aut nostra sunt, aut aliena. Sed verba magis nocent, aut minus. Magis nocent & minus prosunt nostra, quàm aliena: magis prosunt & minus nocent aliena, quam nostra. Facta autem interim magis prosunt nostra, interim aliena: vt si quid quod pro nobis sit, aduersarius fecit. Semper verò magis nocent nostra quàm aliena. Est & illa in verbis differentia, quòd aut aperta sunt, aut dubia. Seu nostra seu aliena sunt, infirmiora in vtrunque sint necesse est dubia: tamen nostra sæpe magis nocent, vt in illa controuersia: Interrogatus filius vbi esset pater, dixit, Vbicunque est, viuit. at ille in puteo mortuus est inuentus. Aliena quæ sunt dubia, nunquam possunt nocere nisi aut incerto autore, aut mortuo. Nocte audita est vox, Caueto tyrannicidã: & interrogatus cuius veneno moreretur, respondit, Non expedit tibi scire. Nam si est qui posit interrogari, soluet ambiguitatem. Cùm autem dicta factáque nostra defendi solo animo possint, aliena varie refutantur. De vno quidem maximè genere coniecturalium controuersiarum locuti videmur, & in omnes aliquid de his cadit. Nam depositi, furti, creditæ pecuniæ, & à facultatibus argumenta veniunt, an fuerit quod deponeretur: & à personis, an illum depositisse apud hunc, vel huic credidisse credibile sit: an petitorem calumniari, an reum inficiatorem esse, vel furem. Sed etiam in furti reo, sicut in cædis, quæritur de facto, & de autore. Crediti & depositi duæ sunt quæstiones, sed nonnunquam iunctæ, an datum sit, an redditum.

Habetis

Habent aliquid proprij, adulterij causſæ, quòd plerunque duorum discrimen est, & de vtriusque vita dicendum: quã quam & id quæritur, an utrunque pariter defendi oporteat. Cuius rei consilium nascetur ex causſa. Nam si adiuuabit pars altera, coniungam: si nocebit, separabo. Ne quis autem mihi putet temerè excidisſe, quòd plerunque duorũ crimen esſe adulterium, non semper, dixerim: potest accusari sola mulier incerti adulterij: Munera domi inuenta sunt pecunia, cuius autor non extat: codicilli, dubium ad quem scripti. In falso quoque ratio similis: Aut enim plures in culpam vocãtur, aut vnus. Et scriptor quidem semper tueri signatorem necesſe habet, signator scriptorem non semper: nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuisſe, & cui id factum dicitur, & scriptorem & signatores defendet. Iidem argumentorum loci in causſis proditionis, & affectatæ tyrannidis. Verùm illa scholarum cõsuetudo ituris in forum potest nocere, quòd omnia quæ in themate non sunt, pro nobis ducimus. Adulterium obiicis, quis testis? quis iudex? quod pretium? quis conscius? Venenum, vbi emi? à quo? quando? per quem dedi? Pro reo ty-
pro Cælio. rannidis affectatæ, vbi sunt arma? quos contraxi satellites? Neque hæc nego esſe dicenda, & ipsis vtendum pro parte susceptа. Nam & in foro, si quando aduersarius probare non poterit, desiderabo. Sed in foro tantùm illam facultatem olim desiderauimus, vbi non ferè causſa agitur, vt non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, quòd in epilogis quidam, quibus volunt, liberos, parentes, nutrices accommodant: nisi quòd magis conceſſeris ea quæ non sunt posita, desiderare, quam dicere. De animo quo modo quæratur, satis dictum est, cùm ita diuiserimus, an voluerit, an potuerit, an fecerit. Nam qua via tractatur an voluerit,

eadem

eadem quo animo fecerit. Id enim est, an malè facere voluerit. Ordo quoque rerum aut affert aut detrahit fidem, multo scilicet magis res prout congruunt, aut repugnant. Sed hæc nisi in ipso complexu caussarum non deprehenduntur. Quærendum tamen semper, quid cui connectatur, & quid cui consentiat.

De finitione. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Qui factum negare non potest, ei nomen facti negandum docet: ergo coniecturæ finitionem proximam esse: in qua quid sit res quæritur. In hanc nos aliquando à qualitate delabi ostendit: vt in actionibus Reipub. læsæ: in quibus ad nomen confugimus, si quod obiicitur, rectè factum esse defendi non potest. Quid finitio sit explicat, propria, dilucida, & breuiter comprehensa rei propositæ expositio. His locis constare contendit, genere, specie, differentia, & proprio. Adhiberi autem illam pluribus caussis, aut cùm certum de nomine sit, sed de re per illud intelligenda incertum: Quod interim ex coniectura pendeat, vt quid sit deus: interim ex qualitate, vt quid rhetorice: Aut cùm re manifesta, de nomine non constat: vt an sit tyrannicida, qui tyrannum ad mortem compulit. Porrò hanc omnem materiam in tres species diuidi. Prima totum crimen negari, nec aliud nomen subiici, etiam si rem fatemur: vt cùm obiicitur adulterium in lupanari. Secunda sic negari crimen, vt aliud nomen edatur: vt si obiicienti sacrilegium, dicatur esse furtum: vbi vtrunque finiendum. Tertia quæri in rebus specie diuersis, an hoc eodem nomine sit appellandum, vt amatorium venenum. Formam oratoriæ finitionis describit, quam seruitute ex consuetudine philosophorum ducta, immutabili necessitate non vult esse astrictam, aut per argumenta verborum cauillatricem, sed expositis rei partibus & proprietatibus latius oratione ductam. Cuius exempla luculenta ex Ciceronis orationibus profert. Finitionis hunc esse ordinem certum, quid sit quo finitionem confirmamus: & an hoc sit, quo in rem finitionem applicamus. Illud generale esse, & ferè difficilius: hoc particulare, & ad aliud sequi. In finitione prouidendum esse ne sit superuacua, nihil ad caussam pertinés, ambigua, communis, contraria, falsa, parum plena, quibus duobus vltimis euerti præcipuè possit. Excussa priore parte quid sit: facilè quod secundum est, id est, an hoc sit, perfici: cùm ex primo non aliter inferatur, quàm ex thesi hypothesis: adiunctis, repugnantibus, caussis, effectis, similibus. Exemplis ex Cic. oratione pro Cecinna, & quibusdam fictis, id demonstrat. Circa finem quartum quoddam genus addit,

addit, quam finitionem certam vocat, de qua inter vtranque partem conueniat, vt in causſa Cornelij de maieſtate, quam ad qualitatem reducit.

SEquitur coniecturam finitio. Nã qui non poteſt dicere nihil feciſſe, proximum habebit vt dicat, non id feciſſe quod obiicitur. Itaque plerunque legibus iiſdẽ, quibus coniectura, verſatur, defenſionis tantum genere mutato: vt in furtis, depoſitis, adulteriis: Nam quemadmodum dicimus, non feci furtum, non accepi depoſitum, non commiſi adulterium: ita, non eſt hoc furtum, non eſt hoc depoſitum, non eſt hoc adulterium. Interim à qualitate ad finitionem deſcenditur, vt in actionibus dementiæ, malæ tractationis, reipub. læſæ. In quibus ſi rectè facta eſſe quæ obiiciuntur, dici non poteſt, illud ſuccurrit, Non eſt hoc dementem eſſe, malè tractare, rempub. lædere. Finitio igitur eſt rei propoſitæ propria & dilucida & breuiter comprehenſa verbis enunciatio. Cõſtat maximè, ſicut eſt dictum genere, ſpecie, differentibus, propriis, vt ſi finias equum (noto enim maximè vtar exemplo) genus eſt animal: ſpecies, mortale differentia, irrationale (nam & homo mortale erat) propriũ, hinniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus cauſſis. Nam tum eſt certum de nomine, ſed quæritur quæ res ei ſubiicienda ſit: tum res eſt manifeſta, ſed de nomine non conſtat. De re cùm dubium eſt, interim coniectura eſt: vt ſi quæratur quid ſit deus. Nam qui id neget, deum eſſe ſpiritum omnibus partibus immiſtum, non hoc dicat, falſam eſſe illius diuinæ naturæ appellationẽ, ſicut Epicurus, qui humanam ei formam, locúmq; inter mundos dedit: ſed nomine vterque vno vtitur: vtrũ: ſit in re, coniectat. Interim qualitas tractatur, vt quid ſit rhetorice, vis perſuadendi, an bene dicendi ſcientia. Quod genus eſt in iudiciis frequentiſſim

tißimum. Sic enim quæritur, an deprehensus in lupanari cum aliena vxore, adulter sit: quia non de appellatione, sed de vi facti eius ambigitur, an omnino peccarit. Nam si peccauit, nõ potest aliud esse quàm adulter. Diuersum est genus, cùm controuersia consistit in nomine, quod pendet ex scripto, nec versatur in iudiciis nisi propter verba, quæ litem generant. An qui se interficit, homicida sit: an qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida: an carmina magorum, veneficium. Res enim manifesta est, scitúrque non idem esse occidere se, quod alium: non idem occidere tyrannum, quod compellere ad mortem: non idem carmina, ac mortiferam potionem: quæritur tamen an eodem nomine appellanda sint. Quanquam autem dissentire vix audeo à Cicerone, qui permultos secutus authores dicit finitionem esse de eodem & de altero, (semper enim negan- In Topicis.
ti aliquod esse nomen, dicendum quid sit potius) tamen in eandem treis habeo velut species. Nam interim sic conuenit quærere an habendum sit adulterium in lupanari. Cùm hoc negamus, non necesse est dicere quid id vocetur, quia totum crimen inficiamur. Interim quæritur, an hoc furtũ, an sacrilegium: non quin sufficiat non esse sacrilegium, sed quia necesse sit dicere quid sit aliud: quo in loco vtrunque finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diuersis, an & hoc eodem modo sit appellandum, cùm res vtraque habeat suum nomen, vt amatorium, venenum. In omnibus autem huius generis litibus quæritur, an etiam hoc: quia nomen de quo ambigitur, vtique in alia re certum est. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere: nũ & priuatam? Adulterium, cum aliena vxore domi coire: an & in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum, an etiam in mortem compellere? Ideóque συλλογισμὸς, de

quo po

quo postea dicam, velut infirmior est finitio, quia hac quæritur, an idem sit huius rei nomen, quod alterius: illo, an perinde habenda sit hæc, atque illa. Est & talis finitionum diuersitas, vt quidam sentiunt, num idem diuersis verbis comprehendatur: vt rhetorice, bene dicendi scientia, & eadem bene inueniendi, & bene enunciandi, & dicendi secundum virtutem orationis, & dicendi quid sit officij. Atque prouidendum, an si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant. Sed de his disputatur, nõ litigatur. Opus est aliquando finitione obscurioribus & ignotioribus verbis, vt quid sit clarigatio. Erit & interim notis nomine verbis: vt quid sit penus, quid litus. Quæ varietas efficit, vt eam quidam coniecturæ, quidam qualitati, quidam legitimis quæstionibus subiecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc, & ad morem Dialecticorum formata conclusio, vt in disputationibus potius per argumenta verborum cauillatrix, quam in oratoris officio: cultum allatura momenti. Licet enim valeat in sermone tantum, vt constrictum in vinculis suis habeat eum qui respondurus est, & vel tacere, vel etiam inuitum id quod sit contra, cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis vtilitas. Persuadendum enim iudici est: qui etiam si verbis deuinctus est, tamen nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. Agenti verò quæ tanta est huius præcisæ comprehensionis necessitas? An si non dixero, homo est animal rationale mortale, non potero expositis tot corporis animique proprietatibus, latius oratione ducta vel a diis eum vel a mutis discernere? Quid, quòd nec vno modo definitur res eadem, sed latiore, varióque tractatu? vt facit Cicero, vt omnes oratores plerunque fecerunt. Rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta

seruitus

seruitus (est enim certè seruitus) ad certa se verba adstringendi. Idq; faciendum in libris Ciceronis de oratore vetat M. Antonius. Nã est etiam periculosum, cùm si vno in verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur. Optimáque est illa media via, qua vtitur Cicero pro Cecinna, vt res proponatur, verba non periclitentur. Etenim, recuperatores, non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamq; peruenit, sed etiam multò maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum loco sæpe & certo statu dimouet. Aut cum finitionem præcedit probatio, vt in Philippicis Cicero Seruium Sulpitiũ occisum ab Antonio colligit, & in clausula demum ita finit, Is ei profectò mortem attulit, qui causa mortis fuit. Non negauerim tamen hæc quoque vt expedit causæ, esse facienda, & siquando firma comprehendi poterit, & breui complexu verborum finitio esse id tum elegans, tum etiam fortißimum, si modò erit illa inexpugnabilis. Eius certus ordo est, quid sit, an hoc sit: & in hoc ferè labor maior est, vt finitionem confirmes, quam vt in rem finitionem applices. In eo: quid sit, duplex opus est. Nam & nostra confirmanda est, & aduersæ partis destruenda finitio. Ideoq; in schola, vbi nobis ipsis fingimus contradictionem, duos ponere debemus fines, quales vtrinque esse optimi poterunt. At in foro prouidendum, num forte superuacua, & nihil ad causam pertinens, an ambigua, an contraria, an communis sit finitio: quorum nihil non accidere agentis culpa potest. Vt rectè autem finiamus, ita fiet, si prius in animo constituerimus, quid velimus efficere. Sic enim accommodari ad voluntatem verba poterunt. Atque vt a notißimo exemplo, quò sit res lucidior: non recedamus: Qui priuatam pecuniam de templo surripuit, sacrilegij reus est. Culpa manifesta. quæstio est, an huic Philip. 9.

crimini nomen quod est in lege, conueniat. Ergo ambigi-
tur, an hoc sacrilegium sit. Accusator, quia de templo s-
surrepta pecunia, vtitur hoc nomine, Reus, quia priua-
tam surripuerit, negat esse sacrilegium, sed furtum. Acto-
ergo ita finiet, Sacrilegium est surripere aliquid de sacro
Reus ita finiet, Sacrilegiū est surripere aliquid sacri. Vter-
que alterius finitionem impugnat. Ea duobus generibu-
euertitur, si aut falsa est, aut parum plena. Nam illud terti-
nisi stultis non accidit, vt nihil ad quæstionem pertine-
Falsa est si dicas, Equus est animal rationale: nam est equ-
animal, sed irrationale. Quod autem commune cum alio
desinet esse proprium. Hic reus falsam dicit esse finitione
accusatoris: accusator autem non potest dicere falsam ri-
Nam est sacrilegium, surripere aliquid sacri. Dicit paru-
plenam: adiiciendum enim, aut ex sacro. Maximus autem
vsus in approbando refellendoq; fine propriorum ac di-
ferentium, nonnunquam etiam etymologiæ. Quæ tam-
omnia, sicut in cæteris, confirmat æquitas, nonnunqua-
etiam coniectura mentis. Etymologia maximè rara e-
Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta,
maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum est tum-
tus. Circa propria ac differentia magna subtilitas: vt ci-
quæritur, an addictus, quem lex seruire donec soluerit iu-
seruus sit: altera pars finit ita, Seruus est, qui est iure in se-
uitute. Altera, qui in seruitute est eo iure, quo seruus: aut
antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit. Quæ finitio etia-
si constat æquo: nisi tamen propriis & differentibus ad-
uctur, inanis est. Dicet enim aduersarius seruire eum seru-
tutem, aut eo iure quo seruum. Videamus ergo propria di-
Cap.20. ferentiaque liberorum, quæ libro quinto leuiter in trans-
tu attigeram. Seruus cum manumittitur, fit libertinus: ad-
ci-

ctus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur: addictus soluendo, citra voluntatem domini cõsequetur. Ad seruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. Excusso quid sit, propè per acta est quæstio, an hoc sit. Id enim agimus, vt sit caussæ nostræ conueniẽs finitio. Potentissima autem est in ea qualitas, an amor, an insania. Huc pertinebunt probationes, quas Cicero dicit proprias esse finitionis, ex antecedentibus, consequentibus, adiunctis, repugnantibus, caussis, effectis, similibus: de quorum argumentorum natura dictum est. Breuiter autem pro Cecinna Cicero initia, caussas, effecta, antecedentia consequentia complexus est: Quid igitur? fugiebant propter metũ? Quid metuebant? Vim videlicet. Potestis igitur principia negare, cum extrema cõceditis? Sed similibus quoque vsus est, Quæ vis in bello appellatur, ea in ocio non appellabitur? Sed ex contrario argumenta ducuntur, vt si quæratur an amatorium, venenum sit nécne: quia venenum, amatorium non sit. Illud alterum genus, quò sit manifestius adolescentibus meis, (meos enim semper adolescentes putabo) hic quoque fictæ controuersiæ vtar exemplo. Iuuenes qui conuiuere solebant, constituerunt vt in littore cœnarent. Vnius, qui cœnæ defuerat, nomen tumulo quem extruxerant, inscripserunt. Pater eius à transmarina peregrinatione cùm ad littus idem appulisset, lecto nomine suspendit se. Dicuntur hi caussa mortis fuisse. Hìc finitio est accusatoris, Per quem factum est vt quis perierit, caussa mortis est, Rei est, Qui fecit quid sciens, per quod perire homini necesse esset. Remota finitione, accusatori sat est dicere, Caussa mortis fuistis per vos enim factum est vt humo periret: quia nisi vos

In Topicis.

Lib. 5.

illud feciſſetis, viueret. Contrà, non ſtatim per quem factum eſt vt quis periret, is damnari debet, vt accuſator, teſtis, iudex rei capitalis. Nec vndecúnque cauſſa fluxit, ibi culpa eſt: vt ſi cui quis profectionem ſuaſerit, vt ad amicum accedat trans mare, & is naufragio perierit. Ad cœnam inuitarit, & is cruditate illic contracta deceſſerit. Nec fuit in cauſſa mortis ſolùm adoleſcentium factum, ſed cruditas ſenis, & in dolore ferundo infirmitas denique ſi fortior fuiſſet aut prudentior, viueret. Nec mala mente fecerunt: quia ille potuit vel ex loco tumuli, vel ex opere tumultuario ſu- ſpicari non eſſe monumentum. Quî ergo puniri debent, a quibus omnia ſunt homicidæ præter manum? Eſt interea certa finitio, de qua inter vtranque partem conuenit: In Partit. Cicero dicit, Maieſtas eſt in imperio, atque in omni pote- Romani dignitate. Quæritur tamẽ an maieſtas minuta ſit vt in cauſſa Cornelij quæſitum eſt, ſed hìc etiam ſimilis re- deri poteſt finitiuæ: tamèn quia de finitione non ambigi- iudicatio eſt qualitas, atque ad eum potius ſtatum, reduce- da, ad cuius forte quadam venimus mentionem, ſed & o- ordine proximus locus.

De Qualitate. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Coniectura & finitione abſolutis, qualitatem, quod ordine ter- tertium eſt, aggreditur: quam latè accipiendo ad quantitatem co- nuam & diſcretam extendit: cuius ſtatu ſuaſorias, demonſtratiu- bonam partem iudicialium contineri tradit. Qualitatem diuidit i- ſolutam & aſſumptiuam: in quibus omnis lis ſit aut de præmio, au- pœna, aut de quantitate. Culpæ defenſionem in vtraque primam ctat, Abſolutam definit eam eſſe, in qua quod obiicitur, honeſtum defendimus. Cuius loci ſunt natura, lex, mos, iudicatum, pactum quis in ciuitate libera cædem tyranni obiiciat. Aſſumptiuam, in factum per ſe improbabile, aſſumptis extrinſecus auxiliis defendi- vt ſi Oreſtes accuſetur quòd matrem ſuam occiderit. huius ſpecies

tas enumerat: Comparationem criminis, translationem vel remotionem, excusationem, quã subdiuidit in ignorantiam, necessitatem, & fortunam: culpæ imminutionem, & deprecationem, quam in senatu, apud populum, & principem, & vbicunque iuris clementia est locum habere dicit. Hactenus de culpæ defensione: de præmiis duo quæri: an vllo sit quis præmio dignus, an̄ tãto: de duobus, vter: & quis de pluribus dignior. Quibus abdicationis causas, demẽtiæ, malæ tractationis, & orbarum nuptias indicentium subiungit. Multas præterea controuersiarum species enumerat, quæ in qualitatem cadunt. Postremò quantitatem qualitati subiacere: seu ratione modi, quo facti magnitudo æstimatur, seu numeri, vt cum quæritur an Thrasybulo triginta præmia debeantur, colligit.

EST autem qualitas alia de summo genere, atque ea quidem non simplex. Nam & qualis sit cuiusque rei natura, & quæ forma, quæritur: an immortalis anima, an humana specie Deus: & de magnitudine ac numero, quantus sol, an vnus mundus. Quæ omnia coniectura quidem colliguntur, quæstionem tamen habent in eo, qualia sint. Hæc & in suasoriis aliquando tractari solẽt, vt si Cæsar deliberet an Britanniam impugnet: quæ sit Oceani natura, an Britannia insula, (nam tum ignorabatur) quanta in ea terra, quo numero militũ aggredienda, in consilium ferendum sit. Eidem qualitati succedunt facienda, ac non facienda: appetenda, vitanda: quæ in suasorias quidem maximè cadunt, sed in controuersiis quoque sunt frequentia: hæc sola differentia, quia illic de futuris, hic de factis agitur. Item demonstratiuæ partis omnia sunt in hoc statu: factum esse constat: quale sit factum, quæritur. Lis est omnis aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. Igitur primum genus caussæ, aut simplex, aut comparatiuum. Illic quid æquum, hìc quid æquius, aut quid æquissimum sit, excutitur. Cùm de pœna iudiciũ est, a parte eius qui caussam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio, aut, vt quidam putant, deprecatio. Defensio lõge po-

tentissima est, qua ipsum factum quod obiicitur, dicimus honestum esse. Abdicatur aliquis, quòd multo patre militarit, honores petierit, vxorem duxerit: tuemur quia fecimus. Partem hanc uocant Hermagorei κατ' ἀντίληψιν ad intellectum id nomen referentes. Latinè ad verbum translatum non inuenio: absolutam appellant. Sed eadem de re sola quæstio, iusta sit ea, necne. Iustum omne constat natura vel constitutione. Natura, quod sit secundum cuiusque rei dignitatem. Hæc sunt pietas, fides, continentia, & alia. Adiiciunt & id quod sit par. verùm id nonnisi merè intuendũ est. Nam & vis contra vim, & talia nihil habent aduersum eum qui prior fecit iniustè: & non quia res pares sunt, etiam id est iustũ, quod anteceßit. Vtrinque iusta, eadem lex, eadē conditio: ac fortasse nec quidem paria, quæ vlla parte sunt dißimilia. Constitutio est in lege, more, iudicato, pacto. Alterum est defensionis genus, in quo factum per se improbabile, assumptis extrinsecus auxiliis tuemur: id vocant *προσλαμβανόμενον. Latini hoc quoque non ad verbum transferunt. Assumptio enim dicitur cauſſa. In quo genere fortißimum est, si omnem cauſſa facti tuemur, qualis est defensio Orestis, oratio Milonis. ἀντέγκλημα dicitur, quia omnis nostra defensio constat eius accusatione, qui vindicatur. Occisus non sed latro, exectus, sed raptor. Est & ita ex cauſſis subducta defensio priori contraria, in qua neque factum negatum per se, vt in absoluta quæstione defenditur: neque contrario facto, sed ex aliqua vtilitate aut reipub. aut horum minum multorum, aut etiam ipsius aduersarij, nonnumquam & nostra, si modò id erit quod facere nostra causa fas sit: quod sub extrario accusatore & legibus agente prodesse nunquam potest, in domesticis disceptationibus

* κατ' ἀντίθεσιν.

pot

potest. Nam & filiis pater in iudicio abdicationis, & maritus vxori, si malæ tractationis accusabitur: & pari iniquius, si dementiæ causa erit, non inuerecundè dicet multum sua interfuisse. In quo tamen incommoda vitantis melior quàm commoda petentis est causa. Quibus similia etiam in vera rerum quæstione tractantur. Nam quæ in scholis abdicatorum, hæc in foro exhæredatorum a parentibus, & bona apud consules repetentium ratio est. quæ illic malæ tractationis, hîc rei vxoriæ, cùm quæritur vtrius culpa diuortium factum sit. quæ illic dementiæ, hîc petendi curatoris. Subiacet vtilitati etiam illa defensio, si peius aliquid futurum fuit. Nam in comparatione malorum, boni locum obtinet leuius: vt si Mancinus fœdus Numantinum sic defendat, quòd periturus, nisi id factum esset, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντίστασις Græcè nominatur: comparatiuum nostri vocant. Hæc circa defensionem facti: quæ si neque per se ipsam, neque adhibitis auxiliis dabitur, proximum est in alium transferre crimen, si possimus. Ideóque etiam in hos qui iam scripti sunt status, visa est cadere translatio. Interdum ergo culpa in hominem relegatur: vt si Gracchus reus fœderis Numantini, cuius metu, leges populares tulisse in Tribunatu videtur, missum se ab imperatore suo diceret. Interim deriuatur in rem: vt si is qui testamento quid iussus non fecerit, dicat per leges id fieri non potuisse. Hoc μετάστασιν dicunt. Exclusis quoque his, excusatio supereſt. Ea est aut ignorantiæ: vt si quis fugitiuo stigmata scripserit, eoq; ingenuo iudicato, neget se liberum eũ sciſse. Aut necessitatis: vt cùm miles ad cõmeatus diem non affuit, dicit se fluminibus intercluſum, aut valetudine. Fortuna quoq; sæpe subsidium culpæ nonnunquam malè feciſse nos, sed bono animo

dicimus. Vtriusque rei multa & manifesta exempla sun
Idcirco non est eorum necessaria expositio. Si omnia qu
supra scripta sunt deerunt, videndum an minui culpa po
sit. Hic est ille qui à quibusdam dicitur status quantita
Sed ea cum sit aut pœnæ, aut honoris, ex qualitate s
constituitur: eóque nobis sub hoc esse statu videtur: si
eius quoque quæ ad numerum refertur à Græcis. nam
ποιότητα, & ποσότητα dicunt, nos vtrunq; eadem app
latione complectimur. Vltima est deprecatio: quod ge
causse plerique negarunt in iudicium vnquam venire. C
Cicero quoque pro Quinto Ligario idem testari vide
cum dicit, Causas Cæsar egi multas, & quidem tecum,
te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certè nunq
hoc modo, Ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non puta
si vnquam post hac, & cætera. In senatu verò, & apud
pulum, & apud principem, & vbicunque iuris clem
est, habet locum deprecatio. In qua plurimum valet, ex
qui reus est, hæc tria in vita præcedere, si innocens, si
meritus, si spes in futurum innocenter victuri, & in al
vsu futuri: præterea si vel alijs incommodis, vel præ
periculo, vel pœnitentia videatur satis pœnarum de
Extra, nobilitas, dignitas, propinqui, amici. In eo ta
qui cognoscit, plurimum ponendum, si laus eum miseri
dis potius quam reprehensio dissoluti consecutura est.
rùm & in iudicijs etiam si non toto genere causse, ta
ex parte magna hic locus sæpe tractatur. Nam & di
frequens est, etiam si fecisset, ignoscendum fuisse, id
causis dubijs sæpe præualuit: & epilogi omnes in ea
ferè materia versari solent. Sed nonnunquam etiam re
hic totius summam constituit, si ex hæredatum a se filu
pater testatus fuerit elogio: propterea quòd is meretrice

mauerit. Nam omnis hîc quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & centumuiri tribuere debeant veniam. Sed etiam in formulis, cùm pœnariæ sunt actiones, nos ita causſam partimur, ancommissa sit pœna, an exigi debeat. Id autem quod illi viderunt, verum est, reum à iudicibus hoc defensionis modo liberari non posse. De præmiis autem quæruntur duo, an vllo sit dignus qui petit, an tanto: ex duobus, vter dignior: ex pluribus, quis digniſimus. Quorum tractatus ex ipso meritorum genere ducuntur. Et intuebimur non rem tantùm siue alleganda, siue comparanda erit: sed personam quoque. Nam & multum interest, tyrannum iuuenis occiderit, an senex: vir, an fœmina: alienus, an coniunctus. Et locum multipliciter, in ciuitate tyrannis assueta, an libera semper: in arce, an domi. Et quomodo factum sit, ferro, an veneno. Et quo tempore, bello, an pace: an cùm depositurus esset eam potestatem, an cùm aliquid noui sceleris ausurus. Habetur in meritis, gratia periculum quoque, ac difficultas. Similiter liberalitas à quo profecta sit, refert. Nam in paupere gratior quam in diuite, dante beneficium quam reddente, patre quam orbo. Item quam rem dederit, & quo tempore, & quo animo: id est num in aliquam spem suam, similiter alia. Et ideo qualitas, maxima oratoris recipit opera: quia in vtranque partem plurimum est ingenio loci, nec vsquam tantum affectus valent. Nam coniectura extrinsecus quoque adductas frequenter probationes habet, & argumenta ex materia sumit: & quale quidque videatur, eloquentiæ opus est: hîc regnat, hîc imperat, hîc sola vincit. Huic parti subiungit Virginius causſas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium. Nam & iudicium fere sic accidit inuentique sunt,

qui has materias officiorum vocarent. Sed alios quoq; nonnunquam leges hæ recipiunt status. Nam & cõiectu est aliquando in pleriſque horum, cùm ſe vel nõ feciſſe, v bona mente feciſſe cõtendunt. Cuius generis exempla ſu multa. Et quid ſit dementia, ac mala tractatio, finitur. Na iuris quæſtiones plerunque leges præcurrere ſolent, & quibus cauſsis non* fiat ſtatutũ. Quod tamen facto defen nõ poterit, iure nitetur. Et quot & quibus cauſsis abdica nõ liceat, & in quæ crimina malæ tractationis actio det & cui accuſare dementiæ non permittatur. Abdicatio formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, vt ſi abdicet raptor, adulter. Altera imperfecti, velut pẽdentis, & adh in conditione poſiti: quales ſunt in quibus abdicatur filiu qui non pareat patri. Illa ſemper aſperam abdicãtis actio nem habet, (immutabile eſt enim quod factum eſt) hæc parte blandam, & ſuadenti ſimilem. Mauult enim pa corrigere, quàm abdicare. At pro filiis in vtroque genc ſummiſſam, & ad ſatisfaciendum compoſitam. A quo di ſenſuros ſcio, qui libenter patris figuram lædunt: quod auſim dicere nunquam eſſe faciendum (poteſt enim ma via incidere quæ hoc exigat (cæterùm videdum eſt quoti aliter agi poteſt. Sed de figuris alio libro tractabimus. S diſsimiles autem abdicationum actionibus ſunt malæ tra ctationis actiones. Nam & ipſæ habent eandem in acc ſationibus moderationem. Dementiæ quoque iudicia, a propter id quod factum eſt, aut propter id quod adhuc fie ri vel non fieri poteſt, inſtituuntur: & actor in eo quod fa ctum eſt, liberũ habet impetum: ſic tamen, vt factũ accuſa ipſius patris tãquam valetudine lapſi miſereatur, in eo ve rò cuius libera mutatio eſt, diu roget & ſuadeat, & nonſ ſimè dementiam rationi queratur obſtare, non mores: quo

*non fiant ſtatus.

quam

quanto magis in præteritum laudauerit, tãto facilius probabit morbo esse mutatos. Reus, quoties caussa patietur, debebit esse in defensione moderatus, quia fere ira, contentio, & concitatio furori sunt similia. Omnibus his commune est, quod rei nõ semper defensione facti, sed excusatione ac venia frequenter vtuntur. Est enim domestica disceptatio, qua & semel peccasse, & per errorẽ, & leuius quã obiiciatur, absolutioni nonnunquam sufficit. Sed alia quoque multa controuersiarum genera in qualitatem cadunt. Iniuriarum. quanquam enim reus aliquando fecisse negat, plerunque tamen hæc actio facto atque animo cõtinetur. De accusatore constituendo, quæ iudicia diuinationes vocantur: in quo genere Cicero quidem qui mãdãtibus sociis Verrem accusabat, hac vsus est diuisione, spectãdum à quo maxime agi velint hi quorum de vltione quæritur: à quo minime velitis qui accusatur: frequentissime tamẽ hæ sunt quæstiones, vter maiores causssas habeat, vter plus industriæ aut virium sit allaturus ad accusandum, vter id melior fide facturus. Tutelæ prætereà: in quo iudicio solet queri, an alia de re quam de calculis cognosci oporteat: an fides præstari debeat tantùm, non etiam consilium & euẽtus. Cui simile est malæ gestæ procurationis in foro: negociorum gestorum: nam & mandati actio est. Præter hæc finguntur in scholis & scripti maleficij, in quibus aut hoc quæritur, an scriptum sit: aut hoc, an maleficium sit: rarò vtrunq;. Malè gestæ legationis apud Græcos & veris causssis frequens: vbi iuris loco queri solet, an omnino aliter agere quam mandatum sit, liceat: & quousque sit legatus: quoniam aliæ in renunciando sunt: vt in hoc qui testimonium in Verrem dixerat post perlatam legationem. Pluriũ tamen est in eo, quale sit factũ reipub. læsæ. Hinc mouẽtur quæ

Act. 1.

tur quidem mille iuris cauillationes, quid sit rempub. læde re: & læseritne, an profuerit: & ab ipso, an propter ipsum læsa sit. in facto tamen plurimum inest. Ingrati quoque. In quo genere quæritur, an is cum quo agitur, acceperit beneficium: quod rarò negãdum est: ingratus est enim qui negat. an quantum acceperit, reddiderit: an protinus qui nõ reddiderit, ingratus sit: an potuerit reddere: an id quod exigebatur, debuerit: quo animo sit. Simpliciores illæ, inimicti repudij, sub qua lege controuersiæ illud proprium habent, quòd à parte accusantis defensio est, & defendentis accusatio. Præterea cum quis rationem mortis in senectute reddit: vbi vna quæstio est iuris, an is demum prohibendus sit, qui mori vult, vt se legum actionibus subtrahet. Cæterum qualitatis. Finguntur & testamenta, in quibus de sola quæratur voluntate: vt in controuersia quam supra exposui, in qua de parte patrimonij quarta, quam pater dignissimo ex filiis reliquerat, contendunt philosophus, medicus, orator. Quod item accidit si orbæ nuptias indicant paregradu, & si inter propinquos de idoneo quæratur. Sed nec omnes mihi persequi materias in animo est (fingi enim adhuc possunt) nec communes sunt earũ quæstiones, quæ positionibus mutantur. Hoc tantùm admiror, Flauium, cuius apud me meritò summa est autoritas, cùm artem scholæ tantùm componeret, tam angustè materiam qualitatis terminasse. Quantitas quoque (vt dixi plerunque) etiam si non semper, tamen plerunque eidem subiacet, seu modi est, seu numeri. Sed modus aliquando constat æstimatione facti, quanta sit culpa, quantúmue beneficium: aliquando iure, cùm id in controuersiam venit, qua quis lege puniendus, vel honorandus sit. Stuprator an decem milia dare debeat, quæ pœna huic crimini constituta est: an qui stupra

stupratus se suspendit, capite puniri, tanquam caussa mortis. Quo in genere falluntur qui ita dicunt, tanquam inter duas leges quæratur. Nam de decem millibus nulla controuersia est, quæ nec petuntur. Iudicium redditur, an reus caussa sit mortis. In coniecturam quoque eadem species cadit: quum, perpetuo, an quinquennali sit exilio multandus, in controuersiam venerit: num prudens cædem commiserit, quæritur. Illa quoque quæ ex numero ducitur, pendet ex iure: an Thrasybulo triginta præmia debeantur: & cùm duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque, an duplum debeat. Sed hîc factum quoque æstimatur, & tamen ius ipsum pendent ex qualitate.

De actionis quæstione. CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Qui neque statu coniecturæ, neque finitionis, neque qualitatis tueri se volet, aut poterit, huic ad aliquod iuris adiutorium, id est ad agendi conditionem & modum confugiendum monet: Cuius duas partes facit, intentionem, & præscriptionem: quæ à statu qualitatis alienæ non sunt, sed litigandi formam habent diuersam. Intentio est quando contra id quod intendit aduersarius, pugnamus, nec admittendum dicimus. Præscriptio, exceptio qua aduersario facultatem litigandi adimimus propter certam caussam, aut actionem in aliam personam aut locum transferre volumus, quæ tum translatio dicitur. Præterea legis autetiam scripti cuiusque varias vires enumerat, & ad status legitimos transit.

QVi neque feciſſe se negabit, neque aliud esse quod fecerit, dicet, neque factum defendet, necesse est in suo iure consistat: in quo plerunque actionis est quæstio: quæ non semper eadem est, vt quidam putauerunt. Nam & iudicium antecedit, qualia sunt præturæ curiosa consilia, cùm de iure accusatoris ambigitur: & in ipsis frequentissimè iudiciis versatur. Est enim duplex eius disceptationis conditio,

ditio, quòd aut intentio, aut præscriptio habet contro
siam. Ac fuerunt qui præscriptionis statum facerent,
quam ea nõ iisdem omnibus, quibus cæteræ leges, que
nibus contineretur. Cùm ex præscriptione lis pende
ipsa re quæri nõ est necesse. Ignominioso patri filius
scribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. Quoties tam
terimus, efficiendum est vt de re quoque benè sentia
enim iuri nostro libentius indulgebit: vt in sponsio
quæ ex interdictis fiunt, etiamsi non proprietatis est
stio, sed tantùm possessionis: tamen non solùm poss
nos, sed etiam nostrũ possedisse docere oportebit. Se
quentius etiã quæritur de intẽtione. Vir fortis opte
volet. nego illi dandum quicquid optauerit: nõ habe
scriptionem, sed tamen voluntate contra verba pr
ptionis modò vtor. In vtroque autem genere sta
fit. Porrò lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut puni
iubet aut vetat, aut permittit. Litẽ habet, aut propt
psam, aut propter alteram. Quæstio est aut in scripto
in voluntate. In scripto, aut apertum est, aut obscur
ambiguum. Quod de legibus dico, idem accipi volo d
mentis, pactis, stipulationibus, omni denique scripto
de voce. Et quoniam quatuor huius generis quæst
vel status facimus, singulos percurram.

De statu ex scripto & voluntate. CAP.

ARGVMENTVM.

Status legales suprà quatuor enumerauit, qui à tribus aliis
ipsa, sed ratione tractandi ad docẽdum accommodata, separa
Primi species tres facit, Vnam in qua de scripto & voluntate
tur, cùm scriptum obscurum est, & vterque suam interpreta
confirmat, & aduersarij labefactat. Altera in qua intellectu
cottus, alter dubius. Tertiam in qua altera pars scripto, altera v

tate nititur. Scripto, tribus modis occurri posse docet: Primò quando scriptum semper seruari non posse ex ipso apparet. Secundò quando nullum argumentum ex ipsa lege peti potest. Tertiò quando ex verbis scripti, scriptoris aliam mentem fuisse probamus. Qui scriptum defendit, vt se voluntate quoque scriptoris adiuuare tentet, præcipit. Omnia subiectis exemplis manifesta erunt.

Scripti & voluntatis frequentissima inter consultos quæstio est, & pars magna controuersiæ iuris hinc pendet: quo minus id in scholis accidere mirum est, vbi etiam ex industria fingitur. Eius genus vnum est, in quo & de scripto, & de voluntate quæritur. Id tum accidit, cum est in lege aliqua obscuritas, & in ea aut vterque suã interpretationem confirmat, aut aduersarij subuertit: vt hic, Fur quadruplum soluat. duo furripuerunt pariter decẽ milia, petuntur ab vtroque quadragena, illi postulant vt vicena conferant. Nam & actor dicit hoc esse quadruplum quod petat, & rei hoc quod offerãt: volũtas quoque vtrinque defenditur. Aut cùm de altero intellectu certum est, de altero dubium. Ex meretrice natus, ne concionetur. Quæ filium habebat, prostare cœpit. Prohibetur adolescens cõcione. Nam de eius filio, quæ ante partum meretrix fuit, certum est: an eadem huius caussa sit, dubium est, quia ex hac natus, & hæc meretrix est. Solet & illud quæri, quò referatur quod scriptum est, Bis de eadem re ne sit actio. id est, hoc bis, ad actorem, an ad actionẽ. Hæc ex iure obscuro. Alterum genus est ex manifesto: quod qui solũ viderũt, hunc statũ plani & volũtatis appellauerunt. In hoc altera pars scripto nititur, altera voluntate. Sed contra scriptum tribus generibus occurritur. Vnum est, in quo id seruari semper non posse ex ipso patet. Liberi parentes alant, aut vinciantur. Non enim alligabitur infans. Hinc erit ad alia transitus, & diuisio, num quisquis non aluerit,

num

num hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus co
trouerſiarum, in quo nullum argumentum eſt quod ex le
ipſa peti poſſit, ſed de eo tantum de quo lis eſt, quærend
ſit. Peregrinus ſi murum aſcenderit, capite puniatur. C
hoſtes murum aſcendiſſent, peregrinus eos depulit. peti
ad ſupplicium. Non erunt hîc ſeparatæ quæſtiones,
quiſquis, an hic: quia nullum poteſt afferri argumen
contra ſcriptum, vehementius eo quod in lite eſt: ſed
tantum, an ne ſeruandæ quidem ciuitatis cauſſa. Ergo
æquitate & voluntate pugnandum. Fieri tamen poteſt
ex aliis legibus exempla ducamus, per quæ appareat
per ſtari ſcripto non poſſe, vt Cicero pro Cecinna
Tertium, cum in ipſis verbis legis reperimus aliquid
quod probemus aliud legunlatorem voluiſſe: vt in
controuerſia, Qui nocte cum ferro deprehenſus fue
alligetur. Cum annulo ferreo inuentum magiſtratus
gauit. Hic quia eſt verbum in lege deprehenſus, ſatis
ſignificatum videtur non contineri lege niſi noxium
rum. Sed vt qui voluntate nitetur, ſcriptum quoties
rit infirmare debebit: ita qui ſcriptum tuebitur, adi
ſe etiam voluntate tentabit. In teſtamentis & illa acci
De Orat. 1. vt voluntas manifeſta ſit, ſcriptum nihil ſit: vt in
Curiano, in quo nota L. Craſſi & Scæuolæ fuit conte
Subſtitutus hæres erat, ſi poſthumus ante tutelæ
nos deceſſiſſet. Non eſt natus. Propinqui bona ſibi
cabant. Quis dubitaret, quin ea voluntas fuiſſet teſta
vt is non nato filio hæres eſſet, qui mortuo? ſed hoc
ſcripſerat. Id quoque, quod huic contrarium eſt, acci
per, vt eſſet ſcriptum quod appareret ſcriptorem no
ſe: Qui ſeſtertiûm numûm quinque milia legauerat,
emendaret teſtamentum, ſublatis ſeſtertiis numis,

pondo posuit, quinq; milia remanserunt. Apparuit tamẽ quinque pondo dari voluisse, quia ille in argento legato modus & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc etiam statu generales sunt quæstiones, scripto, an voluntate standum sit: quæ fuerit scribentis voluntas. Tractatus omnes qualitatis aut coniecturæ, de quibus satis dictum arbitror.

De contrariis legibus. CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Scripto & sententiæ, leges contrarias subiungit: quia in his quę duę sint duo sint scripti & voluntatis status. Quæ etiamsi contrariæ dicantur contrarias tamen iure ipso non esse, sed casu quodam collidi adnotet. Porrò aut pares inter se collidi, aut ipsas secum, aut diuersas, aut similes, aut etiam impares. Præterea vt lex alia aliam abroget, aut obstringat, ius vtriusque cognoscendum esse, quod aut in vtraque duarum sit, aut confessum. Si confessum, videndum esse an ad deos pertineant, an ad homines: an ad rempublicam an ad priuatos &c. Si dubium, alteri, aut inuicem vtrique controuersiam de iure moueri. Postremo duplices leges vt duas commiti, & quod de legibus dicitur, idem de senatusconsultis & omnibus scriptis intelligendum.

PRoximum est de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artiũ scriptores constat in antinomia duos esse scripti & voluntatis status: neque immeritò: quia cùm ex lege obstet, vtrinque contra scriptum dicitur, & quæstio est de voluntate: in vtraque id ambigitur, an vtique ex lege sit vtendum. Omnibus autem manifestum est, nunquam esse legem legi contrariam iure ipso: quia si diuersum in esset, alterum altero abrogaretur: sed eas casu collidi, & euentu. Colliduntur autem aut pares inter se: vt si optio tyrannicidæ & viri fortis comparentur, vtrique data quod velit petendi potestate, hic meritorum temporis, præmij collatio est. Aut secum ipsæ, ut duorum fortium, duorũ tyrannicidarum, duarum raptarum: in quibus non potest aliqualia quæstio quàm temporis, utra prior sit: aut qualita-

Vide Budæum in annotationibus.

tis, utra iustior sit petitio. Diuersæ quoque leges con
gunt, aut similes. Diuersæ, quibus etiam citra aduersu
gem contradici posit: ut in hac controuersia, Magistr
ab arce ne discedat: Vir fortis optato quæ uolet: *uel
nulla obstante, quæri potest an quicquid optari, accip
deb eat: & à magistratu multa dicentur, quibus scrip
expugnatur, Si incendium in arce fuerit, si in hostes re
rendum. Similes, contra quas nihil opponi potest, nis
altera. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur: co
mulieris imago in gymnasio ne ponatur. Mulier tyr
occidit. Nam neque mulieris imago ullo alio casu pon
test, neque tyrannicidæ ullo alio casu sumoueri. Imp
sunt, cum alteri multa sunt quæ opponi possunt, alteri
nisi quod in lite est: ut cùm uir fortis impunitatem de
toris petit. Non contra legem uiri fortis (ut suprà ost
multa dicantur: aduersus desertores scripta, non pote
optione subuerti. Item aut confessum est ex utraque p
ius, aut dubium, Si confessum est, hæc ferè quæruntur:
lex potentior: ad deos pertineant, an ad homines: ad re
blicam, an ad priuatos: De honore, an de pœna: De m
rebus, an de paruis: Permittat, an uetet, an imperet.
tractari & utra sit antiquior, & uelut potentißima,
minus perdat: ut in desertore, & uiro forti, quòd illo
occiso lex tota tolatur: occiso, sit reliqua uiro forti alu
tio. Plurimum tamen est in hoc, utrũ fieri sit melius
æquius: de quo nihil præcipi nisi proposita materia p
Si dubium, aut alteri, aut inuicem utrique de iure fi
trouersia, ut in re tali, Patri in filium, patrono in libe
manus iniectio sit liberti hæredem sequantur. Liber
lium quidam fecit hæredẽ, inuicem petitur manus inie
& patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in m
p

*vel alia nulla obstante, non erat in vetusto codice Similes

patroni fuerit. Duplices leges sicut duæ collidũtur: vt, Nothus ante legitimum natus, legitimus sit post legitimum, tantùm ciuis. Quod de legibus, idem de senatusconsultis dictum: quæ si aut inter se pugnent, aut obstent legibus, non tamen aliud sit eius status nomen.

De syllogismo seu ratiocinatione.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Quid syllogismus habeat scripto & voluntati simile, & in quo ab iisdem differat, & quam cum finitione coniunctionẽ habeat, primùm ostendit. Deinde duas eius species facit. Primam quæ ex eo quod scriptum est, id quod incertum est ducit: ratiocinatione colligitur vnde quia ratiocinatiua dicatur, huius multas species cum exemplis dinumerat. Alteram quæ ex scripto ducit quod scriptum non est: in quarum vtraque voluntas legislatoris, & æquitatis tractatio sit potentissima.

Syllogismus habet aliquid simile scripto & voluntati, quia semper parsin eo altera scripto nititur: sed hoc interest, quòd illi cõtra scriptũ dicitur hic supra illic qui verba defendit, hoc agit, vt fiat vtique quod scriptũ est: hîc ne aliud quam scriptũ est. Eius nonnulla etiam cum finitione cõiunctio. Nã sæpe si finitio infirma est, in syllogismũ delabitur. Sit enim lex, Venefica capite puniatur, Sæpe secubãti amatoriũ dedit, eũdem repudiauit: per propinquos rogata vt rediret, non est reuersa. suspendit se maritus. Mulier veneficij rea est. Fortissima est actio dicentis amatorium venenum esse, id erit finitio: quæ si parum valebit, fiet syllogismus: ad quem velut remissa priore contentione veniemus, an perinde puniri debeat, ac si virum veneno necasset. Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est, id quod incertum est: quod quoniam ratiocinatione colligitur, ra-

tiocinatius dicitur. In has autem ferè species venit, An quod semel ius est, idem & sæpius: Incesti damnata, & præcipitata de saxo, vixit, repetitur. An quod in vno, & in pluribus: Qui duos vno tempore tyrannos occidit, duo præmia petit. An quod antè, & postea: Raptor profugit, rapta nupsit, reuerso illo petit optionem. An quod in toto, idem in parte: Aratrum accipere pignori non licet: vomerem accepit. An quod in parte, idem in toto: Lanas vehere Tarento non licet, oues vexit. In his syllogismis scripto alter nititur, alter non satis cautum esse dicit. Postulo vt præcipitetur incesta, lex est: & rapta optionem petit & in oue lanæ sunt: similiter alia. Sed quia respondeti potest, non est scriptum vt *sæpius præcipitetur damnata, aut quandocunque rapta optet, aut tyrannicida duo præmia accipiat, nihil de vomere cautum, nihil de ouibus: ex eo quod manifestum, colligitur quod dubium est. Maioris pugnæ est, ex scripto ducere quod scriptum non est. Qui patrem occiderit, culeo insuatur, matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat: tabernaculis eduxit. In hoc genere hæc quæruntur, An quoties propria lex non est, simili sit vtendum: an id de quo agitur, ei de quo scriptum est, simile sit. Simile autem & maius est, & pars, & minus. In illo priore, an satis lege cautum sit, an & si parum cautum est: hac sit vtendum. In vtroque de volũtate legislatoris, sed de æquo tractatus potentissimi.

*bis

De ambiguo, seu amphibolia.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Amphiboliam duobus modis fieri primùm docet, aut vocibus singulis aut coniunctis. In singulis, tribus modis. Primo homonymia, cum vox plura significat. Secundo cùm alium sensum habet simplex dictio

inte

integra, alium diuisa. Tertio cum idem accidit compositis. In coniunctis per casus collocationem per flexum, per situm per productionem & correptionē. Quę quibus modis soluendæ sint omnes, ordine tradit.

AMphiboliæ species sunt innumerabiles, adeò, vt philosophorum quibusdam nullum videatur esse verbum quod non plura significet: genera admodum pauca. Aut enim vocibus accidit singulis, aut coniunctis. Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus aut etiam hominibus eadem appellatio est: ὁμωνυμία dicitur, vt Gallus. Vtrū enim auem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est: & Aiax, Telamonis, an Oilei filius. Verba quóque quædam diuersos intellectus habent, vt cerno quæ ambiguitas plurimis modis accidit: vnde ferè lites, præcipuè ex testamentis, cum de libertate. aut etiam de hæreditate contendunt ij quibus idem nomen est: aut quid sit legatum, quæritur. Alterum est, in quo alia integro verbo significatio est, alia diuisio: vt in genua, & arma mentum, & cor vinum, ineptæ sanè cauillationes, ex quo tamen Græci controuersias ducunt: inde ἀυλητρὶς illa vulgata, cum quæritur, vtrum aula quæ ter ceciderit, aut tibicina si ceciderit, debeat publicari. Tertia est ex compositis, vt si quis corpus suum in occulto loco poni iubeat, circáque monumentū multum agri ab hæredibus in tutelam cinerum, vt solet, leget, Sit latus* occultum. Sic apud Græcos contendit λεῳ & παντελεῳ, cum scriptura dubia est, bona omnia λέοντι, an bona πάντα λέοντι relicta sint. In coniunctis plus ambiguitatis est. Fit autem per casus: vt,

Vide Gellium lib. 11. cap 11.

ἀυλητρὶς si ceciderit, publicetur.

Vide Laertium in uita Zenonis.

*littus.

Per casus. Ennius apud Cic. 2. de Diuinat.

Aio te Aeacida Romanos vincere posse.

Per collocationem, vbi dubium est quid quo referri oporteat: ac frequentissimè cùm id quod medium est, vtrinque

poßi trahi,vt de Troilo Virgilius,

Aeneid.1. Lora tenens tamen-

Hîc vtrum quòd teneat tamen lora, an quamuis tene
tamen trahatur,quæri poteſt. Vnde controuerſia illa, T
ſtamento quidam iußit poni ſtatuam auream haſtam te
tem. Quæritur,ſtatua haſtam tenens aurea eſſe debeat,
haſta eſſe aurea in ſtatua alterius materiæ.Fit per flex
idem magis,

Quinquaginta vbi erant centum inde occidit Achil
Sæpe utri duorum antecedentium ſermo ſubiunctus ſit,
dubio eſt unde eſt controuerſia, Hæres meus uxori
dare damnâs eſto argenti, quod elegerit, pondo cent
Vter eligat quæritur. Verùm id quod ex his primum
mutatione caſium:ſequens,diuiſione uerborum,aut tra
latione emendatur: tertium adiectione. Accuſatiui ge
natione facta amphibolia, ſoluitur ablatiuo: ut illud, I
chetem audiui percußiſſe Demeam,fiat. à Lachete per
ſum Demeam. Sed ablatiuo ipſi,ut in primo diximus,in
naturalis amphibolia,

-Cælo decurrit aperto: utrum per apertum cælum,
cum cælum apertum eſſet.Diuiſo reſpiratione & mora
ſtat.Statuam deinde auream haſtam:uel ſtatuam aurea
inde haſtam: Adiectio talis eſt, argentum quod elege
ipſe,ut hæres intelligatur:uel ipſa,ut uxor. Adiectione
cta amphibolia,qualis ſit Nos flentes illos deprehendim
detractione ſoluetur. Pluribus uerbis emendandum,ubi
id,quod quò referatur,dubium eſt,& ipſum eſt ambigu
Heres meus dare illi damnâs eſto omnia ſua.In quod ge
In Bruto. incidit Cicero loquens de C.Fannij ſoceri inſtituto,Qu
quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non
modum diligebat:præſertim cùm ille Q.Scæuolam ſibi

norem natu generum prætulisset. Nam id sibi, & ad socerum referri, & ad Fanniũ potest. Productio quoq; in scripto & correptio in dubio relicta, caussa est ambiguitatis: ut in hoc, Cato. aliud enim ostendit breuis secũda syllaba casu nominatiuo, aliud eadẽ syllaba producta casu datiuo aut ablatiuo. Plurimæ præterea sunt aliæ species, quas persequi nihil necesse est. Nec refert quomodo facta sit amphibolia, aut quo resoluatur. Duas enim res significari manifestum est: & quod ad scriptum uocémue pertinet, in utranq; par est partem. Ideoq; frustra præcipitur, ut in hoc statu uocẽ ipsam ad nostram partẽ conemur uertere, Nam si id fieri potest, amphibolia non est. Amphiboliæ autem omnis in his erit quæstio, aliquando uter sit secundum naturam magis sermo, semper utrum sit æquius, utrum is qui sic scripsit ac sic dixit, sic uoluerit. Quarum in utranque partem satis ex his quæ de coniectura & qualitate diximus præceptum est.

Quæ sit inter status cognatio, & quæ diuersitas. CAP. X.

ARGVMENTVM.

Pertractatis diligenter statibus qui legales dicuntur, quæ sit illorum inter se, quorundam etiam cum finitione cognatio, quæ rursus differentia, qua distincti sunt ne qui illos separarunt, errare videantur, demonstrat. Atque de dispositione hoc in genere ait, non posse omnia quæ ad ipsam pertinent, arte & præceptis tardi: sed à natura quoque doctrina & studio, hãc facultatem parariid pictorum atque imperatorum, exemplis probat. Præterea magno iudicio opus esse, vt certa nobis proposita materia, dispositione œconomica velut in re præsenti vtamur: quæ pro rei varietate quotidie alia atque alia fatura sit, hoc vno semper necessario, vt quecunque collocationis vtamur ordine, aptè inter se iungantur omnia, & cohæreant.

EST autem quædam inter hos status cognatio. Nam & in finitione, quæ sit voluntas nominis, quæritur: & in

syllogismo, qui secundus à finitione status est, spectant quid voluerit scriptor: & ex contrariis legibus duos scripti & voluntatis status apparet. Rursus & finitio quodammodo est amphibolia, cùm in duas partes diducat intellectus nominis. Scriptum & voluntas habet in se vocis quæstionem: quod idem in antinomia petitur. Idque omnia hæc quidam scriptum & voluntatem esse dicerunt: alij in scripto & voluntate amphiboliam esse quæcit quæstionem. Sed distincta sunt. Aliud est enim obscurum ius, aliud ambiguum. Igitur finitio in natura ipsa nominis quæstionem habet generalem, & quæ esse etiam extra complexum causæ possit: Scriptum & voluntas de disputat verbo, quod est in lege: Syllogismus, de eo qui non est. Amphiboliæ lis in diuersum trahit: Legum contrariarum ex diuerso pugna est. Neque immeritò & recepta est à doctissimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentissimos durat. Et de hoc quidem genere *disceptationis, etiamsi non omnia tradit tamen aliqua posuerunt. Sunt alia, quæ nisi proposita de qua dicendum materia, viam docendi non præbeant. Non enim ea vniuersa in quæstiones ac locos diducenda est: sed hæ partes habent rursus ordinem suum. Nam & in proœmio primum est aliquid, & secundum, ac deinceps. Et quæstio omnis ac locus habet suam dispositionem, vt thesis etiam simplices. An sic forte satis erit diuidendi peritus qui controuersiam in hæc diduxerit, an omne præmium viro forti dandum sit, an ex priuato, an nuptiæ, an ea quæ nupta sit, an hæc? deinde cum fuerit de prima quæstione dicendum, passim, & vt quicque in mentem veniet, an scuerit? non primùm in ea scierit esse tractandum, verùm legis standum sit, an voluntate? huius ipsius particulæ

*disceptationis.

quod initium fecerit? deinde proxima subnectens, struxerit orationem, vt pars hominis est manus, eius digiti, illorum quoque articuli? Est & hoc, quod scriptor demonstrare non possit, nisi certa. definitaque materia. Sed quid vna faciat, aut altera? quinimmo centum ac mille in re infinita, atque materia? Præceptoris est, in alio atque alio genere quotidie ostendere quis ordo sit rerum, & quæ copulatio: vt paulatim fiat vsus, & ad similia transitus. Tradi enim omnia quæ ars efficit, non possunt. Nam quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? sed percepta simul imitandi ratione, assimilabit quicquid acceperit. Quis enim non faber vasculum aliquod quale nunquam viderat, facit? Quidam verò non docentium sunt, sed discentium. Nam & medicus quid in quoque valetudinis genere faciẽdum sit quid quibus signis prouidendum, docebit. Vim sentiendi pulsus venarum caloris motus, spiritus meatum, coloris distantiam, quæ sua cuiusque sunt ingenium dabit. Quare plurima petamus à nobis, & cum causis deliberemus, cogitemusq; homines ante inuenisse artem, quam docuisse. Illa enim potentissima est, quæq; verè dicitur œconomica totius causse dispositio, quæ constitui nisi uelut in re præsenti non potest: ubi assumendum proœmium, ubi omittandum: ubi utendum expositione continua, ubi partita: ubi ab initiis incipiendum, ubi more Homerico à mediis, uel ultimis: ubi omnino non exponendum: quando a nostris, quando ab aduersariorum propositionibus incipiamus: quando a firmissimis probationibus, quando a leuioribus: quando in caussa proponendæ proœmiis quæstiones, qua præparatione præmuniendæ, quid iudicis animus accipere possit statim dictum, quò paulatim deducendus: singulis, an uniuersis

opponenda refutatio: reseruandi perorationi, an per to
orationem diffundendi affectus: de iure prius, an de æq
tate dicendum: an anteacta crimina, an de quibus iudicu
est, prius obiucere vel diluere conueniat. Si multipli
causſæ erunt, quis ordo faciendus, quæ testimonia, tabu
ue cuiusque generis in actione recitandæ, quæ reseruan
Hæc est velut imperatoria virtus copias suas partien
ad casus præliorum, retinentis partes propter cast
tuenda, custodiendásue vrbes, petendos commeatus, o
denda itinera, mari denique ac terra diuidentis. Sed
in oratione præstat omnia, cui affuerint natura, doctri
studium. Quare nemo expectet, vt alieno tantùm labor
disertus. Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallend
est facienda sua cuique vis, vsus, sua ratio: non respic
dum ad hæc, sed in promptu habenda: nec tanquam tra
sed tanquam innata. Nam viam demonstrare velocite
potest, siqua est: verùm ars satis præstat, si copias elo
tiæ ponit in medio: nostrum est vti eis scire. Reliqua
tium est demum dispositio: & in his ipsis primus di
sensus, & secundus, & tertius: qui non modò vt sint
ne collocati, elaborandum est, sed vt inter se iuncti,
ita cohærentes, ne commissura pelluceat: corpus si
membra. Quod ita continget, si & quid in quoque co
niat viderimus, & vt verba verbis applicemus, non
gnantia, sed quæ inuicem complectantur. Ita res di
distantibus ex locis quasi inuicem ignotæ non collid
sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus se
pulâque tenebunt: ac videbitur non solùm composita
tio, sed etiam continua. Verùm longius fortasse pro
dior fallẽte transitu, & à dispositione ad elocutionis p
cepta labor, quod proximus liber inchoabit.

M.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER OCTAVVS.

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Repetit breuiter atque eleganter quæ hactenus septem primis libris de inuentione & dispositione tractata sunt: in quibus quam rationem præcipiendi incipientibus adhibere præceptores debeant, docet: nempe simplicem & breuem, quæ ex omnibus (quæ nosse ad scientiæ perfectionem necessarium sit) optima quæque duntaxat eligat: quod ita fieri oportere, quatuor subiectis rationibus probat. Repetitione facta, maximum esse naturæ momentum, sine qua frustra tententur omnia, admonet: & ad partem operis sequentem transit, nempe ad elocutionem rhetoricæ partem tertiam, vt pulcherrimam, ita difficillimam: quod Marci Antonij & Ciceronis autoritate probat: & quo inter se differant disertus & eloquens, quidque sit eloqui, definitione explicat. Et quoniam elocutio proprie verborum sit, ne, cura rerum reiecta, in iis omne studium ponere velle videatur, importunorum cauillationibus statim occurrit, se nullo pacto elocutionem mollem & effœminatam, quæ natura res non consequatur, sed affectata atque accersita nimia diligentia dignitatem orationis corrumpat, approbare aut desiderare: verum eam quæ à veritate profecta, sensum animi nostri optimè promat, res ipsas (quarum gratia verba reperta sunt) auditorum animis exactè repræsentet, & earum naturam ad viuum exprimat: quâque decenter cohærentia omnia iucundam atque admirabilem orationem facere possint. Tota præfatio ad docilitatem ex rerum prætetitarum repetitionis ordine & perspicuitate, atque ad attentionem ex sequentium pulchritudine & difficultate est comparata.

HIS ferè quæ in proximos quinque libros collata sunt, ratio inueniendi, atque inuenta disponendi, continetur: quam vt per omnes numeros penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessarium est, ita incipientibus breuius ac simplicius tradi

tradi magis conuenit. Aut enim difficultate inſtitu
tam numeroſæ atque perplexæ deterreri ſolent: aut co
pore quo præcipuè alenda ingenia, atque indulgentiu
dam enutrienda ſunt, aſperiorum tractatu rerum atq
tur: aut ſi hæc ſola didiſcerint, ſatis ſe ad eloquentiæ
ſtructos arbitrantur: aut quaſi ad certas quaſdam ar
leges alligati, conatum omnem reformidant. Vnde e
mant accidiſſe, vt qui diligentiſſimi artium ſcriptores
titerunt, ab eloquentia longiſſimè fuerint. Via tamen
eſt incipientibus, ſed ea plana, & cùm ad ingredien
tum ad demonſtrandum expedita. Eligat itaque pu
ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea dentu
præſentia, quæ placent, remota refutandi cætera tr
Sequuntur enim diſcipuli quò duxeris. Mox cum p
diſcendi creſcet etiam eruditio. Iidem primò ſolid
credant eſſe in quod inducentur, mox illud cognitum
optimum. Sunt autem neque obſcura, neque ad perdi
dum difficilia, quæ ſcriptores diuerſis opinionibus
naciter tuendis inuoluerunt. Itaque in toto artis
tractatu difficilius eſt iudicare quid doceas, quam
dicaris, docere: præcipuéque in duabus his partib
quam ſunt pauca, circa quæ ſi is qui inſtituetur, non
gnauerit, pronum ad cætera habiturus eſt curſum.
enim plurimum in hoc laboris exhauſimus, vt oſt
mus, rhetoricen bene dicendi ſcientiam, & vtilem
tem, & virtutem eſſe: materiam eius, res omnes de
dicendum eſſet. Tum & eas in tribus ferè generib
mõſtratiuo, deliberatiuo, iudicialique reperiri. Or
porrò omnem conſtare rebus, & verbis. In rebus
dam inuentionem, in verbis elocutionem, in vtriſq
locationem: quæ memoria complecteretur, actio co

titu ret. Oratoris officium, docendi, mouendi, delectandi par=
aut ous contineri. Ex quibus ad docendum, expositio & ar=
ntiumentatio: ad mouendum, affectus pertinerent: quos per
atimnem quidem causam, sed maximè tamen in ingressu ac
ntiõne dominari. Nam delectationem, quamuis in vtroque sit
m dirum, magis tamen proprias in elocutione partes habe=
de t. Quæstiones alias infinitas, alias finitas, quæ personis,
torocis, temporibus continerentur. In omni porrò materia
meria esse quærenda, an sit, quid sit, quale sit. His adiicieba=
edicus, demonstratiuam laude ac vituperatione constare. In
e pt, quæ ab ipso de quo diceremus, quæ post eũ acta essent,
dentuendum. Hoc opus tractatu honestum vtiliúmque cõ=
ra tre. Suasoriis accedere tertiam partem ex coniectura,
m ossétne fieri, & an esset futurum, de quo deliberaretur.
olui c præcipuè diximus spectandum, quis, apud quem, quid
um ceret. Iudicialium causarum alias in singulis, alias in
er luribus cõtrouersiis consistere: & in quibusdam sufficere
ou todò intentionem, modò depulsionem: porrò depulsionem
is mnem inficiatione duplici, factúmne, & an hoc factum
n set, præterea defensione ac translatione constare. Quæ=
ti ionem, aut ex facto, aut ex scripto esse. Ex facto, de re=
zo um fide, proprietate, qualitate. Ex scripto, de verborum
m i, aut voluntate: in quibus vis tum causarum, tum actio=
st um inspici soleat, quæq; aut scripti & voluntatis, aut ra=
im tiocinatiuæ, aut ambiguitatis, aut legum cõtrariarum spe=
de ie continetur. In omni porrò causa iudiciali quinque esse
zbu artes: quarum exordio conciliari audientem, narratione
ru causam proponi, confirmatione roborari, refutatione
s il ssolui, peroratione aut memoriam iudicis refici, aut ani=
is mos moueri. His argumentandi & afficiẽdi locos, & qui=
co us generibus concitari, placari, resolui iudices oportet,

adieci

adiecimus. Acceßit ratio diuiſionis. Credere modò qui
ſcet velit, certam quandam viam eſſe, in qua multa e
ſine doctrina præſtare debeat per ſe ipſa natura, vt ho
quibus dixi, nõ tam inuenta à præceptoribus, quàm cũ
rẽt obſeruata eſſe videantur. Plus exigunt laboris &
quæ ſequuntur. Hinc enim iam elocutionis rationem
ſtabimus, partem operis, vt inter omnes oratores co
de Orat. 1. nit, difficillimam. Nam & M. Antonius, cuius ſuprà h
mus mentionem, ait à ſe diſertos viſos eſſe multos, elo
tem autem neminem. Diſertis ſatis putat dicere quæ
teat: ornatè autem dicere, proprium eſſe eloquenti
Quæ virtus ſi vſque ad eum in nullo reperta eſt, a
ipſo quidem, aut L. Craſſo, certum eſt & in his & in
3. de Orat. ribus eam deſideratam, quia difficillima fuit. Et M
Tullius inuentionem quidem ac diſpoſitionem pru
hominis putat, eloquentiã oratoris. Ideóque præcip
ca partis huius præcepta elaborauit. Quod eũ men
ciſſe, etiam ipſo rei de qua loquimur nomine palam
ratur. Eloqui enim hoc eſt, omnia quæ mente concep
promere, atque ad audiẽtes perferre: ſine quo ſuper
ſunt priora, & ſimilia gladio condito, atque intra v
ſuam hærenti. Hoc itaque maximè docetur: hoc nulla
arte aſſequi poteſt: huc ſtudium adhibendum: hoc exe
tio petit, hoc imitatio: hîc omnis ætas conſumitur: hoc
ximè orator oratore præſtantior: hoc genera ipſa di
alia aliis potiora. Neque enim Aſiani, aut quocunq
genere corrupti, res non viderunt, aut eas non colle
runt: neque quos aridos vocamus, ſtulti, aut in cauſis
fuerunt: ſed his iudicium in eloquendo ac modus, illis
defuerunt: vt appareat in hoc & vitium & virtus
dicendi. Non ideo tamen ſola eſt agenda cura verbo

Occurram enim necesse est, velut in vestibulo protinus apprehensuris hanc confessionē meam, resistam iis qui omissa rerum (qui nerui sunt in causis) diligentia, quodā inani circa voces studio senescunt: idque faciunt gratia decoris: quod est in dicendo mea quidem opinione pulcherrimum, sed cum sequitur, nō cum affectatur. Corpora sana, & integri sanguinis, & exercitatione firmata, ex iisdē his speciem accipiunt, ex quibus vires: nanque & colorata, & adstricta, & lacertis expressa sunt: sed eadem si quis vulsa atque fucata muliebriter comat, fœdissima sint ipso formæ labore. Et cultus concessus atque magnificus addit hominibus, vt Græco versu testatum est, autoritatem: at muliebris & luxuriosus, non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa translucida & versicolor quorundam elocutio, res ipsas effœminat, quæ illo verborum habitu vestiuntur. Curam ergo verborum, rerum volo esse solicitudinem. Nam plerunque optima rebus cohærent, & cernuntur suo lumine: at nos quærimus illa tanquam lateant semper, seque subducant. Ita nunquam putamus circa id esse, de quo dicendum est: sed ex aliis locis petimus, & inuentis vim asserimus. Maiore animo aggredienda eloquentia est: quæ si toto corpore valet, vngues polire, & capillum reponere, non existimabit ab curam suam pertinere. Sed euenit plerunq;, vt hac diligētia deterior etiam fiat oratio. Primùm, quia sunt optima minimè accersita, & simplicibus atq; ab ipsa veritate profectis similia. Nam illa quæ curam fatentur, & ficta atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt, propter id quòd sensus obumbrant, & velut læto gramine sata strāgulant. Nam & quod rectè dici potest, circumimus amore verborū, & quod satis dictum est, repetimus: & quod vno verbo patet,

Vide Erasmum in Prouerbio, Vestis virum facit.

patet, pluribus oneramus: & pleraque significare meli
putamus, quàm dicere. Quid, quòd nihil iam propriu
placet, dum parum creditur disertum, quod & alius dixi
set? A corruptissimo quoque poëtarum figuras seu tran
lationes mutuamur: tum demum ingenioſi scilicet, si
intelligendos nos opus sit ingenio. Atqui satis aperte C
cero, præceperat, in dicendo vitium vel maximum esse,
vulgari genere orationis, atque àconsuetudine comm
nis sensus abhorrere. Sed ille durus, atque ineruditus: n
melius, quibus sordent omnia quæ natura dictauit: qui no
ornamẽta quærimus, sed lenocinia. quasi verò sit vlla ve
borum, nisi rei cohærentium, virtus: quæ vt propria si
& dilucida & ornata, & apte collocentur, si tota vita l
borandum est, omnis studiorum fructus amissus est. Atq
plerosque videas hærentes circa singula, & dum inuenũ
& dum inuenta ponderant, ac dimetiuntur. Quod etia
si idcirco fieret, vt semper optimis vterentur, abomina
da tamen hæc infelicitas erat, quæ & cursum dicendi re
frenat, & calorem cogitationis extinguit mora & diff
dentia. Miser enim, & (vt sic dicam) pauper orator q
qui nullum verbum æquo animo perdere potest. Sed n
perdet quidem, qui rationem loquendi primùm cognou
rit, tum lectione multa & idonea copiosam sibi verborum
supellectilem comparauit, & huic adhibuerit artem collo
candi: deinde hæc omnia exercitatione plurima roborau
vt semper in promptu sint, & ante oculos. Nanque & ho
qui fecerit, ei res cum nominibus suis occurrent. Sed opu
est studio præcedente, & acquisita facultate, & quasi re
posita. Nanque ista quærendi, iudicandi, comparandi an
xietas, dum discimus adhibẽda est, non cum dicimus. Alio
qui sicut qui patrimonium non pararunt, subinde quærũt
ita in

1. de Orat. in prologo,

ita in oratione, qui non satis laborarunt. Si præparata vis dicendi fuerit, erunt in officio, sic vt non ad requisita respondere, sed vt semper sensibus inhærere videantur, atque vt vmbra corpus sequi. Tamen in hac ipsa cura est aliquid satis. Nam cum latina, significantia, ornata, aptè sint collocata, quid amplius laboremus? Quibusdam tamen nullus finis calumniandi est, & cum singulis penè syllabis cõmorandi: qui etiam cùm optima sint reperta, quærunt aliquid quod sit magis antiquum, remotum, inopinatum: nec intelligunt iacere sensus in oratione in qua verba laudantur. Sit igitur cura elocutionis quammaxima, dum sciamus tamen nihil verborum caussa esse faciendum, cùm verba ipsa rerum gratia sint reperta: quorum ea sunt maximè probabilia, quæ sensum animi nostri optimè promunt, atque in animis iudicum quod volumus efficiunt. Ea debent præstare sine dubio & admirabilem & iucundam orationem. Verùm admirabilem non sic quomodo prodigia miramur, & iucundam orationem non deformi voluptate, sed cum laude ad dignitatem coniuncta.

Quæ in elocutione spectanda.

CAP. L

ARGVMENTVM.

Quid esset elocutio, ex procœmio cognouimus: proximum erat, vt quomodo diuideretur, & quibus constaret, diceremus. Spectari ergo elocutionem ait in verbis aut singulis, aut coniunctis, vtraque suis propriis circunscribit, repetita quorundam ex primo libro mentione, atque hoc insuper addito, ne verba sint nimis peregrina & externa, neue curiosa & affectata oratio.

IGitur quam Græci φράσιν vocant, Latinè dicimus elocutionem. Eam spectamus in verbis aut singulis, aut

coniunctis. In singulis intuendum est, vt sint latina, per
spicua, ornata, & ad id quod efficere volumus, accommo
data. In coniunctis, vt emendata, vt collocata, vt figurat
Sed ea quæ de ratione latinè atque emendatè loquendi fe
runt dicenda, in libro primo cum de grammatice loque
mur, executi sumus. Verùm illic tantùm ne vitiosa esse
præcipimus: hìc non alienum est admonere, vt sint qua
minimè peregrina, & externa. Multos enim quibus
quendi ratio non desit, inuenias: quos curiosè potius lo
dixeris, quàm Latinè: quomodo & illa Attica anus Th
phrastum hominem alioqui disertißimum, annotata v
affectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprè
disse interrogata respondit, quàm quòd nimium Attic
queretur. Et in Tito Liuio miræ facundiæ viro puta
se Pollio Asinius quandam Patauinitatem. Quare, si
potest, & verba omnia, & vox, huius alumnum
oleant vt oratio Romana planè videatur. non ciuita
nata.

De perspicuitate. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Elocutionis has esse virtutes dicit, vt in singulis verba perspi
& ornata: in coniunctis collocata & figurata. Nam vt latina
emendata, ad grammaticum pertinere ostendit. Primam ergo
perspicuitatem aggreditur, qua effici vel borum proprietate co
cuius octo modos enumerat, quorum primo vitium quod imp
vocant, opponit: docetque non omnia quæ propria non sint,
prij vitio laborare: cùm abusio & translatio necessariæ sint,
propriis recepta quæ per eas efferuntur. Nam proprietate non
men sed ad vim significandi referti. Et quia obscœna sordida &
lia vitanda sint, primi modi vsum non esse semper ostendit: &
semper vitantes etiam vbi causa non postularet, ea quæ in vi
reformidant, ridendos esse iudicat. Perspicuitati obscuritatem
sit, cuius in verbis singulis tres modos enumerat: nimis vetusta,
nibus familiaria, & artium propria, & homonyma. In coniunct
dos octo: sermonem nimis longum, hyperbatum, parentesin ni

gam, amphiboliam, inanium verborum turbam, obscurationem, nimiam breuitatem, sermonem verbis apertis oculos sensus habentem. Quibus enumeratis, quæ sit perspicuitatis obseruatio, virtus, & forma, cum summa eius commendatione præscribit.

PErspicuitas in verbis præcipuam habet proprietatem: sed proprietas ipsa non simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est, sua cuiusque rei appellatio: qua non semper vtimur. Nam & obscœna vitabimus, & sordida, & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut ordinis. In quo vitio cauendo non mediocriter quidam errare solent, qui omnia quæ sunt in vsu, etiamsi causæ necessitas postulet, reformidant: vt ille qui in actione Ibericas herbas se solo nequicquam intelligente dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Seuerus, spartum eum dicere velle indicasset, Nec video quare clarus orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit, quam ipsum id quod vitabat. In hac autem proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cuiusque rei vtitur, nulla virtus est: atque ei contrarium est vitium id quod apud nos improprium, ἀκυρον apud Græcos vocatur: quale est,

-Tantum sparare dolorem. Aut quod in oratione Dolabellæ emendatum à Cicerone annotaui, *Morem ferre. aut qualia nunc laudantur à quibusdam, quorum est* decernere, verba ceciderunte. Non tamen quicquid non erit proprium, protinus & improprij vitio laborabit: quia primum omnium multa sunt & græcè & latinè non denominata. Nam & qui iaculum emittit, iaculari dicitur: qui pilam aut sudem, appellatione priuatim sibi assignata caret: & vt lapidare quid si manifestum est, ita glebarum testarumq; iactus non habet nomen. Vnde abusio, quæ καταχρησις dicitur, necessaria. Translatio quoq; in qua vel maximus ex orationis ornatus, verba non suis rebus accom-

*Mortem
*de cruce.

modat. Quare proprietas non ad nomen, sed ad vim significandi refertur: nec auditu, sed intellectu perpendenda est. Secundo modo dicitur proprium inter plura quæ sunt eiusdem nominis, id, vnde cætera ducta sunt: vt vertex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis: & ex hoc, quod est in montibus eminentissimum. Rectè inquam dixeris hæc omnia vertices, propriè tamen vnde initium est. Sic soleæ & turdi pisces, & cætera. Tertius est huic diuersus modus, cum res communis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximium: vt carmen funebre propriè Nænia: & tabernaculum ducis, August. de. Item quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: vt vrbem, Romam accipimus: & venales, nouitios: & Chorinthia, æra: cum sint vrbes aliæ quoquæ, & venalia multa, & tam aurum & argentum, quam æs Corinthium. Sed ne his quidem virtus oratoris inspicitur. At illud iam non mediocriter probandum: quod hoc etiam laudari modo solet vt propriè dictum, id est quo nihil inueniri possit significantius: vt Cato dixit C. Cæsarem ad euertãdam rempublicam sobrium accessisse: vt Virgilius deductum carmen, & Horatius acrem tibiam, Hannibalemq; dirum. In quo modo illud quoque est a quibusdam traditum propriis genus ex appositis, quæ epitheta dicuntur, vt, Dulce mustum: & , Cum dentibus albis. De quo genere alio loco dicendum est. Etiam quæ bene translata sunt, propria dicit solent. Interim autem quæ sunt in quoque genere præcipua, proprij locum accipiunt vt Fabius inter plures imperatoris virtutes Cunctator est appellatus, possunt videri verba quæ plus significant quam eloquuntur, in parte ponenda perspicuitatis: intellectum

Epilog. 9. Serm. 1.

lectum enim adiuuant. Ego autem libentius emphasim retulerim ad ornatum orationis, quia non vt intelligatur efficit, sed ut plus intelligatur. At obscuritas fit etiam uerbis ab usu remotis: ut si commentarios quis pontificum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatus autores, id ipsum petat ex his: ut quæ inde contraxerit, non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, ut quædam soli scire uideantur. Falliunt etiam uerba uel regionibus quibusdam magis familiaria, uel artium propria, ut Atabulus uentus, & nauis Saccaria, & In malaco sanum. Vide Celium lib. 3. cap. 15.

Quæ uel uitanda apud iudicem ignarum significationum earum, uel interpretanda sunt: sicut in his quæ homonyma dicuntur, ut, Taurus animal sit, an mons, an signum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum non intelligitur. Plus tamen est obscuritatis in contextu & continuatione sermonis, & plures modi. Quare nec sit tam longus, ut eum prosequi non possit intentio: nec traiectione tam tardus, ut in hyperbaton finis eius differatur. Quibus adhuc peior est mistura uerborum, qualis in illo uersu,

Saxa uocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras. Aeneid. 1.

Etiam interiectione, qua & oratores & historici frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur, breue est. Nam Virgilius illo loco quo pullum equinum describit, cum dixisset, Nec vanos horret strepitus. - Georg. 3.

compluribus insertis, alia figura quinto demũ versu redit,

- Tum siqua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit. -

Vitanda in primis ambiguitas, non hæc solùm de cuius genere supra dictum est, quæ incertum intellectum facit, vt

Lachetem dicit suprà lib. 7. ca. 9. de Ambiguo.

Chremetem audiui percußisse Demeam: sed illa quoque, quæ etiamsi turbare non potest sensum, in idem tamen verborum vitium incidit: vt si quis dicat visum a se hominem librum scribentem. Nam etiamsi librum ab homine scribi pateat, male tamen composuerat, feceratq; ambiguum, quantum in ipso fuit. Est etiam in quibusdam turba inanium verborum, qui dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris, circumeunt omnia copiosa loquacitate quæ dicere volunt: ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes, miscentesq;, vltra quam vllus spiritus durare possit, extendunt. In hoc malum etiam quibusdam laboratur: neque id nouum vitium est, cum iam apud Titũ Liuium inueniam fuisse præceptorem aliquem qui discipulos obscurare quæ dicerent, iuberet, Græco verbo vtens, σκότισον. Vnde illa scilicet egregia Laudatio, Tito melior: ne ego quidem intellexi. Alij breuitatis amore necessaria quoque orationi subtrahunt verba, & velut satisfit scire ipsos quæ dicere velint, quantũ ad alios pertineat nihil putant. At ego ociosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. Quidam emitatis in peruersum dictis, de figuris idem vitium consequuntur. Peßima verò sunt ἀλληγόρητα hoc est, quæ verbis aperta, occultos sensus habent: vt, Conductus est cæcus secus viam stare: & qui suos artus morsu lacerasset, fingitur in schelis supra se cubasse. Ingeniosa hæc & fortia, vt ex ancipiti diserta credantur perficiunt. At peruasit quidem iam multos ista persuasio, vt id iam demum elegantes atque exquisitè dictũ putent, quod interpretandum sit. Sed auditoribus etiam nonnullis grata sunt hæc quæ cùm intellexerint animo suo delectantur, & gaudent non quasi audiuerint, sed quasi inuenerint. Nobis prima sit virtus perspicuitas, pro-

pri

pria verba, rectus ordo, non in longum dilata conclusio: nihil neque deest, neque superfluat. Ita sermo & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Hæc est eloquendi obseruatio Nam rerum perspicuitas quo modo præstanda sit, diximus in præceptis narrationis. Similis autē ratio est in omnibus. Nam si neque pauciora quam oportet, neque plura, neque inordinata aut indistincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta: qua id ipsum in consilio est habendum, non semper tam esse acrem iudicis intentionem, vt obscuritatem apud se ipse discutiat, & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ suæ lumē: sed multis eum frequenter cogitationibus auocari: nisi tam clara fuerint quæ dicemus, vt in animum eius ratio, vt Sol in oculos, etiamsi in eam non intendatur, incurrat. Quare non vt intelligere possit, sed ne omnino possit non intelligere, curandum. Propter quod etiam repetimus sæpe quæ non satis percepisse eos qui cognoscunt, putamus. Quæ caussa vtique nostra culpa dicta obscurius est, qua caussa ad planiora & communia magis verba descendimus: cùm id ipsum optimè fiat, quod nos aliquando non optimè fecisse simulamus.

De ornatu. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Laudem ornatus amplificat ab eius pulchritudine & difficultate, per comparationem: quantaque sit eius, vix ex Ciceronis oratione pro Cornelio, eiusdemque alio loco testimoniis & variis similitudinibus probat. Qualis ornatus esse debeat, definit: non effœminatus, non adscititius aut fucatus, sed sanctus, fortis, virilis, & speciem cum vtilitate iunctam habens. Eundem pro diuerso materiæ genere variandum monet, atque in genere demonstratiuo: in quo plenis veris ferri debet, longè alium esse quàm in deliberatiuo & iudiciali, à quibus etiamsi

presior & castigatior sit, non tamen excludatur. Ornatum esse in singulis verbis, & coniunctis, vt perspicuitatem: nam quòd supra dixit in verbis singulis spectari an perspicua & ornata sint, ad primam positionem referendum est, vt postea toti orationis corpori eædem virtutes seruiant. Primum in singulis magnũ esse synonymiæ vsum: quia cum plura idem significent, aliáque honestiora, sublimiora, iucundiora, aut vocaliora sint, licet, quæ rebus accommodatissima erunt, eligere: vt atrocibus verba ipso auditu aspera dare, à rebus humilibus sublimia procul auferre. Contrà vbi submittenda erit oratio, in verbis humilibus magnam vim repositam existimare omnia Ciceronis, Horatiique & Virgilij illustribus exemplis demonstrat. Verborum exquibus ornatus petatur, triplicem sectionem facit, aut enim propria esse, aut ficta, aut translata. Propria, ornata esse, & dignitatem consequi, si antiqua sint, & cum modo sumantur, nec ab illis obliteratis temporibus repetantur. Ficta verò Græcis quàm Latinis esse magis concessa: quibus nouare vix permittitur, nisi his se remediis præmuniant: permitte mihi vt sic loquar, liceat ita dicere, &c. At verba flectere, demutare, cõponere, satis concedi. Trãslata, de quibus cap. de tropis amplius loquetur, extra contextum orationis probari non posse, nec vlla singula per se vim habere tradit. Itaque à singulis ad coniuncta transit. Coniuncti sermonis ornatum in duo partitur: quam elocutionem accipiamus, & quomodo efferamus. In primo constare debere, minuendum ne, an augendum sit: remisse dicendum, an concitatè, &c. In secundo quibus translationibus, figuris, & sententiis, & qua collocatione intentionem perficiamus. Et quia vitio carere prima sit virtus, antequam ad ornatum & eius virtutes accedat, orationis vitia eidem contraria recenset, cacopharon, cuius plures species facit, tapinosin, & ei vitio contrarium, rebus paruis excessum immoderatum tribuens, miosin, tautologian, epanalepsin, homiologian, macrologian, pleonasmum, periergiam, cacozelon, anœconometon, aschematon, cacosyntheton, cœnisinon, quæ omnia exemplis appositis explicat. His enumeratis ad ornatum redit, cuius partibus supra nominatis cultum qui omnia nitidiora facit, quõque orationis ornamenta continentur, adiungit, inter quæ energiam, quam repræsentationem alij vocent, numerat, & expressam rei imaginem hypotyposin aliis dictam, aliis rerũ sub oculos subiectionem: quibus oratio maximè redditur illustris. Exempla ex Cicerone & Virgilio & à se ficta profert. Valere similitudines quoque plurimùm ad res illustrandas, præter illas quæ rebus probandis adhibentur: & quid circa illam obseruandum, quæque similitudinis & parabolæ: quæ eiusdem species est, ratio, quotque genera, docet. His brachylogian, virtutem qua res breuiter ante oculos ponitur, atque emphasin, qua plus intelligitur quàm dicitur, & diuersa virtute magnã vim orationi adferentem aphelian adiungit: acerua tim verò dinosin, phantasiam, exergasiam, hyperexergasiam, energiam recenset. Postremò vim oratoris in augendo & minuendo, vt ad sequens caput transit tum faciat, concludit.

Venio

VEnio nunc ad ornatum: in quo sine dubio plus quam in cæteris dicendi partibus sibi indulget orator. Nam emendatè quidem ac dilucidè dicentium, tenue præmium est, magisque vitiis carere, quam vt aliquam magnam virtutem adeptus esse videaris. Inuentio cum imperitis sæpe communis: dispositio modicæ doctrinæ credi potest: & quæ sunt artes altiores, plerunque occultantur, vt artes sint: denique omnia hæc ad vtilitatem caussarum solam referenda sunt. Cultu verò atque ornatu se quoque commẽdat ipse qui dicit, & in cæteris iudicium doctorum, in hoc verò etiam populare laudem petit. Nec fortibus modò, sed etiam fulgentibus armis præliatus in caussa est Cicero Cornelij: qui non assecutus esset docẽdo iudicem tantùm, & vtiliter demum ac Latinè perspicuéque dicendo, vt populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantùm, sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas profectò, & magnificentia, & nitor, & autoritas expressit illum fragorem. Nec tam insolita laus esset prosecuta dicentem, si vsitata & cæteris similis fuisset oratio. Atque ego illos credo qui aderant, nec sensisse quid facerent, nec sponte iudicioq; plausisse: sed velut mente captos, & quo essent in loco ignaros, erupisse in hunc voluntatis affectum. Sed ne caussæ quidem parum confert idem hic orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt: plerunque ipsa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur. Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipsa non tam nos confunderent, si vis eorum tantùm, non etiam ipse fulgor timeretur. Rectéque Cicero his ipsis ad Brutũ verbis quadam in epistola scribit, Nam eloquentiam quæ

admirationem non habet, nullam iudico. Aristoteles quoque eandem petendam maximè putat. Sed hic ornatus (repetam enim) virilis, fortis, & sanctus sit: nec effœminatæ lenitatem, nec fuco eminentem colorem amet, sanguine & viribus niteat. Hoc autem adeò verum est, vt cum in hac maximè parte sint vicina virtutibus vitia, etiam qui vitiis vtuntur, virtutis tamen his nomen imponant. Quare nemo ex corruptis dicat me inimicum esse cultè dicentibus. Non nego hanc esse virtutem, sed illis eam non tribuo. At ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostendat lilia & violas, & amœnos fontes surgẽtes, quam vbi plena messis, aut graues fructu vites erunt? Sterilem platanũ tonsasque myrtos, quam maritam vlmum & vberes oleas præoptauerim? Habeant illa diuites: licet. quid esseni, si aliud nihil haberent? Nullúsne ergo etiam fructiferis adhibendus est decor? quis negat? Nam & in ordinem certasque interualla redigam meas arbores. Quid enim illo quincunce speciosius, qui, in quancunque partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoque prodest, vt terræ succum æqualiter trahant. Surgentia in altum cacumina oleæ ferro coërcebo: in orbem se formosius fundet, & potius fructum ramis pluribus feret. Decentior equus, cuius adstricta sunt ilia, si idem velocior. Pulcher aspectu sit athleta, cuius lacertos exercitatio expressit, idem certamini paratior. Nunquam vera species ab vtilitate diuidetur. Sed hoc quidem discernere, modici iudicij est. Illud obseruatione dignius, quòd hic ipse honestius ornatus pro materiæ genere debet esse variatus. Atque vt a prima diuisione ordiar, non idem demonstratiuis, & deliberatiuis, & iudicialibus causis conueniet. Nanque illud genus ostentationi compositum, solam petit audientium voluptatem, ideoq;

Xenophon in Oeconomico, & Cicero in Catone.

ideóque omnes dicendi artes aperit, ornatúmque orationis exponit: vt qui non insidietur, nec ad victoriam, sed ad solum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit sententiis populare, verbis nitidum, figuris iucundum, translationibus magnificum, compositione elaboratum, veluti institor quidam eloquentiæ, intuendum, & pene pertractandum dabit. Nam euentus ad ipsum non ad caussam refertur. At vbi res agitur, & vera dimicatio est, vltimus fit famæ locus. Propterea non debet quisquam, vbi maxima rerum momenta versantur, de verbis esse solicitus. Neque hoc eò pertinet, vt in his nullus sit ornatus, sed vti pressior & seuerior, eò minus cõfessus, præcipue ad materiam accommodatus. Nam & suadẽdo sublimius aliquid senatus, concitatius populus, & in iudiciis publicæ capitalésque caussæ poscunt accuratius dicendi genus. At priuatum cõsilium, caussásque paucorum, vt frequenter accidit, calculorum, purus sermo, & dissimilis curæ magis decuerit. An nõ pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare? aut circa stillicidia affici? aut in mancipij redhibitione sudare? Sed ad propositum. Et quoniam orationis tam ornatus quam perspicuitas aut in singulis verbis est, aut in pluribus positus: quid separata, quid coniuncta exigant, consideremus. quanquam rectissimè traditum est, perspicuitatem proprius, ornatum trãslatis verbis magis egere. Sciamus inornatum esse, quod sit improprium. Sed cùm idem frequentissime plura significent, quod συνωνυμία vocatur, iam sunt aliis alia honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, vocaliora. Nam vt syllabæ è literis melius sonantibus clariores sunt, ita verba è syllabis magis vocalia: & quo plus quæque spiritus habet, auditu pulchrior. Et quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter se copulatio

συνωνυμία. Cic. in Part.

copulatio, vt aliud alij iunctum melius sonet. Diuersus est tamen vsus. Nam rebus atrocibus verba etiam ipso audita aspera magis conuenient. In vniuersum quidem, optima simplicium creduntur, quæ aut maximè exclamãt, aut sonant iucũdissima. Et honesta quidem turpibus potiora sempper, nec sordidis vnquam in oratione erudita locus. Clara illa atque sublimia plerunque materiæ modo cernẽda sunt. Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores videntur. Et sicut in oratione nitida notabile est humilius verbum, et velut macula: ita à sermone tenui sublime nitidúmque discordat, fitq; corruptum, quia in plano tumet. Quædam ra-

Aeneid. 8. tam ratione quàm sensu iudicantur: vt illud,

-Cæsa iungebant fœdera porca, .-fecit elegans, filii nominis: quod si fuisset porco, vile erat. in quibusdam ratio manifesta est. Risimus, & meritò, nuper poëtã qui dixerat

Prætextam in cista mures rosere Camilli.

Geor. 4. At Virgilij miramur illud, -Sæpe exiguus mus. Nam epitheton exiguus, aptum proprium effecit ne plus expectaremus, & casus singularis magis decuit, & clausula ipsa vnius syllabæ non vsitata, addidit gratiam. Imitatus est itaque vtrunque Horatius,

In arte. -Nascetur ridiculus mus.

Nec augenda semper oratio, sed submittenda nonnunquam est. Vim rebus aliquando & ipsa verborum humilitas affert. An cùm dicit in Pisonem Cicero, Cùm tibi non cognatio in sarraco adueharetur, incidisse videtur in sordidum nomen, non eo contemptum hominis quem destruere volebat, auxisse? Et alibi, Caput opponis cum eo coniscatu-

Pro Cælio. Vnde interim grati idiotis ioci: qualis est ille apud M. Tullium, Pusio qui cum maiore sorore cubitabat. Et, Cn. Fla-

uius, qui cornicum oculos confixit. Et pro Milone illud, Heus vbi Ruscio? & Erutius Antoniaster. Id tamen in declamationibus est notabilius, laudarique me puero solebat, Da patri panem. & in eodem, Etiam canem pascis. Res quidem præcipuè in scholis anceps, sed frequenter caussa risus, nunc vtique, cum hæc exercitatio procul à veritate seiuncta, laboret incredibili verborum fastidio, ac sibi magnam partem sermonis absciderit. Cùm sint autem verba propria, ficta, translata: propriis dignitatem dat antiquitas. nanque & sanctiorem & magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat vsurus: eóque ornamẽto acerrimi iudicij P. Virgilius vnicè est vsus. Olli enim, & quianam, & mis, & ponè, pellucẽt & aspergunt illam, quæ etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti autoritatem. Sed vtendum modo, nec ex vltimis tenebris repetenda. Satis est vetus Quæso, quid necesse est dicere? Oppidò, quo sunt vsi paululum tempore nostro superiores, vereor vt iam non ferat quisquam: certè Antigerio, cuius eadem significatio est, nemo nisi ambitiosus vtetur. Aerumnas quid opus est? tanquam parum sit si dicatur labor. Horridum, reor: tolerabile, autumo: tragicum, prolem ducendam: vniuersam eius prosapiam, insulsum. Quid multa? totus prope mutatus est sermo. Quædam tamen adhuc vetera vetustate ipsa gratius nitent, quædam etiam necessariò interim sumuntur, nuncupare, & fari: & multa alia etiam audientibus grata inferi possunt, sed ita demum, si non appareat affectatio? in qua mirificè Virgilius est,

Pro Muræna. Pro Vareno, autore Prisciano. Aenei. 1. 5. & 2. Cicer. 2. de fi. Cic. 3. de Orat. 3. de Orat.

In Priapeis.

* Hormethiorum amator iste verborum,
Iste iste rhetor, nanque quatinus totus
Thucydides * Britanus, Atticæ febres,

* Corinthiorũ. * Tyrannus. Vide Baptistã Pium cap. 43.

Tau

Tau Gallicum imminet: ipsemet malè illisit.
Ita omnia ista verba misçuit fratri.

Philip. 11. Cimber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceronis d
cto notatum est, Germanũ Cimber occidit. Nec minus ua
Sallustius epigrammate inceßitur,

Et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe, Iugurthinæ conditor historiæ.

Odiosa cura. nam est cuilibet facilis: & hoc peßima, qu
rei studioßus, non verba rebus aptauit, sed res extrinßec
arceßit, quibus hæc verba conueniant. Fingere, vt prim
libro dixi, Græcis magis cõceßum est, qui sonis etiam qu
busdam & affectibus non dubitauerunt nomina apter
non alia libertate, quàm qua illi primi homines rebus a
pellationes dederunt. Nostri autem in iungendo aut de
uando paulùm aliquid auſi, vix in hoc satis recipiunt
Nam memini iuuenis admodum inter Pomponium & L
necam etiam præfationibus esse tractatum, an, gradus
3. de Orat. minat, apud Accium in Tragœdia dici oportuisset. At v
res ne expectorat quidem timuerunt. Et sanè eiusdem
tæ est, exanimat. At in tractu & declinatione talia su

De natura deorum. 1. qualia apud Ciceronẽ beatitas & beatitudo: quæ dura q
Libr. epistо. ad dem sentit esse, veruntamen vsu putat posse molliri. No
Att. 9. epi. 81. verbis modò, sed à nominibus quoque deriuata sunt qu

* Subuculatũ, & ab Asi. fimbriatum & fibulatum. dã, vt à Cicerone sullaturit, * & ab Asinio fimbriaturit
figulaturit. Multa ex Græco formata noua, ac plurim
Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum videm

Quare nominum libertate Caecinn? vt ens, & essentia: quæ cur tãtopere aspernemur, nihil
deo, nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus, ideoq
paupertate sermonis laboramus. Quædam tamen per
rant. Nam & quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim nou
quædam in vsu perquam recentia, vt Messala primus
tum

tum, munerarium Augustus primus, dixerunt. Piraticam quoque vt musicam & fabricam dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fauorem, & vrbanum, Cicero noua credit. Nam & in epistola ad Brutum, Eum, inquit, amorem, & eum (vt hoc verbo vtar) fauorem in consilium aduocabo. Et ad Appium Pulchrum, Te hominem non solùm sapientem, verumetiam (vt nunc loquũtur) vrbanum. Idem putat à Terentio primùm dictum esse obsequium. Cæcilius ad Sisennam, Albenti cælo. Ceruicem videtur Hortensius primus dixisse. nam veteres pluraliter appellabant. Audendũ itaque. Neque enim accedo Celso, qui ab oratore verba fingi vetat. Nam cùm sint eorum alia (vt dicit Cicero) natiua, id est quæ significata sunt primo sensu: alia reperta, quæ ex his facta sunt: vt iam nobis ponere alia quàm quæ illi rudes homines primique fecerunt, fas non sit: at deriuare, flectere, coniungere, quod natis postea concessum est, quãdo desiit licere? Et si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis præmuniendum est, Vt ita dicam, si licet dicere, quodammodo, permitte mihi sic. Quod idem etiam in iis quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tutò dici possunt. In quo non falli iudicium nostrum, solicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Græcum erit illud elegantissimum, quo præcipitur ita, προεπιπολάσαι τῇ ὑπερβολῇ. Translata probari nisi in contextu sermonis non possunt. Itaque de singulis verbis satis dictum, quæ, vt alio loco ostendi, per se, nullam virtutem habent. Sed ne inornata sunt quidem, nisi cùm sunt infrà rei de qua loquendum est, dignitatem: excepto, si obscœna nudis nominibus enuncientur. Quod viderint, qui non putant esse vitanda, quia nec sit vox vlla natura turpis: & siqua est rei deformitas, alia quoque appellatione

Epist. lib. 3.

In Andria.

3. de Orat. & in Part.

Lib. 1. cap. 5.

Cicc. epist. familiar. 9. epistol. 22.

latione quacunque ad intellectum eũdem nihilominus perueniat. Ego Romani pudoris more contentus, vt iam respondi talibus, verecundiam silentio vindicabo. Iam hinc igitur ad coniuncti sermonis rationem transeamus. Cuius ornatus in hæc duo prima diuiditur, quam concipiamus elocutionem, quo modo efferamus. Nam primum est, vt liqueat, augere quid velimus, an minuere: concitatè dicere, an moderatè: lætè, an seuerè: abundanter, an presse: aspere, an leniter: magnificè, an subtiliter: grauiter, an vrbane. Tum quo translationis genere, quibus figuris, qualibus sententiis, quo modo, qua postremò collocatione, id quod intẽdimus, efficere possimus. Cæterùm dicturus quibus ornetur oratio, prius ea quæ sunt huic contraria laudi, attingam: nam prima virtus est, vitio carere. Igitur ante omnia, non speremus ornatam orationem fore, quæ probabilis non erit. Probabile autem Cicero id genus dicit, quod non plus
In Partit. minúsue est quàm decet. Non quia comi expolirique non debeat (nam & hæc ornatus pars est) sed quia vitium est vbique quod nimium est. Itaque vult esse autoritatem ponderis in verbis, sententias vel graues, vel aptas opinionibus hominum ac moribus. His enim saluis licet assumere ea quibus illustrem fieri orationem putat. Delectat translata, superlata, ad nomen adiuncta, duplicata, & idem significantia, ab ipsa actione atque ab imitatione rerum non abhorrentia. Sed quoniam vitia prius demonstrare aggressi sumus, vel hoc vitium sit quod κακόζηλον vocatur: siue mala consuetudine in obscœnum intellectum scimo detortus est, ut ductare exercitus, & patrare bellum apud Sallustium dicta sanctè & antiquè, ridentur à nobis si diis placet. quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium: tamen uitanda, quatinus uerba honesta moribus

moribus perdidimus, & euincentibus etiam vitiis cedendū est: siue iunctura deformiter sonat, vt si cum hominibus notis loqui nos dicimus, nisi hoc ipsum hominibus medium sit, in præfata videmur incidere: quia vltima prioris syllabæ litera, quæ exprimi nisi labris coëuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissimè cogit, aut continuata cum insequente, in naturam eius corrumpitur. Aliæ coniunctiones aliquid simile faciunt, quas persequi longum est, in eo vitio quod uitandum dicimus, commorantes. Sed diuisio quoque affert eandem iniuriam pudori, vt si intercapedinis nominatiuo casu quis vtatur. Nec scripto modò id accidit, sed etiam sensu plerique obscœnè intelligere, nisi caueris, cupiunt: vt apud Ouidium,

Quæq; latent, meliora putat. Metam. 1.

ac ex verbis quæ longissimè ab obscœnitate absunt, occasionem turpitudinis rapere. Si quidem Celsus caeophaton apud Virgilium putat,

Incipiunt agitata tumescere. quod si recipias, nihil loqui tutum est. Georg. 1.

Deformitati proximam est humilitatis vitium, ταπείνωσιν vocant, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur: vt Saxea est verruca in summo montis vertice. Cui natura contrarium, sed errore par est, paruis dare excedentia modum nomina, nisi cùm ex industriarisus inde captatur. Itaque nec parricidam, nequam dixeris hominē: nec deditum fortè meretrici, nefarium: quòd alterum parum, alterum nimium est. Proinde quædam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est. Quæ vitia facillimè fiunt manifesta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo occurrato diuersum est. Vitanda & μέωσις, cum sermoni quidem deest aliquid quò minus plenus sit, quanquam id obscuræ potius quam ornatæ orationis vitium est. Sed

hoc quoque cum à prudentibus fit, schema dici solet, sic ταυτολογία, id est eiusdem verbi aut sermonis itera
Hæc enim, quanquam non magnopere summis author
vitata, interim vitium videri potest: in quod sæpe in
Pro Cluen. etiam Cicero, securus tam paruæ obseruationis, sicut
loco, Non solùm igitur illud iudicium iudicij simile iud
non fuit. Interim mutato nomine ἐπανάληψις dicitur
que est & ipsum inter schemata: quorum exempla
loco reddam, quo virtutes erunt. Peior hac ὁμοιολογία
quæ nulla varietatis gratia leuat tædium, atque est tot
loris vnius, quæ maximè deprehenditur carens arte
toria, eaq; & in sententiis, & figuris, & compositi
longa, non animis solùm, sed etiam auribus est ingrat
ma. Vitanda μακρολογία, id est longior quàm oporte
Lib. 8. ab vrbe cond. me, vt apud Liuium, Legati non impetrata pace, retro
mum, vnde venerant, abierunt. Sed huic vicina perip
sis virtus habetur. Est & πλεονασμὸς, vitiũ, cum super
cuis verbis oneratur oratio, Ego meis oculis vidi. Sat
enim, vidi. Emendauit hoc non inurbanè in Hirtio Cl
qui cum in Pansam declamans, filium à matre decem
sibus in vtero latum esse dixisset, Quid? aliæ, inquit,
nulla solent ferre? Nonnunquam tamen illud genus,
exẽplũ priore loco posui, affirmationis gratia adhib
Aeneid. 4 -Vocemq; his auribus hausi. At vitiũ erit, quoties
sum fuerit, & supererit, non cum adiicitur. Est etiam
περιεργία vocatur, superuacua (vt sic dixerim) opera
vt à diligenti curiosus, & à religione superstitio dist
que vt semel finiam, verbum omne quod neque intell
adiuuat neque ornatum, vitiosum dici potest. Κακοζ
id est mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. S
& tumida, & exilia, & prædultia, & abundantia, &

ceßita, & exultantia, sub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur, quicquid est vltra virtutem, quoties ingenium iudicio caret, & specie boni fallitur: omnium in eloquentia vitiorum peßimum. Nam cætera cùm vitentur, hoc petitur. Est autem totum in elocutione. Nam rerum vitia sunt, stultum, commune, contrarium, superuacuum: corrupta oratio in verbis maximè impropriis, redundantibus, comprehensione obscura, compositione fracta, vocum similium aut ambiguarum puerili captatione consistit. Est autem omne κακόζηλον vtique falsum, etiam si non omne falsum κακόζηλον, vt cùm dicitur aliter quam se natura habet, & quam oportet, & quàm sat est. Totidem autem generibus corrumpitur oratio, quot ornatur. Sed de hac parte & in alio, nobis opere plenius dictum est, & in hoc sæpe tractabitur, & adhuc spargetur omnibus locis. Loquētes enim de ornatu, subinde quæ sunt vitanda, similia virtutibus vitia, dicemus. Sunt inornata & hæc, Quod male dispositum est, id ἀνοικονόμητον: Quod male figuratum, id ἀσχήματον: Quod male collocatum, id κακοσύνθετον vocant. Sed de dispositione diximus: de figuris & compositione dicemus. κοινισμὸς quoque appellatur quædam mista ex varia ratione linguarum oratio, vt si Atticis Dorica, Ionica, Aeolica etiam dicta confundas. Cui simile vitium est apud nos, si quis sublimia humilibus, vetera nouis, poetica vulgaribus misceat. Id enim tale est monstrum, quale Horatius in prima parte libri arte poëtica fingit,

Humano capiti ceruicem pictor equinã iungere si velit,
Et cætera ex diuersis nãturis subiiciat. Ornatum est quod perspicuo ac probabili plus est. Eius primi sunt gradus in eo quod velis exprimendo, concipiendoq;: tertius, qui hæc nitidiora facit: quod proprie dixeris cultum. Itaque ἐνάρ-

In libro de caussis corruptæ eloquentiæ.

γδαν, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, qu
plus est euidentia, vel vt alij dicunt, repræsentatio, qua
perspicuitas: & illud quidem patet, hæc se quodammo
ostendit, inter ornamenta ponamus. Magna virtus est, r
de quibus loquimur, clarè, atque vt cerni videantur, enu
ciare. Non enim satis efficit, neque vt debet plenè domi
tur oratio, si vsque ad aures volet, atque ea sibi iudex
quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi, & oc
mentis ostendi. Sed quoniam pluribus modis accipi so
non equidem in omnes eam particulas sequabo, quas
ambitiosè à quibusdam numerus augetur, sed maximè
cessarias attingam,

Est igitur vnum genus quo tota rerum imago qua
Aeneid. 5. modo verbis depingitur,

Costitit in digitos extemplo arrectus vterque,

& cætera, quæ nobis illam pugilum congredientium
ita ostendunt, vt non clarior futura fuerit spectantu
Plurimùm in hoc genere, sicut in cæteris, eminet Ci
Act. 7. An quisquam tam procul à concipiendis imaginibus
abest, vt cùm illa in Verrem legit, Stetit soleatus præto
puli Romani cũ pallio purpureo, tunicáq; talari, mu
cula nixus in littore: non solum ipsum os intueri vi
tur, & locum & habitum, sed quædam etiam ex, iis qu
cta non sunt, sibi ipse adstruat? Ego certè mihi cernere
deor & vultum, & oculos, & de formes vtriusque bla
tias, & eorum qui aderant, tacitam auersationem, ac t
dam uerecundiam. Interim ex pluribus efficitur illa q
conamur exprimere facies, ut est apud eundem (nam q
Vide aquilam Romanum de Prodiorthosi. omnium ornandi uirtutum exempla uel unus sufficit in
scriptione conuiuij luxurioſi, Videbar uidere alios int
tes, alios uerò exuntes, quosdam ex uino uacillantes, q

dum hesterna potatione oscitantes. Versatur inter hos Gallus unguentis oblitus, redimitus coronis. Humus erat immunda, lutulenta uino coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Quid plus uideret qui intrasset? Sic urbium captarum crescit miseratio. Sine dubio enim qui dicit expugnatam esse ciuitatem, complectitur omnia quæcunque talis fortuna recipit: sed in affectus minus penetrat breuis hic uelut nuncius. At si aperias hæc quæ uerbo uno inclusa erant, apparebunt & fusæ per domos ac templa flammæ, & ruentium tectorum fragor, & ex diuersis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alij in extremo complexu suorum cohærentes, & infantium fœminarumq; ploratus, & male usque in illum diem seruati fato senes: tũ prophanorum sacrorumq; direptio, efferentium prædas repetentiumq; discursus, & acti ante suum quisque prædonẽ catenati, & conata retinere infantem suum mater, & sicubi maius lucrum est, pugna inter uictores. Licet enim hæc omnia (ut dixi) complectatur euersio, minus est tamen totũ dicere, quam omnia. Consequemur autem aut manifesta sint fuerint ueriſimilia: & licebit etiam falsò adfingere quicquid fieri solet. Contingit eadem claritas etiam ex accidentibus,

Aeneid. 2.

-Mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis. &,

Aeneid. 7.

-Trepidæ matres pressere ad pectora natos.

Atque huius summæ iudicio quidem meo, uirtutis facillima est uia. Naturam intueamur, hanc sequamur. Omnis eloquentia circa operam uitæ est, ad se refert quisque quæ audit: & id facillime accipiunt animi quod agnoscunt. Præclarè uerò ad inferendam rebus lucem, repertæ sunt similitudines, quarum aliæ sunt quæ probationis gratia inter argu-

menta ponuntur, aliæ ad exprimendam rerum imaginem compositæ, quod est huius loci proprium,

Aeneid 2. -inde lupi ceu Raptores atra in nebula.- &
Aeneid.4. -Aui similis, quæ circum littora, circum
Piscos scopulos humilis uolat æquora iuxta.

Quo in genere id est præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia adsciuimus, aut obscurum sit, aut ignotū. Debet enim quod illustrandæ alterius rei gratia assumitur ipsum esse clarius eo quod illuminat. Quare sane poeta quidem permittamus huiusmodi exempla.

Aeneid. 4. Qualis ubi hybernam Lyciam, Xantiq; fluenta
Deserit, aut delon maternam inuisit Apollo.

Non idem decebit oratorem, ut ocultis aperta demonstret. Sed illud quoque de quo in argumentis diximus, similitudinis genus ornat orationem, facitq; sublimem, floridam, iucundam, mirabilem. Nam quò quæque longius petita est, hoc plus affert nouitatis, atque inexpectata magis est. Illa uulgaria uideri possunt, & utilia tamen ad conciliandam fidem, Vt terram cultu, sic animum disciplinis meliorem uberioremq; fieri. Et ut medici ab alienata morbis memoria præcidunt, ita turpes ac pernicioſos, etiam si nobis sanguine cohæreant, amputandos. Iam sublimius illud pro Archia. Saxa atque solitudines uoci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt, & cætera. Quod quidem genus a quibusquam declamatoria maxime licentia corruptum est. Nam & falsis utuntur: nec illa iis quibus eadem similia uideri uolunt, applicant: quorum utrunque in iis est quæ me iuuene ubique cantari solebant, Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt. &, Generosioris arboris sine in planta cum fructu est. In omni autem parabola aut præcedit similitudo, & res sequitur, aut præcedit res, & simi-

militudo sequitur. Sed interim libera & separata est: interim, quod longè optimum est, cum re cuius est imago, connectitur, collatione inuicem respondente, quod facit redditio cõtraria, quæ ἀντανάκλασις dicitur. Præcedit similitudo illa, cuius modò feci mentionem, - Inde lupi ceu

Raptores atra in nebula. - Sequitur in primo Georgicõn post longam de bellis ciuilibus atque externis conquestionem,

Vt cùm carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas,

Sed hæc sunt fine anta podosi. Redditio autem illa rem vtraque quam comparat, velut subiicit oculis, & pariter ostendit. Cuius præclara apud Virgilium multa reperio exempla, sed oratoriis potius vtendum est. Dicit Cicero pro Murena, vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt: sic nos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. illud pro eodem, iam pene poetico spiritu, sed tamẽ cum sua redditione, quod est ad ornatum accommodatius: Nam vt tempestates sæpe certo aliquo cœli signo commoueatur, sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex caussa concitantur: sic in hac commitiorum tempestate populari sæpe intelligas quo signo commota sit: sæpe ita obscura est, vt casu excitata esse videatur. Sunt & iræ breues, Vagiq; per syluas ritu ferarum. Et illud Ciceronis in Clodium, Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit. Quibus similia possunt cuicunque etiam ex quotidiano sermone succurrere. Huic subiacet virtus non solum aperte ponendi rem ante oculos, sed circunciſe atque velociter. Ac merito laudatur breuitas integra, sed ea minus præstat

quoties nihil dicit nisi quod necesse est, βραχυλογίαν vo-
cãt, quæ reddetur inter schemata. Est verò pulcherrima,
plura paucis complectimur, quale illud Sallustij est, Mithri-
dates corpore ingenti perinde armatus. Hoc male imita-
tes sequitur obscuritas. Vicina prædictæ, sed amplior vi-
tus est ἔμφασις, altiorẽ præbens intellectum, quam qui
verba per se ipsa declarãt, Eius duæ sũt species: altera, q
plus significat quam dicit: altera, quæ etiam id quod non
cit. Prior est & apud Homerum, cum Menelaus Graios
Odyss. 4. & 8. equo sedisse dicit: nam verbo vno magnitudinem eius osti-
dit. & apud Virgilium,

Aeneid. 2. Aeneid. 3. Demissum lapsi per funem. Nam sic quoque altitu-
demonstrata est. Idem Cyclopa cùm iacuisse dicit per c
trum, prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est. S
quens posita est in voce aut omnino suppressa, aut etia
abscissa. Supprimitur vox, vt fecit pro Ligario Cice
Quod si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non ess
quantam tu per te, per te inquam obtines: intelligo q
loquar. Tacuit enim illud quod nihilominus accipimus, n
deesse homines qui ad crudelitatem eum impellerent. A
scinditur per ἀποσιώπησιν, quæ quoniam est figura, re
detur suo loco. Est in vulgaribus quoque verbis empha
Virum esse oportet. &, Homo est ille. &, Vinendum o
Adeò similis est arti plerunque natura, Non tamen satis
quentiæ est, ea de quibus dicat, clarè atque euidenter osten
dere: sed sunt multi ac uarij excolendæ orationis modi. N
& ipsa ἀφέλεια simplex & inaffectata habet quendam pu
rum, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum, & su
quædam uelut è tenui diligentia circa proprietatem sign
ficationemque munditiæ. Alia copia locuples, alia floriu
leta: uirium non vnum genus. Nam quicquid in suo ge-
re sati

re satis effectum est, valet. Præcipua tamen eius opera δείνωσις in exaggeranda indignitate: & in cæteris altitudo quædam: παντασία in concipiendis dictionibus: ἔξεργασία in efficiẽdo. velut opere proposito: cui adiicitur ἐπεξεργασία, repetitio probationis eiusdem, & cumulus exabundanti. ἐνέργεια confinis his est, ab agendo ducta, & cuius propria sit virtus, non esse quæ dicuntur, ociosa. Est & amarum quiddam, quod ferè in contumelia est positum. quale est Cassij. Quid facies cùm in bona tua inuasero? hoc est cùm te docuero nescire maledicere? Et acre, vt illud Crassi, Ego te consulem putem, cùm tu me non putes senatorẽ? Sed uis oratoris omnis in augendo minuendoq; consistit. Vtrique parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus: reliqui similes erunt. Sunt autem positi in rebus, & uerbis. Sed quæ sit rerum inuentio ac ratio, tractauimus: nunc quid elocutio attollat aut deprimat, dicendum. In Philippum.

De amplificatione.

CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Primam amplificandi vel minuendi rationem in nomine esse docet: vt cum improbum, latronem: contrà, vulneratum, læsum dicimus. Aliam etiam ex nominibus maiorem & manifestiorem, ex comparatione ampliorum verborum cum interioribus: quale est illud, non furem, sed raptorem: non sacrilegum, sed hostem sacrorum. Et quia species huiusmodi possunt plurimę recenseri, vt confusionem ex multitudine tollat, quatuor amplificationis genera constituit: incrementũ, comparationem, ratiocinationem, congeriem. Incrementi quatuor modos recenset, comparationis tres: vbi comparationem non semper ad amplificandum, sed aliquando etiam ad probandum adhiberi monet: ratiocinationis quinque. Cur hunc amplificandi modũ ita vocet, rationem reddit. Congeriei duos. & quid à synathroismo figura, id est coacervatione, differat. Postremò minuendi totidem modos esse quot amplificandi tradit: & cur hyperbolen in tractatum de tropis differat, cumque continuo tropos non subiungat, rationem assignat.

Prima

PRima est igitur amplificandi uel minuendi species ipso rei nomine, ut cùm eum qui sit cæsus, occisum: qui sit improbus, latronem: contraque eum qui pulsauit, tigisse: qui uulnerauit, læsisse dicim⁹. Vtriusque pariter plum est pro M. Cælio, Si uidua liberè, proteruia petul ter, diues effuse, libidinosa meretricio more uiueret, ad rum ego putarem, siquis hanc paulò liberius salutas Nam & impudicam meretricem uocauit: & eum cui gior cum illa fuerat usus, liberius salutasse. Hoc genus crescit, ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis minibus pro quibus ea posituri sumus, conferantur: ut

Ac.7. cero in Verrem, Non enim furem, sed raptorem: non a terum, sed expugnatorem pudicitiæ: nõ sacrilegum, sed siem sacrorum, religionúmque: non sicariũ, sed crudel mum carnificem ciuium sociorúmque in uestrum iudic adduximus. Illo enim modo ut sit multum, hoc etiam ut sit, efficitur. Quatuor tamen maximè generibus constare amplificationem, incremento, comparatione, tiocinatione, congerie. Incrementum est potentissim cùm magna uidentur etiam quæ inferiora sunt. Id aut gradu fit, aut pluribus. Per id uenitur non modò ad fa mum, sed interim quodammodo supra summum. Omn

Ac.7. his sufficit uel unum Ciceronis exemplum, Facinus est cire ciuem Romanum, scelus uerberare, propè par cidium necare: quid dicam in crucem tollere? Nam si tantum uerberatus esset, uno gradu increuerat, pon do etiam id esse facinus, quod erat inferius. Et si t tum occisus esset, per plures gradus ascenderat. C uerò dixerit, prope parricidium necare: supra q nihil est adiecit, quid dicam in crucem tollere? Ita c id quod maximum est occupasset, necesse erat in eo q

ultra

ultrà est, uerba deficere. Fit & aliter supra summum adiectio: ut apud Virgilium de Lauso.

- Quo pulchrior alter Aeneid.8.

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Summum est enim, quo pulchrior alter non fuit. huic deinde aliquid suprapositum est. Tertius quoque est modus, ad quem non per gradus itur, ut quod non est plus quam maximum, sed quo nihil maius est. Matrem tuam occidisti. Quid dicam amplius? Matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri. Crescit oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cùm citra distinctionem in contextu & cursu semper aliquid priore maius in sequitur: ut de uomitu in Antonium Cicero, In cœtu uerò populi Romani negociũ Philipp.2. publicum gerẽs, magister equitum. Singula incrementũ habent. Per se deforme, uel non in cœtu uomere: in cœtu etiã non populi: populi etiam non Romani: uel si nullum negocium ageret, uel si non publicum: uel si non magister equitum. Sed alius diuideret hæc, & circa singulos gradus moraretur: hic in sublime etiam currit, & ad summum peruenit non nixu, sed impetu. Verùm ut hæc amplificatio in superiora tendit, ita quæ fit per comparationem, incremẽtum ex minoribus petit. Augendo enim quod est infra, necesse est extollat id quod supra positum est: ut idem, atque in eodem loco, Si hoc tibi inter cœnam, & in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu uero populi Romani. & in Catilinã, Serui mehercle mei Inuect.1. si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Interim proposito uelut simili exemplo, efficiendum est ut sit maius id

quod a

quod à nobis exaggerandum est: vt idem pro Cluētio, cùm exposuisset Milesiam quandam à secundis hæredibus pro abortu pecuniam accepisse, Quantò est, inquit, Oppianico in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidem ille cum suo corpori vim attulisset, se ipsa cruciauit: hic autem idem illud effecit per alieni corporis vim atque cruciatū. Nec putet quisquam hoc, quanquam est simile, illi ex argumentis loco, quo maiora ex minoribus colliguntur, idem esse. Illic enim probatio petitur, hìc amplificatio: sicut in Oppianico non id agitur in illa comparatione, vt ille malum fecerit, sed vt peius. Est tamen quanquam diuersarum rerum quædam vicinia. Repetam igitur hìc quoque idem quod sum illic vsus exemplum, sed non in eundem vsum. Nam hoc mihi ostendendum est, augendi gratia non tota mala totis, sed etiam partes partibus comparari: sicut hoc loco.

In Catil. 1. An verò vir amplissimus P. Scipio pontifex maximus Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicæ priuatus interfecit: Catilinam orbem terrarum cæde atque incendio vastare cupientem, nos consules perferemus? Hic & Catilina Gracchо, & status reipulicæ orbi terrarum, & mediocris labefactatio cædi & incendijs & vastationi, & priuatus consulibus comparatur: quæ si quis dilatare velit, plenos singula locos habent. Quas dixi per ratiocinationē fieri amplificationes, videamus an satis proprio verbo signauerim. Nec sum in hoc solicitus, dum res ipsa volentibus discere appareat. Hoc sum tamen secutus, quòd hæc amplificatio alibi posita est, alibi valet: & vt aliud crescat, aliud augeatur: inde ad id quod extolli volumus, ratio deducitur. Obiectus Antonio Cicero merum & vomitum, Tu,

Philipp. 2. inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria to-

tius

tius corporis firmitate, Quid fauces & latera ad ebrietatē? Minimè sunt ociosa. Nam respiciētes ad hæc, possumus æstimare quantum ille vini in Hippiæ nuptiis exhauserit, quod ferre & coquere non posset illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo si ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inusitatum nomen est ratiocinationis, vt quod ex eadē caussa inter status quoque habemus. Sic & ex insequēti bus amplificatio ducitur. Siquidem tanta vis fuit vini eorum pentis, vt non casum afferret aut voluntatem, sed necessitatem, vbi minimè deceret, vomendi: & cibus non recens, vt accidere interim solet, redderetur, sed qui vsque in posterum diem redundaret. Idem hoc præstant quæ antecesserunt. Nam cùm Aeolus à Iunone rogatus.

Cauum conuersa cuspide montem Aeneid. 1.
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto,
Quà data porta, ruūt: apparet quanta sit futura tempestas. Quid cùm res atrociſsimas, quasque in summam ipsi extulimus inuidiā, eleuamus cōsultò quò grauiora videū tur quæ secutura sunt: vt à Cicerone factum est cùm illa diceret, Leuia sunt hæc in hoc reo crimina: Metum virga- Act. 7.
rum nauarchus nobiliſsimæ ciuitatis precio redemit: humanum est. Alius, ne securi ferriretur, pecuniam dedit, vsitatum est. Nónne vsus est ratiocinatione, qua colligerent audientes quantum illud esset quod inferebatur, cui comparata hæc, humana viderentur atque vsitata? Sic quoque solet & aliud augeri, cum Hannibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis. Et fortitudinem Gallorum Germanorumque miramur, quò sit maior C. Cæsaris gloria. Illud quoque est ex relatione ad aliquid, quòd non eius rei gratia dictum videtur, amplificationis genus. Non putant
indignum Troiani principes, Graicos Troianosque pro- Iliad. 3.

pter He

pter Helenæ ſpeciem tot mala tanto temporis ſpacio ſu
ſtinere: quænam igitur illa forma credenda eſt? Non enim
hoc dicit Paris, qui rapuit: non aliquis iuuenis, non uni
è uulgo: ſed ſenes & prudentiſſimi, & Priamo aſſidente
Verùm & ipſe rex decenni bello exhauſtus, amiſsis tot li
beris, imminente ſummo diſcrimine, cui faciem illame
qua tot lachrymarum origo fluxiſſet, inuiſam atque de
minandam eſſe oportebat, & audit hæc, & eam filiam ap
pellans iuxta ſe locat, & excuſat etiam, atque ſibi eſſe mi
lorum cauſſam negat. Nec mihi uidetur in Sympoſio Pla
to, cum Alcibiadem confitentem de ſe quid à Socrate pa
uoluerit narrat ut illum culparet hæc tradidiſſe: ſed ut So
cratis inuictam continentiam oſtenderet, quæ corrum
ſpecioſiſsimi hominis tam obuia uoluntate non poſ
Iliad.6. Quin ex inſtrumento quoque, heroum illorum magnitu
æſtimanda nobis datur. ad hoc pertinet clypeus Aiacis
Iliad 16. haſta Pelias Achillis. Qua uirtute egregiè eſt uſus in Cy
clope Virgilius. Nam quod illud corpus concipiam, cui
Aeneid.4. Truncæ manum pinus regit? Quid? cùm uix loricæ
duo multiplicem connixi humeris ferrent, quantus Demo
Aeneid.5. Philipp.2. leos, qui indutus eam, -curſu palantes Troas agebat?

Quid M. Tullius de M. Antonij luxuria tantum finge
ſaltem potuiſſet, quantum oſtendit dicendo, Conchyliata
Cn. Pōpeij periſtromatis ſeruorum in cellis ſtratos lectu
videres? Conchyliata periſtromata, & Cn. Pompeij, & i
cellis ſeruorum, nihil dici poteſt ultra: & neceſſe eſt tam
infinito plus in domino cogitare. Eſt hoc ſimile illi quod
ἔμφασις dicitur: ſed illa ex uerbo, hoc ex re coniectura
facit: tantóque plus ualet, quantò res ipſa uerbis eſt præ
mior. Poteſt adſcribi amplificationi cōgeries quoque uer
borum ac ſententiarum idem ſignificantium. Nam etiam
ſi non

si non per gradus ascendant, tamen uelut aceruo quodam alleuantur. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mēs? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Simile est hoc figuræ quam συναθροισμὸν uocant: sed illic pluriū rerum est congeries, hīc unius multiplicatio. Hæc etiam crescere solet uerbis omnibus altius insurgētibus: Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terrórque sociorū, & ciuium Romanorum, lictor Sextius. Pro Liga. Ad. 7.

Eadem ferè est ratio minuendi. Nam totidem sunt ascendentibus, quot descēdentibus gradus. Ideóque uno ero exemplo contentus eius loci quo Cicero de oratione Rulli hæc dicit, Pauci tamen, qui proximi adstiterant, nescio quid illum de lege Agraria uoluisse dicere suspicabātur. Quod si ad intellectū referas, minutio est: si ad obscuritatem, incremētum. Scio posse uideri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoque. nam & hæc in utrāque partem ualet: sed quia excedit hoc nomen, in tropos differenda est. Quos cōtinuò subiūgerem, nisi esset à cæteris separata ratio dicendi quæ constat non propriis, sed translatis. Demus ergo breuiter hoc desiderio iam penè publico, ne omittamus eum quē pleríque præcipuum ac penè solum putant orationis ornatum.

De generibus sententiarum. CAP. V.

ARGVMENTVM.

Rationem dicendi quæ translatis constat, ab ea quæ propriis constaret, separandam esse in fine capitis superioris dixit: in quo cùm de amplificandi modis locutus esset ante tropos qui translatis constant, amplificationibus tractatum de sententiis subiungēdum existimauit. Quæ uox cùm sit homonyma, quot modi accipi possit, quot sint earū genera, quis usus, quæ uitiosæ, quis modus, explicat. Triplicé sententiæ

accept

acceptionem ostendit. Prima significari id omne quod animo sentimus, secunda consilium aut decretum, tertia, ad huius similitudinem, orationem sumptam de vita: quæ quid in ea esse oporteat, breuiter ostendit. Et huius esse varia genera, Nam aut ad rem vniuersalem referri, aut ad personam. Simplicem esse, aut duplicem: Sine, & cum ratione subiecta. Ex diuersis quod cum mutatione figuræ addit admoniam. Quod à communi vertit ad proprium: quod à rebus ad personas transfert. Enthymema, cum non est argumentum, sed ad omnem refertur. Epiphonema, in clausula additum. Noëma, clausulæ sensus ferientem. Quibus nouarum sententiarum genera subiungit, ex inopinato, aliò relata, aliunde petita, geminata, contrariè posita, comparata, quorum quædam bona dici possint, quædam vitiosa, quædam sint illa, commemorat. Sententiarum modum hunc esse, ne crebræ sint, ne palàm falsæ, vt à viris autoritate præditis proferantur. Quarum iis nimium frequenter vtentes, & contrà, in totum damnantes, vtrumque perat, viam quandam mediam inter vtrosque indicans, & vsum earum mediocrem commendans.

Sententiam veteres quod animo sensissent vocauerunt. Id cùm est apud oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iudicari ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Non rarò tamen & sic locuti sunt, vt sensa sua dicerent: nam sensus, corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, vt mente concepta, sensus vocarentur. Lumina autem, præcipuëque in clausulis posita, sententiæ. Quæ minus crebra apud antiquos, nostris tëporibus nimio do carent. Ideòque mihi & de generibus earum, & de vsu arbitror pauca dicenda. Antiquissimæ sunt, quæ propriè quamuis omnibus idem sit nomen, sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant: Vtrunque autem nomen ex eo acceperunt, quòd similes sunt consiliis aut decretis. Est autem hæc vox vniuersalis, quæ etiam citra compendium caussæ possit esse laudabilis, interim ad rem tantùm relata: vt, Nihil est tam populare quàm bonitas. interdum ad personam. quale est Afri Domitij, Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Hanc quidam

partem enthymematis, quidam initium aut clausulam epicherematis esse dixerunt: & est aliquando, non tamen semper. Illud verius. esse eam aliquando simplicem, ut eam quã supra dixi. Aliquando ratione subiecta. Nam in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere videtur. Nonnunquam duplicem, Obsequium amicos, veritas odium parit. Sunt etiam qui decem genera fecerunt, sed eo modo quo fieri vel plura possunt, per interrogationem, comparationem, inficiationem, similitudinem, admirationem, & cætera huiusmodi. per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis, Mors misera non est, aditus ad mortem miser est. Ac rectæ quidem sunt tales, Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet. Sed maiorem vim accipiunt commutatione figuræ, vt Sallust. in Iugurth.

Vsque adeóne mori miserum est? Acrius enim hoc, quàm per se, Mors misera non est. Et translatione à communi ad proprium. Nam cùm sit rectum, Nocere facile est, prodesse difficile: vehementius apud Ouidium Medea dicit, Aeneid. 12.

Seruare potui, perdere an posßim rogas? Vertit ad persanam Cicero, Nihil habet, Cæsar, nec fortuna tua maius, quàm vt posßis: nec natura melius: quam vt velis seruare quamplurimos. Ita quæ erãt rerum, propria fecit hominis. In hoc genere custodiendum est, & id quidem vbique, ne crebræ sint, ne palam falsæ (quales frequenter ab iis dicuntur qui hæc καθολικὰ vocant: & quicquid pro caussa videtur, quasi indubitatum pronuntiant (& ne passim & à quocunque dicantur. Magis enim decent eos in quibus est autoritas, vt rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum aut adolescentulum, aut etiam ignobilẽ, si iudicet in dicẽdo, & quodammodo præcipiat? Enthyme- Pro Liga.

ma quoq; est omne quod mente concipimus: propriè tamen
dicitur quæ est sententia ex contrariis, propterea quod
eminere inter cæteras videtur, vt Homerus poëta, vt
Roma. De hoc in argumentis satis dictum est. Non semper
autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum.
Pro Liga. Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ locus
est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? Non
quia sit ratio dissimilis, sed quia iam per alia vt id iniustum
appareret, effectum erat. Et addita in clausula est epiphonematis
modo non tam probatio, quam extrema quasi exsultatio. Est enim epiphonema, rei narratæ vel probatæ
Aeneid. 1. summa acclamatio,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem:

Pro Milo. Facere enim probus adolescens periculosè, quàm perpetuò
turpiter maluit. Est & quod appellatur à nouis vocibus omnis intellectus accipi potest, sed hoc nomine declarunt ea quæ non dicunt, verum intelligi volunt, vt in eo
quem sæpius à ludo redemerat soror, agètem cum ea tabernis, quòd ei pollicem dormienti recidisset, Eras digitum
haberes integrum manum. Sic enim auditur, vt deputares. Vocatur aliquid & clausula: quæ si est quod concludinem dicimus & rectè, & quibusdam in partibus necessaria
est. Quare prius de facto vestro fateamini necesse est, quam
Pro Liga. Ligarij culpam vllam reprehendatis. Sed nunc illud vitandum
vt omnis locus, omnis sensus in fine sermonis feriat aures.
Turpe autem ac propè nefas ducunt, respirare vllo loco
qui acclamationem non petierit. Inde minuti corruptique
sensiculi, & extra rem petiti. Neque enim possunt esse
multæ bonæ sententiæ esse, quàm necesse est multæ sint clausulæ. Iam hæc magis noua sententiarum genera: Exspinato: vt dixit Vibius Crispus in eum qui cùm loricatus

foro ambularet, prætẽdebat id se metu facere, Quis tibi sic timere permisit? Et insigniter Aphricanus apud Neronẽ de morte matris, Rogant te Cæsar Galliæ tuæ, ut fœlicitatẽ tuam fortiter feras. Sunt & aliò relata, vt Afer Domitius cum Cloantillam defenderet, cui obiectum crimen quòd virum qui inter rebellantes fuerat, sepelisset remiserat Claudius, in epilogo filios eius eloquens, Matrem tamen, inquit pueri sepelitote. Et aliunde petita, id est in alium locum ex alio translata: vt pro Spathale Crispus, quam qui hæredem amator instituerat decessit, cùm haberet annos duodeuiginti, O hominem diuinum, qui sibi indulsit. Facit quasdam sententias sola geminatio: qualis est Senecæ in eo scripto quod Nero ad Senatum misit occisa matre, cùm se periclitatum videri vellet, Saluum me esse adhuc nec credo, nec gaudeo. Melior, cum ex contrariis valet, Habeo quem fugiam, quem sequar non habeo. Quid quòd miser cùm loqui non posset, tacere non poterat? Ea verò fit pulcherrima, cùm aliqua cõparatione clarescit. Trachallus contra Spathalen, Placet hoc ergo, ô leges diligentissimæ pudoris custodes, decimas vxoribus dari, quartas meretricibus? Sed horum quidem generum & bonæ dici possunt, & malæ. Illæ semper vitiosæ, vti à verbo, Patres cõscripti, Sic enim incipiendum est mihi, vt memineritis patrum. Petius adhuc, quo magis falsum est, & longius petitum. Contra eandm fororem gladiatoris, cuius modò feci mentionem, *At digito pugnaui. Est etiam generis eiusdem, nescio an vitiosissimum, quoties verborum ambiguitas cum rerum falsa quadam similitudine iungitur. Clarum autorem iuuenis audiui, cùm lecta** è capite cuiusdam ossa sententiæ gratia tenendamatri dedisset, Infœliciss ima fœmina nondum extulisti filium, & iam ossa legisti. Ad hoc plerique minimis etiam

At Atti. 8.

*Ad digitum mihi pugnaest.

*in capite.

inuentiunculis gaudent quæ excussæ risum habent, inuen
facie ingenij blandiuntur. De eo qui naufragus, & a
agrorum sterilitate vexatus, in scholis fingitur se susp
disse, Quem nec terra recipit, nec mare, pendeat. Huc si
le in illo de quo suprà dixi, cui pater sua membra lacer
venenum dedit, Qui hæc edit, debet hoc bibere. Et in lux
riosum, qui ἀπαναρτέρησιν simulasse dicitur, Nec te
quem, habes quod faucibus tuis irascaris, Sume venen
decet luxuriosum bibendo mori, alia vana: vt suade
purpuratis, vt Alexandrum Babilonis incendio sepeli
Alexandrum sepelio, hoc quisquam spectabit é tecto? Q
si verò id sit in re tota indignissimum, Alia nimia: v
Germanis dicentem quendam audiui, Caput nescio vbi
positum. Et de viro forti, Bella vmbone propellit. Sed
non erit, si singulas corruptorum persequar formas. I
potius, quod est magis necessarium. Duæ sunt diuersæ o
niones, aliorum sententias solas penè spectantium, alior
omnino damnantium: quorum mihi neutrum admo
placet. Densitas earum obstat inuicem, vt in satis omn
fructibusq; arborum nihil ad iustam magnitudinem a
lescere potest, quod loco in quẽ crescat caret. Nec pict
in qua nihil circunlitum est, eminet. Ideoq; artifices e
cum plura in vnam tabulam opera contulerunt, spatiu
stingunt, ne vmbræ in corpora cadant: Facit res eadem
cisam quoque orationem. Subsistit enim omnis senten
ideoq; post eam vtique aliud est initium. Vnde soluta
oratio, & è singulis non membris sed frustis collata, fr
ctura caret, cùm illa rotũda & vndique circuncisa insist
inuicem nequeant. Præter hoc etiam color ipse dicendi
libet clarus, multis tamen ac variis velut maculis cons
gitur. Porrò vt affert lumen clauus purpuræ loco inser
ita

ita certè neminem deceat intexta pluribus notis vestis. Quare licet hæc emitere, vt aliquatenus extare videantur, tamen lumina illa non flammæ, sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris: quæ ne apparent quidem vbi tota lucet oratio, vt in sole sydera ipsa desinunt cerni: & quæ crebris paruisq; conatibus se attollunt, in æqualia tantum, & velut coafragosa, nec admirationem consequuntur eminentium, & planorum gratiam perdunt. Hoc quoque accedit, quòd solus captãti sententias, multas necesse est dicere leues, frigidas ineptas. Non enim potest esse delectus, vbi numero laboratur. Itaque videas & diuisionem pro sententia poni, & argumentum, si tantùm in clausula & calce pronuncietur. Occidisti vxorem ipse adulter: non ferarem te etiam si repudiasses. diuisio est. Vis scire venenum esse amatorium? viueret homo nisi illud bibisset, argumentum est. Nec multas plerique sententias dicunt, sed omnia tanquam sententias. Huic quibusdam contrarium studium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo voluptatem, nihil probantes nisi planum, & humile, & sine conatu. Ita dum timẽt ne aliquando cadant, semper iacent. Quod enim tantum in sententia bona crimen est? nõ causæ prodest? non iudicem mouet? non dicentem commendat? At est quoddam genus, quo veteres non vtebantur. Ad quã vsque nos vocatis vetustatem? Nam si ad illam extremam, multa Demosthenes, quæ ante eum nemo. Quomodo potest Ciceronem probare, qui nihil putet ex Catone Gracchisq; mutandum? Sed ante hos simplicior adhuc loquendi ratio fuit. Ego verò hæc lumina orationis, velut oculos quosdam esse eloquentiæ credo. Sed neque oculos esse toto corpore velim. ne cætera membra officium suum perdant: & si necesse sit, vererem illum horrorem dicendi malim, quam istã

Cic. 3. de Orator.

nouam licentiam. Sed patet media quædam via, ſicut cultu victuq; acceſſit aliquis citra reprehenſionem nitor quem ſicut poſſumus adiiciamus virtutibus. Prius tamen vitiis carere: ne dum volumus eſſe meliores veteribus, mus tantùm diſſimiles. Reddam nunc, quam proximam ſe dixeram, partem de tropis, quos motus clariſſimi ſtrorum autores vocant. Horum tradere præcepta & matici ſolent. Sed à me, cùm de illorum officio loquer dilata pars hæc eſt, quia de ornatu orationis grauior batur locus, & maiori operi ſeruandus.

De tropis CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Definit tropum eſſe verbi vel ſermonis à propria ſignificatio aliam cum virtute mutationem. Troporum quoſdam ſignificant vehementioris, cauſſam, quoſdam decoris aſſumi oſtendit. Et in verba verti, in aliis ſenſus ipſos. Horũ primo loco metaphorã, cet, cuius vim, vtilitatem & iucunditatẽ prædicat, fierique quatuor cauſsis docet, neceſsitatis, ſignificationis vehemẽtioris, ornatus, pitudinis vitandæ cauſſa. Quo differat à ſimilitudine, & vim quadruplicem traditi: cum animata pro animatis, inanima pro mis inanima pro animatis, aut animata pro inanimis ponuntur vſum modicum eſſe debere, ne anima frequentia obſcuret, aut afficiat. Vitioſas metaphoras has eſſe, humilem, ſordidam, mi minorem redundantem, diſſimilem, duram. Synecdochen, cuius tes eſſe ſpecies docet: nam aut à parte totum, aut à ſpecie genus, pręcedentibus ſequentia, & contrà intelligit: poetisque libertas quàm oratoribus. Metonymiam, id eſt nominis pro nomine po nem, ad quam inuentum pro re inuenta, poſſeſſa pro poſſeſſoribus contrà, contenta pro continentibus, effecta pro efficientibus referat tonomaſiam, quæ fit per epitheton, & ex his quę in quoque ſunt cipua, & ex factis, quibus perſona ſignificatur. Onomatopœiam, nominis fictionem, Græcis quàm Latinis magis conceſſam. Catachreſin, id eſt abuſionem, quæ non habentibus nomen accõmodat quod proximo eſt, & quo pacto à metaphora diſcernatur, oſtendit. Metalepſin, quę ex alio in aliud velut viam præſtat. Epitheton, quo poëtę quentius vtuntur, quia apud oratores niſi vim rei exprimat, locum non habet, quod quando ad antonomaſiam referatur, aut nomen retinet, docet. Allegoriam, cum aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit.

Et eius totius vsum nonnunquam esse in oratione, etiam si rarò, frequentius verò ex parte, Spectosum autem esse illud genus quod tribus permixtum sit, similitudine, allegoria, translatione. Alia eiusdem generà recensetur, id quod in exemplis est, & ægnima non euitatum magnis oratoribus: & ironiam, quam illusionem vocamus cuius species sint sarcasmus, astismus, antiphratis, paroemia, mycterismus. Periphrasin, id est circuitum loquendi, quæ nonnunquam necessitatis caussa, vt dictu deformia tegantur, nonnunquam ornatus adhibetur. Cùm verò in vitium incidit, perissologia dicitur. Hyperbaton, quod opportuna ordinis mutatione, aliquid ex significatione mutando, numerosam orationem reddit. Nam si sola structura variaretur, nullo ex significatione mutato, figura verborum potius esset quàm tropus: quod cùm duobus verbis fit, anastrophe dicitur. Vltimam hyperbolen, quæ augendo vel minuendo fit pluribus modis: augendo, plus facto esse dicendo, aut per similitudinem attolendo, signis vel translatione, vel alia insuper addita: In qua mensura seruanda sit, vt naturalem modum non excedamus, etiam si quid vltra fidem dicamus: cuius in minuendo totidem sint genera.

TRopus est verbi vel sermonis à propria significatione in aliam cum virtute mutatio, Circa quem inexplicabilis & gramaticis inter ipsos, & philosophis pugna est, quæ sint genera, quæ species, qui numerus, quis cui subiiciatur. Nos omissis quæ nihi ad instituendum oratorē pertinent, & aullationibus, necessarios maxime atque in vsum receptos exequemur: hoc modò in his anotasse contenti, quosdam gratia significationis, quosdam decoris assumi, & esse alios in verbis propriis, alios in translatis: vertiq; formas non verborum modò, sed & sensuum, & compositionis. Quare mihi videntur errasse, qui non alios crediderunt tropos, quam in quibus verbum prò verbo poneretur. Neque illud ignoro, in iisdem ferè qui significandi gratia adhibentur, esse & ornatum: sed non idem accidet contrà: eruntq; quidam tantùm ad speciem accommodati. Incipiamus igitur ab eo, qui cùm frequentissimus est tum longe pulcherrimus, translatione dico, quæ metaphora

Græce vocatur. Quæ quidem cùm ita est ab ipsa nobis
concessa natura, vt indocti quoque non sententiis ea fre-
quenter vtantur: tum ita iucunda atque nitida, vt in ora-
tione quamlibet clara, proprio tamen lumine eluceat. Ne-
que enim vulgaris esse, nec humilis, nec insuauis, recte me-
dò adscita, potest, Copiam quoque sermonis auget permu-
tando, aut mutuando quod non habet: quodq; difficilius
est, præstat ne vlli rei nomen deesse videatur. Transfero
ergo nomen aut verbum ex eo loco inquo proprium est
in eum in quo aut proprium deest, aut translatū proprio
melius est. Id facimus aut quia necesse est, aut quia signi-
cantius est, aut (vt dixi) quia decentius. Vbi nihil horum
præstabit quod transferetur, improprium erit. Necessitas
rustici dicunt gemmā in vitibus, (quid enim dicerent alii
& sitire segetes, & fructus laborare. Necessitate nonnul-
rum hominem, aut asperum. Non enim proprium erat quo
daremus his affectionibus nomen. Iam, incensum ira:
inflammatum cupiditate: & , lapsum errore, significa-
gratia. Nihil enim horum suis verbis, quam his arcessi-
magis proprium erat. Illa ad ornatum, lumen orationis
generis claritatem: & concionum procellas: &, eloquen-
*fulmina. *flumina: vt Cicero pro Milone, Claudium fontem glo-
eius vocat, & alio loco segetem ac materiam. Quæ-
etiam parum speciosa dictu: per hanc explicantur,
Georg. 4. Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos obtinet mertes.
In totum autē metaphora breuior est quam similitudo:
distat, quod illa comparatur rei quam volumus exprimi:
hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio est, cum dico se-
quia hominem vt leonem: translatio, cum dico de homi-
leo est. Huius vis omnis quadruplex maxime videtur: (
in re

in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: vt de agitatore, -Gubernator magna contorsit equum vi. & vt Liuius Scipionē a Catone adlatrari solitum refert. In anima pro aliis generis eiusdem sumuntur: vt, Classiq; immittit habenas. Aut pro rebus animalibus in anima, Ferro an fato *virtus Argiuûm ôccidit. Aut contra, Sedet inseius alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Aeneid.6. *metus Aeneid.2.

præcipueq; ex his oritur mira sublimitas, quæ audaci & proxime periculum translatione toluntur, cùm rebus sensu carentibus, actum quendam & animos damus, qualis est, Pontē indignatus Araxes. Et illa Ciceronis, Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorū? Duplicatur interim hæc virtus apud Virgiliū, Ferrunq; armare veneno. Nā & veneno armare, & ferrum armare, translatio est. Secantur hæc in plures: vt a rationali ad rationale, & idem de irrationalibus: & hæc inuicem, quibus similis ratio est, & a toto, & a partibus. Sed iam non pueris precipimus, vt accepto genere species intelligere non possint. Vt modicus autem atque opportunus eius vsus illustrat orationem: ita frequens & obscurat, & tædio complet: continuus vero in allegoriam & ænigma exit. Sunt quædam etiam humiles translationes: vt id de quo modo dixi, Saxea est verruca. Et sordidæ. Non enim si Cicero recte sentinam reipub. dixit, fœditatem hominum significans: id circo probem illud quoque veteris oratoris, Persecuisti reipub. vomicas. Optimēque Cicero demonstrat cauendum, ne sit deformis translatio: qualis est nam ipsis eius vtar exemplis) Castratam morte Aphricani remp. &, Stercus curiæ Glauciam. Ne nimio maior: aut, quod sepius accidit, minor. Ne dissimilis: quorum Aeneid.8, Pro Ligario. Aeneid.7. In Catil. & Sallust. In orat. & de Orat.3.

exempla nimium frequenter deprehendet, qui scierit hæc vitia esse. Sed & copia quoque modum egressa vitiosa est,
Hora. Carm. Horat. serm. 2. satyr. 5. præcipuè in eadem specie. Sunt & duræ, id est longinca similitudine ductæ: vt, Capitis niues. &,

Iuppiter hybernas cana niue cõspuit Alpes. In illo uerò plurimum erroris, quòd ea quæ poëtis (qui & omnia ad voluptatem referunt, & plurima vertere etiam ipsa metri necessitate coguntur) permissa sunt, conuenire quidam etiam prosæ putant. At ego in agendo nec pastorem populi autore Homero dixerim: nec volucres pennis remigare, licet Virgilius in apibus ac Dædalo speciosissimè sit vsus. Metaphora enim aut vacantem occupare locum debet, aut si in alienum venit, plus valere eo quod expellit. Quod aliquanto penè iam magis de synecdoche dicam. Nã translatio permouendis animis plerunque & signandis rebus, ac sub oculos subiiciendis reperta est. Hæc variare sermonem potest, vt ex vno plures intelligamus, partem totum, specie genus, præcedentibus sequentia, vel contra. omnia liberiora poëtis, quam oratoribus. Nam prosa vt mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipiet: ita non puppim pro naui, nec abietem pro tabellis. Et rursus vt pro gladio ferrum, ita nõ pro equo quadrupedem. Maximè autem in orando valebit numerorum illa libertas. Nam & Liuius sæpe sic dicit, Romanus prælio victor: cum Romanos vicisse significat. Et cõtra, Cicero ad Brutum: Populo, inquit, imposuimus, & oratores nisi summus cum de se tantum loqueretur. Quod genus non orationis modò ornat, sed etiam quotidiani sermonis vsus recipit. Quidam συνεκδοχὴν vocant, cum & id in contextu sermonis quod tacetur accipimus. Verbum enim ex verbo intelligitur,

Iliad. 2. Georg. 4. Aeneid. 6.

telligitur, quod inter vitia ἔκλειψις vocatur. Arcadas ad portas ruere.- Mihi hanc figuram esse magis placet. Illic ergo reddetur. Aliud etiam intelligitur ex alio, Aeneid. 11.

Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci. Eclog. 1.

vnde apparet noctẽ appropinquare. Id nescio an oratori conueniat, nisi in argumentando, cùm rei signum est. Sed hoc ab elocutionis ratione distat. Nec procul ab hoc genere discedit μετωνυμία, quæ est nominis pro nomine positio: cuius vis est, pro eo quod dicitur, causſam propter quam dicitur, ponere: sed, vt ait Cicero, ὑπαλλαγὴν rhetores dicunt. Hæc inuenta ab inuentore, & subiecta ab obtinentibus significat, vt, Ad Brutum. ὑπαλλαγή.

Cererem corruptam vndis, &, Aeneid. 1.

-Receptus Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet. Hor. in Art.

Quod fit retro durius. Refert autem inquantum dictus tropus oratorem sequatur. Nam vt Vulcanum pro igne vulgò audiuimus, & Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo: & venerem quam coitum dixisse magis decet: ita Liberum & Cererem pro vino & pane licentius, quam vt fori seueritas ferat: sicut ex eo quod continet, id quod continetur, vsus recipit: vt bene moratas vrbes, & poculum epotum, & seculum fœlix. At id quod contrà est, rarò audeat quis, nisi poëta, -Iam proximus ardet Vcalegon. Aeneid. 6.

Nisi forte hoc potius est, à possessore, quod possidetur: vt hominem deuorari, cuius patrimonium consumitur. Quo modo fiunt innumerabiles species. Huius enim sunt generis, cùm ab Annibale cæsa apud Cannas sexaginta millia dicimus, & apud Tragicos ab Aegialao: & carmina Virgilij venisse, & venire commeatus qui afferantur: & sacrilegium deprehensum, non sacrilegum: & armorum scientiam habere, non artis. Illud quoque & poëtis & oratoribus frequens, quo eum qui effecit, ex

cit, ex eo quod efficitur, ostendimus. Nam & carminum autores,

Hor. car. 1. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,

Aeneid. 6. Regúmque turres. Et,

Pallentésque habitant morbi, tristisque senectus.

Et orator præcipitem iram, hilarem adolescentiam, segne ocium dicit. Est etiam huic tropo quædam cum synecdoche vicinia. Nam cùm dico vultus hominis pro vultu, dico pluraliter quod singulare est: quod plurale est, singulariter. Sed non id ago, vt vnum ex multis intelligatur (nam id est manifestum) sed nomẽ immuto: vt cùm aurata tecta, aurea, pusillum a vero discedo, quia non est nisi pars aurata. Quæ singula persequi, minutioris est curæ etiam non oratorem instituentibus. Ἀντωνομασία, quæ aliquid pro nomine ponit, Poëtis quoque modò frequentissima, & per epitheton, quia detracto eo cui apponitur, valet pro nomine, Tydides, Pelides. & ex his quæ in quocunque sunt præcipua,

-Diuûm pater, atque hominum rex.

Aeneid. 4. Et ex factis, quibus persona signatur, -Thalamo quæ fixa reliquit Impius.- Oratoribus etiam si rarus eius rei, nonnullus tamen vsus est. Nam vt Tydiden & Peliden non dixerint, ita dixerunt impium pro parricida: euersorem quoque Carthaginis & Numantiæ pro Scipione, &

Pro Mur. Romanæ eloquentiæ principem pro Cicerone posuisse non dubitent. Cicero ipse certè vsus est hac libertate: Non multa peccas, inquit ille fortissimo viro senior magister, & si peccas, te regere possum. Neutrum enim nomen positum est, & vtrunque intelligitur. Ὀνοματοποιία quidem, id est fictio nominis, Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. Et sunt plurima ita posita ab iis qui sermonem primi fecerunt, aptãtes affectibus vocem. Nam

mugitus

mugitus & sibilus & murmur inde venerunt. Deinde tanquam consummata sint omnia, nihil generare audemus ipsi, cùm multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa quæ παραγώμενα vocant, quæ ex vocibus in vsum receptis quocunque modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt sallaturit, & proscripturit: atque laureati postes, pro illo, lauro coronati, ex eadem fictione sunt. Sed hoc fœliciter eualuit: at cõtrà, vio pro eo, infœlicius. In Græcis obeliſco, coludumo, &c. durè etiam iungere vetamur, qui toleranter videre septentriones vidẽtur. Eo magis necessaria κατάχρησις, quam rectè dicimus abusionem, quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est, sic, -Equum diuina Palladis arte Aedificãt: & apud Tragicos, Et iam leo pariet, & pater est. Mille sunt hæc. & Acetabula, quicquid habet, & pyxides cuiuscunque materiæ sunt. & parricida, matris quoque aut fratris interfector. Discernendúmque est hoc totum à translatione genus, quòd abusio est, vbi nomen defuit: translatio, vbi aliud fuit. Nam poëtæ solent abusiuè etiam in his rebus quib⁹ nomina sua sunt, vicinis potius vti, quod rarũ in prosa est. Illa quoque quidam καταχρήσεις esse volunt, cum pro temeritate virtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem dissonantia sunt. quòd in his nõ verbum pro verbo ponitur, sed res pro re. Neque enim putat quisquam luxuriam & liberalitatem idem significare: verùm id quod fit, alius luxuriam esse dicit, alius liberalitatem: quamuis neutri dubium sit hæc esse diuersa. Superest ex his quæ aliter significant, μετάληψις, id est transsumptio, quæ ex alio in aliud velut viam præstat: tropus & rarissimus, & maxime improprius: Græcis tamen frequentior, qui Cẽtaurum Chirona, & νῆσος ὀδὰς ὀξείας dicunt.

Vt supra cap. 3. de Ornatu.

Aeneid. 1.

dicunt. Nos quis ferat, si Verrem, suem: aut Lælium, doctũ nominemus? Est enim hæc in metalepsi natura, vt inter id quod transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed præbens transitum: quem tropum magis affectamus vt habere videamur, quàm vt vllo in loco desideremus. Nam eius frequentissimum exemplum est, cano, canto, dico: ita cano, dico. Item est medium illud cano. Nec diutius in eo morandum: nihil enim vsus admodum video, nisi, vt dixi, in mediis. Cætera iam non significandi gratia, sed ad ornandam modò, non augendam orationem assumuntur. Ornat enim ἐπίθετον, quod rectè dicimus appositum: à nonnullis sequens dicitur. Eo poëtæ & frequentius & liberius vtuntur. Nanque illis satis est conuenire verbo cui apponitur: & ita dentes albi, & humida vina in his
Aeneid.2 non reprehenduntur. Apud oratorẽ, nisi aliquid efficitur,
Georg.3 redundat. Tum autem efficitur, si sine illo quod dicitur, mutilus est: qualia sunt, O scelus abominandum, ô deformem libidinem. Exornatur autem res tota maximè translationi-
Pro Cluent Pro Milo. Aeneid.6. bus. Cupiditas effrænata, &, Insanæ substructiones. Et solet fieri aliis adiunctis epitheton tropis, vt apud Virgilium, Turpis egestas, & tristis senectus. Veruntamen talis est ratio huiusce virtutis, vt sine appositis nuda sit & velut incompta oratio. Ne oneretur tamen multis. nam fit longa & impedita, vt in quæstionibus eam iudices similem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoque, in quo & numerus est duplex, nec duplum virium: quanquam non singula modò, sed etiam plura verba apponi solent: vt,
Aeneid.3. Coniugio Anchisæ Veneris dignate superbo.

Sed hoc quoque modo duo verba vni apposita ne versum quidem decuerint. Sunt autem quibus nõ videatur hic omninotropus, quia nihil vertat. Necesse est enim semper, vt id quod

id quod est appositum, si à proprio diuiseris, per se significet, & faciat antonomasian. Nam si dicas, Ille qui Carthaginem & Numantiam euertit, antonomasia est: si adieceris Scipio, appositum. Non potest ergo non esse iunctum. At ἀλλαγορία, quam inuersionē interpretamur, aliud verbis, aliud sensui ostendit, ac etiam interim contrariū. Prius, vt,

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus. ò quid agis? fortiter occupa Portum. Carmi. 1. od. 14.

totúsque etiam ille Horatij locus, quo nauim pro republica, fluctuum tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dicit. Tale Lucretius,

Auia Pieridum peragro loca. - & Virgilius, Lib. 4. Geor. 3.
Sed nos immensum spatiis confecimus æquor:
Et iam tempus equūm spumantia soluere colla.

Sine translatione verò in Bucolicis,

Certè equidem audieram, quà se subducere colles Eclog. 9.
Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
Vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.

Hoc enim loco præter nomen cætera propriis decisa sunt verbis: verum non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligēdus. Habet vsum talis allegoriæ frequēter oratio, sed rarò totius: plerūque apertis permista est. Tota apud Ciceronem talis, Hoc miror enim, querórque, quenquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, vt etiam nauem perforet in qua ipse nauiget. Illud commissum frequentissimum, Equidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Miloni putaui esse subeundas. Nisi adiecisset duntaxat fluctibus concionum, esset allegoria: nunc eam miscuit. Quo in genere & species ex arcessitis verbis venit, & intellectus ex propriis. Pro Milo.

Illud

Illud verò longè speciosissimum genus orationis, in quo trium permista est gratia, similitudinis, allegoriæ, & trãs-
Pro Mur. *lationis: Quod fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe & perturbat omnia, & totam opinionẽ parua nonnunquam commutat aura rumoris. Nam id quoque in primis est custodiendum, vt quo ex genere cœperis trãslationis, hoc desinas. Multi enim cùm initium à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt: quæ est inconsequentia rerum fœdissima. Cæterùm allegoria paruis quoque ingeniis, & quotidiano sermoni frequentissimè seruit. nam illa in agendis causis iam detrita, Pedem conferre, &, Iugulum petere, &, Sanguinem mittere, inde sunt: nec offendunt tamen. Est enim grata in eloquendo nouitas, & commutatio: & magis inopinata delectant. Ideóque iam in his amissimus modum, & gratiam rei nimia captatione consumpsimus. Est in exemplis allegoria, si non prædicta ratione ponantur. Nam vt Dionysium Corinthi esse, quo*
Vide Erasmum in adagio, Dionysius Coriathi. Eclog. 3. *Græci omnes vtuntur, ita plura similia dici possunt. Hæc allegoria quæ est obscurio, ænigma dicitur: vitium meo quidem iudicio, si quidem dicere dilucidè, virtus: quo tamen & poëtæ vtuntur,*

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Treis pateat cæli spatium, non amplius vlnas?

Vide Cæliũ li. 10. ca. 16. & Alcia. parerg. lib. 2. cap. 12. *Et oratores nonnunquam: vt, Cæcilius * quadrantariam Clytæmnestram in triclinio coam, in cubiculo nolam. Nãque & nunc quædam soluuntur, & tum erãt notiora cùm dicerentur, & ænigmata sunt tamen, nec ea, nisi quis interpretetur, intelligas. In eo verò genere quo contraria*

ostendun

ostendũtur, ironia est: illusionem vocant: quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. nam si qua earum verbis dissentit, apparet diuersam esse orationi voluntatem. quanquam in plurimis id tropis accidit, vt interfit quid de quo dicatur: quia (quod dicitur alibi) verum est, aut laudi simulatione detrahere, aut vituperationi laude concessum esse: quale est quòd C. Verres prætor vrbanus homo sanctus & diligẽs, subsortitionem eius eo die non haberet. Et contrà, oratores visi sumus, & populo imposuimus. Aliquando cum risu quodam contraria dicuntur iis quæ intelligi volunt. quemadmodum in Clodium, Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, via anteacta seruauit. Præter hæc vsus est allegoriæ, vt tristia dicamus melioribus verbis, aut bonæ rei gratia quædam contrariis significemus, aliud textu: quæ & enumerauimus. Hæc siquis profectò ignorat quibus græci nominibus appellent σαρκασμὸν, ἀφεισμὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν dici sciat. Sunt etiam qui hæc non species allegoriæ, sed ipsa tropos dicunt acri quidem ratione, quòd illa obscurior sit, & in his omnibus apertè appareat quid velimus. Cui accedit hoc quoque, quòd genus cum diuiditur in species, nihil habet proprium: vt arboris species sunt pinus, & olea, & cupressus, & ipsius per se nulla proprietas: Allegoria verò habeat aliquid proprium. quod quo modo fieri potest, nisi ipsa species est? Sed ad vtendum nihil refert. Adiicitur his μυκτηρισμὸς, simulatus quidem, sed non latens derisus. Pluribus autem verbis cum id quod vno aut paucioribus certè dici potest explicatur, περίφρασιν, vocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet quoties dictu deformia operit: Sallustius, Ad requisita naturæ. Interim ornatum petit solum, quam est apud poëtas frequentissimus: vt,

Pro Cluent. Cicero in Orat.

Aeneid. 2. Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipi, & dono diuûm gratissima serpit.

Et apud oratores nõ rarus, semper tamẽ adstrictior. Quid enim significari breuius potest, & cum ornatu latius ostenditur, περίφρασις est: cui nomen latinè datum est, non sanè orationis aptum virtuti, circũlocutio. Verùm hoc vt cum decorum habet, periphrasis: ita cum in vitium incidit, περισσολογία dicitur. Obstat enim quicquid non adiuuat. Hyperbaton quoque, id est verbi transgressionem, quia frequenter ratio comparationis & decor poscit, non immeritò inter virtutes habemus. Fit enim frequẽtissimè aspera & dura, & dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur, & vt quodque oritur, ita proximis etiamsi vinciri non potest, alligetur. Differenda igitur quædam, & præsumenda, atque vt in structuris lapidum impolitiorum, loco quo conuenit quicque ponendum. Non enim recidere ea, nec polire possumus, quæ coagmentata se magis iungant, sed vtendum his qualia sunt, eligendæq; sedes. Nec aliud potest sermonem facere numerosum, quam opportuna ordinis mutatio. Neque alio,
1. de Reipub κατέβην ἐς Πειραιᾶ, Platonis inuenta sunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherimo operum in Piræum descendisse significat, plurimis modis scripta, quòd eum quæque maximi facere experiretur. Verùm id cùm duobus verbis fit ἀναστροπὴ dicitur, reuersio quædam: qualia sunt vulgò, Mecum, secum: apud oratores & historicos, Quibus de rebus. At cùm decoris gratia contrahitur longius verbum, propriè hiperbati tenet nomen: vt, Animaduerti, iudices, omne accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Nam in duas partes diuisam esse, rectum erat, sed durum & incomptum. Poëtæ quidem etiam verborum

diui-

diuisionem faciunt, & transgressionem, Georg.3.

-Hyperboreo septem subiecta trioni. quod oratio nequaquam recipiet. At id quidem est propter quod cum dicitur, tropus fit, quia componendus est è duobus intellectibus. Alioqui vbi nihil ex significatione mutandum est, & structura sola variatur, figura potius verborum dici potest: sicut multi narrationem longis mutant hyperbatis. Ex confusis quæ vitia accidunt, suo loco dicimus. Hyperbolē audacioris ornatus summo loco posui. Est hæc ementiēs superiectio. Virtus eius ex diuerso par augendi atque minuendi. Fit pluribus modis. Aut enim plus facto dicimus, Philip.1.

Vomens fructis esculentis gremien suum & totum tribunal implueit. Aeneid.1.

-Geminique minantur In cœlum scopuli. Aeneid.8. Aeneid.5.

-Aut res per similitudinem attollimus

-Credas innare reuulsas Cycladas.

Aut per comparationem: vt,

-Fulmis ocyor alis. Aut signis quasi quibusdam,

Illa vel intactæ segetis per summa volaret Aeneid.7.

Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

Vel translatione, vt ipsum illud volaret. Crescit interim hyperbole, alia insuper addita: vt Cicero in Antonium dicit, Quæ Charybdis tam vorax? Charibdin dico? quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Exquisitam verò figuram huius rei deprehendisse apud principem Lyricorum Pindarum videor in libro quem inscripsit ὕμνους. Is nanque Herculis impetum aduersus Meropas, qui in insula Co dicuntur habitasse, non igni, nec ventis, nec mari, sed fulminì dicit similem fuisse: vt illa minora, hoc par esset. Philip.1.

Quod imitatus Cicero, illa compoſuit in Verrem, Verſabatur in Sicilia longo interuallo non Dionyſius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam inſula multos & crudeles tyrannos) ſed nouum quoddam monſtrum ex vetere illa immanitate, quæ in iiſdem verſata locis dicitur. Non enim Charybdim tam infeſtam neque Scyllam nauibus, quam iſtũ in eodem freto fuiſſe arbitror. Nec pauciora ſunt genera
Eclog. 1. minuendi. -Vix oſſibus hærent.

-Et quod Cicero in quodam ioculari libello,

Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda:
Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Sed huius quoque rei ſeruetur menſura quædam. Quamuis enim eſt omnis hyperbole vltra fidem, non tamen eſſe debet vltra modum: nec alia via magis in κακοζηλίαν itur. Piget referre plurima hinc orta uitia, cùm præſertim minimè ſint ignota & obſcura. Monere ſatis eſt, mentiri hyperbolen, nec ita, vt mendacio fallere. Quo magis intuendũ eſt, quouſque deceat extollere quod nobis non creditur. Peruenit hæc res frequentiſſimè ad riſum: qui ſi captatus eſt, vrbanitatis: ſint aliter, ſtultitiæ nomen aſſequitur. Eſt autem in vſu vulgò quoque & inter eruditos, & apud ruſticos, videlicet quia natura eſt omnibus augendi res vel minuendi cupiditas inſita, nec quiſquam verò contentus eſt. Sed ignoſcitur, quia non affirmamus. Tum eſt hyperbole virtus, cùm res ipſa de qua loquendum eſt, naturalem modum exceſſit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici quantum eſt, non poteſt: meliusq; vltra quàm citra ſtat oratio. Sed de hoc ſatis, quia eundem locum plenius in eo libro quo cauſſas coruptæ eloqũtiæ reddebeamus, tractauimus.

M. FAB.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER NONVS.

Quò differant figuræ à tropis.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Troporum absoluta tractatione, ad figuras transit. Primùm quæ sit intros & figuras conuenientia, explicat. Deinde quo inter se differant ex vtriusque definitione colligit. Præterea figuræ duplicem acceptionem ostendit. Primam sententiæ qualemcunque formam & habitum Secundam, à simplici ac in promptu posito dicendi modo mutationem, de qua hoc capite tractat. Hoc itaque, quod ambiguum erat, discusso, figuram definit esse arte aliqua nouatum dicēdi formam. Deinde dupliciter diuidit, in figuram sententiarum, & verborum. Et quia natura res verbis priores sunt de figuris sententiarum prius loquitur, easque non vulgariter ab vtilitate commendat: quia & ad fidem faciēdam, & ad mouendos affectus plurimum possint. id similitudine à re militari sumpta euidentius reddit. Postremò figurarū non esse infinitū numerum, Vt quot affectus, sint totidem figuras esse dicamus, sed certum esse modum quendam docet: quamque Viam in figuris enumeraādis Cicero secutus sit locos integris ex oratore eius & de oratore libro tertio citatis ostendit.

CVM *sit proximo libro de tropis dictum, sequitur pertinens ad figuras, quæ schemata Græcè vocantur, locus, ipsa rei natura coniūctus superiori. Nam plerique has tropos esse existimauerunt, quia siue ex hoc duxerint nomē, quòd sint formati quodam modo: siue ex eo quòd vertant orationem vnde & motus dicuntur: fatendum erit esse vtrunque: eorū etiam in figuris. Vsus quoque est idem. nam & vim rebus adiiciūt, & gratiam præstant. Nec desunt qui tropis figuræ nomen imponant, quorum est C. Artorius Proculus. Quin*

adeò similitudo manifesta est, vt eam discernere non sit in promptu. Nam quo modo quædam in his speciebus plane distant, manente tamen generali illa societate, quod vtraque res arrecta & simplici ratione cum aliqua dicendi virtute deflectitur: ita quædam perquam tenui limite diuidantur: vt cum ironia tam inter figuras sententiæ, quam inter tropos reperiatur. περίφρασιν autem, & ὑπέρβατον, & ὀνοματοποιΐαν, & ἐπίθετον, clari quoque autores figuras verborum potius quam tropos dixerunt. Quo magis signanda est vtriusque rei differentia. Est igitur tropus sermo a naturali & principali significatione translatus ad aliam ornandæ orationis gratia: vel, (vt plerique Grammatici finiunt) dicto ab eo loco in quo propria est, translata in eum in quo propria non est. Figura (sicut nomine ipso patet) est cõformatio quædam orationis remota a cõmuni & primum se offerente ratione. Quare in tropis ponuntur verba alia pro aliis, vt in μεταφορᾶ, μετωνυμία, ἀντονομασία, μεταλήψει, συνεκδοχῆ, καταχρήσει, ἀλληγορία, plerũq; ὑπερβολῆ. namque & rebus fit, & verbis. ὀνοματοποιΐα fictio est nominis. ergo hoc quoque pro aliis ponitur, quibus vsuri fuimus, si illud nõ fingeremus. περίφρασις etiãsi frequenter & id ipsum in cuius locũ assumitur, nomen complecti solent, vtitur tamen pluribus pro vno. ἐπίθετον quoniam plerunque habet antonomasiæ partem coniunctione eius fit tropus. In hyperbato commutatio est ordinis: ideóque multi tropis hoc genus eximunt. Transfert tamen verbum aut partem eius a suo loco in alienum. Horum nihil in figuras cadit. Nam & propriis verbis, & ordine collocatis figura fieri potest. Quomodo autem ironia alia sit tropi, alia schematis, suo loco reddam. Nomine enim fateor esse communia hæc, & scio quæ-

multi

multiplicem habent, quamq; scrupulosam disputationem: sed ea nō pertinet ad præsens meū propositum. Nihil enim refert quo modo appelletur vtrumlibet eorum, siquid orationi prosit, appareat. Nec mutatur vocabulis vis rerum. Et sicut homines si aliud acceperunt quam quod habuerant nomen, iidem sunt tamē: ita hæc de quibus loquimur, siue tropi: siue figuræ dicentur, idem efficient. Nō enim nominibus prosunt, sed effectibus: vt statum coniecturalē, an inficialē, an facti, an substantiæ, an de substātia nominemus, nihil interest, dum idē quæri sciamus. Optimum ergo in his sequi maximè recepta, & rē ipsam quocunq; appellabitur modo, intelligi. Illud tamen notandum, coire frequenter in easdem sententias & tropon & figuram. Tam enim trās-latis verbis quam propriis figuratur oratio. Est autem nō mediocris inter autores dissensio, & quæ vis nominis eius, & quot genera, & quam multæ sint species. Quare primum intuēdum est, quid accipere debeamus figuram. Nam duobus modis dicitur: Vno qualiscunque forma sententiæ sicut in corporibus, quibus, quoquo modo sint composita, vtique habitus est aliquis: Altero, quo proprie schema dicitur, in sensu vel sermone aliqua a vulgari simplici specie cum ratione mutatio: sicut nos sedemus, incumbimus, respicimus. Itaque cum in eosdem casus, aut tempora, aut numeros, aut etiam pedes, continuò quis aut certè nimium frequenter incurrit, præcipere solemus variandas figuras esse uitandæ similitudinis gratia. In quo ita loquimur, tanquam omnis sermo habeat figuram. Itemque eadem figura dicimus cursitare, qua lectitare, id est eadem ratione declinari. Quare illo intellectu priore & cōmuni nihil non figuratum est. Quo si contenti sumus, non

immeritò Apollodorus si tradenti Cæcilio credimus, in
prehensibilia partis huius præcepta existimauit. Sed si
bitus quidam, & quasi gestus sic appellandi sunt, id dem
hoc loco accipi schema oportebit, quod sit a simplici
in promptu posito dicendi modo poëtice vel oratorie
tatum. Sic enim verum erit aliam esse orationem ἀσχη-
τιστερ. id est carentem figuris, quod vitium non inter
nima est: aliam ἐσχηματισμένην, id est figuratam. Ver
id ipsum angustè Zoilus terminauit, qui id solum put
rit schema, quo aliud simulatur dici, quam dicitur: quo
ne vulgò quoq; sic accipi scio: vnde & figuratæ cõtro
siæ quædam, de quibus paulò pòst dicam, vocantur. E
figura sit arte aliqua nouata forma dicendi. Genus
vnum quidam putauerunt, in hoc ipso diuersas opin
secuti. Nam hi quia verborum mutatio sensus quoque
teret, omnes figuras in verbis esse dixerunt: illi quia
ba rebus accommodarentur, omnes in sensibus. Quæ
vtraque manifesta cauillatio est. Nam vt eadem dicis
aliter atque aliter, manetq; sensus elocutione mutata
figura sententiæ, plures habere verborum figuras po
Illa est enim posita in cõcipienda cogitatione, hæc in
tianda: sed frequentissimè coëunt: vt in hoc, Nemo iam
Dolabella neque tui, neque tuorum liberûm. Nam ora
iudice auersa, in sententia: iam iam, & liberûm, in ver
sunt schemata. Inter plurimos enim, quod sciam, cõsen
est duas eius esse partes: διανοίας, id est mentis, vel sen
vel sententiarum, nam iis omnibus modis dictum est: &
ξεως, id est verborum, vel dictionis, vel elocutionis, vel
monis, vel orationis. nam & variatur, & nihil refert. C
nelius tamen Celsus adiicit verbis & sententiis figu
colorum: nimia profectò nouitatis cupiditate ductus. N

quis ignorasse eruditum alioqui virum credat colores & sententias sensus esse? Quare sicut omnem orationem, ita figuras quoq; versari necesse est in sensu, & in verbis. Vt verò natura prius est concipere animo res, quam enuntiare: ita de iis figuris ante loquendum est, quæ ad mentem pertinent: quarum quidem vtilitas cum magna, tum multiplex, in nullo non orationis opere vel clarissimè elucet. Nam etsi minimè videtur pertinere ad probationem, qua figura quicque dicatur: facit tamen credibilia quæ dicimus, & in animos iudicum qua non obseruatur irrepit. Nanque vt in armorum certamine aduersos ictus, & rectas ac simplices manus cùm videre, tum etiam cauere ac propulsare facile est: auersæ tectæq; minus sunt obseruabiles: & aliud ostendisse quam petas, artis est: sic oratio quæ astu caret, ponere, mole, & impulsu præliatur: simulanti, variantiq; conatus, in latera atque in terga incurrere datur, & arma aduocare, & velut nutu fallere. Iam verò affectus nihil magis ducit. Nam si frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent, quanto plus orationis ipsius vultus ad id quod intendimus efficere, compositus? Plurimum tamen ad commendationem facit, siue in conciliandis gentis moribus, siue ad promerendum actioni fauorem, siue ad leuandum varietate fastidium, siue ad quædam vel decentius indicanda vel tutius. Sed antequam quæ cuique rei figura conueniat, ostendam, dicendum est nequaquam eas esse tam multas, quam sunt a quibusdam constitutæ. Neque enim me mouent nomina illa, quæ fingere vtique Græcis promptissimum est. Ante omnia igitur illi qui totidem figuras putant, quot affectus, repudiandi: non quia affectus non sit quædam qualitas mentis: sed quia figura, quam non communiter, sed proprie nominamus, non sit sim-

plex rei cuiusque enuntiatio. Quapropter in dicendo ira-
sci, dolere, misereri, timere, confidere, contemnere, nō sun-
figuræ, non magis quam suadere, minari, rogare, excus-
re. Sed fallit parum diligenter intuentes, quòd inueniu-
in omnibus his locis figuras, & earum exempla ex or-
tionibus excerpunt. Neque enim pars ulla dicendi est, qu-
non recipere eas possit. Sed aliud est admittere figur-
esse. Neque enim uerebor explicandæ rei gratia freque-
tiorem eiusdem nominis repetitionem. Quare dabunt m-
hi aliquam in irascente, deprecante, miserante, figur-
scio: sed non ideo irasci, misereri, deprecari, figura erit.
cero quidem omnia orationis lumina in hunc locum co-
gerit, mediam quandam (ut arbitror) secutus uiam: ut
omnis sermo schema iudicaretur, nec ea sola quæ habe-
aliquam remotam ab usu communi fictionē: sed quæ es-
clarissima, & ad mouēdum auditorem ualerent plurimu-
quem duobus ab eo libris tractatum locum ad lite-
subieci, ne fraudarem legentes iudicio maximi auct-

Locus Cicc. de figuris elocutionis ex tertio de Oratore, & ex Orat. ad Brutum, ad literam.

In tertio de Oratore ita scriptum est: In perpetua ani-
oratione, cum & coniunctionis lenitatem, & numero-
quam dixi rationem tenuerimus, tum est quasi lumin-
distinguenda & frequentanda omnis oratio sententiar-
atque uerborum. Nam & commoratio una in re, perm-
tum mouet, & illustris explanatio, rerúmque, quasi g-
tur, sub aspectum pene subiectio, quæ & in exponend-
plurimum ualet, & ad illustrandum id quod exponitur
ad amplificandum: ut iis qui audiēt, illud quod augebi-
quantum efficere oratio poterit, tantum esse uideatur.
huic contraria sæpe præcisio est: & ad plus intelligend-
quam dixeris, significatio: & distincte concisa brev-
& extenuatio: & huic adiuncta illusio, à præceptis Cæ-

non abhorrens: & ab re digressio: in qua cùm fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus & cocinnus esse debebit: propositioque quid sis dicturus: & ab eo quod est dictum, seiunctio: & reditus ad propositum, & iteratio: & rationis apta conclusio: tum augendi minuendiue caussa ueritatis superlatio, atque traiectio: & rogatio, atque huic finitima quasi percontatio: expositioque sententiæ suæ: tum illa quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio, quæ est periucunda, cùm in oratione non contentione, sed sermone tractatur: deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio uel antè uel pòst quam dixeris, uel cum aliquid à teipso reiicias. præmunitio etiam est ad id quod aggrediare: & reiectio in alium: communicatio, quæ est quasi cum iis ipsis apud quos dicas, deliberatio: morum ac uitæ imitatio, uel in personis, uel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum ad animos conciliandos uel maximè, sæpe autem etiam ad commouendos: personarum ficta inductio, uel grauissimum lumen augendi: descriptio, erroris inductio, ad hilaritatem impulsio, ante occupatio: tum duo illa quæ maxime mouent, similitudo, & exemplum: digestio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio: Vox quædam libera, atque etiam effrenatior augendi caussa: iracundia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio: breuis a proposito, non ut superior illa, digressio: purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio. His fere luminibus illustrant orationem sententiæ. Orationis autem ipsius tanquam armorum est uel ad usum comminatio & quasi petitio, uel ad uenustatem ipsa tractatio. Nam & geminatio uerborum habet interdum uim, leporem aliàs: & paululum immutatum uerbum atque deflexum:

flexum: & eiusdem uerbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conuersio: & in eadem uerba impetus, & concursio, & adiunctio, & progressio: & eiusdem uerbi crebrius positi quædam distinctio, & reuocatio uerbo & illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter aut quæ paribus paria referuntur, aut quæ sunt inter se similia. Est etiam gradatio quædam, & conuersio, & uerborum concinna transgressio, & contrarium, & dissolutum, & declinatio, & reprehensio, & exclamatio, & imminutio, & quod in multis casibus ponitur, & quod de singulis rebus propositis ductum refertur ad singula, & ad propositum subiecta ratio, & item in distributis suppositi ratio, & permissio & rursus alia dubitatio, & improuisum quiddam, & dinumeratio, & alia correctio, & disputatio, & quod continuatum, & interruptum, & imago, & sibi ipsi responsio, & immutatio, & disiunctio, & ordo, & relatio, & digressio, & circunscriptio. Hæc enim sunt fere, atque horum similia, uel plura etiam esse possunt, quæ sententiis orationem, uerborumque conformationibus illuminent. Eadem sunt in oratore plurima, non omnia tamen, & paulò magis distincta: quia post orationis & sententiarum figuras, tertium quendam subiecit locum alias (ut ipse ait) quasi virtutes dicendi pertinentem: ex reliqua ex collocatione uerborum quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellantur insignia, non quòd sola ornent, sed quòd excellant. Eadem ratio est horum quæ sunt orationis lumina, & quodammodo insignia: cum aut duplicantur iterantúrque uerba, aut breuiter commutata ponuntur: aut ab eodem uerbo ducitur sæpius oratio: aut in idem conicitur, aut in utrumque

Verba Ciceronis in Bruto.

utrunque, aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extremum refertur: aut continenter unum uerbum non in eadem sententia ponitur: aut cùm similiter uel cadũt uerba, uel desinunt: aut multis modis contrariis relata cõtraria: aut cùm gradatim sursumuersus reditur: aut cum demptis coniunctionibus dissolutè plura dicuntur: aut cum aliquid prætercuntes, cur id faciamus ostendimus: aut cùm corrigimus nosmetipsos, quasi reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio uel admirationis uel conquestionis: aut cum eiusdem nominis casus sæpius commutantur. Sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia frequentissimè Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco eius eloquentiam maximè esse laudabilem. Enimuero nullus ferè ab eo locus sine quadam conformatione sententiæ dicitur: nec aliud quicquam est dicere, nisi omnes aut certè pleraque aliqua specie illuminare sentẽtias. Quas cùm tu optimè, Brute, teneas, quid attinet nominibus uti, aut exẽplis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicet ille quem expetimus, ut uerset sæpe multis modis eandem & unam rẽ, & hæreat in eadem commoretúrque sententia. Sepe etiam ut extenuet aliquid: sæpe ut irrideat: ut declinet a proposito, deflectátque sententiam: ut proponat quid dicturus sit: ut cum transegerit, iam aliquid definiat: ut se ipse reuocet: ut quod dixit, iteret: ut argumentum ratione concludat: ut interrogando urgeat: ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat: ut contra ac dicat, accipi & sentiri uelit: ut ádubitet quid potius, aut quo modo dicat: ut diuidat in partes: ut aliquid relinquat, ac negligat: ut antè præmuniat: ut in eo ipso in quo reprehendatur, culpam in aduersarium conferat: ut sæpe cum iis qui audiunt, nonnunquam etiam cum aduersario quasi deliberet: ut hominum mores

sermo

sermonésque describat: vt muta quædam loquentia induc-
cat: vt ab eo quod agitur, auertat animos: vt sæpe in hilari-
tatem risumue conuertat: vt antè occupet quod videat op-
poni: vt comparet similitudines: vt vtatur exemplis: vt
aliud alij tribuens dispertiat: vt interpellatorem coërceat:
vt aliquid reticere se dicat: vt denuntiet quid caueat: vt li-
berius quid audeat: vt irascatur etiam: vt obiurget aliquã-
do: vt deprecetur: vt supplicet: vt medeatur: vt à propositi
declinet aliquantulum: vt optet: vt execretur: vt fiat iu-
apud quos dicet, familiaris: atque alias etiam dicendi quas
virtutes sequatur: breuitatem, si res petet: sæpe etiam rem
dicendo subiiciet oculis, sæpe suprà feret quàm fieri pos-
sit: significatio sæpe erit maior quàm oratio: sæpe hila-
ritas, sæpe vitæ naturarúmque imitatio. Hoc in genere
(nam quasi syluam vides) omnis eluceat oportet eloquen-
tiæ magnitudo.

De figuris sententiarum.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Ciceronem de figuris mediam quandam viam secutum esse osten-
dit, vt non eas modò quæ ab vsu communi remotam dicendi for-
mam haberent, figuras vocaret, verùm etiam quæcunque essent ele-
gantissima, & ad mouendum auditorem potentissima. quæ vt ab illo ar-
tè facta sint, se tamen hoc capite de illis figuris quæ ab illo simpli-
indicandi modo recedunt, locuturum profitetur. Nam alia vt figuras
admittant, figuras tamen non esse. id interrogationis exemplo pro-
batur: qua cùm nihil sit communius, figuratam tamen esse, cùm insti-
gratia fit, vel inuidiæ, vel miserationis, vel auferendæ dissimulatio-
nis, aut acrius imperandi, vel vbi negari quid non potest, vel vbi di-
ficilis est ratio respondendi. Interrogationi proximam figuram in re-
spondendo enumerat, cùm aliud interroganti, ad aliud occurritur,
augendi criminis caussa, vel declinandi. Item interrogandi se ipsum
& sibi respondendi vicissitudinem: & subiectionis schema. Præter-
ptionem, cuius variæ sint species, præmunitio, confessio, præcidi-
mentum.

mendatio, præparatio, reprehensio. Dubitationem. Communicationem cum iudice aut aduersario, cuius species sit sustentatio dicta ab aliis paradoxon, quorum sententiæ non accedit. Permissionem. Simulationem, ex qua sit exclamatio assimulata, & arte composita, & licentia ex eodem ferè fonte manans. Prosopopœiam, cuius variæ species: sermocinatio, ficta imaginatio, parodè, formæ fictio, incertæ personæ ficta oratio, iactus sine persona sermo, obliqua allocutio, aut narratio. Apostrophem quæ fit vel cum aduersarios inuadimus, vel cum ad inuocationem vel ad inuidiosam implorationem conuertimur, vel cum à proposita quæstionem audientem abducimus. Subiectionem sub oculos, qua non solum quæ facta sunt, aut fiunt, sed etiam quæ futura sunt, aut fuerunt, imaginamur: cuius species metastasis, & locorum descriptio, quæ topographia vocatur. Ironiam, quæ quo pacto figura à tropo differat, breuiter explicat, nempè quo metaphora ab allegoria, cuius species apophasis, confessio nihil nocitura, concessio iniqui, caussæ inducta, consensio, ficta permissio, & iussio. Concessio eorum quæ videri nolumus, laus, amplificatio eorum quæ dilui facilè possunt. Aposiopesis, quæ fit, ira, solicitudinis, transitionis, digressionis caussa. Et per præcisionem. Ethopœiam vel mimesin, id est morum alienorum imitationem, in eludendo positam, quæ in factis & dictis versatur. Dissimulationem artificij, & negligentiæ confessionem, quibus dicti pœnitentia subiacet. Dilationem & repetitionem. Emphasin, cùm ex aliquo latens aliquid erùitur. Ex quo genus illud à quo figuratæ controuersiæ dicuntur, cuius triplex vsus, si dicere palàm parum tutum est, vel si non decet, vel si nouitate & varietate magis delectat, quàm si relatio recta sit. Quæ tria sigillatim tractat, in quibus quis figurarum modus, quæ declamatorum vitia, quomodo figuris respondendum sit, quámque variæ figuræ à diuersis positæ sint, & quæ à figuris excludendæ, fusissimè præscribit.

ERgo cui latius complecti conformationes verborum ac sententiarum placuerit, habet quod sequatur: nec affirmare ausim quicquam esse melius, sed hæc ad propositi mei rationem legat. Nam mihi de his sententiarum figuris dicere in animo est, quæ ab illo simplici modo indicandi recedũt: quod idem multis doctissimis viris video placuisse. Omnia tamen illa etiam quæ sunt alterius modi lumina, adeò sunt virtutes orationis, vt sine his nulla intelligi vere possit oratio. Nam quo modo iudex doceri potest, si desit illustris explanatio, propositio, promissio, finitio, seiunctio, expositio sententiæ suæ, rationis apta conclusio,

præmu

præmunitio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis coërtio, contentio, purgatio, lesio? Quid uerò agit omnino eloquentia detractis amplificandi minuendique rationibus? Quarum prior desidera illam pluſquam dixeris ſignificationem, id eſt ὑπερβολὴν & ſuperlationem ueritatis, & traiectionem: hæc alter extenuationem, deprecationémque. Qui affectus erun uel concitati detracta uoce libera, effrenatiore iracundia obiurgatione, optatione, execratione? uel illi mitiores, qu adiuuantur commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulſione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter ſalte docti hominis iudicium, niſi alia repetitione, alia commo ratione infigere: digredi à re, & redire ad propoſitum ſuum ſcierit: remouere à ſe, in alium traiicere: quæ relin quenda, quæ contemnenda ſint, iudicare? Motus eſt in h orationis atque actus: quibus detractis iacet, & uelut agi tante corpus ſpiritu caret. Quæ cum adeſſe debent, tum di ſponenda atque uarianda ſunt, ut auditorem, quod in fi bus fieri uidemus, omni ſono mulceant. Verùm ea plerum que recta ſunt, nec ſe fingunt, ſed confitentur. Admittun autem (ut dixi) figuras: quod uel ex proximo doceri potes Quid enim tam commune, quàm interrogare, uel percon tari? Nam utroque utimur indifferenter, cùm alterum ne ſcendi, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. At u res utrocunque modo dicatur, etiam multiplex habe ſchema. Incipiamus enim ab iis quibus acrior ac uehe mentior fit probatio, quod primo loco poſuimus. Simplex eſt ſic rogare,

Aeneid. 1. Sed uos qui tandem? quibus aut ueniſtis ab oris?

Figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumi tur, ſed inſtandi: Quid enim tuus ille Tubero, diſtrictus in acie Phar

acie Pharsalica gladius agebat? &, *Quousque tandem abutère Catilina patientia nostra?* &, *Patère tua consilia non sentis?* & *totus denique hic locus. Quanto enim magis ardet, quàm si diceretur, Diu abuteris patientia nostra:* &, *Patent tua consilia. Interrogamus etiam quod negari non possit: Dixitne tandem caussam C. Fidiculanius Falcula? Aut vbi respondendi difficilis est ratio, vt vulgò vti solemus, Quo modò? quî fieri potest? Aut inuidiæ gratia, vt Medea apud Senecam, - Quas peti terras iubes? Aut miserationis, vt Sinon apud Virgilium,*

Pro Liga. In Catil. Ibidem. Pro Cluent.

Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere? - *Aut instandi,* & *auferendæ dissimulationis: vt Asinius, Audisne? furiosum, inquam, non inofficiosum testamentum reprehendimus. Totum hoc plenum est varietatis: nam* & *indignationi conuenit,*

Aeneid. 2.

-Et quisquam numen Iunonis adoret? Et admirationi, Aeneid. 1.
-Quid non mortalia pectora cogis Aeneid. 3.
Auri sacra fames. - *Est interim acrius imperandi genus,*
Non arma expedient, totaq; ex vrbe sequentur?

Et ipsi nosmet rogamus: quale est illud Terentianum, Aeneid. 4.

Quid igitur faciam? - *Est aliqua etiam in respondendo figura, cùm aliud interroganti, ad aliud, quia sic vtilius sit, occurritur, tum augendi criminis gratia, vt testis in reum rogatus, an ab reo fustibus vapulasset, Et innocens, inquit. Tum declinandi, quod est frequentissimum: Quæro an occideris hominem, respondetur, Latronem. An fundum occupaueris, respondetur, meum. Vt confessionem præcedat defensio: vt apud Virgilium in Bucolicis dicenti*

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis? - *occurritur,*
An mihi cantando victus non redderet ille?

Cui est confinis dissimulatio, non alibi quàm in risu po-
ta, ideoq; tractata suo loco. Nam seriò si fiat, pro confi-
sione est, Cæterùm & interrogandi seipsum, & respo-
dendi sibi, solent esse non ingratæ vices: vt Cicero pro L
gario, Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum,
cùm hoc sciret, tamen me antequam vidit, reipublicæ
didit. Aliter pro Cælio ficta interrogatio est Dicet alic
Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescen
& totus locus. Deinde, Ego si quis iudices, hoc robore
mi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit, &c. Cu
uersum est, cùm alium rogaueris, non expectare resp
sum, & statim subiicere: Domus tibi deerat? at habe
Cic. in Orat. pecunia superabat? at egebas. Quod schema quidã per
Suggestionem iectionem vocant. Fit & comparatione: Vter igitur s
Pro Milo. lius suæ sententiæ rationem redderet? Et aliis modis
breuius, tum latius, tum de vna re, tum de pluribus. N
verò in causis valet præsumptio, quæ πρόληψις dic
cùm id quod obiici potest, occupamus. Id neque in alii
tibus parum est, & præcipuà proœmio conuenit. Sed
quam generis vnius, diuersas tamen species habet.
In Diuin. enim quædam præmunitio, qualis Ciceronis contra Q
cilium, quòd ad accusandum descendat, qui semper d
derit. Quædam confessio: vt pro Rabirio Posthumo,
sua quoque sententia reprehendendum fatetur, quòd p
niam regi crediderit. Quædam prædictio: vt, Dicam
non augendi criminis gratia. Quædam emendatio: vt,
go ignoscatis mihi, si longius sum euectus. Frequenti
præparatio, cùm pluribus verbis, vel quare facturi qu
mus, vel quare fecerimus, dici solet. Verborum quoq
ac proprietas confirmatur vel præsumptione: Quamq
illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Aut repræ
sion

stione: Ciues, ciues inquam, si hoc eos appellari nomine f
est. Affert aliquam fidem veritatis & dubitatio, cùm si-
mulamus quærere nos vnde incipiendum, vbi desinendum:
quid potissimùm dicendum, an omnino dicendum sit: cuius-
modi exemplis plena sunt omnia: sed vnum interim suffi-
cit, Equidem quod ad me attinet, quò me vertam nescio.
Negem fuisse infamiam iudicij corrupti? &c. Hoc etiam in Pro Cluent.
præteritum valet: nam & dubitasse nos fingimus. A quo
schemate non procul abest illa quæ dicitur communicatio,
cùm aut ipsos aduersarios consulimus, vt Domitius Afer pro
pro Cloantilla, At illa nescit trepida quid liceat fœminæ,
quid coniugem deceat: fortè vos in illa solicitudine obuios
casus miseræ mulieri obtulit: tu frater, vos paterni amici:
quod consilium datis? Aut cum iudicibus qui deliberamus,
quod est frequentissimum: Quid suadetis? &, Vos in-
terrogo, quid tandem fieri oportuit? vt Cato: Cedo, si vos
in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? Et alibi, Communem
rem agi putatote, ac vos huic rei propositos esse. Sed non-
nunquam cõmunicantes aliquid inexpectatum subiungi-
mus, quod & per se schema est: vt in Verrem Cicero, Act. 7.
Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut prædam
aliquam? Deinde cùm diu suspendisset iudicum animos,
subiecit quod multò esset improbius. Hoc Celsus substenta-
tionem vocat. Est autem duplex: nam contra frequenter
cùm expectationem grauissimorum fecimus, ad aliquid
quod sit leue, aut nullo modo criminosum, descendimus.
Sed quia non tantùm per communicationem fieri solet
παράδοξον alij nominauerunt, id est inopinatum: illis non
accedo, qui schema esse existimant etiam si quid nobis ipsis
dicamus inexpectatum accedisse: vt Pollio, Nunquã fore cre

didi, iudices, vt reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia valeret precarer. Pene idem fons est illus quam permissionem vocant, qui communicationis: cùm aliqua ipsis iudicibus relinquimus æstimenda, aliqua nonnunquam aduersariis quoque: vt Caluus Vatinio: Perfrica frontem, & dic te digniorem qui prætor fieres, quàm Catonem. Quæ verò sunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, constant maximè simulatione. Namque & irasci nos, & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, & optare, quæq; sunt similia his, fingimus. Inde sunt illa, Liberatus sum. Respiraui. &, Bene habet. &, Quæ amentia est hæc? &, O tempora, ô mores. O miserum me. consumptis enim lacrymis infixus tamen pectori hæret dolor. &,

Philip. 2. Pro Milo.

- Magnæ nunc hiscie terræ. Quod exclamationem quidam vocant, ponuntq; inter figuras orationis. Hæc quoties vera sunt, non sunt in ea forma de qua nunc loquimur. Assimulata, & arte composita, proculdubio schemata sunt existimãda. Quod idem dictum sit de oratione libera, quam Cornificius licentiam vocat, Græci. παῤῥησίαν. Quid enim minus figuratum, quàm vera libertas? Sed frequenter sub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cum dicit pro Ligario, Suscepto bello, Cæsar, gesto iam etiam ex parte magna, nulla vi coactus, consilio ac voluntate mea ad ea arma profectus sum, quæ erant contra te sumpta: non solùm ad vtilitatem Ligarij respicit, sed magis laudat victoris clementiam non potest. In illa verò sententia, Quid autem aliud egimus Tubero, nisi vt quod hic potestnos possemus? admirabiliter vtriusque partis facit bonam causam: sed hoc eum demeretur, cuius mala fuerat. Illa adhuc audaciora, & maiorum (vt Cicero existimat) laterum, fictiones personarum, quæ προσωποποιίαι dicuntur

Lib. 4. ad Herennium.

Mirè

Mirè namque cùm variant orationem, tum excitant. His & aduersariorum, cogitationes velut secum loquentium protrahimus: quæ tamen ita demum a fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum: & nostros cum aliis sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus: & suadendo, obiurgãdo, querẽdo, laudendo, miserando, personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, cõcessum est. Vrbes etiam populiq; vocem accipiunt. Ac sunt quidam qui has demum προσωποποιΐας dicãt, in quibus & corpora & verba fingimus. Sermones hominum aßimulatos dicere διαλόγους malunt, quam, quod Latinorũ quidam dixerunt, sermocinationem. Ego iam recepto more vtrunque eodem modo, apellaui. Nam certè sermo fingi nõ potest, vt non personæ sermo fingatur. Sed in his quæ natura non permittit, hoc modo mollior fit figura: Et enim si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est charior, si cuncta Italia, si omnis respublica sic loquatur, M. Tulli quid agis? Illud audacius genus, Quæ tecum Catelina sic agit, & quodammodo tacita loquitur, Nullum iam aliquot annis facinus extitit, nisi per te. Commode etiam aut nobis aliquas ante oculos esse rerum personarúmue imagines fingimus, aut eadem aduersariis aut audacibus non accidere miramur: qualia sunt, Videtur mihi. &, Nonne videtur tibi? Sed magna quædam vis eloquentiæ desideratur. Falsa enim & incredibilia natura necesse est aut magis moueant, quia supra vera sunt: aut pro vanis accipiantur, quia vera non sunt. Vt dicta autem quædam, ita scripta quoque fingi solent: quod facit Asinius pro Liburnia, Mater mea, quæ mihi tum charissima, tum dulcissima fuit, quæq; mihi uixit, bisq; eadem die mihi vitam dedit, & reli-

In Catilin. in-uect. 1.

Ibidem.

qua: deinde, exhæres. esto. Hæc cum per se figura est, tum duplicatur, quoties, sicut in hac caussa, ad imitationem alterius scripturæ componitur. Nam contrà recitabatur testamentum, P. Nouantius Gallio, cui ego omnia meritissimo volo & debeo pro eius animi in me summa voluntate & adiectis deinceps aliis, hæres esto. Incipit esse quodammodo παῤῥησία, quod nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinem modulatis, abusiuè etiam in versificatione ac sermonem imitatione seruatur. Sed formas quoque fingemus sæpe: vt famam Virgilius: vt voluptatem ac virtutem (quemadmodum à Xenophonte traditur) Prodicus vt meretem ac vitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius. Est & incertæ personæ ficta oratio. Hic aliquis. &, Dicit aliquis. Est & tactus sine persona sermo, Hic Dolopum manus, hîc sæuus tendebat Achilles. Quod fit mistura figurarum, cum προσωποποιΐα accedit illa quæ est orationis per detractionem: detractum est enim quis diceret. Vertitur interim προσωποποιΐα in speciem narrandi. Vnde & apud historicos reperiuntur obliquæ allocutiones: vt in T. Liuij primo statim libro, Vrbes quoque, vt cætera, ex infimo nasci: deinde quas sua virtus ac dij iuuent, magnas opes sibi, magnumq; nomen facere. Aduersus quoque iudice sermo, qui dicitur ἀποστροφή, mire mouet, Pro Ligario. aduersarios inuadimus, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pro Milo Pharsalica gladius agebat? Siue ad inuocationem aliquem conuertimur, Vos enim iam ego Albani tumuli atque Pro Sestio, & Act. in Verrē 7. Siue ad inuidiosam imploratione, O leges Poreiæ, legesque Semproniæ. Sed illa quoque vocatur auersio, qua à proposita quæstione abducit audientem:

Aeneid. 2.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iurauí. - Quod fit & multis & variis figuris

cùm aut aliud expectasse nos, aut maius aliquid timuisse simulamus, aut plus videri posse ignorantibus: quale est proœmium pro Cælio. Illa vero (vt ait Cicero) sub oculos subiectio, tum fieri solet, cùm res non gesta indicatur, sed vt sit gesta ostenditur: nec vniuersa, sed per partes: quem locum proximo libro subiecimus euidentiæ: & Celsus hoc nomen isti figuræ dedit. ab aliis ὑποτύπωσις dicitur proposita quædam forma rerum ita expressa verbis, vt cerni potius videatur, quam audiri: Ipse inflammatus scelere ac furore, in forum venit. arbebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. In Verr. 7.

Nec solùm quæ facta sint aut fiant, sed etiam duæ futura sint, aut futura fuerint, imaginamur. Mirè tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerat Claudius si præturam inuasisset. Sed hæc quidem translatio temporum, quæ proprie μετάϛασις dicitur, in Ἀναγωγῇ verecundior apud priores fuit. Proponebant enim talia, Crédite vos intueri, vt Cicero, Hæc quæ non vidisti oculis, animis cernere potestis. Pro Cluent.

Noui uerò, & præcipuè declamatores, audacius, nec mehercule sine motu quodam imaginantur: vt Seneca in controuersia cuius summa est quòd pater filium & nouercam, inducente altero filio, in adulterio deprehensos occidit. Hæc decla. nõ extant.

Duc, sequor: accipe hanc senilem manum, & quocunq; vis imprime. Et paulò post, Aspice, inquit, quod diu non credidisti. Ego verò non video, nox oboritur, & crassa caligo. Habet hæc figura manifestius aliquid. Non enim narrari res, sed agi videtur. Locorum quoque dilucida & significans descripto, eidem virtuti assignatur a quibusdam: alij τοπογραφίαν dicunt. Εἰρωνείαν inueni qui dissimulationem vocarent: quo nomine quia parum totius huius figuræ videntur vires ostendi, nimirum sicut in plerisque,

græca erimus appellatione contenti. Igitur εἰρωνέια quæ est schema, ab illa quæ est tropus, genere ipso nihil admodum distat: (in vtroq; enim contrarium ei quod dicitur, intelligendum est) species verò prudentius intuenti, diuersas esse facile est deprehendere. Primùm, quòd tropus apertior est: & quanquam aliud dicit ac sentit, non tamen aliud simulat. Nam & omnia circa ferè recta sunt: vt illud in Catilinam, A quo repudiatus, ad sodalem tuum virũ optimum
Inuect. 1. M. Marcellum demigrasti. In duobus demum verbis est ironia, ergo etiam breuior est tropus. At in figura, totius voluntatis fictio est, apparens magis quam confessa: vt illic verba sint verbis diuersa, hìc sermonis sensus, voci: & totam interim causæ conformatio, tum etiam vita vniuersa, ironiam habere videtur, qualis est visa Socratis. Nam ideo di-
Cicero 1. de Oratore & 4. Acad. ctus εἴρων, id est agens imperitum, & admirator aliorum tanquam sapientium: vt quemadmodum ἀλληγορία facit continua μεταφορὰ, sic hoc schema faciat troporum illa contextus. Quædam verò genera huius figuræ nullam cum tropis habent societatem: vt illa statim prima quæ dicitur à negando, quam nonnulli vocant ἀπόφασιν, Non agam tecum iure summo, non dicam, quod forsitan obtinerem. & Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hæreditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? &, Mitto illam primam libidinis iniuriam. &, Ne illa quidem testimonia recito, quæ dicta sunt de sestertiis septingentis millibus. & Possum dicere. Quibus generibus per totas interim quæ-
Act. 5. stiones decurrimus: vt Cicero, Hoc ego si sic agerem tanquam mihi crimen esse diluendum, hæc pluribus dicerem. Εἰρωνέια est & cum similes imperantibus vel permittentibus sumus,

I, sequere Italiam ventis. - Et cum ea quæ nolumus

videri

videri aduersariis esse, concedimus eis. Id acrius fit cum eadem in nobis sunt, & in aduersario non sunt: -Méque timoris Aeneid.4. Aeneid.11.

Argue tu Drance, quandò tot cædis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit.-

Quod idem contra valet, cùm aut ea quæ à nobis absunt, aut etiam quæ in aduersarios recidunt, quasi fateamur.

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Aeneid.11.

Nec in personis tantùm, sed & in rebus versatur hæc contraria dicendi quam quæ intelligi velis ratio, vt totum pro Quin. Ligario proœmium, & ille eleuationes, Videlicet, O dij boni.

Scilicet is superis labor est.- Et ille pro Oppio locus, O amorem mirum. O beneuolentiam singularem. Non procul autem absunt ab hac simulatione tres inter se similes, Confessio nihil nocitura: qualis est, Habes igitur Tubero quod est accusatori maximè optandum, confitentem reum. Et concessio, cùm aliquid etiam iniquum videmur causse fiducia pati: Metum virgarum nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio redemit: humanum est. Et pro Cluentio de inuidia, Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Tertio consensio: vt pro eodem, iudicium esse corruptum. Hæc euidentior figura est, cum alicui rei assentimur quæ est futura pro nobis: verùm id accidere sine aduersarij vitio nõ potest. Quædam etiam velut laudamus, vt Cicero in Verrem circa crimen Apolloni Drepanitani, Aeneid.4. Pro Ligar. Act.6.

Gaudeo etiam si quid ab eo abstuliste: & abs te nihil rectius factum esse dico. Interim augemus crimina quæ ex facti aut diluere possumus, aut negare, quod est frequentius, quam vt exemplũ desideret. Interim hoc ipso fidem detrahimus illis, quod sint tã grauia: vt pro Roscio Cicero, cum

immanitatem parricidij, quanquam per se manifestam, tamen etiam vi orationis exaggerat. A προσιώπησις, *quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellat, & ipsa ostendit affectus vel iræ,*

Aeneid. 1. *Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.*

Pro Milo. *Vel solicitudinis, & quasi religionis: An huius ille legem quam Clodius à se inuentam gloriatur, mentionem facere ausus esset viuo Milone, ne dicam cõsule? de nostrum enim omnium: non audeo totum dicere. Cui simile est in promio pro Ctesiphonte Demosthenis. Vel aliò transfert gratia: Communis autem, Tametsi, ignoscite mihi iudices. In quo est & illa (si tamen inter schemata numerari debet, cùm aliis etiam pars caussæ videatur) digressio: Abit ea caussa in laudes Cn. Pompeij. Id quod fieri etiam sine ea* σιωπήσει *potuit. Nam breuior illa, vt ait Cicero, ad digressio, plurimis fit modis. Sed hæc exempli gratia sufficient, Tum Caius Varenus, is qui à familia Anchari occisus est: hoc, quæso, iudices, diligenter attendite. Et Milone, Et aspexit me illis quidem oculis quibus tum fuerat, cùm omnibus omnia minabatur. Est alia non quæ reticentia, quæ sit imperfecti sermonis, sed tamen prædicta velut ante legitimum finem oratio: vt illud, Nimis vrget*

Pro Liga. *commoueri videtur adolescens. &, Quid plura? ipsum adolescentem dicere audistis. Imitatio morum alienorum, quæ* ἦθοποιΐα, *vel vt alij malunt,* μίμησις *dicitur, iam interiores affectus numerari potest. Est enim posita sæpe eludendo: sed versatur & in factis, & in dictis. In factis quod est* ὑποτυπώσεα *vicinum. In dictis, quale est apud Terentium,*

In Eunuc. Act. 1. Sc. 2. *At ego nesciebam quorsum tu ires. Paruula*
Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua,

Soror dicta est: cupio abducere vt reddam suis.
Sed nostrorum quoque dictorum factorúmque similis imitatio est per relationem, nisi quòd frequentius asseuerat quam eludit: Dicebam habere eos actorem Quin. Cæciliũ.
Sunt & illa iucunda, & ad commendationem cum uarietate, tum etiam ipsa natura plurimum prosunt, quæ simplicem quandam, & non præparatam ostendendo orationem, minus nos suspectos iudici faciũt. Hinc est quasi pœnitentia ducti: ut pro Cælio, Sed quid ego ita grauem personam introduxi? Et quibus utimur uulgò, Imprudens incidi. Vel cum quærere nos quid dicamus fingimus, Quid reliquum est? &, Num quid omisi? Et cùm ibidem in Verrem ait Cicero, Vnum etiam mihi reliquum huiusmodi crimen est. &, Aliud ex alio succurrit mihi. Vnde etiam uenusti transitus fiunt: non quia transitus ipse sit schema: vt Cicero narrato Pisonis exemplo, qui annulum sibi cudi ab aurifice in tribunali suo iusserat, uelut hoc in memoriam adductus, adiecit: Hic modo me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat. quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis annulos aureos abstulisse? Et cum aliqua uelut ignoramus, Sed earum rerum artificem, quem? quémnam? rectè admones, Polycletum esse dicebant. Quod quidem non in hoc tantum iuuat. Quibusdam enim dum aliud agere uidemur, aliud efficimus: sicut hic Cicero consequitur, ne cùm morbum in signis atque tabulis obiiciat Verri ipse quoque earum rerum studiosius esse credatur. Et Demosthenes iurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, ut minore inuidia cladis apud Cheroneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoque iucũdam orationem, aliqua mentione habita differre, & deponere apud memoriam iudicis, & reposcere quæ deposueris, & separare

Act. 2.

Act. 6.
Pro Ctesiphõte

separare quædam schemata aliquo (non enim est ipsa per se iteratio schema) & excipere aliqua, & dare actioni varios velut vultus. Gaudet enim res varietate: & sicut oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis præstant in quod se velut nouum intendant. Est emphasis etiam inter figuras, cùm ex aliquo dicto latet aliquid eruitur: vt apud Virgilium,

Aeneid. 4. *Non licuit thalami expertem sine crimine vitam*
Degere more feræ? - *Quanquam enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit eius affectus, vt sine thalamis vitam non hominum putet, sed ferarum. Aliter apud Ouidium genus, apud quem & Myrrha nutricem patris sic confitetur,*

Metam. 10. *-O, dixit, fœlicem coniuge matrem.*

Huic vel confinis, vel eadem est, qua nunc vtimur plurimum. Iam enim ad id genus, quod & frequentissimum & expectari maximè credo, veniendum est: in quo per quandam suspitionem, quod non dicimus, accipi volumus, non vtique contrarium, vt in ἐιρωνέια sed aliud latens, quod auditori quasi inueniendum: quod, vt supra ostendi, iam non rè solum schema a nostris, vocatur, & vnde controuersiæ figuratæ, dicuntur. Eius triplex vsus est: Vnus, si dicere palam parum tutum est. Alter, si non decet. Tertius, si venustatis modò gratia adhibetur, & ipsa nouitate actionis rietate magis quam si relatio sit recta, delectat. Ex quod est primum, frequens in scholis est. Nam & actiones deponentium imperium tyrannorum, & post ciuile bellum senatusconsulta finguntur, & capitale est obiicere anteacta: vt quod in foro non expedit, illic nec liceat. Sed schematum conditio non eadem est. Quamlibet enim apertum, quod modò & aliter intelligi possit, in illos tyrannos

Ex Diony.

bene dixeris, quia periculum tantùm, non etiam offensa vitatur. Quod si ambiguitate sententiæ posit eludi, nemo non illi furto fauet. Vera negotia nunquam adhuc habuerunt hanc silentij necessitatem, sed aliam huic simílem, verùm multo ad agendum difficiliorem, cùm personæ potentes obstant, sine quarum reprehensione teneri caussa non possit. Ideóque hoc parcius & circunspectius faciendum: quia nihil interest quomodo offendas: & aperta figura perdit hoc ipsum, quod figura est. Ideóque à quibusdam totà res repudiatur, siue intelligatur, siue nõ. Sed licet modum adhibere: In primis, ne sint manifestæ. Non erunt autem, si non ex verbis dubiis & quasi duplicibus petentur: qualis est in suspecta nuru, Duxi vxorem, quæ patri placuit. Aut, quod est multo ineptius, compositionibus ambiguis: vt illa controuersia, in qua infamis amore virginis filiæ pater raptam eam interrogat à quo vitiata sit, Quis te, inquit, rapuit? Tu pater nescis? Res ipsæ perducant iudicem ad suspitionem, & amoliamur cætera, vt hoc solùm supersit, in quo multum etiam affectus iuuant, & interrupta silentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet, vt iudex quærat illud nescio quid, quod ipse fortasse non crederet si audiret: & ei quod à se inuentum existimat, credat. Sed ne si optimæ quidem sint, esse debent frequentes. Nam densitate ipsa figuræ aperiuntur, nec offensæ minus habent, sed autoritatis. Nec pudor videtur quòd non palàm obiicias, sed diffidentia. In summa, sic maximè iudex credit figuris, si nos putat nolle dicere. Equidem quandoque & in personas incidi tales, & in rem quoque (quod est magis rarum) quæ obtineri nisi hac arte non posset. Ream tuebar, quæ subiecisse dicebatur marito testamentum, & dicebatur chirographum marito expirante hæredibus dedisse:

& uerum

& uerum erat. Nam quia per leges institui uxor non po-
terat hæres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tac-
tum fideicommissum peruenirent. Et caput quidem ueri si-
cile erat, si hoc diceremus palàm: sed peribat hæreditas. Ita
ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent fa-
ctum, delatores non possent apprehendere ut dictum: &
contigit utrunque. Quod non inseruissem, uerius opinio
iactantiæ, nisi probare uoluissem, in foro quoque esse lo-
figuris locum. Quædam etiam quæ probare non possis fi-
gura potius spargenda sunt. Hæret enim nonnunquà te
istud occultum, & hoc ipso quòd non apparet, eximi no
potest. At si idem dicas palàm, & defenditur, & probat
est. Cùm autem obstat nobis personæ reuerentia (quod se
cundum posuimus genus) tanto cautiùs dicendum est, qui
to ualidiùs bonos inhibet pudor, quàm metus. Hìc uero te
gere nos iudex quod sciamus, & uerba ui quadam uerita
tis erumpentia credat coërcere. Nam quanto minus ea
ipsi in quos dicimus, aut iudices, aut assistentes oderint, li
maledicendi lasciuiam. si nolle nos credãt (Aut quid inte
est quo modo dicatur, cum & res & animus intelligat
Quid denique dicendo proficimus, nisi ut palàm sit nos
cere, quod ipsi sciamus non esse faciẽdum? Atqui præce
prima quibus præcipere cœperam, tempora hoc uitio la
rarunt. Dicebant enim libenter tales controuersias, q
difficultatis gratia placent, cum sint multò faciliores. Sed
rectum genus approbari nisi maximis uiribus non pos
hæc diuerticula & anfractus suffugia sunt infirmitatis
qui cursu parum ualent, flexu eludunt: cũ hæc quæ affec
tur ratio sententiarum, non procul à ratione iocandi a
horreat. Adiuuat etiam quòd auditor gaudet intelligere, q
fauet ingenio suo, & alio dicente se laudat. Itaque non
lau

lùm si persona obstaret rectè orationi (quo in genere sæpius modo quàm figuris opus est) decurrebant ad schemata, sed faciebant illis locum etiam ubi personæ inutiles ac nefariæ essent: ut si pater qui infamem in matrem filium secretò occidisset, reus malæ tractationis, iacularetur in uxorem obliquis sententiis. Nam quid impurius quàm retinuisse talem? Quid porrò tam contrarium, quàm eum qui accusetur quia summum nefas suspicatus de uxore uideatur, confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est? At si iudicum sumerent animum, scirēt quàm eiusmodi actionem laturi non fuissent: multóque etiam minus, cùm in parentes abominanda crimina spargerentur. Et quatinus huc incidimus, paulo plus scholis demus. Nam & in his educatur orator: & in eo, quo modo declametur, positum est etiam quo modo agatur. Dicendum ergo de iis quoque in quibus non aspersas figuras, sed palàm contrarias caussæ plerique fecerunt. Tyrannidis affectatæ damnatus torqueatur, ut conscios indicet: accusator eius optet quod uolet. Patrem qui accusauit, optat ne is torqueatur. pater ei contradicit. Nemo se tenuit agens pro patre, quin figuras in filium faceret, tanquam illum conscium pater in tormentis esset nominaturus. Quo quid stultius? Nam cùm hoc iudices intellexerint, aut non torquebitur cùm ideo torqueri uelit: aut torto non credetur. At credibile est hoc eum uelle fortasse. Dissimulet ergo, ut efficiat. Sed nobis (declamatoribus dico) quid proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus? Ergo si uerè ageretur, similiter consilium illud latens prodidissemus? Quid si neque utique uerum est, & habere alias hic damnatus contradicendi caussas potest, uel quòd legem conseruandam putet, uel quòd nolit accusatori debere beneficium, uel (quod ego

maximè

maximè sequerer) vt se innocentem in tormentis esse prætendat? Quare ne illud quidem semper succurret sic dicentibus, Patrocinium hoc voluit, qui controuersiam finxit. Fortasse enim noluit: sed esto, voluerit: continuóne si ille stultè cogitauit, nobis quoque stultè dicendum est? At ego in causis agendis frequenter non puto intuendum quid litigator velit. Est & ille in hoc genere frequens error, vt putent aliud quosdam dicere, aliud velle: præcipuè cum in themate est aliquem vt sibi mori liceat postulare: vt in illa controuersia, Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat vt militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit. Filius qui fortitor eodem prælio fecerat, incolumitatē eius optat: contradicit pater. Non enim, inquiunt, mori vult, sed inuidiam filio facere. Equidem rideo, quòd illi sic timent tanquam ipsi morituri, & in consilium suos metus ferunt, obliti tot exemplorum circa voluntariam mortem, caussarum quoque quas habet factus ex viro forti desertor. Sed de vna controuersia loqui superuacuum est. Ego in vniuersum neque oratoris puto esse vnquam præuaricari, neque litem intelligo, in qua pars vtraque idem velit: neque tam stultum quenquam, qui sit viuere velit, mortem potius malè petat, quàm omnino non petat. Non tamen nego esse controuersias huiusmodi figuratas: vt est illa, Reus parricidij, quòd fratrem occidisset, damnatum iri videbatur. Peter pro testimonio dixit eum se iubente fecisse: absolutum abdicat. Nam neque in totum filio parcit, nec quod prior iudicio affirmauit, mutare palam potest: & vt non dura *alioqui vltra pœnam abdicationis, ita abdicat tamen: & *obliqua gura in patre plus facit quam licet, in filio minus. Vt enim nemo contra id quod vult dicit, ita potest melius aliquid

quid velle quàm dicit: quomodo ille abdicatus, qui à patre vt filium expositum & ab eo educatum solutis alimentis recipiat postulat, reuocari fortasse mauult, non tamen quod petit, non vult. Est latens & illa significatio, qua cùm ius asperius petitur à iudice, fit ei tamen spes aliqua clementiæ non palàm, ne paciscamur, sed per quandam credibilem suspitionem, vt in multis controuersiis, sed in hac quoque: Raptor nisi intra trigesimum diem & raptæ patrem & suum exorauerit, pereat. Qui exorato raptæ patrem suum non exorat, agit cum eo dementiæ. Nam si permittat hic pater, lis tollitur: si nullam spem faciat, vt non demens, crudelis certè videatur, & à se iudicem auertat. Latro igitur optimè, Occidit ergo, si potero. Remissius, & pro suo ingenio pater Gallio, Dura animo hodie, dura: heri fortior fuisti. Confinia sunt his celebrata apud Græcos schemata, per quæ res asperas mollius significant. Nam Themistocles suasisse existimatur Athenien sibus, vt vrbem apud deos deponerent: quia durum erat dicere, vt relinquerent. & qui victorias aureas in vsum belli conflari volebat, ita declinauit, victoriis vtendum esse. Totum autem allegoriæ simile est, aliud dicere, aliud intelligi velle. Quæstum etiam est quomodo responderi contra figuras oporteret. Et quidam semper ex diuerso aperiendas putauerunt. sicut latentia vitia rescinduntur. Idq; sanè frequentissimè faciendum est aliter enim dilui obiecta non possunt, vtique cùm quæstio in eo consistit, quod figuræ petunt. At cùm maledicta sunt tantùm, non intelligere interim bonæ conscientiæ est. Atque etiam cùm fuerint crebriores figuræ, quam vt diss imulari possint, postulandum est, vt illud nescio quid quod aduersarij obliquis sententiis significare voluerint, si fiducia sit, obiiciant palàm: aut certè non exigant,

vt quod ipsi non audent dicere, id iudices non modò inte-
ligant, sed etiam credãt. Vtilis etiam aliquando dissimula-
est, vt in eo (nota enim fabula est) qui cum esset contra en
dictum, Iura per patroni tui cineres, paratum se esse re
spondit: & iudex conditione vsus est, clamante multum a
uocato, schemata de rerum natura tolli, vt protinus eti
perceptũ sit, eiusmodi figuris vtendum temerè non e
Tertium est genus, in quo sola melius dicendi petitur occ
Pro domo sua. sio: ideóq; id Cicero non putat esse positum in contentio
Tale est illud, quo idem vtitur in Clodium, Quibus iste,
omnia sacrificia nosset, facilè ab se deos placari posse ar
trabatur. Ironia quoque in hoc genere materiæ freque
tissima est. Sed eruditissimum longè, si per aliam rem
inducatur: vt cùm aduersus tyrannum qui sub pacto a
litionis dominationem deposuerat, ait competitor, Mih
te dicere non licet, tu in me dic, & potes: Nuper te vo
occidere. Frequens illud est, nec magnopere captand
quod petitur à iureiurando: vt pro exhæredato, Ita m
contingat hærede filio mori. Nam & in totum iurare, t
vbi necesse est, graui viro parum conuenit: & est à Scæ
dictum eleganter, non patronorum hoc esse, sed testiu
Nec meretur fidem, qui sententiolæ gratia iurat: nisi si p
test tam bene quàm Demosthenes, ut suprà dixi. Leni
Pro Cælio. mum autem longè genus ex uerbo, etiam si est apud
ceronem in Clodiam, Præsertim quam omnes amici
omnium potius quàm cuiusquam inimicam putauer
Comparationem equidem uideo figuram non esse, cùm
interim probationis, interim etiam causæ genus: & sit
lis eius forma, qualis est pro Muræna, Vigilas tu de
cte, vt tuis consultoribus respondeas: ille, vt quò conte
dit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illo
buc

buccinarum cantus excitat, & cætera. Nescio an orationis potius quam sententiæ sit. Id enim solum mutatur, quòd non vniuersa vniuersis, sed singula singulis opponuntur. Et Celsus tamen, & non negligens autor Visellius in hac eam parte posuerunt: Rutilius quidem Lupus in vtroque genere, idq; ἀντίθετον vocat. Præter illa verò quæ Cicero inter lumina posuit sententiarum, multa alia & idem Rutilius Gorgiam secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, cuius quatuor libros in vnum suum transtulit, & Celsus videlicet Rutilio accedens, posuerunt schemata. Consummationem, quam Græcus διαλλαγὴν vocat, cùm plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. Consequens, ille ἐπακολούθησιν, de quo nos in argumentis diximus. Collectionem, qui apud illum est συλλογισμός. Minas, id est κατάπληξιν. Exhortationem, παραινετικόν. Quorum nihil non rectum est, nisi cùm aliquam ex his de quibus locuti sumus, figuram accipit. Præter hæc Celsus, excludere, assseuerare, detrectare, excitare iudicem, prouerbiis vti, & versibus, & ioco, & inuidia, & inuocatione, intendere crimen, quod est ἀένωσις, adulari, ignoscere, fastidire, admonere satis facere, precari, corripere, figuras putat. Partitionem quoque, & propositionem, & diuisionem, & rerum duarum cognationem, quod est vt idem valeant quæ videntur esse diuersa, vt non is demum sit veneficus, qui vitam abstulit data potione, sed etiam qui mentem: quæ est in parte finitionis. Rutilius siue Gorgias, ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφορὰν, ἀντίῤῥησιν, παράυξησιν, προέκθεσιν, quod est dicere quid fieri oportuerit, deinde quid factũ sit: ἐναντιότητα vnde sint enthymemata κατ' ἀπίαοιν: μετάληψιν etiam, Lib. 5. cap. 8. & 10.

quo statu Hermagoras vtitur. Visellius quanquam paucissimas faciat figuras, facit ἐνθύμημα tamen, quod commentum vocat: & rationem appellans ἐπιχείρημα, inter has habet. quod quidem recipit quodammodo & Celsus. nam consequens an epicherema sit, dubitat. Visellius additcit & sententiam. Inuenio qui aggregent his διασυβάσεις, ἀπαρεμβύσεις παραδιηγήσεις. Sed vt hæc non sunt schemata, sic alia vel sint forsitan, ac nos fugerint: vel etiam noua fieri adhuc possint, eiusdem tamen naturæ cuius sunt ea de quibus dictum est.

De figuris uerborum.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Sententiarum figuras, verborum sequuntur. quorum duo facit genera: vnum, quod ad loquendi rationem pertinet, grammaticum appellant: fieri quibus vitia ostenditur: atque ne vitiosum sit, excusari auctoritate vetustate, consuetudine, & ratione. Quod genus ab vtilitate commendat, quia sermonis eodem modo formati tædium leuet. Deinde quot quibusque modis figuræ in hoc genere fiant, recenset. In nominibus & verbis circa genus: vt timidi damæ, penitus es inimicos. In numero, Romani gens pugnacissima. Per partium mutationem, & temporum, vt scire tuum, & vicimus pro vincemus. Per parenthesin, hyperbaton, adiectionem & detractionem, denique per omnia genera per quæ fit solœcismus. Absoluto priore genere, ad secundum quod Rhetoricum dicitur, accedit, quod ipsis sensibus tum gratiam, tum vim accommodare dicit. Cuius genera præcipua tria enumerat, per adiectionem, detractionem & similitudinem. Primam adiectionem ponit, cuius multas species facit. Geminationem amplificandi, miserandi vel per ironiam eleuandi caussa: & repetitionem, cùm ab iisdem verbis plura acriter & instantes incipiunt: vel cum iisdem desinunt. vt vbi media primis respondeant, & vltima primis. Epanodon reprehensionem vocant, polyptoton, metabolen, dissipata, flocem verborum. Sensuum idem significatium, congregationem, diallagen, cum diuersa congeruntur. asyndeton, id est dissolutionem, & polysyndeton, quæ coniunctionibus abundat. Item gradationem. Hactenus adiectionis figuras. postea verò detractionis, quæ breuitatis vel nouitatis gratia fiunt, enumerat. Synecdochen, cum verbum subauditur, quæ quo differat ab

rat ab aposiopesi, explicat, Dissolutionem, quam etiam suprà fieri per adiectionem demonstrauit. Synezeugmenon, quando plures sententiæ ad vnum verbum referuntur, quod multas habet species. Synœcetosin duas res diuersas colligentem. Tertium genus adiungit ex similitudine cuius species agnominatio, & ei affinis antanaclasis: quarum variæ species, paria & contraria, quorum gratiam commendat: sub quibus parison, homœoteleuton, homœoptoton, isocolon, antitheton, quod contrapositum vocant, cuius septem modos enumerat: cui etiam antimetabolen subiicit. Quasdam etiam alias adiungit, quæ diuersa ratione, sententiarum & dictionum figuræ esse possint: dubitationis, correctionem, hyperbaton prosopopœiam: vt quando in vno verbo sunt, verborum figuræ sint: in pluribus, sententiarum. Posttemo figuras varias à quibusdam figurarum numero habitas recenset, in figurarum numerum non admittandas: & quo pacto figuris vtendum sit, grauissimè precipit.

VErborum verò figuræ & mutatæ sunt semper, & vtcunque valuit consuetudo, mutantur. Itaque si antiquum sermonem nostro comparemus, penè iam quicquid loquimur, figura est: vt huic rei inuidere, non, vt omnes veteres, & Cicero præcipue, hanc rem: & incumbere illi, non in illum: & plenum vino non vini huic non hunc adulari, iam dicitur, & mille alia: vtinanq; non peiora vincant. Verum schemata λέξεως duorum sunt generum: alterum loquendi rationem vocant: alterum quod ad collocationem maximè exquisitum est. Quorum tametsi vtrũque conuenit orationi, tamen possis illud grammaticum, hoc rhetoricum magis dicere. Prius fit iisdem generibus, quibus vitia. Esset enim omne schema vitium, si non peteretur, sed accideret. Verum autoritate, vetustate, consuetudine plerunque defenditur, sæpe etiam ratione quadam. Ideoq; cùm sit a simplici rectoq; loquendi genere deflexa, virtus abst, si habet probabile aliquid quod sequatur. Vna tamen in re maxime vtilis, vt quotidiani & semper eodem modo formati sermonis fastidium leuet, & nos a vulgari dicendi genere defendat. Quo si quis parce, & Tuscul. quæstio. 3.

& cum res poscet vtentur, velut aspersо quodam condimento iucundior erit: at qui nimium affectauerit, ipsi illam gratiam varietatis amittet, quanquam sunt quædam figuræ ita receptæ, vt pene iam hoc ipsum nomen effugerint: quæ etiam si fuerint crebriores, aures consuetas minus ferient. Nam secretæ, & extra vulgarem vsum positæ ideoq; magis nobiles, vt nouitate aurem excitant, ita cum satiant: nec se obuias fuisse dicenti, sed conquisitas, & omnibus latebris extractas congestasq; declarant. Fiunt

Georg.1. Eclog.8. go & circa genus figuræ in nominibus. Nam & oculi pti talpæ, & timidi damæ dicuntur a Virgilio: sed subratio, quia sexus vterque altero significatur. Tam mares esse talpas damasq; quam fœminas certum est. E

Pro Rab. Posthumo. verbis: vt, Fabricatus est gladium: & Inimicos puniturPro Milo. Quo mirum minus est, quod in natura verborum est quæ facimus patiendi modo sæpe dicere, vt arbitror, cor: & contra faciendi, quæ patimur, vt vapulo: ideoq; quens permutatio est: & pleraque vtroque modo effertur, luxuriatur, luxuriat, fluctuatur fluctuat, assentior sentio, reuertor reuerto. Est figura & in numero cum singulari pluralis subiungitur, Gladio pugnacigens Romani. gens enim ex multis. Vel e diuerso,

Prisitianus in Miscel.c.89.

non risere parentes,

Eclo.4. Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Ex illis enim qui non risere, hunc non dignatus deum, dea dignata. Et mutatione partium, vt in Satyra,

Pers.Sat.1. -Et nostrum istud viuere triste, spexi,

cum infinito verbo sit vsus pro appellatione. Nostrã vitam vult intelligi, Vtimur & verbo pro participio,

Aencid.5. Magnum dat ferre talentum,

tanquam ferendum. Et participio pro verbo. Volo da

Interim etiam dubitari potest cui simile vitio sit schema, vt in hoc,

Virtus est vitium fugere.-

Aut enim partes orationis mutat ex illo, Virtus est fuga vitiorum. Aut casus ex illo, Virtutis est vitium fugere. Horat. Epist. lib. 1.

Multa tamen hoc vtroq; excitatius iunguntur interim schemata. Sthenelus sciens pugnæ. Est enim, sciens Sthenelus pugnandi. Transferuntur etiam tempora, Timarchides negat esse ei periculum à securi. Præsens enim pro præterito positum est. Et futurum pro præsenti, Car. 1. Act. 7.

Hoc Ithacus velit. Et ne morer, per omnia fit genere, per quæ fit solœcismus. Hæc est quoque quam ἑτερωσιν vocant. cum dissimilis est, Zeugma dicitur: vt apud Sallustium, Neque ea res falsum me habuit. &, Duci probare. Ex quibus fere præter nouitatem breuitas etiam peti solet. Vnde eousque processum esse vt non pœniturum, pro non acturo pœnitentiam: & visuros, ad videndum missos, idem autor dixerit. Quæ ille quidem fecerit schemata, an idem vocari possint, videndum, quia recepta sint. Nã receptis etiam vulgo autore contenti sumus. Verùm natura eualuit agentibus, quod Pollio in Labieno damnat: & contumeliam fecit, quod a Cicerone reprehendi notum est affici enim contumelia dicebant. Alia commendatio vetustatis, cuius amator vnice Virgilius fuit, Aeneid. 1. In Iugur. Philip. 3.

Vel cùm se pauidum contra mea iurgia iactat:
Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Aeneid. 11.
Audierat.- Quorum similia apud veteres tragicos comicosq; sunt plurima. Illud etiam in consuetudine remansit. Enimuero his amplius apud eundem: Aeneid. 1.

Nam quis te iuuenum confidentissime:-

cùm quis, sermonis initium sit. &,

Tam magis illa tremens, & tristibus effera flam

Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ:

Quod est versum ex illo, Quam magis ærumna vige

magis ad maleficiendum vrget, Pleni talibus antiqui

initio Eunuchi Terentius, Quid igitur faciam? inqu

Alluſit tandem leno. Catullus in epithalamio,

-Dum intupta manet, dum chara ſuis eſt.

Sed prius dum ſignificat quoad: ſequens, vſque eò. Ex

eo verò translata vel Salluſtij plurima: quale eſt,

Hor, ſer. 2. ſat. 6. amat fieri: vel Horatij. * Nam id maximè probat hoc

ronis.

Et mutatio caſus: vt, -Nec longæ inuidit auenæ.

Aeneid. 1. Et Vergilij, -Tyrrhenum nauigat æquor,

Etiam vulgatum actus quoque, Saucius pectus. Ex

parte figurarum additio & abiectio eſt. Illaq; prior

poteſt ſuperuacua, ſed non ſine gratia eſt,

Eclog. 10. Nam neque Parnaſſi vobis iuga, nam neque Pin

Poteſt enim deeſſe alterum nam. Et apud Horatium

Carm. 1. Ode 12. -Fabriciumq;, Hunc, & intonſis Curium capillis.

In Eunuc. Eſt etiam adiectio, quæ in complexu ſermonis aut

habet, aut figuram. Figuram, vt, Accede ad ignem hu

caleſces plus ſatis. plus enim quam ſatis eſt. De alter

detractio eſt pluribus dicendum eſt. Vtimur vulgò &

paratiuis pro abſolutis, vt cùm ſe quis infirmiorem

dixerit. Duo inter ſe comparatiua committimus, Sit

Catelina comprehendi, ſi interfici iuſſero, credo erit

dum mihi, ne non hoc potius omnes boni ſerius a me,

quiſquam crudelius factum eſſe dicat. Sunt illa non ſi

ſolœciſmo quidem, ſed tamen numerum mutantia, qu

tropis aſſignari ſolent, vt de vno pluraliter dicamus,

Sed nos immensum spatiis conficimus æquor. Georg.2.

Et de pluribus singulariter,

Haud secus ac patriis acer Romanus in armis. Ibidem

Specie diuersa, sed genere eadem & hæc sunt,

Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem. Georg.2.

Nec mihi tum molles sub dio carpere somnos, Georg.3.

Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas.

Non enim nescio cui alij prius, nec postea sibi vni, sed omnibus præcipit. Et de nobis loquimur tanquam de aliis: Dicit Seruius, Negat Tullus. Et nostra persona vtimur pro aliena, & alios pro aliis fingimus. Vtriusque rei exẽplum pro Cecinna. Pisonem aduersæ partis aduocatũ alloquens Cicero dicit, Restituisse te dixti, Nego me edicto prætoris restitutum esse. Verum enim illud restituisse Ebutius dixit: Nego me, Cecinna, edicto prætoris restitutum esse. Vbi & ipsum dixti, extrita syllaba, figura in verbo est. Illa quoque ex eodem genere possunt videri, quam nos interpositionem, vel intercluſionem dicimus, Græci ἐμπαρένθεσιν vocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit. Ego cum te (mecum enim sæpissimè loquitur (patriæ reddidissem. Pro Milo. Cui adiiciunt hyperbaton, non illud quod inter tropos esse voluerunt: sed alterum, quod est eius figuræ sententiarum quæ ἀποστροφή dicitur, simile, cum non sensus mutatur, verum forma eloquendi,

-Decios, Marios, magnosq; Camillos, Georg.4.

Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

Acutius adhuc in Polydoro:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro

Vi potitur.- Aeneid.3.

-Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Qui tam parua momenta nominibus discreuerunt, μετ
βασιν uocant, quam & aliter fieri putant:

Aeneid. 4. Quid loquor? aut ubi sum? - Coniunxit autem παρ
θεσιν & ἀποστροφὴν Virgilius in illo loco,

Aeneid. 8. Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabátque uiri mendacis uiscera Tullus.

Hæc schemata, & his similia, quæ erunt per mutationem adiectionem, detractionem, ordinem, & conuertunt in auditorem, nec languere patiuntur subinde aliqua nota figura excitatum: & habent quandam ex illa vitij simi tudine gratiam, vt in cibis interim acor ipse iucundus Quod continget, si neque supra modum multæ fuerint eiusdem generis aut iunctæ, aut frequentes: quia satietas vt uarietas earũ, ita raritas effugit. Illud est acrius quod non tantùm in ratione positum est loquendi, sed sensibus cum gratiam, tum etiam vires accommod E' quibus primum sit quod fit per adiectionem, plura genera. Nam & verba geminantur, uel amplificandi gra

Pro Milo. tia: ut, Occidi, occidi, non Sp. Melium. Alterum est quod indicat, alterum quod affirmat. Vel miserandi: ut,

Eclog. 1. Ah Corydon, Corydon. - Quæ eadem figura nonnu quam per ironiam ad eleuandum conuertitur. Simili mination is post aliquam interiectionem repetitio est,

Philipp. 2. paulò etiam uehementior, Bona, miserum me (consum enim lacrymis tamen infixus animo hæret dolor) bona

In Catil. 1. quam Cn. Pompeij acerbissimæ voci subiecta præcon Viuis, & uiuis non ad deponendam, sed ad confirmand

In eadem. audaciam. Et ab iisdem uerbis plura acriter & instan incipiunt: Nihilne te nocturnum præsidium palatij, ni urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil consensus bonor

omni

omnium, nihil hic munitißimus habendi senatus locus, nihil horum ora uultúsque mouerunt? Et iisdem desinunt, Quis eos postulauit? Appius. quis produxit? Appius. Quã quam hoc exemplum ad aliud quoque schema pertinet, cuius initia inter se & fines iidem sunt, quis & quis, Appius & Appius. Quale est, Qui sunt qui fœdera sæpe ruperunt? Carthaginienses. Qui sunt qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginienses Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginienses. Qui sunt qui sibi ignosci postulant? Carthaginienses. Etiam in contrapositis vel cõparatiuis solet respondere primorum verborum alterna repetitio, quod modò huius esse loci potius dixi, Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: ille, vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne cõsultores tui, ille ne vrbes aut castra capiantur. Sed hac gratia non fuit contentus orator, vertit in contrarium eandem figuram: Ille tenet & scit ut hostium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Possunt media quoque respondere, vel primis: vt, Pro Murx.

Te nemus Angitiæ vitrea te Fucinus vnda. Vel vltimis, Hæc nauis onusta præda Siculiensi, cùm ipsa quoque esset ex præda. Nec quisquam dubitauit idem posse fieri iteratis vtrinque mediis. Respondent primis & vltima, Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Est & illud repetendi genus, quod semel proposita iterat & diuidit, Aeneid. 7. Act. 7. Ibidem.

Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi. Aeneid. 2.

ἀνάκλασις dicitur Græcè, nostri regressionem vocant.

Nec so

Nec solùm in eodem sensu, sed etiam in diuerso eadē uerba
Pro Lig. contrà sumuntur, Principum dignitas erat pene par, non par fortasse eorum qui sequebantur. Interim variatur casibus hæc & generibus iteratio: Magnus est labor dicendi, magna res est. Et apud Rutilium longiore περιόδῳ, & hæc initia sententiarum sunt, Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es? Fit casibus modo hoc schema quod πολύπτωτον uocant. Constat & aliis etiam modis: ut pro Cluentio, Quod autem tempus veneni dandi? illo die? in illa frequentia? Per quem porrò datum? vnde sumptum? quæ porrò interceptio poculi? cur non deinte gro autem datum? Hanc rerum coniunctam diuersitatem Cæcilius μεταβολὴν vocat: qualis est pro Cluentio loco in Oppianicum, illum tabulas publicas violasse, censorias corrupisse, decuriones uniuersi iudicarunt: cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem vnquam liberis suis scripsit. & deinceps adhuc multa. Vt hæc in vnum congeruntur, ita contrà illa dispersa sunt, quæ à Cicerone dissipata dici puto,

Georg. 1. Hîc segetes, illic ueniunt fœlicius uuæ,
Arborei fœtus alibi, & deinceps.

Illa uerò apud Ciceronem mira figurarum mistura deprehenditur, in qua & primo uerbo longo post interuallo redditum est ultimum, & media primis, & mediis vltima congruunt: Vestrum iam hîc factum deprehēditur, Patres conscripti, non meum: ac pulcherrimum quidem factum: verum, ut dixi, non meum, sed uestrum. Hanc frequentiorem repetitionem πλοκὴν vocant, quæ fit ex permistis figuris, vt suprà dixi, utq; se habet epistola ad Brutum, Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, & redierim

dierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cùm redierim. Et in iisdem sententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione uerborum: ut apud Persium,

-Vsqueadeóne Satyr.1.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

Et apud Ciceronem, Neque enim poterat iudicio ex his damnatis qui iudicabantur. Sed sensus quoque toti quemadmodum cœperunt desinent: Venit ex Asia, hoc ipsum quàm bonum? Trib. pleb. uenit ex Asia, In eadem tamen periodo & uerbum vltimum primo refertur, tertium iam sermone adiectum est, Veruntamen venit. Interim sententia quidem repetitur, sed eodem uerborum ordine, Quid Cleomenes facere potuit? Non enim possum quenquam insimulare falsò. Quid, inquam, Cleomenes magnoperefacere potuit? Prioris sententiæ uerbum vltimum, ac sequentis primum frequenter est idem: quo quidem schemate vtuntur poëtæ sæpius, Act.7.

Pierides, uos hæc facietis maxima Gallo, Eclog.10.

Gallo, cuius amor tantum mihi creuit in horas.

Sed ne oratores quidem rarò: Hic tamen uiuit, uiuit? immò In Catil.1. uerò etiam in senatum uenit. Aliquando, sicut in geminatione verborum diximus, initia quoque & clausulæ sententiarum aliis, sed non aliò tendentibus verbis, inter se consonant. Initia hoc modo, Dederim periculis omnibus, obtulerim insidiis, obiecerim inuidiæ. Rursus clausulæ: ibidem statim, Vos enim statuistis, vos sententiam dixistis, uos iudicastis. Hoc alij μετωνυμίαν, alij distinctionem uocant, utrunque (etiamsi est diuersum) rectè. Nam est nominum idem significantium separatio. Congregantur quoque uerba idem significantia: Quæ cùm ita sint Catilina, perge Inuect.1. quò cœpisti: egredere aliquando ex urbe: patent portæ, proficis

proficiscere. Et in eundem alio libro, Abiit, excessit, erupit, euasit. Hoc Cæcilio πλεονασμὸς videtur, id est abundans supra necessitatem oratio: sicut illa, Vidi oculos ante ipse meos. - In illo enim vidi, ineſt ipse. Verùm id, vt alio quoque loco dixi, cùm superuacua oneratur adiectione, vitium dicitur: cùm autem auget manifestam sententiam, sicut hic, virtus: Vidi, ipse. ante oculos. quot verba, totidem sunt affectus. Cur tamen hæc proprie nomine tali notarit, non video. Nam & geminatio, & repetitio, & qualiscunque adiectio, πλεονασμὸς videri potest. Nec verba modò, sed sensus quoque idē facientes aceruantur. Perturbatio ipsum mentis, & quædam scelerum offusa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt. Congeruntur & diuersa: Mulieris, tyranni sæua crudelitas, patris amor ira præceps, temeritas, dementia. Et apud Ouidium,

Aeneid. 11. Lib. 8. cap. 3. Pro Milo. Metam. 5.

Sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon,
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
Exaturanda meis. - Inueni qui & hoc vocaret πλεονασμὸν: cui non assentior, cùm sint vnius figuræ mista quoque, & idē & diuersum significantia, quod & ipsum διαλλαγὴν vocant: Quæro ab inimicis, sint ne hæc inuestigata, comperta, patefacta: sublata, deleta, extincta per me. Inuestigata, cōperta, patefacta, aliud ostēdūt: sublata, deleta, extincta, sunt inter se similia, sed non etiā prioribus. Et hoc amplius exemplum, & superius, aliam quoque efficiunt figuram, quæ quia coniunctionibus caret, dissolutio vocatur: aptior, cùm quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt. Ideóque vtimur hac figura non in singulis modò verbis, sed sententiis etiam: vt Cicero dicit contra concionem Metelli, Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad senatum adduci iussi. in senatu sunt positi. Cum

In Catil. 2.

tota

totus hic locus. Hoc genus βραχυλογίαν vocant, quæ potest esse copulata dissolutio. Contrarium est schema, quod coniunctionibus abundat. Illud ἀσυνδέτον, hoc πολυσυνδέτον dicitur. Hoc est, vel iisdem sæpius repetitis: vt,

-Tectúmque larémque,

Armáq; Amyclæumq; canem, Cressámq; pharetram.

Vel diuersis, Arma virúmque. - Multum ille & terris. -

Multa quoque & bello. - Aduerbia quoque & pronomina variantur. Hîc illum vidi iuuenem.

-Bissenos cui nostra dies. -

Hîc mihi responsum primus dedit ille petenti.

Sed vtrunque horum coaceruatio. Etenim tantùm iuncta aut dissoluta omnibus scriptores sua nomina dederunt, sed varia, & vt cuique fingenti placuit. Fons quidem vnus, quia acriora facit & instantiora quæ dicimus, & vim quã dam præ se ferẽtia, velut sæpius erumpentis affectus. Gradatio quæ dicitur κλῖμαξ, apertiorem habet artem, & magis affectatam, ideóque esse rarior debet. Est autem ipsa quoque adiectionis. repetit enim quæ dicta sunt: & priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit. Eius exemplum ex Græco notissimo transferatur, Nec hæc dixi quidem, sed nec scripsi: nec scripsi quidẽ, sed nec obij legationem: nec obij quidem, sed nec persuasi Thebanis. Sunt tamẽ erudita & latina: Aphricano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmulo comparauit. & Calui, Non ego magis pecuniarum repetũdarum quàm maiestatis, neque maiestatis magis quã Plautiæ legis, neque Plautiæ legis magis quàm ambitus, neque ambitus magis quàm omniũ legum iudicia perierunt. Inuenitur apud poëtas quoque, vt apud Homerum de sceptro quod à Ioue ad Agamemnonem vsque deducit: & apud nostrum etiam tragicum,

Demosth. pro Ctesiphonte, Cornif. lib 4. In Vatinium.

Ioue

Ioue propagatus est (ut perhibent) Tantalus,
Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrum porrò propagat genus.

At quæ per detractionem fiunt figuræ, breuitatis nouitatisque maximè gratia petuntur: quarum vna est ea, quam libro proximo in figuras distuli, synecdoche, cùm subtractum uerbum aliquod satis ex cæteris intelligitur: ut Cælius in Antonium, Stupere gaudio Græcus. Simul enim audiri cœpit. Cicero ad Brutum, Sermo nullus scilicet nisi de te. Quid enim potius? Tum Flauius, Erras tabellarie: & ego ibidem orãs inter cœnam exoraui. Cui similia sunt illa meo quidem iudicio, in quibus verba decenter pudoris gratia subtrahuntur,

Eclog. 3. Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hirquis,
Et quo, sed faciles Nymphæ riserc, sacello.

Hanc quidam aposiopesin putant, frustra. Nam illa quid taceat incertum est, aut certè longiore sermone explicandum: hîc unum uerbum, & manifestum quidem desideratur: quæ si aposiopesis est, nihil in quo deest aliquid non idem appellabitur. Ne ego illud quidem aposiopesin semper voco, in quo res quæcunque relinquitur intelligenda, ut ea quæ in epistolis Cicero, Data Lupercalibus. quo die Antonius Cæsari. quia nihil hîc aliud intelligi poterat, quàm hoc, diadema imposuit. Altera est per detractationem figura, de qua modò dictum est, cui coniunctiones eximuntur. Tertia quæ dicitur συνεζευγμένον. In qua unum ad uerbum plures sententiæ referuntur, quarum unaquæque desideraret illud, si sola poneretur. Id accidit aut præ-

Pro Cluent. posito uerbo ad quod reliqua respiciant: Vicit pudorem

Inuect. 1 libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut illato, quo plura cluduntur: Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam

vnquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Medium quoque potest esse, quod & prioribus & sequentibus sufficiat. Iungit autem & diuersos sexus, vt cùm marem fœminamq; filios dicimus. Et singularia pluralibus miscet. Sed hæc adeò sunt vulgaria, vt sibi artem figurarum asserere non possint. Illud planè figura est, qua diuersa sermonis forma coniungitur,

-Sociis tunc arma capessant Aeneid. 3.

Edico, & dira bellum cum gente gerendum.

Quamuis enim pars belli posterior participio insistat, vtri que tamen conuenit illud edico: nam utrique detractionis gratia facta coniunctio. συνοπέωσιν uocant, quæ duas res diuersas colligat: Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Huic diuersam uolunt esse distinctionem, cui dãt nomen παραδιαζεύξεως, qua similia discernuntur: Cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem. quod totum pendet ex finitione, ideoq; an figura sit dubito. Cui contraria est ea quæ ex uicinia transit ad diuersa aut similia, Hor. in Art.

-Breuis esse laboro, Obscurus fio.- & quæ sequuntur. Tertium est genus figurarum, quæ aut similitudine aliqua uocum, aut paribus, aut contrariis uertunt in se aures, & animos excitant. Huic nomen est προσωνομασία, quæ dicitur agnominatio. Et non uno modo fieri solet, sed ex uincina quadam prædicti nominis ducta, casibus declinatur: ut Domitius Apher pro Cloantilla, Mulier rerum omnium imperita in omnibus rebus infœlix. Et cùm uerbo idem uerbum plus significanter subiungitur, Quando homo, hostis homo. Quibus exemplis sum in aliud usus, sed in uno facilis est geminatio. παρωνομασία ei contrarium est, quod eodem uorbo quasi falsum augentur, Quæ

lex priuatis hominibus esse lex non videbatur. Cui contra
In Pisonem. est ἀντανάκλασις, eiusdem verbi contraria significatio.
Cum Proculeius quereretur de filio, quòd is mortem suam
expectaret, & ille dixisset se verò non expectare: Imò, in-
quit, rogo expectes. Non ex eodem, sed ex diuerso vicinum
accipitur, cum supplicio afficiendum dicas, quem supplica-
tione dignum iudicaris. Aliter quoque voces aut eædem di-
uersa in significatione ponuntur, aut productione tantùm
vel correptione mutatæ: quod etiam in iocis frigidum, equi-
dem tradi inter præcepta miror: eorúmque exempla vitan-
di potius quàm imitandi gratia pono. Amari iucundè est,
si curetur ne quid insit amari. Auium dulcedo in auium du-
cit: & apud Ouidium ludentem,

Cur ergo non dicam Furia, te furiam?

In epigrã. li. 4. Cornificius hanc traductionem vocat, videlicet alterius in-
In Catil. 1. tellectus ad alterum. Sed elegantius, quod est positum in di-
stinguendam rei proprietatem: Hanc reipublicæ pestem
paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Et
Ibidem. quæ præpositionibus in contrarium mutantur, Non emis-
sus ex vrbe, sed immissus in vrbem esse videatur. Melius at-
que acrius, quod cum figura iucundum est, tum etiam sensu
valet, Emit morte immortalitatem. Illa leuior est, Non Pi-
sonum, sed pistorum. & Ex oratore arator. Pessimum ve-
Philip. 3. rò, Ne patres conscripti videantur circunscripti. Raro
euenit, sed vehementer venit. Sic contingit vt aliquis sen-
sus vehemens & acer venustatem aliquam non eodem ex
verbo non dissonã accipiat. Et cur me prohibeat pudor vti
domestico exemplo? Pater meus cõtra eum qui se legatio-
ni immoriturum dixerat, deinde vix paucis diebus insum-
ptis re infecta redierat, Non exigo vt immoriaris lega-
tioni, immorare. Nã & valet sensus ipse, & in verbis tan-
tùm

tùm distantibus iucundè consonant vox præsertim non captata, sed velut oblata: cum altero suo sit vsus, alterum ab aduersario acceperit. Magnæ veteribus curæ fuit, gratiam dicendi è paribus contrariis acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus vtiq; prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, verùm & modum adhibuit non ingratæ (nisi copia redundet) voluptati, & rem alioqui leuem, sententiarum pondere impleuit. Nam per se frigida & inanis affectatio cùm in acreis incidit sensus, innata videtur esse, non accersita. Similium fere quadruplex ratio est. Nam est primum, quoties verbum verbo simile, aut non dissimile valde quæritur: vt,

-Puppesq; tuæ, pubesq; tuorum. &, Si in hac calamitosa fama, quasi in aliqua pernicioßißima flamma. &, Non enim tam spes laudanda, quàm res est. Aut certè par est extremis syllabis consonans, Non verbis, sed armis. Et hoc quoque quoties in sententias acres incidit, pulcrum est, Quantum poßis, in eo semper experiri vt prosis. Hoc est πάρισον, vt plerisque placuit. Cleosteleus πάρισον existimat, quod fit è membris non dissimilibus. Secundum, vt clausula similiter cadat, vel iisdem in vltimam partem collatis, ὁμοιοτέλευτον, similem duarum sententiarum vel plurimum finem. Non modò ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Ex quibus ferè sunt, non tamen vt semper vltimis consonant, quæ τρίκωλα dicunt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Sed in quaternas quoque ac plures hæc ratio ire sententias potest. Fit etiam singulis verbis, Hæc cubat, dolet piget, pudet. &, Abiit, excessit, erupit, euasit. Tertium est quod in eosdem casus cadit, ὁμοιόπτωτον dicitur. Sed neque quod finem habet similem, est ὁμοιόπτωτον: vtique in

Aeneid. 1.
Pro Cluent.
Pro Mil.
Pro Cluent.
In Catil. 2.

gundem finem venit ὁμοιοτέλευτον. Est enim ὁμοιόπτωτον tantum casus similis, etiam si dissimilia sint quæ declinentur: nec tantum in fine deprehenditur, sed respondent vel prima inter sed, vel mediis, vel extremis: vel etiam permutatis his, vt media primis, & summa mediis accommodentur, & quocunque modo accommodari poterunt. Nec enim semper paribus syllabis constat: vt est apud Afrum, Amisso nuper infœlicis aulæ, si non præsidio inter pericula tamen solatio vitæ inter aduersa. Ea verò videntur optima in quibus initia sententiarum & fines consentiunt: vt hic, Præsidio, solatio. Et vt penè similia sint verbis, & paribus cadant, & eodem desinant modo. Etiã vt sint, quod est quartum, membris æqualibus, quod ἰσόκωλον dicitur, Si quantum in agro locisq; desertis audacia potest, tantum in foro atque iudiciis impudentia valeret, ἰσόκωλον est, & ὁμοιόπτωτον habet. Non minus nunc in caussa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebutij impudentiæ, quam tum in vi faciendæ cessit audaciæ, ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον ὁμοιοτέλευτον. Accedit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti, Non minus cederet, quam cessit. Adhuc ὁμοιοτέλευτον, & παρωνομασία est, Neminẽ posse alteri dare matrimonium, nisi quem penes sit patrimonium. Contrapositum autem, vel, vt quidam vocant, contentio (ἀντίθετον dicitur) non vno fit modo. Nam & fit si singula singulis opponuntur: vt in eo quod modò dixi, Vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina binis, Non nostri ingenij, vestri auxilij est. Et sententiæ sententiis, Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Cui commodissimè subiungitur & ea species quam distinctionem diximus Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Et quæ sunt simili casu, dissimili sententia

Pro Cecin.

Ibidem.

Pro Cluent.

Pro Milone.

vlti

vltimo locata: vt, Quod in tempore mali fuit, nihil obsit: quin quod in causa boni fuit, prosit. Nec semper contrapositum subiungitur, vt in hoc, Est enim hæc, iudices, non scripta, sed nata lex. Verum, sicut Cicero dicit, quod de singulis rebus propositis refertur ad singula: vt in eo quod sequitur, Quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. Nec semper quod aduersum est, contraponitur, quale est apud Rutilium, Nobis primum dij immortales fruges dederunt nos quæ soli accepimus, in omnes terras distribuimus: Nobis maiores nostri Rempubl. reliquerunt: nos etiam socios nostros de seruitute eripuimus. Fit etiam assumpta illa figura, qua verba declinata repetuntur, quod ἀντιμεταβολὴ dicitur, Non vt edam viuo, sed vt viuam edo. Et quod apud Ciceronem conuersum ita est, vt cum mutationem casus habeat, etiam similiter desinat: Vt & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. Quod & eodem clauditur verso: vt quod dici de Sexto Roscio, Et enim cum artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse qui scenam introeat: tum vir eiusmodi sit, vt solus videatur dignus qui eo non accedat. Est & in nominibus ex diuerso collocatis sua gratia, Si Consul Antonius, Brutus hostis: si conseruator reipublicæ Brutus, hostis Antonius. Olim plura de figuris quam necesse erat: & adhuc erit qui putet esse figuram, incredibile est quod dico, sed verum, ἀνθυποφορὰν vocant. &, Aliquis hoc semel tulit, ego bis, ego ter. Διεξοδος, ὑποφορὰ, Longius euectus sum, sed redeo ad propositum. Quædam verborum figuræ paulum figuris sententiarum declinatur, vt dubitatio. Nam cum est in re priori parti assignanda est: eū in verbo, sequenti: Siue me malitiam, siue stultitiam dicere oportet. Item correctionis ea-

Pro Cluent.

Pro Milo.

De Orat. ad in Orato.

Pro Cluent.

Philip. 4.

Cornif. 4.

dem ratio est. Nam quod illic dubitat, hîc emendat. Etiam persona fictione accidere quidam idem putauerunt, vt in verbis etiam esset hæc figura, Crudalitatis est mater auaritia, Et apud Salustium in Ciceronem, O Romule Arpinas. quale est & apud Menandrum Oedipus Othryasius. Hæc omnia copiosius sunt executi, qui nō vt partem operis trā scurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicauerunt, sicut Cæcilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, aliique non pauci. Sed non minor erit eorum qui viuunt, gloria. Vt fateor autem verborum figuras posse plures reperiri a quibusdam, ita iis quæ ab autoribus claris traduntur, meliores, non assentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio de oratore libro posuit, quas in oratore postea scripto transeundo videtur ipse damnasse: quarum pars est quæ sententiarum potius quam verborum sit, vt imminutio, improuisa imago, sibi ipsi responsio, digressio, permissio, contrariū. hoc enim puto quo dicitur ἐναντίωσις, sumpta ex aduerso probatio. Quædam omnino non sunt figuræ, sicut ordo, dinumeratio, circunscriptio: siue hoc nomine significatur comprehensa breuiter sententia, siue finitio. Nam & hæc Cornificius atque Rutilius schemata λέξεως putant. Verborum autem concinna transgressio, id est hyperbaton, quod Cæcilius quoque putat schema, á nobis est interposita. Et mutatio: quæ si ea est, quam Rutilius ἀλλοίωσιν vocāt, dissimilitudinem ostendit hominum, rerum, factorumq; : si latius fiat, figura non est: si angustius, in ἀντίθετον cadet. Si verò hæc appellatio significat ὑπαλλαγήν, satis de ea dictum est. Quod vere schema est, ad propositum subiecta ratio? Vtrum quod Rutilius αἰτιολογίαν vocat? nam de illo dubitari possit an schema

sit,

sit, distributis subiecta ratio. Quod apud eundem primo loco positum est, προσαπόδοσις dicitur, quæ vt maximè seruetur, sanè est in pluribus propositis: quia aut singulis statim ratio subiicitur: vt est apud C. Antonium. Sed neque accusatorem eum metuo, qui sum innocens: neque competitorem vereor, qui sum Antonius: neque consulem spero. qui est Cicero. Aut positis duobus vel tribus, eodem ordine singulis continuò redditur: quale apud Brutum de dictatura Cn. Ponpeij, Præstat enim nemini imperare, quam alicui seruire. Sine illo enim viuere honestè licet, cum hoc viuendi nulla conditio est. Sed vni rei multiplex ratio subiicitur: vt apud Virgilium,

Siue inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium,-
Seu plures calor ille vias,-
Seu durat magis.-
& totus locus. Georg 1.

Relationem quid accipi velit, non mihi liquet. Nam si ὑπαλλαγὴν aut ἐπιάνοδον aut ἀντιμετάβολὴν dicit de omnibus locuti sumus. Sed quicquid id est, neque hoc neque superiora in oratore repetit. Sola est in eo libro posita pariter inter figuras verborum, exclamatio, quam sententiæ potius puto. affectus enim est. cæteris omnibus consentio. Adiicit his Cæcilius παρέμφασιν, de qua dixi. Cornificius interrogationem, ratiocinationem, subiectionem, translationem, occultationem, præterea sententiam, membrum, articulum, interpretationem, conclusionem. quorũ priora alterius generis sunt schemata, sequẽtia schemata omnino nõ sunt. Item Rutilius præter ea quæ In Partit.

apud alios quoque sunt schemata, παρομολογίαν, ἀναγκαίαν ὑποστοχίαν, δικαιολογίαν πρόληψιν, χαρακτηρισμὸν, βραχυλογίαν, παρασιώπησιν παῤῥησίαν. de quibus idem dico Nam eos quidem autores, qui nullum propè finem fecerunt exquirendius nominibus, præteribo: qui etiam quæ sunt argumentorum, figuris adscripserunt. Ego illud de iis etiam quæ verè sunt, adiiciam breuiter, sicut ornāt orationem opportunè positæ, ita ineptissimas esse cum immodicè petuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, & viribus sententiarum, si vel inania verba in hos modos deprauarint, summos se iudicent artifices, ideóque non desinunt eas nectere: quas sine sententia sectari tam est ridiculum, quàm quærere habitum, gestumq; sine corpore. Sed neha quidem quæ rectè fiunt, densandæ sunt nimis, Nam & vultus mutatio, oculorúmque coniectus, multum in actu valet: sed siquis ducere os exquisitis modis, & sontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur. Et oratio habet rectam quandam velut faciem: quæ vt stupere immobili rigore non debebit, ita sæpius in ea quam natura dedit specie continenda est. Sciendum verò in primis, quid quisque in orando postulet locus quid persona, quid tempus. Maior enim pars harum figurarum posita est in delectatione. Vbi verò atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis, & pariter cadentibus, & consimilibus ir asscentem, flentem, rogantem: cùm in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem: & vbicunque ars ostentatur, veritas abesse uideatur.

De compositione. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

De compositione locuturus, veniæ præfatione vtitur: quòd de ea re, quæ à Ciceronе diligentissimè pertractata sit, scribere audeat: qui totus

locus

locus ad beneuolentiam pertinet. Deinde contra eos pugnat qui horrido illo & inculto, vt impetus fert, dicendi fluxu contenti, curam omnem bonæ compositionis contemnunt, quam multis egregiis similitudinibus ex communi rerum natura sumptis, item veterũ exemplo & autoritate abiiciendam non esse, atque ad delectandum & mouendum esse efficacissimam, aliis insuper argumentis probat: quæ pars ad reddendos attentos spectat. Ante omnia orationis diuisionem facit, in vinctam & solutam, & secundum has compositiones, quam præcipuè in oratione vincta esse demonstrat: cuius tres species facit: Incisa, membra, circuitus. In iis tria esse necessaria docet: Ordinem, iuncturam, numerum. Ordinis obseruationem in singulis esse, & contextis. In quibus cauendum, ne decrescat oratio, vt priora dignitate præcedant, ne superuacua sequantur, vt verba sensum claudant, vt amphibolia absit. Iuncturam in verbis esse, incisis, membris, & periodis. In verbis cauendum, ne ex vltima & prima syllaba deforme aliquid consurgat: ne concurrant vocales, ne consonantes rixentur, ne vltimæ syllabæ verbi prioris sint primæ sequentis: ne crebra monosyllaba, breuiáque verba aut nomina, longáue continuentur, ne verba verbis, aut nomina nominibus multa vel similiter desinentia aut cadentia, aut eodem modo declinata iunganturne quid, ne virtus quidem, nimis frequens sit. Incisum definit sensum esse non expleto numero conclusum. Membrum, sensum numeris conclusum, sed à toto corpore abruptum, per se nihil efficientem. Periodi plurima nomina recensent, & duo genera facit. Vnum longiore ambitu circunductum: alterum membris & incisis plures sensus habentibus constans. Periodi membra, lege, modũmque atque etiam membri rationem describit: atque in membris & incisis videndum monet ne prima & extrema malè coëant, & quæ quibus anteponantur. Tertium est numerus: qui quo à metro differat, explicat fusissimè: cũque in pedibus simplicibus vel compositis esse docet: pedũmque nomina structurámque profert, omnésque in orationem venire, sed cum delectu, tradit. nam alios initiis, alios clausulis, medíis alios aptiores esse: in quibus qui horum rectè aut secus collocentur, definit, & exemplis subiectis demonstrat, atque in clausulis plurimum referre, non solùm quis claudat, verumetiam quis antecedat. Præterea nimiam compositionis religionem, quæ dimetiendis pedibus syllabísve perpendendis veluti consenescit, maximè vitandam censet: quia à rerum grauium consideratione nos abducat, & naturalem dicendi fluxum retardet. sequendam ergo esse vim longa exercitatione comparatam, nec tam intuendos pedes, quàm vniuersam comprehensionem. Procœmiis in causis difficilibus, locis communibus, amplificationibus, & epilogis, periodos, pro rei ratione diuersas, aptas esse docet. In historia non esse numeros finitos, sed fluxum quendam orationis rotundum, connexione perpetua ad finem vsq; decurrentem. Geneti demonstratiuo fusiores & liberiores conuenire numeros: aliis generibus pro rei diuersitate varios. Narrationibus opus esse

tardioribus & grauioribus, probationi acrioribus, epilogis lentioribus. Postremò, quæ sit cuiusque orationis partis proprietas, quibus pronuntiatio, sic compositio accommodetur, cui longæ syllabæ pondus & autoritatem, breues celeritatem addant, quam mixtæ leges, exultare & currere: longæ ad breues descendentes, breuiores breues ad longas ascendentes, acriorem faciant: denique compositionis partes & propria breuiter repetit.

De compositione non equidem post Marcum Tullium scribere auderem (cui nescio an vlla pars operis huius sit magis elaborata) nisi & eiusdem ætatis hominibus scriptis ad ipsum etiam literis reprehendere id collocandi genus ausi fuissent, & post eum plures multa ad eandem rem pertinentia memoriæ tradidissent. Itaque accedam in plerisque Ciceroni, atque in iis ero quæ indubitata sunt, breuior: in quibusdam paulùm fortasse dissentiam. Nam etiam cum iudicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam. Neque ignoro quosdam esse, qui curã omnis compositionis excludãt, atque illum horridum sermonem, vt fortè effluxerit, modò magis naturalem, modò etiam magis uirilem esse contendant. Qui si id demum naturale esse dicunt, quod à natura primùm ortum est, & quasi antè cultum fuit, tota hæc ars orandi subuertetur. Neque enim loquuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines, nec proœmiis præparare, docere expositione, argumentis probare, affectibus commouere scierunt. Ergo his omnibus, non sola compositione caruerunt: quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem casas, aut vestibus pellium tegmina, aut vrbibus montes ac syluas mutari oportuit. Quæ porrò ars statim fuit? quid non cultu nitescit? cur vites coërcemus manu? cur eas sodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc generat. mansuescimus animalia? indomita nascuntur. Verùm id est maximè naturale, quod fieri natura optimè patitur. Forti-

verò quî incompositum potest esse, quàm iunctum, & bene collocatum? Neque si parui pedes vim detrahant rebus, vt Sotadeorum, & Galliamborum, & quorundam in oratione simili penè licentia lasciuientium compositionis est iudicandum. Cæterum quantò vehementior fluminum cursus est prono alueo, ac nullas moras obiiciente, quam inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus, tantò quæ connexa est, & totis uiribus fluit, fragosa atque interrupta melior oratio. Cur ergo uires ipsas specie solui putent: quandò nec vlla res sine arte satis ualeat, & comitetur semper artem decor? An non eam quæ emissa optimè est hastam speciosissimè contortam ferri uidemus? & arcu dirigentium tela, quò certior manus, hòc est habitus ipse formosior? Iam in certamine armorum, atque in omni palæstra quid satis rectè cauetur ac petitur, cui non artifex motus, & certi quidam pedes adsint? Quare mihi compositione velut amentis quibusdam neruisue intendi & concitari sententiæ videntur. Ideo eruditissimo cuique persuasum est, ualere eam quamplurimum, non ad delectationem modò, sed ad motum quoque animorum. Primùm, quia nihil intrare potest in affectum, quod in aure uelut quodam uestibulo statim offendit. Deinde quòd natura ducimur ad modos. Neque enim aliter eueniret, ut illi quoque organorum soni, quanquam uerba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. In certaminibus sacris non eadem ratione concitant animos ac remittunt: nec eosdem modos adhibent cùm bellicum est canendum, & cùm posito genu supplicandum: nec idem signorum concentus est procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen. Pythagoreis certe moris fuit, & cùm euigilassent, animos ad lyram excitare, quò

re, quò essent ad agendum erectiores: & cùm somnum p
terent, ad eandem prius lenire mentes, ut siquid su
turbidiorum cogitationum, componerent. Quod si nu
ris & modis inest quædam tacita uis, in oratione est
hementißima: quantumque intereſt, sensus idem qui
uerbis efferatur, tantum uerba eadem qua compositi
uel in exitu iungantur, uel fine claudantur. Nam que
& sententiis parua, & elocutione modica, uirtus hæc
commendat. Denique quod cuique uisum erit uehemen
dulciter, speciosè dictum, soluat & turbet: abierit om
uis, iucunditas, decor. Soluit quædam sua in oratore Ci
In Orato. ex Cornel. iana. ro: Nam neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Apr
canos & Lælios multi uenalitij mercatoresque super
runt: Immuta paululum, ut sit, Multi superarunt mercat
res, uenalitiique, & sequentes deinceps periodos: quas
ad illum modum perturbes, uelut fracta aut transuersa
la proieceris. Idem corrigit quæ à Gracchо compos
durius putat. Illum decet, nos hac simus probatione con
tenti, quòd in scribendo quæ se nobis solutiora obtulerun
componemus. Quid enim attinet eorum exempla quæro
quæ sibi quisque experiri potest? illud notasse satis habeo
quò pulchriora & sensu & elocutione dissolueris, ho
orationem magis deformem fore: quia negligentia collo
cationis ipsa uerborum luce deprehenditur. Itaque ut con
fiteor pene ultimam oratoribus artem compositionis
quæ perfecta sit, contigisse: ita illis priscis habitam inte
In Orato. curas, inquantum adhuc profecerant, puto. Neque mih
quamlibet magnus autor Cicero persuaserit, Lysiam, He
rodotum, Thucydidem, parum studiosos eius fuisse. Gene
fortasse sint secuti non idem quod Demosthenes, aut Pla
to, quanquam & ij ipsi inter se dißimiles fuerunt. Nam

neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rarum lectioribus numeris corrumpendum erat. Perdidisset enim gratiam, quæ in eo maxima est, simplicis atque inaffectati coloris: perdidisset fidem quoque. Nam scribebat aliis, non ipse dicebat: ut oportuerit esse illa rudibus & incomposi-tis similia: quod ipsum compositio est. Et historiæ (quæ currere debet ac ferri) minus conuenissent interstantes clausulæ, & debita actionibus respiratio, & cludendi in-choandique sententias ratio. In concionibus quidem etiam similiter cadentia quædam, & contraposita deprehendas: in Herodoto uerò cùm omnia (ut ego quidem sentio) leni-ter fluant, tum ipsa διάλεκτος & habet eam iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa uideatur. Sed de pro-positorum diuersitate post paulum. Nunc quæ prius iis qui rectè componere volent, discenda sint. Est igitur ante omnia oratio alia vincta, atque contexta: soluta alia, qua-lis in sermone & epistolis: nisi cùm aliquid supra naturam suam tractant, ut de philosophia, de republica, similibúsque. Quod non eò dico, quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam, & forsitan difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare semper uocalibus, aut destitui tem-poribus volunt sermo & epistola: sed non fluunt, nec co-hærent, nec uerba de uerbis trahunt: vt potius laxiora in his vincula, quam nulla sint. Nonnunquam in causis quo-que minoribus decet eadem simplicitas, quæ non illis, sed aliis utitur numeris, dissimulátque eos, & tantùm com-munit occultius. At illa connexa series tres habet formas: Incisa, quæ κόμματα dicuntur: Membra, quæ κῶλα: & περίοδος, quæ est vel ambitus, vel circunductum, uel con-tinuatio, uel conclusio. In omni porrò compositione tria sunt necessaria, ordo, iunctura, numerus. Primùm igitur

de ordi

de ordine. Eius obseruatio in verbis est singulis, & c
textis. Singula sunt quæ diximus ἀσύνδετα. In his ca
dum est ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur
quid infirmius, vt sacrilego fur, aut latroni petulans.
geri enim debent sententiæ, & insurgere: ut optimè C
Philip. 2. ro, Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladia
totius corporis firmitate. Aliud enim maius alio super
nit. At si cœpisset à toto corpore, non bene ad latera
césque descenderet. Est & alius naturalis ordo, ut m
ac fœminas, diem ac noctem, ortum & occasum dicas
Cicero pro Cluent. G. & L. fratres gemini fuerunt. tius quàm retrorsum. Quædam ordine permutato s
superuacua, ut fratres gemini. Nam si præcesserint ge
ni, fratres addere non est necesse. Illa nimia quorun
fuit obseruatio, ut vocabula uerbis, uerba rursus alia
biis, nomina appositis, & pronominibus rursus e
priora. Nam fit contrà quoque frequenter non inde
Necnon & illud nimiæ est superstitionis, ut quæque
tempore, ea facere etiam ordine priora: non quin frequ
ter sit hoc melius, sed quia interdum plus valet ante
ideóque leuioribus superponenda sunt. Verbo sensum
dere, multo, si compositio patiatur, optimum est. In ver
enim sermonis vis inest. At si id asperum erit, cedat
ratio numeris, ut fit apud summos Græcos Latinos
oratores frequentissimè. Sine dubio enim omne quod
cludet, hyperbaton est. Ipsum hoc inter tropos uel fi
ras quæ sunt uirtutis, receptum est. Non enim ad po
verba dimensa sunt: ideóque ex loco transferuntur in lo
ut iungantur quo congruunt maximè: sicut in structu
saxorum rudium, etiam ipsa enormitas inuenit cui ap
cari, & in quo possit insistere. Fœliciſsimus tamen s
est, cui & rectus ordo, & apta iunctura, & cum his m
ru

rus opportunè cadens contingit. Quædam uerò trãsgreſſiones & lõgæ sũt nimis, ut in ſuperioribus diximus libris & interim etiam cõpoſitione uitioſæ, quæ in hoc ipſum petuntur, vt exultent atque laſciuiãt: quales illæ Mecœnatis, Sole & aurora rubẽt Plurima. Inter ſacra mouit aqua fraxinos. Ne exequias quidem unus inter miſerrimos viderẽ meas. Quod inter hæc peßimum eſt, quia in re triſti ludit compoſitio. Sæpe tamen eſt vehemens aliquis ſenſus in verbo: quod ſi in media parte ſentẽtiæ latet, tranſire intẽtione, & obſcurari circuniacentibus ſolet: in clauſula poſitũ, aſſignatur auditori, & infigitur: quale eſt illud Ciceronis, Vt tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi Romani uomere poſtridie. Transfer hoc ultimũ, minus uelebit. Nam totius dictus hic eſt quaſi mucro, ut per ſe fœdæ uomẽdi neceßitati, iam nihil vltra expectantibus, hanc quoq; adiiceret deformitatẽ, ut cibus teneri non poſſet poſtridiẽ. Solebat Aſer Domitius traiicere in clauſulas verba tantũ aſperãdæ cõpoſitionis gratia, & maximè in proœmiis: ut pro Cloãtilla, Gratias agã continuò. Et pro Lælia, Eis utriſq; apud te iudicẽ periclitatur Lælia. Adeò refugit tenerã delicatamq; modulandi uoluptatem, ut currentibus per ſe numeris, quo eos inhiberet obiiceret. Amphiboliã quoq; fieri uitioſa locatione uerborũ, nemo eſt qui neſciat. Hæc arbitror, ut in breui, de ordine fuiſſe dicẽda: qui ſi vitioſus eſt, licet, & iũcta ſit, & aptè cadens oratio, tamen meritò incõpoſita dicatur. Iunctura ſequitur. Ea eſt in uerbis inciſis, membris, periodis. Omnia nanque iſta & uirtutes & uitia in cõplexu habent. Atque ut ordinẽ ſequar, Primum quæ imperitis quoque ad reprehenſionem notabilia uidentur, id eſt, quæ commißis inter ſe verbis duobus, ex vltima prioris, ac prima ſequentis ſyllaba, deforme aliquod nomen efficiunt. Philipp. x.

Tum

Tum uocalium concursus: qui cum accidit, hiat & intersistit & quasi laborat oratio. Peßimè longæ quæ eaßdem inter se literas committunt, sonabunt. Præcipuus tamen erit hiatus earum quæ cauo aut patulo maximè ore effunduntur. E plenior litera est, I angustior: ideóque obscurum in his vitium. Minus peccabit qui longis breues subiicies, & adhuc qui præponet longæ breuẽ Minima est in duabus breuibus offensio. Atque cum aliæ subiungũtur aliis, perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronuntiabuntur. Non tamen id ut crimen ingens expauescendum est, ac nescio negligentia in hoc, an solicitudo sit peior. Inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi, & à potioribus auertat. Quare ut negligentiæ pars est hoc pati, ita humilitatis vbique perhorrescere: nimiúsque non immeritò in hac cura putant omnes Isocratem secutos, præcipuèque Theopompum. At Demosthenes & Cicero modicè respexerunt ad hanc partem. Nam & coëuntes literæ quæ συναλοιφὴ dicitur, etiam leniorem faciunt orationem, quàm si omnia uerba suo fine cludantur: & nonnunquam hiulca etiam decent, faciúntque ampliora quædam: vt Pulchra oratione acta omnino iactare. tum longæ per se, & velut optimæ syllabæ aliquid etiam mei
In Oratore. temporis inter vocales, quasi intersistatur, assumunt. Quæ de re vtar Ciceronis potißimùm verbis: Habet, inquit, illa tanquam hiatus & concursus uocalium molle quiddam & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis quàm de verbis laborantis. Cæterùm consonantes quoque, eæq; præcipuè quæ sunt asperiores, in commissura verborum rixantur, & S ultima cum X proxima, quarum tristior, etiamsi binæ collidantur, spiritus est, vt, ars studiorum. Quæ fuit caussa & Seruio (vt dixi)

subtra

subtrahēdæ S literæ, quoties vltima esset, aliaq; consonātes susciperetur. quod reprehendit Lauranius, Messale defendit. Nam neque Lucilium putant vti eadem vltima cum dicit, Serenus fuit, & dignus loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos: inde belligerare, pomeridiem, & illa Censorij Catonis, Die hanc, æquè M litera in E mollita. quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti solent: & dum librariorum insciti am insectari volunt, suam confitentur. Atqui eadem illa litera quoties vltima est, & vocalem verbi sequentis ita contingit, vt in eam transire possit, etiam si scribitur: tamē parum exprimitur: vt. Multum ille. - & Quantum erat. adeò vt penè cuiusdam nouæ literæ sonum reddat. Neque enim eximitur, sed obscuratur, & tantùm aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsæ coëant. Videndum etiam, ne syllabæ verbi prioris vltimæ, sint primæ sequentis. Id ne quis præcipi miretur, Ciceroni in epistolis excidit, Res mihi inuisæ visæ sunt Brute, Et in carmine,

O fortunatam natam me Consule Roman.

Etiam monosyllaba si plura sunt, malè continuabuntur: quia necesse est compositio multis clausulis concisa subsultet. Ideóque etiam breuium verborum ac nominum vitanda continuatio, & ex diuerso quoque longorum. afferunt enim quandam dicendi tarditatē. Illa quoque vitia sunt eiusdem loci, si cadentia similiter, & similiter desinentia, & eodem modo declinata, multa iungantur. Nec verba quidem verbis, aut nomina nominibus, similiaq; his continuari decet: cùm virtutes etiam ipsæ tædium pariant, nisi gratia varietatis adiutæ. Membrorum, incisorúmque iūctura non eo modo est obseruanda, quo verborum, quanquam & in his extrema & prima coëunt. Sed plurimum refert

compositionis, quæ quibus anteponas. Nam & vomens,
Philip. 2. fruſtis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum &
totum tribunal impleuit. Et contrà (nam frequentius vta
Pro Archia. iiſdem diuerſarum quoque rerum exemplis, quò ſint magis
familiaria) Saxa atque ſolitudines voci reſpondent, beſtiæ
ſæpe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt. Magis il
inſurgebat, ſi verteretur. Nam etſi plus eſt ſaxa quàm be-
ſtias commoueri, ineſt tamen compoſitioni decor. Sed tra
ſeamus ad numeros. Omnis ſtructua ac dimenſio & copu-
latio vocum conſtat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi
volo) aut μέτρῳ, id eſt dimenſione quadam. Quod etiam ſi
conſtat vtrunque pedibus, habet tamen non ſimplicem
differentiam. Nam rhythmi, id eſt numeri, ſpatio tem-
porum conſtant: metra etiam ordine: ideoq; alterum eſſe
quantitatis videtur, alterum qualitatis. Ῥυθμὸς aut par eſt
vt dactylus. vnam enim ſyllabam parem breuibus habet.
Eſt quidem vis eadem & aliis pedibus, ſed nomen illud te-
net, Longam eſſe duorum temporum, breuem vnius, etiã
pueri ſciunt. Aut ſeſcuplex, pæon: cuius vis eſt ex lon-
ga & tribus breuibus: quique ei contrarius, ex tribus
breuibus & longa, vel alio quoquo modo tempora tru
ad duo relata ſeſcuplum faciunt. Aut duplex, vt iambus
nam eſt ex breui & longa: quiq; eſt ei contrarius. Sunt hi
& metrici pedes: ſed hoc inter eſt, quòd rhythmo indif-
ferens eſt, dactylusne illa priores habeat breues, an ſe-
ſonum quentes. Tempus enim ſolum metitur, vt à ſublatione ad
poſitionem iiſdem ſit ſpatiis pedum. In verſu pro dactylo
poni non poterit anapæſtus aut ſpondeus: nec pæon ea-
dem ratione à breuibus incipiet ac deſinet. Neque ſolum
alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit, ſed ne
dactylum quidem aut ſorte ſpondeum alterum pro altero
Itaq;

Itaq; si quinque continuos dactylos, vt sunt in illo,

Panditur intera domus omnipotentis olympi, Aeneid.10.

confundas, soluerís versum. Sunt & illa discrimina, quòd rhythmis libera spatia, metris finita sunt: & his certè clausulæ, illi quo modo cœperant currunt vsque ad μέτα-βολὴν, id est transitum in aliud genus rhythmi. Et quod metrum in verbis modò, rhythmus etiã in corporis motu est. Inania quoque tempora rhythmi facilius accipient, quanquam hæc & in metris accidunt. maior tamen illic licentia est, vbi tempora etiam animo mutiuntur, & pedum & digitorum ictu interualla signant quibusdam notis, atque æstimant quod breues illud spatium habeat, inde τεθράσημον, πενθάσημον. Deinceps longiores fiunt percussiones. Nam σημεῖον tempus est vnum. In compositione orationis certior, & magis omnibus aperta seruari debet dimensio. Est igitur in pedibus. Et metrici quidem pedes adeò reperiuntur in oratione, vt in ea frequenter non sentientibus nobis omnium generum excidant versus, Et contrà nihil est prosa scriptum, quod non redigi possit in quædam versiculorum genera. Sed in adeò molestos incidimus grãmaticos, quam fuerunt qui lyricorum quædam carmina in varias mensuras coëgerunt. At Cicero frequentissimè dicit totum hoc constare numeris, ideoq; reprehenditur à quibusdam, tanquam orationem ad rhythmos alliget. Nam sunt numeri rhythmi, vt & ipse constituit, & secuti eum Virgilius cum dicit,

-Numeros memini. si verba tenerem: & Horatius, Eclog.10.

Numerisq; fertur Lege solutis. Carm.4.

Inuadunt ergo hanc inter cæteras vocem. Neque enim Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceretur, nisi numeris contorta ferrentur. In quo si hoc sentimus rhythmis

contorta, dissentio. Nam rhythmi, vt dixi neque finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem, sed quæ coperunt sublatione ac positione ad finem vsque decurrunt: oratio non descendit ad strepitum digitorum. Id quod Cicero optime videt, ac testatur frequenter, se quod numerosum sit quærere: vt magis non ἀρυθμὸν, quod esse insciturn atque agreste, quàm εὐρυθμὸν, quod poëticum est, esse compositionem velit: sicut etiam quos palestritas esse nolumus, peritos tamen palæstræ esse volumus, non ἀπαλάς. Verùm ea quæ efficitur ex pedibus æqua conclusio, nomaliquod desiderat. Quid sit igitur potius quam numerus, & oratorius numerus, vt enthymema rhetoricus syllogismus? Ego certè ne in calumniam cadam, qua ne M. quidem Tullius caruit, posco hoc mihi, vt cum pro composito dixero numerum, & vbicunque iam dixi, oratorium dicere intelligar. Collocatio autem verba iam probata, & electa, & velut assignata sibi debet connectere: nam vel dura inter se commissa potiora sunt inutilibus. Tamen & eligere quædam, dum ex iis quæ idem significent, atque idem valeant, permiserim: & adiicere dum non ociosa & detrahere, dum non necessaria: sed & figuris mutare & casus & numeros, quorum varietas frequenter gratia compositionis adscita, etiam sine numero solet esse iucunda etiam vbi aliud ratio: aliud consuetudo poscit, vtrum velet sumat compositio, Vitauisse vel vitasse: Deprehendere vel deprendere. Coitus etiam syllabarum non negabo, & quicquid sententiis aut eloquntiæ non nocebit. Præcipuum tamen in hoc opus est, scire quod quoque loco verbum maximè quadret. Atque is optimè componet, qui hoc sedulùm componendi gratia faciet. Ratio verò pedum in oratione est multo quà in versu difficilior: primùm, quòd versus pas

paucis continetur, oratio longiores habet sæpe circuitus: deinde quòd versus semper similis sibi est, & vna ratione decurrit: orationis compositio nisi varia est, & offendit similitudine, & affectatione deprehenditur: & in omni quidem corpore, totóq; (vt ita dixerim) tractu, numeris insersa est. Neq; enim loqui possumus nisi è syllabis breuibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. Magis tamen & desideratur in clausulis, & apparet: primùm, quia sensus omnis habet suum finẽ, posidetque naturale interuallũ, quo à sequentis mitio diuidatur: deinde, quod aures continuam vocem secutæ, ductæq; velut prono decurrentis orationis flumine, tum magis iudicant, cùm ille impetus stetit, & intuendi tempus dedit. Non igitur durum sit neque abrumptum, quo animi velut respirant ac reficiuntur. Hæc est sedes orationis, hoc auditor expectat, hîc laus omnis declamat. Proximam clausulis diligentiam postulant initia. nam & ad hæc intentus auditor est. Sed eorum facilior ratio est. Non enim cohærent aliis, nec præcedentibus seruiunt: sed nouum exordium sumunt, cum illa, quamlibet sit composita, ipsam gratiam perdat, si ad eam rupta via veniamus. Namque cum sit, vt videtur, seuera Demosthenis compositio πρῶτον μὴ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. & illa quæ ab vno (quod sciam) Bruto minus probatur, cæteris placet, κἂν μάπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ: nõ desunt qui Ciceronem carpant in his, Familiaris coeperat esse balneatori. &, Non minus dura archipiratæ. nam balneatori & archipiratæ idem finis est, qui πᾶσι καὶ πάσαις, & qui μηδὲ τοξεύῃ: sed propria sunt, ideo seueriora, Est in eo quoque non nihil, quòd hic singulis verbis bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est peremolle: nec solum vbi quinæ syllabæ nectuntur, vt inhis, For

Pro Ctesi. Philip. 3. Pro Cælio.

Hor. Ser. I. Satyr. 1. Pers. satyr. 1. Lucanus in. 9. Aencid. 3.

tissima Tyndaridarum: sed etiam vbi quaternæ, cùm ver-
sus cluditur Apennino, & armamentis, & Oriona. Quæ
hoc quoque vitandum est, ne plurium syllabarum verb
vtamur in fine. Mediis quoque non eadem modò cura sit, vt
ter se cohæreant, sed ne pigra, ne longa sint: ne, quod ma-
mexinum uitium est, breuium contextu resultent, ac sono
reddant penè puerilium crepitaculorum. Nam vt inci-
clausulæq; plurimum momenti habent quoties incipit
sus aut desinit: sic in mediis quoque sunt quidam cons
qui leuiter interstiunt: ut currentium pes etiam si non
ratur, tamen vestigium facit. Itaque non modò membra
que incisa bene incipere atque cludi decet, sed etiam in
quæ non dubiè contexta sunt, nec respiratione utuntur
*uel occulti gradus. quis enim dubitet unum sensum

*spiritũ sustinemus. quis Pro Cluent.

unius spiritus esse, Animaduerti, iudices, omnem accusa-
ris orationem in duas diuisam esse partes? Tamen &
prima uerba, & tria proxima, & deinceps duo rursus
tria, suos quasi numeros habent spiritum sustinentes:
apud rhythmicos æstimantur hæ particulæ prout sunt
ues, acres, lentæ, celeres, remissæ, exultantes. Proin
quod ex illis conficitur, aut seuerum, aut luxuriosum,
quadratum, aut solutum erit.

Quædam etiam clausulæ sunt claudæ atq; pendentes
relinquantur: sed sequentibus suscipi ac sustineri so-
eóq; facto, uitium quod erat in fine, continuatio emen-

Act. 7. Non uult P. R. obsoletis criminibus accusari Verrem.

In eadem Ibidem. rum, si desinas: sed cum est continuatum iis quæ sequun-
quanquam natura ipsa diuisa sint, Noua postulat, ina-
desiderat: saluus est cursus. Vt adeas, tantum dabis:
cluderet. nam & trimetri uersus pars vltima est, excipi
cibum vestitumq; introferre liceat, tantum: præceps
fu

firmatur ac sustinetur vltima recusabat nemo, Versum in oratione fieri, multò fœdissimum est totum: sicut etiam in parte, deforme: vtique si pars posterior in clausula deprehendatur, aut rursus prior in ingressu. Nam quod est contrà, sæpe etiam decet, quia & cludit interim optimè prima pars versus, dum intra paucas syllabas, præcipuè senarij atque octonarij. In Aphrica fuisse, initium senarij est, primum pro Quin. Ligario caput, cludit, Esse videatur. Nam nimis frequens, octonarium inchoat. Talia sunt Demosthenis, πᾶσι καὶ πασας καὶ πᾶσιν ὑμῖν ὅσιον ἐνοσιαν. & totum penè principium. Et vltima versuum initio conueniunt orationis: Etsi vereor, iudices & Animaduerti, iudices. Sed initia initis non conueniunt. T. Liuius hexametri exordio cœpit, Facturúsne operæ pretium sim. Nam ita edidit, estq; melius quàm quomodo emendatur. Nec clausulæ clausulis: vt Cicero, Quò me vertam nescio. qui trimetri finis est. Trimetrum &, Pro misero dicere licet. Sex enim pedes, tres percussiones habent. Pius claudit finis hexametri: vt Brutus in epistolis, Neque enim illi malunt habere tutores aut defensores, quanquam sciunt placuisse Catoni. Illic minus sunt notabiles, quia hoc genus sermoni proximum est. Itaque & versus hi ferè excidunt, quos Brutus ipso componendi ductus studio sæpissimè facit, non rarò Asinius sed etiam Cicero nonnunquam, vt in principio statim orationis in Lucium Pisonem, Prò dij immortales, quis hic illuxit dies? Non minorem autem cura vitandum est quicquid εὐρυθμον, quale est apud Sallustium, Falsò quæritur de natura sua. Quamuis enim vincta sit, tamen soluta videri debet oratio. Atqui Plato diligentissimus compositionis in Timæo prima statim parte vitare est a non potuit. Nam &

Pro lege Manilia.
Pro Cteſi
Pro Milo.
Pro Cluent.
Tit. Liuius.
Pro Ligario.
In Iugur.

initium hexametri ſtatim inuenias, & Anacreontion protinus colon efficias, & ſi velis trimetron, & quod duobus pedibus & parte πενθημιμερὶς à Græcis dicitur: & hæc omnia in tribus, vt Thucydidis ἐν ἐρύμασι κἄρες ἐφάνησαν, ex molliſsimo rhythmorum genere excidant. Sed quia orationem iam conſtare pedibus dixi, aliqua de iis quoque: quorum nomina quoniam varia eſſe traduntur, conſtituendum eſt quo quenque appellemus. Et quidem Ciceronem ſequar: nam is eminentiſsimos Græcorum eſt ſecutus, excepto quòd pedes mihi triſyllabos non videtur excedere, quanquam ille pæone dochimoq;, quorum prior in quatuor, ſecundus in quinque excurrit, vtatur. Nec tamen ipſe diſsimulat quibuſdam numeros videri, non pedes. nec immeritò. Quicquid enim ſupra treis ſyllabas habet, id ex pluribus eſt pedibus. Ergo cum conſtent quatuor pedes binis, octo ternis: ſpondeum longis duabus, pyrrhichium, quem alij periambum vocant, breuibus: iambum breui longáque: huic contrarium e longa & breui, hunc choreum nos, vt alij trochæum, nominemus. Ex iis verò quaternos ſyllabas habent, dactylum lõga duabuſq; breuibus: huic temporibus parem, ſed retroactum, appellari conſtat anapæſton. Media inter longas breuis faciet amphimacrum: ſed frequentius eius nomen eſt creticus. Longa inter breues, amphibrachys: duabus longis breuem ſequentibus, bachius: totidem longis breuem præcedentibus, huic contrarius palimbachus erit. Tres breues trochæum, quem trybracyn dici volunt, qui choreo trochæi nomen imponunt: totidem longæ moloſſon efficiunt. Horum pedum nullus non in orationem venit: ſed quò quique ſunt temporibus pleniores, longiſque ſyllabis magis ſtabiles, hòc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobilem.

bilem. Vtrunque locis vtile. Nam & illud vbi opus est velocitate, tardum & segne, & hoc ubi pondus exigitur, præceps ac resultans, meritò damnetur. Sit in hoc quoque aliquid fortasse momenti, quòd & longis longiores, & brevibus sunt breviores syllabæ: vt quamuis neque plus duobus temporibus, neque vno minus habere videantur (ideoq; in metris omnes breves longæq; inter se obsessæ sunt pares) lateat tamen nescio quid, si quicquam supersit, aut desit. Nam versuum propria conditio est, ideoq; in his quædam etiam communes. Veritas verò quia patitur æquè brevem esse vel longam vocalem cùm est sola, quam eam consonantes vna pluresve præcedunt: certè in dimesione pedum syllaba quæ est brevis, insequente alia vel brevi, quæ tamen duas primas consonantes habeat, fit longa: vt Eclog 1.

Agrestem tenui musam meditaris auena.

nam licet gre brevis, facit tamen longam A priorem. Dat igitur illi aliquid ex suo tempore: quomodo, nisi habeat plus quàm quæ brevissima, qualis ipsa esset detractis consonantibus? nunc vnum tempus accommodat priori, & vnum accipit à sequente, ita duæ natura breves, positione sunt temporum quatuor. Miror autem in hac opinione doctissimos homines fuisse, vt alios pedes ita eligerent, alios damnarent, quasi vilus esset quem non sit necesse in oratione deprehendi. Licet enim pæonem sequatur Ephorus, inuentum à Thrasymacho, probatum ab Aristotele, dactylumq;, vt temperatiores brevibus ac longis: fugiat spondeũ & trochæum, alterius tarditate, alterius celeritate damnata: & herous, qui est idem dactylus, Aristoteli amplior, iambus humanior videatur: trochæum vt nimis currentem damnet, eiq; *cordacis nomen imponat, eademque dicant Theodectes ac Theophrastus, similia post eos Halicarnas- Rhetor. 3. κορδακικώτερον apellat Aristoteles

ſcus Dionyſius : irrumpent etiam ad vicinos, nec ſemper illis Heroo, aut pæone ſuo, quem quia verſus raro facit, maximè laudant, vti licebit: ut ſint tamen aliis alij crebriores, non verba facient, quæ neque augeri, neque minui, neque ſicut modulatione produci aut corripi poſſint: ſed tranſmutatio & collocatio. Plerique enim ex commiſſuris eorum vel diuiſione fiunt pedes : quo fit vt iiſdem uerbis alij atque alij verſus fiant: vt memini quendam non ignobilem poëtam ita luſiſſe,

Aſtra tenet cælum, mare claſſes, area meſſem. Hic retrorſum fit ſotadeus. *Itemque ſotadeo adiungat retro trimetros,*

Caput exeruit mobile pinus repetita.

Miſcendi ergo ſunt, curandúmque vt ſint plures qui placeant, & circunfuſi bonis deteriores lateant. Nec verò in *literis ſyllabisque natura mutatur, ſed refert quæ cum quæ optimè coeat. Plurimum igitur autoritatis, ut dixi, & ponderis habent longæ : celeritatis breues : quæ ſi miſcentur quibuſdam longis, currunt: ſi continuantur, exultãt. Acres, quæ ex breuibus ad longas inſurgunt: leniores, quæ a longis in breues deſcendunt. Optimè incipitur a longis, rectè* Pro Ligario. *aliquando à breuibus: vt, Nouum crimen* C. *Cæſar. Leniur, vt, Animaduerti, iudices. Quod initiũ partitioni ſimile eſt, quæ celeritate gaudet. Clauſula quoque è longis firmiſſima* Pro Cluent. *eſt : ſed cludent & breues, quamuis habeatur in differens vltima. Neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi breuem, quòd videtur aliquid uacanti tempori, ex eo quod inſequitur, accedere: aures tamen conſulens meas, intelligo multum referre, utrúmne longa ſit quæ cludit, an pro longa.* Pro Milo. Pro Ligario. *Neque enim tam plenum eſt, Dicere incipientem timere: quam illud, Auſus eſt confiteri. Atqui ſi nihil refert,*

breuis

breuis an longa sit vltima, idem pes erit: uerùm nescio quomodo sedebit hoc illud subsistet. Quo moti quidam, longæ vltimæ tria tempora dederunt, ut illud tempus quod breuis ex longa accipit, huic quoque accederet. Nec solum refert quis claudat, sed quis antecedat. Retrorsum autem neque plus tribus, (iique si non ternas syllabas habebunt, repetendi sunt, absit tamen poëtica obseruatio) neque minus duobus: alioqui pes erit, non numerus. Potest tamen vel vnus esse dichoreus, si unus est qui constat ex duobus choreis. Itemque pæon, qui est ex choreo & pyrrhichio, quem aptum initiis putant: uel contra qui est è tribus breuibus & longa, cui clausulam assignant: de quibus ferè duobus scriptores huius artis loquuntur, alios omnes, quotcunque sint temporum quæ ad orationem pertineant, pæonas appellant. Est & dochimus, qui fit ex bacchio & iambo, vel iambo & cretico, stabilis in clausulis, & seuerus. Spondeus quoque, quo plurimũ est Demosthenes vsus, moram semper per se habet: optimè præcedet eum creticus: vt in hoc, De quo ego nihil dicam nisi depellendi criminis caussa. Illud est quod supra dixi multum referre, vnone verbo pedes sint duo comprehẽsi, an uterque liber. Sic enim fit forte, Criminis caussa: molle, Archipiratæ: mollius si tribrachys præcedat, facilitates temeritates. Est enim quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, ut in pentametri medio spondeo qui nisi alterius uerbi fine, alterius initio constet, versum non efficit. Potest, etiam si minus bene, præponi anapæstus, Muliere non solum nobili, verumetiam nota. Tum anapæstus & creticus. Iambus quoque, qui est utroque syllaba minor. præcedet enim tres longas breuis. Sed & spondeus iambo rectè præponitur, In armis sui. Tum spondeus & Pro Cælio.

Bacchius,

Pro Liga. bacchius, sic enim fiet vltimus dochimus, Iisdem in armis
sui. Ex iis quæ supra probaui, apparet molossum quoque
clausulæ conuenire, dum habeat ex quocunque pede ante se
In Oratore. breuem. Illud scimus, vbicunque sunt, esse pro nobis. Minus
grauis erit spondeus præcedente pyrrhichio, vt, Iudicij
Iuniani. & adhuc peius priore pæone: vt, Brute dubitauit
nisi potius hoc esse velimus dactylum & bacchium. Duo
spondei non fere coniungi patiuntur: quæ in versu quoque
notabilis clausula est, nisi cùm id fieri potest ex tribus
quasi membris: Cur de perfugis nostris copias comparat
is contra nos? vna syllaba, duabus, vna. Ne dactylus qui-
dem spondeo bene præponitur, quia finem versus
damnamus in fine orationis. bacchius & cludit, & sibi
Pro Ligario. iungitur, Venenum timeres. Vitat choreum, spondeum au-
tem amat: vt, Non venena timeres: sed virus timeres. Con-
trarius quoque qui est, cludet, nisi si vltimam longam esse
volumus: optimeque habebit ante se molossum: vt, Et spinis
Act. 7. resperfum. Aut bacchium, Quod hic potest, nos possemus.
Sed verius erit cludere choreum præcedenti spondeo. Nam
hìc potius est numerus, Nos possemus: &, Romanus sum.
Cludet & dichoreus, si pes idem sibiipsi iungetur, quo Asia-
In Oratore. ni sunt vsi plurimum. Cuius exemplum Cicero ponit, Pa-
tris dictum sapiens, temeritas filij comprobauit. Accipiet
ante se choreus & pyrrhichium: Omnes propè ciues vir-
tute, gloria, dignitate superabat. Cludet & dactylus, nisi
Act. 7. eum obseruatio vltimæ creticum facit: vt, Muliercula ni-
xus in littore. Habebit ante bene creticum & iambum,
Pro Ligario. spondeum male, peius choreum. Cludit amphibrachus, Q.
Ligarium in Africa fuisse. si non eum malumus esse bac-
chium. Non optimus est trochæus, si vltima est breuis: quod
certè sit necesse est, alioqui quomodo cludet, qui placet pla-
risque,

risque, dichoreus? Illa obseruatione ex trochæo fit anapæstus. Idem trochæus præcedente longa fit pæon: quale est, Si potero. &, Dixit hoc Cicero, Obstat inuidia. Sed hoc initiis dederunt. Cludit & pirrhichius choreo præcedente: nam sic pæon est. Omnes ij qui in breues excidunt, minus erunt stabiles: nec alibi ferè satis apti, quàm vbi cursus orationis exigitur, & clausulis non intersistitur. Creticus Pro Mur.
est initiis optimus: Quod precatus à diis immortalibus sum. & clausulis, In conspectu populi Romani vomere postridie. Apparet uerò quàm bene eum præcedant, vel anapæstus, vel ille qui uidetur fini aptior, pæon. Sed & se ipse sequitur, Seruare quamplurimos. Sic melius quàm choreo Pro Lig.
præcedente, Quis non turpe duceret? si vltima breuis pro longa sit. Sed fingamus sic, Non turpe, duceret. Sed hìc est illud inane quod dixi. Paululum enim moræ damus inter Philipp. 2.
vltimum atque proximum uerbum, & turpe illud intervallo quodam producimus: alioqui sit exultantissimum, & trimetri finis, Quis nõ turpe duceret? Sicut illud, Ore spiritum excipere liceret: si iungas, lasciui carminis est: sed interpunctis quibusdam & tribus quasi initiis, fit plenum autoritatis. Nec ego cum præcedentes pedes posui, legem dedi ne alij essent: sed quid ferè accideret, quod in præsentia videretur optimum, ostendi. Et quidem optimè est sibi Act. 7.
innectus anapæstus, vt qui sit pẽtametri finis uel rhythmus, qui nomen ab eo traxit. Nam vbi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. Nam synalœphe facit, ut ultimæ syllabæ pro una sonent. Mollior fiet præcedente spondeo vel bacchio: vt si mutes idem, leue innocentiæ præsidium est. Non me capit (vt à magnis uiris dissentiam) pæon qui est ex tribus breuibus & longa. Nam est ipse vna plus breuis anapæsto, facilitas & agilitas. Quod quid ita placuerit

his, non

bis, non uideo, nisi quòd illum serè probauerint, quibus loquẽdi magis quàm orandi studium fuit. Nã & ante se breuibus gaudet pyrrhichio & choreo, mea facilitas, nostra facilitas. At præcedente spondeo tum planè finis est trimetri: cùm sit per se quoque ei contrarius. Principiis meritò laudatur. Nam & primam stabilem, & tres celeres habet: tamen hoc quoque meliores alios puto. Totus uerò hic locus nõ ideo tractatur à nobis, ut oratio quæ ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis cõsenescat. Nam id tum miseri, tũ in minimis occupati est. Neq; enim qui se totum in hac cura consumpserit, potioribus uacabit: siquidem relicto rerum pondere, ac nitore contepto, tesserulas (ut ait Lucilius) struet, & vermiculatè inter se lexeis committet. Nónne ergo refrigeretur sic calor, & impetus pereat, vt equorum cursum qui dirigit, minuit: & passus qui æquat, cursum frangit? quasi numeri nõ fuerint in compositione deprehensi: sicut poëma nemo dubitauerit imperito quodam initio fusum, & aurium mensura, & similiter decurrentium spatiorum obseruatione esse generatum, mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos cõponit multa scribẽdi exercitatio, ut ex tõpore etiã similia fundamus. Neq; verò tã sint intuendi pedes, quàm universi comprehensio: ut uersum facientes, totum illum decursum nõ sex uel quinq; partes, ex quibus constat uersus, aspiciãt. Antè enim carmen ortum est, quàm obseruatio carminis.

in Orato.

Enni. in Orat. Indeq; illud, -Fauni uatesq; canebant.

Ergo quem in poëmate locum habet uersificatio, eum in oratione compositio. Optimè autem de illa iudicant aures, quæ & plena sentiunt, & parum expleta desiderãt, & frequentibus offenduntur, & lenibus mulcentur, & contortis excitantur, & stabilia probant, clauda deprehendunt, prædamnã

dantia & nimia fastidiunt. Ideóq; docti rationem componendi intelligunt, indocti uoluptatẽ. Quædã verò arte tradi non possunt. Mutandus est casus, si durius is quo cœperamus, feratur. Nũ in quẽ transeamus ex quo, præcipi potest? Figuræ laboranti etiã compositioni uariatæ sæpe succurrunt. Quæ? cũ orationis, tum etiã sententiæ. Num præscriptum eius rei ullum est? Occasionibus utendum, & cum re præsenti deliberandũ. Enimuero spatia ipsa, quæ in hac quidẽ parte plurimum ualent, quod possunt nisi auriũ habere iudicium? Cur alia paucioribus verbis satis plena, uel nimiùm, alia pluribus breuia & abscissa sunt? Cur in circũductionibus etiam cum sensus finitus est, aliquid tamẽ loci uacare videtur? Neminem uestrum ignorare arbitror, iu- Ad. 4.
dices, hunc per hosce dies sermonem uulgi, atque hãc opinionem populi Romani fuisse. Cur hosce potius quàm hos? Neque enim erat asperum. Rationem fortasse non reddam, sentiam esse melius. Cur non satis sit, sermonem uulgi fuisse? Compositio enim patiebatur. Ignorabam, sed ita ut audio, hoc animus accipit plenum sine hac geminatione non esse. Ad sensum igitur referenda sunt. Nequeas satis fortè quid seuerum, quid iucundum sit, intelligere: facias quidem natura ducere melius quàm arte: sed naturæ ipsi ars inerit. Illud prorsus oratoris, scire ubi quoque genere cõpositionis sit utendum. Ea duplex obseruatio: altera, quæ ad pedes refertur: altera, quæ ad comprehensiones quæ efficiũtur ex pedibus. Et de his prius. Diximus igitur esse incisa, membra circuitus. Incisum (quantum mea fert opinio) erit sensus non expleto numero conclusus: plerisque pars membri. Tale est enim quo Cicero utitur, Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem etiam singulis uerbis incisa: ut, Diximus, testes dare uolu-

mus.

mus. Inciſum eſt, diximus. Membrum autem eſt ſenſus numeris concluſus, ſed à toto corpore abrutus, & per ſe ni-
In Corn. 2. hil efficiens. Id enim, O callidos homines, perfectum eſt: a remotum à cæteris, vim non habet: ut per ſe manus, & pes, & caput. & , O rem excogitatam, ô ingenia metuenda. Quando ergo incipit corpus eſſe? cùm venit extrema concluſio, Quem, quæſo, noſtrum fefellit, id vos ita eſſe factu-
In Oratore. ros? Quam Cicero Breuiſſimam putat. Itaque ferè inciſa & membra miſta ſunt, & concluſionem vtique deſiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuaſionem, circunſcriptionem. Genera eius duo ſunt: alterum ſimplex, cùm ſenſus vnus longiore ambitu circunducitur: alterum, quod conſtat mem-
Act. 7. bris & inciſis, quæ plures ſenſus habent: Aderat ianitor carceris, & carnifex prætoris, & reliqua. Habet periodus membra minimùm duo. Medius numerus uidetur quatuor:
In Oratore. ſed recipit frequenter & plura. Modus ei à Cicerone aut quatuor ſenariis verſibus, aut ipſius ſpiritus modo terminatur. Præſtare debet, vt ſenſum concludat, ſit aperta, vt intelligi poſſit: non immodica, ut memoria cõtineri. Membrum longius iuſto, tardum: breuius, inſtabile eſt. Vbicunque acriter erit & inſtanter pugnacitérque dicendum, membratim cæſimque dicemus. Nam hoc in oratione plurimum valet: adeóque rebus accommodanda compoſitio, ut aſperis aſperos etiam numeros adhiberi oporteat, & cum dicente æquè audientem inhorreſcere. Membratim plerunque narrabimus, aut ipſas periodos maiorib. interuallis, & velut laxioribus nodis reſoluemus: exceptis quæ non docendi gratia, ſed ornandi narrantur: vt in Verrem
Act. 5. proſerpinæ raptus. Hæc enim lenis & fluens contextus decet. Periodus apta proœmiis maiorum cauſſarum, vbi

ſolicitu

solicitudine, commendatione, miseratione res eget. Item communibus locis, & in omni amplificatione: sed poscitur tum austera, si accuses: tum fusa, si laudes. Multum & in epilogis pollet. Totum autem adhibendum est, quò sit amplius compositionis genus, cum iudex non solùm rem tenet, sed etiam captus est oratione, & se credit actori, & voluptate iam ducitur. Historia non tam finitos numeros, quam orbem contextumq; desiderat. Nanque omnia eius membra connexa sunt, quoniam lubrica est, ac fluit vt homines qui manibus inuicem apprehensis gradum firmant, continent & continentur. Demonstratiuum genus omne fusiores habet liberioresq; numeros. Iudiciale & concionale, vt materia varium est, sic etiam ipsa collocatione verborum. Vbi iam nobis pars ex duabus quas modò fecimus, secunda tractanda est. Nam quis dubitat alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnatius, alia grauius esse dicenda? Grauibus, sublimibus, ornatis longas magis syllabas conuenire? Ita vt lenia spatium, sublimia & ornata claritatem quoque vocum poscant, potius quam his contraria. Magis laudarem breuibus argumenta partitiones, iocos, & quicquid est sermoni magis simile. Itaque componemus proœmium varie atque vt sensus eius postulabit. Neque enim accesserim Celso, qui vnam quandam huic parti formam dedit: & optimam compositionem esse proœmij, vt apud Asinium, dixit, Si Cæsar ex omnibus mortalibus qui sint ac fuerint, posset huic causse disceptator legi, non quisquam te potius optandus nobis fuit. Non quia negem hoc bene esse compositum, sed quia legem hanc esse componendi in omnibus principiis recusem. Nam iudicis animis varie præparatur: tum miserabiles esse volumus, tum modesti, tum acres, tum graues, tum blandi, tum flectere, tum ad di-

ligentiam hortari. Hæc vt sunt diuersa natura, dissimilem componendi quoque rationem desiderant. An similibus Cicero vsus est numeris in exordio pro Milone, pro Cluentio, pro Ligario? Narratio ferè tardiores, atque, vt sic dixerim, modestiores desiderat pedes, & nominibus maximè mixtos. Nam & verbis vt sæpius pressa est, ita interim insurgit: sed docere & infigere animis res semper cupit: quod minimè festinantium opus est. Ac mihi videtur tota narratio constare longioribus membris, breuioribus periodis. Argumenta acria & citata, pedibus quoque ad hanc naturam accommodatis vtentur, non tamen ita vt trochæis, quæ celeria quidem, sed sine viribus sunt. Verùm quanuis sint breuibus longisq; mista, non tamen plures longas quàm breues habentia. Illa sublimia spatiosas clarásque voces habent, amant amplitudinem dactyli quoque, ac pæonis, etiam si maiori ex parte syllabis breuibus, temporibus tamen satis pleni. Aspera contrà iambis maximè concitantur: non solùm quod sint è duabus modò syllabis, eóque frequentiorem quasi pulsum habent, quæ res lenitati contraria est: sed etiam quòd omnibus partibus insurgunt, & à breuibus in longas nituntur & crescunt: ideóque meliores chorèis, qui à longis in breues cadunt. Summissa, qualia in epilogis, lentas & ipsa & minus exclamentes exigunt. Vult esse Celsus aliquam & superiorem compositionem, quam siquidem sciremus, doceremus: sed sit necesse est tarda & supina. Verùm nisi ex verbis atque sententiis per se id quæritur, satis odiosa esse non poterit. Denique, vt semel finiam, sic ferè componendum, quo modo pronuntiandum erit. An non in procœmiis plerunque summissi (nisi cùm in accusatione concitandus est iudex, aut aliqua indignatione complendus) in narratione pleni atque expressi, in argumen-

tis ci

tis citati, atque ipso etiam motu celeres sumus? vt in locis ac descriptionibus fusi ac fluentes, in epilogis plerunque deiecti & infracti? Atqui corporis quoque motui sua quædam tempora, & ad signa pedum non minus saltationi quàm modulationibus adhibet musica ratio numeros. Quid? non vox ad actus accommodatur naturæ ipsarum de quibus dicimus rerum? Quo minus id mirum in pedibus orationis, cùm debeant sublimia ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. Itaque vbi est necesse affectamus etiam tumorem, qui spondeis atque iambis maximè continetur,

Hyperoargus* sceptra mihi liquit Pelops. At ille comicus æquè senarius, quem trochaicum vocant, pluribus choreis, qui trochæi ab aliis dicuntur. Pyrrichius quidem decurrit: sed quantum celeritatis habet, tantum grauitatis amittit

* ὑπέρογκος.

Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem? Asperum verò & maledicum etiam in carmine, iambis grassatur,

Quis hoc potest videre, quis potest pati,

Nisi impudicus, & vorax, & aleo? In vniuersum autem, si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse, quàm effœminatam & eneruem, qualis apud multos: & quotidie magis lasciuimus, * syntonorum modis saltitantes. Ac ne tam bona quidem vlla erit, vt debeat esse continua, & in eosdem semper pedes ire. Nam & verificandi genus est, vnam legem omnibus sermonibus dare: & id cũ manifesta affectione (cuius rei maxime cauenda suspicio est) tum etiam similitudine tædium ac satietatem creat: quóque est dulcius, magis perit: amittitq; & fidem, & affectus, motusq; omnes, qui est in hac

* Sybaritarum.

cura deprehensus: nec potest ei credere, aut propter eum dolere & irasci iudex, cui putat hoc vacare. Ideoq; vincta quædam quasi soluenda de industria sunt, illa quidem maximi laboris, ne laborata videantur. Sed neque longioribus quam oportet hyperbatis compositioni seruiamus, neque eius gratia fecerimus, propter eam feciſſe videamur. Et certe nullum aptum atque idoneum verbum prætermittemus gratia lenitatis. Neque enim erit vllum tam difficile, quod non commode inseri possit, nisi quod in euitandis eiusmodi verbis non decorem compositionis quærimus, sed facilitatem. Non tamen mirabor Latinos magis indulsisse compositioni, quam Atticos, quamuis minus in verbis habeant varietatis & gratiæ. Nec vitium dixerim si Cicero à Demosthene paululum in hac parte desciuit. Sed quæ sit differentia nostri græcique sermonis, explicabit summus liber. Compositio (nam finem imponere egresso destinatum modum volumini festino) debet esse honesta, iucunda, varia. Eius tres partes, ordo coniunctio, numerus. Ratio, in adiectione, detractione, mutatione. Vsus „pro natura rerū quas dicimus. Cura magna, vt sentiendi atque loquendi prior sit. Dissimulatio curæ præcipua, vt numeri sponte fluxisse non arcessiti & coacti esse videantur

*

M. FAB.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER DECIMVS.

De copia verborum.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Quæ ad inueniendum, disponendum, & eloquendum pertinent superioribus libris tradidit. Nunc huius libri & capitis initio admonet; quæ hactenus tradita sunt, ad perfectam eloquentiam non sufficere, nisi facilitas quædam firma quam Latini habitum dicunt, accesserit. Eam legendi, scribendi, & dicendi exercitatione parari; si verborum & rerum copia instruamur, docet. Et res quidem cuiusque causæ propriæ esse, verba cum varia alia aliis locis posita, eidem rei conueniãt in promptu & conspectu esse debere. Quorum copia cum delectu paranda sit, vt suis locis aptari queant. Itaque verborum idem valentiũ varietatem, subiectis exemplis, quæ ad docendum potentissima sunt, exhibet. Quorum copiam duobus contingere tradit: optima audiendo & legendo. Auditionis rationem, & commoda: quod viua vox, actio, pronunciatio, & periculum dicendi moueant: deinde lectionis, quam potiorem esse ex vtriusque comparatione probat: & quo pacto legendi sint autores optimi, proponit: nempe non oscitanter; vel carptim truncatimue, sed diu multumque à principio ad finem: quin quibus virtutes semel, ex integro resumendos, præcipuè oratores, in quibus virtutes maximè occultantur. quorum orationes si vtrinque habitæ extant, cautim cognitis legere, vtilissimum sit. Poetarũ etiam lectionem plurimum commendat: quod ab his in rebus, spiritus: in verbis sublimitas: in affectibus, motus: in personis, decor petatur: Quod etiam iucunditate & venustate rerum ab illis fictarum, ingenia molestus forensibus malè affecta recreentur. In quibus tamen libertas verborum, & licentia figurarum excusanda oratori, non imitanda sit. Historiæ lectionem vtilem etiam esse, cum propter rerum & exemplorum cognitionem, quæ suppeditat: tum etiam quod dictionis suauitate alere orationem possit, quamuis multæ historicorũ virtutes, quibus nihil poëtis proximi sint oratori vitandæ. Philosophos quoque non esse negligendos, non quidem quia sermonis ratio ab his petenda sit, sed quod de vitiis & virtutibus optimè disserãt, & nos argumentari doceant, maximè Socratici, qui inductionibus vtuntur. Postremo qui legendi, & quæ virtutes in quoque autore præcipuæ sint, adiungit. Et quamuis perfecti &

absoluti quique præcipuè legendi sint, qui pauci sunt, iudicium tam habentibus nullum omnino ex quo quid vtilitatis referri possit, relegendum esse censet. Præcipuos in quoque genere, græcos primum, deinde Latinos: & quibus virtutibus excelliant, numerat. Poëtas primum heroicos, à quorum principe Homero incipiendum putat: quem cum Virgilio comparat, vt postea Demosthenem cum Cicerone, quam diuersis virtutibus emineant, ostendit. Deinde elegos, lyricos, tragœdia & comœdiæ scriptores, historicos, philosophos, oratores, quos omnes cum Latinis conferat: quid in omnibus laudandum, & imitatione dignum sit, aut secus, explicando.

SED hæc eloquendi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit: qui scribendo plus, an legendo, an dicendo consequamur, solere quæri scio. Quod esset diligentius nobis examinandum, si qualibet earum rerum possemus vna esse contenti. Verùm ita sunt inter se connexa & indiscreta omnia, vt si quid ex his defuerit, frustra sit in cæteris laboratum. Nam neque solida atque robusta fuerit vnquam eloquentia, nisi multo stylo vires acceperit: & citra lectionis exemplum labor ille carens rectore, fluit. Qui autem scierit quæ sint quæque modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, vela clausis thesauris incubabit. Non autem vt quicque præcipuè necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. Nam certè cùm sit in eloquendo positum oratoris officium, dicere ante omnia est: atque hunc initium eius artis fuisse manifestum est: proximam deinde imitationem, non postremam scribëdi quoque diligentiam. Sed vt peruenire ad summa nisi ex principiis non potest: ita procedente tam opere, minima incipiunt esse quæ primo sunt. Verùm nos non quomodo sit instituendus orator, hoc loco dicimus: (nam id quidem aut satis, aut certè vti po-

mus

mus à nobis dictum est) sed vt athletam qui omnia iam perdidicerit à præceptore, nimirum quo genere exercitationis ad certamina præparandus sit: ita eum qui res inuenire & disponere sciet, verba quoque & eligendi & collocandi rationem perceperit, instruamus qua ratione quæ didicit, facere quam optimè & quam facillimè possit. Non ergo dubium est, quin ei velut opes sint quædam parandæ, quibus vti, vbicunque desideratum erit, possit. Eæ constant copia rerum ac verborum. Sed res propriæ sunt cuiusque causæ, aut paucis communes: verba in vniuersas paranda: quæ si rebus singulis essent singula, minorem curam postularent: nam cuncta sese cum ipsis protinus rebus offerrent. Sed cùm sint aliis alia aut magis propria, aut magis ornata, aut plus efficientia, aut melius sonantia, debent esse non solùm nota omnia, sed in promptu, atque (vt ita dicam) in conspectu, vt cùm se iudicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorum sit electio: Equidem scio quosdam collecta quæ idē significarent vocabula solitos ediscere, quò facilius & occurreret vnum ex pluribus: & cum essent vsi aliquo, si breue intra spatium rursus desideraretur, effugiendæ repetitionis gratia sumerent aliud quo idem intelligi posset. Quod cùm est puerile, & cuiusdam infelicis operæ, tum etiam vtile parum. turbam enim modò congregat, ex qua sine discrimine occupet proximum quodque. Nobis autem copia cum iudicio paranda est: vim orandi, non circulatoriam volubilitatem spectantibus. Id autem consequemur optima legendo atque audiendo. Non solùm enim nomina ipsa rerū cognoscemus hac cura, sed cui quodque loco sit aptissimum. Omnibus enim ferè verbis, præter pauca quæ sunt parū verecunda, in oratione locus est. Nam

scriptores quidam iamborum, veterisq; comœdiæ, etiam in illis sæpe laudantur: sed nobis nostrum opus interim tueri satis est. Omnia verba (exceptis de quibus dixi) sunt alicubi optima: nam & humilibus interim & vulgaribus eget opus, & quæ cultiore in parte videntur sordida, ubi res poscit, proprie dicuntur. Hæc vt sciamus atque eorum non significationem modo, sed formas etiam mensuramq; norimus, vt vbicunque erunt posita, conueniant, nisi multa lectionem atque auditionem assequi non possumus: cum omnem sermonem auribus primum accipiamus. Propter quod Herod. 1. infantes à mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati, etiam si verba quædam emisisse traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. Sunt autem alia huius naturæ, vt idem pluribus vocibus declarent, ita vt nihil significationis, quo potius vtaris, interesse: vt ensis & gladius. Alia quæ etiam si propria rerum aliquarum sint nomina τροπικῶς tamen ad eundem intellectum feruntur, vt ferrum & mucro. Nam per abusionem sicarios etiam omnes vocamus qui cædem telo quocunque commiserint. Alia circuitu verborum plurimum ostendimus: quale est,

Eclog. 1. - Et presli copia lactis.

Plurima verò mutatione figuramus. Scio, Non ignoro, & Non me fugit, Non me præterit, &, Quis nescit? Nemo dubium est. Sed etiam ex proximo mutuari licet. Nam & intelligo, & sentio, & video, sæpe idem valent quod scio. Quorum nobis vbertatem ac diuitias dabit lectio, vt his non solùm quomodo occurrerint, sed etiam quomodo oporteat, vtamur. Non semper enim hæc inter se idem faciunt: nec ita sicut de intellectu animi rectè dixerim, Video: ita de visu oculorum, intelligo. Nec vt mucro gladium, sic mucronem gladius ostendit. Sed vt copia verborum sic paratur, ita non

vti

borum tantum gratia legendum vel audiendum est. Nam omnium quæcunque docemus, hæc sunt exempla potentiora etiam ipsis quæ traduntur artibus, cùm eò qui discit perductus est vt intelligere ea sine demonstrante, & sequi iam suis viribus possit: quia quæ doctor præcipit, orator ostendit. Alia verò legentes, alia audientes magis adiuuant. Excitat qui dicit, spiritu ipso, nec imagine & ambitu rerum, sed rebus incedit. Viuunt enim omnia, & mouentur, excipimúsque noua illa velut nascentia cum fauore ac solicitudine. Nec fortuna modò iudicij, sed etiam ipsorum qui orant, periculo afficimur. Præter hæc, vox & actio decora, commoda vt quisque locus postulabit, pronunciandi vel potentissima in dicendo ratio, &, vt semel dicam, pariter omnia decent. In lectione certius iudicium, quod audienti frequenter aut suus cuiq; fauor, aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim dissentire, & velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere, cùm interim & vitiosa pluribus placeant, & à corrogatis laudentur etiam quæ non placent. Sed è contrario quoque accidit, vt optimè dictis gratiam praua iudicia non referant. Lectio libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere sæpius licet, siue dubites, siue memoriæ penitus affigere velis. Repetamus autem, & tractemus, & vt cibos mansos ac propè liquefactos demittimus, quo facilius digerantur, ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationiq; tradatur. Ac diu non nisi optimus quisque, & qui credentem sibi minimè fallat, legendus est, sed diligenter, ac penè ad scribendi solicitudinem: nec per partes modò scrutanda omnia, sed perlectus liber vtique ex integro resumendus, præcipuéque oratio, cuius virtutes frequenter ex in-

dustria quoque occultantur. Sæpe enim præparat, dissimulat, insidiatur orator, eáque in prima parte actionis dicit quæ sunt fortè in summa profutura. Itaque suo loco minus placent, adhuc nobis quare dicta sint ignorantibus: ideoque erunt cognitis omnibus repetenda. Illud uerò utilissimum nosse eas causas quarum orationes in manus sumpserimus: & quoties continget, utrinque habitas legere actiones: vt Demosthenis atque Aeschinis inter se contrariæ, vt Seruij Sulpitij, & Messalæ, quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter: & Pollionis & Cassij reo Asprenate, aliásque plurimas. Quinetiam si minus pares uidebuntur, aliquæ tamen ad cognoscendam litium quæstionem non requirentur: vt contra Ciceronis orationes, Tuberonis Q. Ligarium, & Hortensij pro Verre. Quinetiam ex causas ut quisque egerit, utile erit scire. Nam pro domo Ciceronis dixit Callidius: & pro milone orationē Brutus exercitationis gratia scripsit, etiam si egisse eum Cornelius Celsus falsò existimat. Et Pollio ac Messala defenderunt eosdem, & nobis pueris insignes pro Volusēno Cotulo, Domitij Afri, Crispi Passieni, Decimi Lælij, oratores ferebantur. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia quæ magni autores dixerint, vt ique esse perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum uoluptati: nec semper intendunt animum & nonnunquam fatigantur: cùm Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio uerò etiam Homerus uideatur. Summi enim sunt, homines tamen: accidítque ut qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putent, vt deteriora imitentur (id enim est facilius) ac sē abunde similes putent, si uitia magnorum consequantur. Modestè tamen & circumspecto iudicio de tantis uiris pronuntiandū

dum est, ne (quod plerisque accidit) damnent quæ non intelligunt. Ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorũ legentibus placere, quam multa displicere maluerim. Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poëtarum: multique eius iudicium sequuntur: neque id immeritò. Nanque ab his & in rebus spiritus, & in uerbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petitur, præcipuéq; uelut attrita quotidiano actu forensi ingenia, optimè rerum talium blanditia reparantur. Ideóq; in hac lectione Cicero requiescendum putat. Memineri mus tamen non per omnia poëtas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licẽtia figurarum: totúmque illud studiorũ genus ostentationi cõparatum, præter id quòd solã petit uoluptatẽ, eámq;, fingendo non falsa modò, sed etiã quædã incredibilia, sectatur, patrocinio quoq; aliquo iuuari: quòd alligati ad certam pedum necessitatẽ, non semper propriis uti possint, sed depulsi a recta via, necessariò ad eloquendi quædã diuerticula confugiant: nec mutare quædam modò verba, sed extendere, corripere, cõuertere, diuidere coganturnos uerò armatos stare in acie, & summis de rebus decernere, & ad victoriam niti. Neque ego arma squallere situ ac rubigine uelim, sed fulgorem his inesse, qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul visusque perstringatur: non qualis auri argentique, imbellis, & potius habenti periculosus. Historia quoque alere orationem quodam molli iucundóque succo potest. Verum & ipsa sic est legenda, vt sciamus plerasque eius uirtutes oratori esse vitandas. Est enim proxima poëtis, & quodammodo carmen solutum: & scribitur ad narrandum, non ad probandum: totúmque opus nõ ad actum rei, pugnámque præsentem, sed ad memoriam posteritatis, & ingenij famam

famam componitur: ideóque & verbis liberioribus, & remotioribus figuris narrandi tædium euitat. Itaque, ut

Libr. 3. cap. de narratio.

dixi, neque illa Salluſtiana breuitas, qua nihil apud auctores uacuas atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatum variis cogitationibus iudicem, & ſæpius ineruditum, captãda nobis eſt: neque illa Liuij lactea ubertas ſatis docebit eum, qui non ſpeciem expoſitionis, ſed fidem quærit.

In Orat. Vide Laertium in vita Xenophontis.

Adde quòd M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem vtiles oratori putat, quanquam illum bellicum canere, huius ore muſas eſſe locutas exiſtimet. Licet tamen nobis in digreſſionibus vti vel hiſtorico nonnunquam nitore, dum in iis de quibus erit quæſtio, meminerimus non athletarum toros, ſed militum lacertos eſſe: nec uerſicolorem illam qua Demetrius Phalereus dicebatur vti, ueſtem bene ad forenſem puluerem facere. Eſt & alius ex hiſtoriis uſus, & is quidem maximus, ſed non ad præſentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorúmque, quibus in primis inſtructus eſſe debet orator, ne omnia teſtimonia expetat a litigatore: ſed pleraque ex uetuſtate diligenter ſibi cognita ſumat: hòc potentiora, quòd ea ſola criminibus odij & gratiæ uacant. A philoſophorum uerò lectione ut eſſent nobis multa petenda, uitio factum eſt oratorum, qui quidem illis optima ſui operis parte ceſſerunt. Nam & de iuſtis, honeſtis, utilibus, quæq; ſunt his contraria, & de rebus diuinis maximè dicunt, & argumentantur acriter: & altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optimè Socratici præparant. Sed his quoque adhibendum eſt ſimile iudicium, vt etiam cùm in rebus verſemur iiſdem, non tamen eandem eſſe conditionem ſciamus litium ac diſputationum, fori & auditorij, præceptorum & periculorum. Credo exacturos pleroſque

que, cùm tantum esse utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoque adiungamus operi, qui sint legendi, quæ in quoque autore præcipua virtus. Sed persequi singulos, infiniti fuerit operis. Quippe cùm in Bruto M. Tullius tot millibus uersuum de Romanis tantùm oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibus cum uiuebat, exceptis Cesare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si & illos, & qui postea fuerunt, & Græcos omnes & philosophos & poëtas persequi uelim? Fuerit igitur breuitas illa tutissima, quæ est apud Liuium in epistola ad filium scripta, legendos Demosthenem atque Ciceronem: tum ita ut quisque esset Demostheni & Ciceroni simillimus. Non est tamen dissimulanda nostri quoque iudicij summa. Paucos enim, uel potius vix ullum ex iis qui uetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid cùm se Cicero ab illis quoque uetustissimis autoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimùm fateatur adiutum. Nec multo aliter de nobis sentio. Quotus enim quisque inueniri tam demens potest, qui ne minima quidem alicuius certæ fiduciæ partis, memoriam posteritatis sperauerit? qui si quis est, intra primos statim versus deprehendetur, & citius nos dimittet, quàm ut eius nobis magno temporis detrimento constet experimentum. Sed nõ quicquid ad aliquam partem scientiæ pertinet, protinus ad faciendam etiam ῥᾳδιουργίαν de qua loquimur, accommodatum est. Verùm antequam de singulis loquar, pauca in uniuersum de varietate opinionum dicenda sunt. Nam quidam solos ueteres legendos putant, neque in ullis aliis esse naturalem eloquentiam & robur viris dignum, arbitrantur. Alios recens hæc lasciuia, delitiæq;, & omnia ad voluptatem multitudinis

dinis imperitæ compositæ delectãt. Sunt etiam qui rectum dicendi genus sequi volunt. Alij pressa demum & tenuia, & quæ minimùm ab vsu quotidiano recedant, sana & vere Attica putant. Quosdam elatior ingenij uis, & magis concitata, & plena spiritus capit. Sunt & lenis, & nitidi, & compositi generis non pauci amatores. De qua differentia differam diligentius, cùm de genere dicendi quærendum erit. Interim summatim quid à qua lectione peti possint, qui confirmare facultatem dicendi volunt, attingam. Paucos enim, qui sunt eminentissimi, excerpere in animo est. facile est autem studiosis, qui sint his simillimi, iudicare: ne quisquam queratur omissos fortè aliquos eorum quos ipse valde probet. Fateor enim plures legendos esse, quàm qui à me nominabuntur. Sed nunc genera ipsa lectionum quæ præcipuè conuenire intendentibus ut oratores fiant existimem, persequar. Igitur vt Aratus ab Ioue incipiendum putat, ita nos rite cœpturi ab Homero videmur. Hic enim (quemadmodum ex oceano dicit ipse amnium fontiúmque cursus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in paruis proprietate superauerit. Idem lætus ac pressus, iucundus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis: nec poëtica modò, sed oratoria virtute eminentissimus. Nam vt de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam: nónne vel nonus liber, quo missus Achillem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio, uel dictæ in secundo sententiæ, omnes litium ac consiliorũ explicãt artes? Affectus quidem vel illos mites, vel hos concitatos. nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc autorem habuisse fateatur. Age uerò, nónne in vtriusque sui operis ingressu paucissimis versibus legis-

Lib. 12. cap. 10.

Autores Græci. Homerus. Iliad. 21.

pro-

procœmiorum non dico seruauit, sed constituit? Nã & beneuolum auditorem inuocatione deorum, quas præsidere vrbibus creditum est, & intentum propositæ rerũ magnitudini, & docilem summa celeriter comprehẽsa facit. Narrare verò quis breuius, quàm qui mortem nuntiat Patroclo? quis significantius potest, quàm qui Curetum Aetolorúmque præliũ exponit? Iã similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum & argumenta, cæteráque probandi ac refutandi, sunt ita multa, vt etiam qui de artibus scripserunt, plurima earum rerum testimonia ab hoc poëta petant. Nam epilogus quidem quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus æquari? Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nónne humani ingenij modum excedit? Vt magni sit uiri, virtutes eius non æmulatione (quod fieri non potest) sed intellectu sequi. Verùm hic omnes fine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit, Heroicos tamen præcipuè, uidelicet quia clarissima in materia simili comparatio est. Rarò assurgit Hesiodus, magnáque pars eius in nominibus est occupata, tamen utiles circa præcepta sententiæ lenitásque verborum, & compositionis probabilis: datúrque ei palma in illo medio genere dicendi. Contrà in Antimacho vis & grauitas, & minimè vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamuis ei secundas ferè Grãmaticorum consensus deferat, & affectibus, & iucunditate, & dispositione, & omnino arte deficitur, vt planè manifestò appareat quãto sit aliud proximũ esse, aliud secũdũ. Panyasin ex vtroque mistũ putant, in eloquendo neutrius æquare uirtutes: alterum tamẽ ab eo materia, alterum dispondi ratione superari. Apollonius in ordinem à grammaticis ludum non venit, quia Aristarchus atq; Aristophanes poëtarum

Iliad 17. Iliad. 9.

Iliad. 24.

tarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt: non tamen contemnendum edidit opus æquali quadam mediocritate. Arati materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla persona cui usquam sit oratio: sufficit tamen operi, cui se parem credidit. Admirabilis in suo genere Theocritus, sed musa illa rustica & pastoralis non forum modò, uerùm ipsam etiam vrbem reformidat. Audire videor undique congerentes nomina plurimorum poëtarum. Quid? Herculis acta non benè Pisandros? Quid? Nicandrum frustra secuti Macer atque Virgilius? Quid? Euphorionem transibimus? quem nisi probasset Virgilius, idem nunquam certè conditorum Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis mentionem. Quid (Horatius frustra Tyrtæum Homero subiungit? Nec sanè quisquam est tam procul à cognitione eorum remotus, vt non indicem certè ex bibliotheca sumptum transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos transeo, nec vtique damno, ut qui dixerim esse in omnibus vitalitatis aliquid: sed ad illos iam perfectis constitutisque uiribus reuertemur. Quod etiam in cœnis grandibus sepe facimus, vt cùm optimis satiati simus, varietas tamen nobis ex uilioribus grata sit. Tũc & elegiam vacabit in manus sumere, cuius princeps habetur Callimachus. Secũdam cõfessione plurimorum Philætas occupauit. Sed dum assequimur illam firmam (ut dixi) facilitatem, optimis assuescendum est: & multa magis quàm multorum lectione firmanda mens, & ducendus est color. Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum, ad quos maximè pertinebit vnus Archilochus. Summa in hoc vis elocutionis, cum ualidæ, tumbreues uibrantésque sententiæ, plurimum sanguinis atque neruorum: adeò ut uideatur

quibus

quibusdam, quòd quoquam minor est, materiæ esse non ingenij vitium. Nouem verò lyricorum longè Pindarus princeps, spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum verborumq; copia, & velut quodam eloquentiæ flumine: propter quæ Horatius eum meritò credidit nemini imitabilem. Stesichorus quàm sit ingenio validus, materiæ quoque ostendunt, maxima bella & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim personis in agendo simul loquendoq; debitam dignitatem: ac si tenuisset modum, videtur æmulari proximus Homerum potuisse: sed redundat, atque effunditur: quod vt est reprehendendum, ita copiæ vitium est. Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, qua tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque breuis & magnificus, & diligẽs, plerumq; Homero similis. sed in lusus & amores descendit, maioribus tamen aptior. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio & iucunditate quadam commendari potest: præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus, vt quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis autoribus præferant. Antiqua comœdia cum synceram illam sermonis Attici gratiã propè sola retinet, tum facundißimæ libertatis, etsi est in insectandis vitiis præcipua, plurimum tamen virium etiam in cæteris partibus habet. Nam & grandis, & elegans, & venusta, & nescio an vlla, post Homerum tamen, quem vt Achillem semper excipi par est, aut similior sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plures eius autores: Aristophanes tamen & Eupolis Cratinusq; præcipui. Tragœdias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis & grauis, & grandiloquus sæpe vsque ad vitium: sed rudis in pleriſque & incompositus: propter quod correctas eius fabu-

las in certamen deferre posterioribus poëtis Athenienses permisêre sunt̃q; eo modo multi coronati. Sed lõgè clariùs illustrauerunt hoc opus Sophocles atque Euripides: quorum in dispari dicendi via vter sit poëta melior, inter plurimos quæritur: Idq; ego sanè quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fatetur necesse est, iis qui se ad agendum comparent, vtiliorem longè Euripidem fore. Nanque is & in sermone (quod ipsum reprehendunt, quibus grauitas & cothurnus & sonus Sophoclis videtur esse sublimior) magis accedit oratorio generi: & sententijs densus, & in ijs quæ à sapientibus tradita sunt, penè ipsis par, & in dicendo ac respondendo cuilibet eorum qui fuerũt in foro diserti, comparandus. In affectibus verò cùm omnibus mirus, tum in iis qui miseratione constant, facile præcipuus. Hunc & admiratus maximè est (vt sæpe testatur) & secutus, quanquam in opere diuerso, Menander: qui vel vnus, meo quidem iudicio, diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus effingenda sufficiat: ita omnem vitæ imaginem expressit: tanta in eo inueniendi copia, & eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecisse viderunt, qui orationes quæ Charisij nomine eduntur, à Menandro scriptas putent. Sed mihi longè magis oratorij probari in opere suo videtur, nisi forte aut illa mala iudicia quæ epitrepontas, epicleros, lochos habent: aut meditationes in Psophoda, & Nomotheta, & Hypobolimæo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturum declamatoribus puto, quoniam his necesse est secundum conditionem controuersiarum plures subire personas, patrum, filiorum, maritorum, militum, rusticorum, diuitum, pauperum, irascentium, deprecantium, mi-

mitium, asperorum. In quibus omnibus mirè custoditur ab hoc poëta decorum. Atque ille quidē omnibus eiusdem operis autoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Habent tamen alij quoque Comici, si cum venia legantur, quædam quæ possis decerpere: & præcipuè Philemon, qui vt prauis sui temporis iudiciis Menandro sæpe prælatus est, ita consensu omnium meruit credi secundus. Historiā multi scripsere præclarè, sed nemo dubitat duos longè cæteris præferendos, quorum diuersa virtus laudem penè est parē consecuta. Densus, & breuis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis, & candidus, & fusus Herodotus. ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate. Theopompus his proximus, vt in historia prædictis minor, ita oratori magis similis: vt qui antequam est ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Philistus quoque meretur: qui turbæ quamuis bonorum post hos aut horum eximatur, imitator Thucydidis: & vt multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Ephorus, vt Isocrati visum, calcaribus eget. Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. Longo pòst interuallo temporis natus Timagines, vel hoc est ipso probabilis, quòd intermissam historias scribēdi industriam noua laude reparauit. Xenophon non excidit mihi, sed inter philosophos reddendus est. Sequitur oratorum ingens manus cum decem simul Athenis ætas vna tulerit: quorum longè princeps Demosthenes, ac pene lex orandi fuit. tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam neruis intenta sunt, tam nihil ociosum, is dicendi modus, vt nec quod desit in eo, nec quod redundet inuenias. Plenior Aeschines & magis fusus, & grandiori similis, quo minus strictus est: carnis tamē plus habet, lacertorum minus. Dulcis in primis

& acutus Hyperides: sed minoribus causis vt non dixerim vtilior, magis par. His ætate Lysias maior, subtilis atque elegans, & quo nihil, si oratore satis sit docere, quæras perfectius. nihil enim est inane, nihil arcessitum, puro tamen fonti quam magno flumini propior. Isocrates in diuerso genere dicendi nitidus & comptus, & palæstræ quam pugnæ magis accommodatus, omnes dicendi veneres sectatus est: nec immeritò: auditoriis enim se, non iudiciis comparauit: in inuentione facilis, honesti studiosus: in compositione adeò diligens, vt cura eius reprehendatur. Neque ego in his, de quibus sum locutus, has virtutes, sed has præcipuas puto: nec cæteros parum fuisse magnos. Quinetiam Phalereum illum Demetrium (quanquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenij habuisse & facundiæ fateor, vel ob hoc memoria dignum, quòd vltimus est fere ex Atticis qui dici possit orator: quem tamen in illo medio genere dicendi præfert omnibus Cicero. Philosophorum, ex quibus plurimum se traxisse eloquentiæ M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem esse præcipuum, siue acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina quadam & Homerica? multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit: vt mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus. Quid ego commemorem Xenophontis iucunditatem illam inaffectatam, sed quam nulla possit affectatio consequi? vt ipsæ finxisse sermonem Gratiæ videantur: & quod de Pericle veteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri iustissimè possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? Quid Aristotelē? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varie

varietate operum, clariorem putem. Nam in Theophrasto tam est eloquendi nitor ille diuinus, vt ex eo nomen quo que traxisse dicatur. Minus indulsere eloquentiæ Stoici veteres: sed cum honesta suaserunt tum in colligendo probandoque quæ instituerant, plurimū valerunt: rebus tamen acuti magis, quam (id quod sanè non affectarunt) oratione magnifici. Idem nobis per Romanos quoque autores ordo ducēdus est: Itaque vt apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium, omnium eius generis poëtarum Græcorum nostrorumque illi haud dubiè proximus. Vtar enim verbis iisdem, quæ ex Afro Domitio iuuenis accepi: qui mihi interroganti, quem Homero crederet maximè accedere, Secundus, inquit, est Virgilius, propior tamen primo quam tertio. Et hercle vt illi naturæ cælesti atque immortali cesserimus, ita curæ & diligentiæ vel ideo in hoc plus est, quòd ei fuit magis laborandum: & quantum eminentioribus vincimur, fortasse æqualitate pensamus. Cæteri omnes longè sequentur. Nam Macer & Lucretius legendi quidem, sed non vt phrasin, id est corpus eloquentiæ faciant: elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis. Attacinus Varro in iis per quæ nomen est assecutus, interpres operis alieni, non spernendus quidem, verùm ad augendam facultatem dicendi parùm locuples. Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia & antiquarobora tam non tantam habent speciem, quantam religionem. Propiores alij, atque ad hanc phrasin de qua loquimur, magis vtiles. Lasciuus quidem in Heroicis quoque Ouidius, & nimium amator ingenij sui laudandus tamen in partibus. Cornelius autem Seuerus, etiam si versificator quam poëta melior, si tamen, vt est dictum, ad exemplar

Romani autores. Poëtæ.

Ouidius.

primi libri bellum Siculum perscripsisset, vendicaret sibi
*Varenum consum. iure secundum locum. *Sed eum consummari mors immatura non passa est: puerilia tamen eius opera & maximam indolem ostendunt, & mirabilem præcipuè in ætate illa recti generis voluntatem. Multũ in Valerio Flacco nuper amisimus. Vehemens & poëticum ingenium Saleij Bassi fuit, nec ipsum senectute maturum. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, si vacet. Lucanus ardens, & concitatus, & sententiis clarissimus, & (vt dicam quod sentio) magis oratoribus quam poëtis annumerandus. Hos nominauimus, quia Germanicum Augustum ab institutis studijs deflexit cura terrarum, parúmque diis visum est esse eum maximum poetarum. Quid tamen iis ipsis eius operibus, in quæ donatus imperio iuuenis successerat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius? Quis enim caneret bella melius, quam qui sic gerit? Quem præsidentes studiis deæ propius audirent? Cui magis suas artes aperiret familiare nomen Mineruæ? Dicent hæc plenius futura secula. Nunc enim cæterarum fulgore virtutum lauream præstringitur. Nos tamen sacra literarum colentes feras Cæsar, si non tacitum hoc præterimus, & Virgiliano certè versu testamur,

Lucanus.

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Elegiaci. Elegia Græcos quoque prouocamus. cuius mihi tersus atq; elegans maxime videtur autor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius vtroq; lasciuior: sicut durior Gallus. Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius, qui quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, vt eum non eiusdem modò operis auctoribus, sed omnibus poetis præferre non dubitent. Ego quantũ ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium
Ser. 1. Sat. 4. fluere

fluere lutulentum, & esse aliquid quod tollere possis, putat. Nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque, inde acerbitas, & abunde salis. Multo est tersior ac purus magis Horatius, & ad notandos hominum mores præcipuus. Multum & ueræ gloriæ, quamuis uno libro, Persius meruit. Sunt clari hodieque, & qui olim nominabuntur. Alterum illud est, & prius Satyræ genus, quod non sola carminum varietate mistum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros & doctissimos cõposuit, peritissimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum, nostrarũq;: plus tamen scientiæ collaturus, quam eloquentiæ. Iambus non sane a Romanis celebratus est vt proprium opus, a quibus dã interpositus: cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquã illi epodos interuenire reperiatur. At Lyricorum idẽ Horatius fe solus legi dignus. Nam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, & variis figuris & verbis felicissime audax. Si quem adiicere velis, is erit Cæsius Bassus, quem nuper vidimus: sed eũ longe præcedunt ingenia viuẽtium. Tragœdiæ scriptores Accius atq; Pacuuius clarissimi, grauitate sententiarũ, verborum põdere, & autoritate personarũ. Cæterum nitor, & summa in excolendis operibus manus, magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuuiũ videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt. Iam Vari Thyestes cuilibet Græcorum comparari potest. Ouidij Medea videtur mihi ostendere quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset. Eorum quos viderim, longe princeps Pomponius Secundus: quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore præstare confitebantur. In comœdia maxime

Iambici.

Tragici.

Comici.

claudicamus: licèt Varro dicat musas, Aelij Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui vellent, licet Cæcilium veteres laudibus ferant: licet Terentij scripta ad Scipionem Africanum referantur: quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima, & plus adhuc habitura gratiæ, si intra versus trimetros stetissent. Vix leuem consequimur vmbram, adeò vt mihi sermo ipse Romanus non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem: quandò eam ne Græci quidem in alio genere linguæ obtinuerint. Togatis excellit Afranius, vtinamq; non inquinasset argumenta puerorum fœdis amoribus, mores suos sæpe fassus. At historia non cesserit Græcis, nec opponere Thucydidi Sallustiũ verear: nec indignetur sibi Herodotus æquari T. Liuium, cum in narrando miræ iucunditatis, clarissimiq; candoris, tum in concionibus suprà quàm enarrari potest eloquentem: ita dicuntur omnia cum rebus tum personis accommodata: sed affectus quidem, præcipue ei qui sunt dulciores, vt parcissimè dicam, nemo historicorum commẽdauit magis. Ideoq; immortalem illam Sallustij velocitatem, diuersis virtutibus consecutus est. Nam mihi egregiè dixisse videtur Seruilius Nouianus pares eos magis quàm similes: qui & ipse à nobis auditus est, clari viri ingenij, & sententiis creber, sed minus pressus, quam historiæ autoritas postulat. Quam paulùm ætatæ præcedens Bassus Aufidius egregiè vtique in libris belli Germanici præstitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor. Supereſt adhuc, & exornat ætatis nostræ gloriam, vir seculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, vt libertas, quanquam circunciſis quæ dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum, & audax

Historici.

ces sententias deprehendas etiam in iis quæ manent. Sunt & alij scriptores boni: sed nos genera degustamus, non bibliothecas excutimus. Oratores verò vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuicunque eorũ fortiter opposuerim. Nec ignoro quantam mihi concitem pugnam, cum præsertim id non sit propositi, vt eum Demosthenis cõparem hoc tempore: neque enim attinet: cùm Domosthenem in primis legendum, vel ediscendum potius putem. Quorum ego virtutes pleraſque arbitror similes, consilium, ordinem diuidendi, præparandi, probandi rationem, omnia denique quæ sunt inuentionis. In eloquendo est aliqua diuersitas: densior ille, hic copiosor: ille concludit astrictius, hic latius pugnat: ille acumine semper, hic frequenter & ponderc: illi nihil detrahi potest, huic nihil adiici: curæ plusin, illo, in hoc naturæ. Salibus certe, & commiseratione (qui duo plurimùm affectus valent) vincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit: sed & nobis illa quæ Attici mirantur, diuersa Latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidam, quanquam sunt vtriusque, nulla contentio est. Cedendum verò in hoc quidem, quòd ille & prior fuit, & ex magna parte Ciceronem quantus est facit. Nam mihi videtur M. Tullius cum se totum ad imitationem Græcorũ contuliſſet, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Nec verò quod in quoque optimum fuit, studio cõsecutus est tantùm, sed plurimas vel potius omnes ex seipso virtutes extulit immortalis ingenij beatissima vbertate. Non enim pluuias (vt ait Pindarus) aquas colligit, sed vno gurgite exundat, dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totus vires suas eloquentia experiretur. Nam quis docere diligentius, mouere vehementius potest? Cui tanta vnquam

iucũditas affuit? vt ipſa illa quæ extorquet, impetrare eum credas: & cum tranſuerſum vi ſua iudicem ferat, tamen illa non rapi uideatur, ſed ſequi. Iam in omnibus quæ dicit tanta autoritas ineſt, vt diſſentire pudeat: nec aduocati ſtudium ſed teſtis aut iudicis afferat fidem: Cùm interim hæc omnia, quæ uix ſinguli quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata: & illa quæ nihil pulchrius auditu eſt, oratio, præ ſe fert tamen fœliciſſimam facilitatem. Quare non immeritò ab hominibus ætatis ſuæ regnare in iudiciis dictus eſt: apud poſteros uerò id conſecutus, vt Cicero iam non hominis, ſed eloquentiæ nomen habeatur. Hunc igitur ſpectemus: hoc propoſitum nobis ſit exemplũ. Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero ualde placebit. Multa in Aſinio Pollione inuentio, ſumma diligentia: adeò vt quibuſdam etiam nimia uideatur: & conſilij & animi ſanitas nitore & iucunditate Ciceronis ita longè abeſt, vt nullam poſſit ſeculo prior. At Meſſala nitidus & candidus, & quodammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam viribus minor. C. uerò Cæſar ſi foro tantum vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. tanta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, vt illum eodem animo dixiſſe, quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira ſermonis, cuius proprie ſtudioſus fuit, elegãtia. Multum ingenij in Cælio, & præcipue in accuſando multa urbanitas, dignúſque uir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet. Inueni qui Caluum præferrent omnibus, inueni qui Ciceroni crederent eum nimia contra ſe calumnia uerum ſanguinem perdidiſſe. ſed eſt & ſancta & grauis oratio, & caſtigata, & frequenter uehemens quoque. Imitator eſt autẽ Atticorum: fecitque illi properata nonnunquam iniuriam, ſiquid adiecturus, non ſi quid detracturus fuerit. Et S

Cicero in Bru.

Caluus. In Bruto.

Et seruius Sulpitius insignem non immeritò famam tribus orationibus meruit. Multa, si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Seuerus qui si cæteris uirtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum est in eo, & acerbitas mira & urbanitas, & vis summa: sed plus stomacho quàm consilio dedit: præterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt & alij multi diserti, quos persequi longum est. Eorum quos viderim, Domitius Afer, & Iulius Africanus, longè præstantissimi. Verborum arte ille, & toto genere dicendi præferendus, & quem in numero veterum habere non timeas: hic concitatior, sed in cura verborum nimius, & compositione nonnunquam longior, & translationibus parum modicus. Erant clara & nuper ingenia. Nam & Trachallus plerunque sublimis, & satis apertus fuit, & quẽ velle optima crederes: auditus tamen maior. Nam & vocis, quantã in nullo cognoui, felicitas, & pronuntiatio vel scenis sufficeret, & decor: omnia denique ei, quæ sunt extra, superfuerunt. Et Vibius Crispus, compositus, & iucundus, & delectationi natus, priuatis tamen causis quam publicis melior. Iulio Secundo si longior contigisset ætas, clarissimum profectò nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atque adiiciebat cæteris uirtutibus suis, quod desiderari potest. Id est autem, ut esset multomagis pugnax, & sæpius ad curam rerum ab elocutione respiceret. Cæterum interceptus quoque magnum sibi uendicat locũ. Ea est facundia, tanta in explicando quod velit, gratia: tam candidum & lene & speciosum dicendi genus: tanta verborum etiam quæ assumpta sunt, proprietas: tanta in quibusdam ex periculo petitis significantia. Habebunt qui

post

post nos de oratoribus scribent, magnam eos qui nunc ingent materiam verè laudandi. Sunt enim summa hodie, quibus illustratur forum, ingenia. Nanque & consummati patroni ueteribus æmulantur, & eos iuuenum ad optimu tendentium imitatur ac sequitur industria. Supersunt qu de philosophia scripserunt: quo in genere pauciſſimos adhuc eloquentes literæ Romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui vbique, etiam in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius verò, multóque quam in orationibus præstantior Brutus, sufficit ponderi rerum: scias eum sentire quæ dicit. Scripsit non parum multa Cornelius Celsus, Scepticos secutus, non sine cultu ac nitore. Plancus in Stoica rerum cognitioni utilis. In Epicureis leuis quidem, sed non iniucundus tamen autor est Catius. Ex industria Senecam in omni genere eloquentiæ distuli, propter uulgatam falsò de me opinionem, qua damnare eum, & inuisum quoque habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum, & omnibus uitiis fractum dicēdi genus reuocare ad seueriora iudicia contendo. Tum autē solus hic fere in manibus adolescentium fuit. Quem non equidem omnino conabor excutere, sed potioribus præferri non sinebam, quos ille non destiterat incessere, cum diuersi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse iis, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis, quam imitabātur: tantūq; ab illo defluebant, quantū ille ab antiquis descenderet. Foret enim optandum, pares, aut saltem proximos illi uiros fieri. Sed placebat propter sola uitia, & ad ea se quisq; dirigebat effingenda, quæ poterat: deinde cum se iactaret, eodē modo dicere, Senecam infamabat. Cuius & multæ aliquæ, & magnæ uirtutes fuerunt, ingenium facile & copiosum, plurimum studij, multārum rerum cognitio; in qua tamen

aliquā

aliquando ab iis quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractauit etiam omnem ferè studiorum materiam. Nam & orationes eius, & poëmata, & epistolæ, & dialogi, feruntur. In philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multæ in eo claræq; sententiæ, multa etiam morum gratia legenda: sed in eloquẽdo corrupta pleraque, atq; eò perniciosissima, quòd abundant dulcibus uitiis. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nam si aliqua contempsisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset: cõsensu potius eruditorum, quam puerorũ amore cõprobaretur. Verùm sic quoq; iam robustis, & seueriore genere satis firmatis legendus vel ideo, quòd exercere potest vtrinque iudicium. Multa enim (ut dixi) probanda in eo, multa etiam admiranda sunt: eligere modò curæ sit: quod utinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura, quæ meliora uellet, quæ quod voluit effecit.

De imitatione. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Quoniam omnia præcepta parum profutura sunt, nisi nos ad aliquãd perfecti imitationem componamus: postquam qui legendi nobis essent pronuntiauit, de imitatione, per quam aut maximis autoribus æquales aut proximi euadamus contingit, præcepta tradit. Primo probat eam vtilem, & necessariam: deinde non ipsam per se sufficere, sed conandum aliquid supra eos quos imitamur. Tertio circa imitationem duo esse videnda: quos, & quid in illis imitemur. Primum ex superioti capite manifestum est, quid imitandum sit supereſt, nempe optima, quæ quisque talia esse cognoscit, cùm in maximis etiam autoribus aliqua vitiosa, minus perfecta & plena incidant. Ergo non solum verborum imitationem esse, verumetiam spectandum decorum rerum & personarum, consilium, quæ proprietas omnium partium, quæ ratio delectandi & mouendi, & quo pacto etiam ad docendum spectant, quæ verborum copia, figurarum varietas, componendi ratio: quo cognito quisque vires exploret, quid ferre valeant: nam in-

sanum

sanum esse inimitabilia persequi repugnante natura. Præterea caue dum ne oratot poëtas, aut poëta oratores sibi imitandos propon nisi in eo quod in omnibus habet commune eloquentia. Postre ne cui nos vni imitando addicamus.

EX his cæterisque lectione dignis autoribus & re borum sumenda copia est, & uarietas figurarum, c componendi ratio: tum ad exemplum uirtutum omnium mẽs dirigenda. Neq; enim dubitari potest, quin artis pa magna contineatur imitatione. Nam ut inuenire prima fuit, estq; præcipuum: sic ea quæ bene inuenta sunt, utile fo qui. Atque omnis uitæ ratio sic constat, ut quæ probamu in aliis, facere ipsi uelimus. Sic literarum ductus, ut scri bendi fiat vsus, pueri sequuntur: sic musici uocem docenti pictores opera priorum, rustici probatam experimẽ culturam in exemplum intuentur. Omnis denique disciplinæ initia ad propositum sibi præscriptum formari vide mus. Et hercle necesse est aut similes aut dissimiles boni simus. Similem rarò natura præstat, frequenter imitatio Sed hoc ipsum, quod tanto faciliorẽ nobis rationẽ rerum omnium facit, quàm fuit iis qui nihil quod sequerentur ha buerunt, nisi cautè & cum iudicio apprehenditur, nocet Ante omnia igitur imitatio per se ipsa nõ sufficit, vel pi gri est ingenij, cõtentum esse iis quæ sunt ab aliis inuen ta. Quid enim futurum erat temporibus illis quæ sine exe plo fuerunt, si homines nihil nisi quod iam cognouisse faciendum sibi aut cogitandum putassent? Nempe nihil fi set inuentum. Cur igitur nefas est reperiri aliquid à nobis quod antè non fuerit? An illi rudes sola mentis natura ac cti sunt in hoc ut tam multa generarent, nos ad quærend non eo ipso concitemur, quod certè scimus inuenisse eos qui quæsierunt? Et cum illi, qui nullum cuiusquam rei habu runt magistrũ, plurima in posteros tradiderint, nobis vi

aliarum rerum ad eruendas alias non proderit, sed nihil habebimus nisi beneficij alicui? quemadmodum quidam pictores in id solum student, ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Turpe etiam illud est, cõtentum esse id cõsequi, quod imiteris. Nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo quem sequebatur? Nihil in poëtis supra Liuium Andronicum, nihil in historiis supra Pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus: non esset pictura, nisi quæ lineas modò extremas vmbræ quant corpora in sole fecissent, circũscriberet. Ac si omnia percenseas, nulla sit ars qualis inuenta est, nec intra initium stetit: nisi fortè nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis, ut nunc demum nihil crescat. Nihil enim crescit sola imitatione. Quòd si prioribus adiicere fas non est, quomodo sperare possumus vllum oratorem perfectũ? cum in iis quos maximos adhuc nouimus, nemo sit inuentus in quo nihil aut desideretur, aut reprehendatur. Sed etiam qui summa non appetunt, contendere potius, quàm sequi debent. Nam qui agit ut prior sit, forsitan etiam si non transierit, æquabit. Eum uerò nemo potest æquare, cuius uestigiis sibi utique insistendum putat. Necesse est enim semper sit posterior, qui sequitur. Adde quòd plerunque facilius est plus facere, quàm idem. Tantam enim difficultatẽ habet similitudo, vt ne ipsa quidem natura in hoc ita eualuerit, vt non res quæ simillimæ videantur, discrimine aliquo discernantur. Adde quòd quicquid alteri simile est, necesse est minus sit eo quod imitatur, vt umbra corpore, & imago facie, & actus histrionũ ueris affectibus. Quod in orationibus quoque euenit. Nanque iis quæ in exemplũ assumimus, subest natura, & vera uis: contrà omnis imitatio facta est, & ad alienum propositum commodatur. Quo

fit vt

fit vt minus sanguinis ac virium declamationes habeant, quàm orationes: quòd in illis vera, in his assimulata materia est. Adde quòd ea quæ in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, ingenium, inuētio, vis, facilitas, & quicquid arte non traditur. Ideóque plerique cùm verba quædam ex orationibus excerpserunt, aut aliquos compositionis certos pedes, mirè à se quæ legerunt, effingi arbitrantur: cùm & verba intercidant inualescántque temporibus, ut quorum certissima sit regula in consuetudine, eáque non sua natura sint bona aut mala, (nam per se soni tantum sunt) sed prout opportunè propriéque aut secus collocata sunt: & compositio cùm rebus accommodata sit, tū ipsa varietate gratissima. Quapropter exactissimo iudicio omnia hanc partem studiorum examinanda sunt omnia: Primum, quos imitemur. nam sunt plurimi qui similitudinem pessimi cuiusque & corruptissimi concupierint. Deinde in ipsis quos elegerimus, quid sit ad quod efficiendum nos comparemus. Nam in magnis quoque autoribus incidunt aliqua vitiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. atque vtinam tam bona imitantes dicerent melius, quam mala peius dicunt. Nec verò saltem iis quibus adhærentanda uitia iudicij satis fuit, sufficiat imaginem virtutis effingere, & solam, vt sic dixerim, cutem, vel potius illas Epicuri figuras, quas è summis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui non introspectis penitus virtutibus, ad primum se velut aspectum orationis aptarunt: et cùm iis fœlicissimè cesserit imitatio, qui uerbis atque numeris sunt non multum differentes, vim dicendi atque inuentionis non assequuntur, sed plerunque declinant in peius, & proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarij, lenis

corr

corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes. Ideoq; qui horridè atq; incompositè quidlibet frigidum illud & inane extulerunt, antiquis se pares credunt: qui carent cultu atque sententiis, Atticis scilicet: qui præcisis conclusionibus obscuri, Sallustium atq; Thucydidem superant: tristes ac ieiuni Pollionem æmulantur, otiosi & supini, si quid modò longius circunduxerunt, iurant ita Ciceronem loquuturum fuisse. Noueram quosdam, qui se pulchrè expressisse genus illud cælestis huius in dicendo viderentur, si in clausula posuissent, Esse videatur. Ergo primum est, vt quod imitaturus est quisque, intelligat: & quare bonum sit, sciat. Tum in suscipiendo onere consulat suas vires. Nã quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non sufficiat, aut diuersitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit, sola velit fortia & abrupta: cui forte quidem, sed indomitum, amore subtilitatis & vim suam perdat, & elegantiam quam cupit, non assequatur. Nihil enim tam indecens, quam cùm mollia durè fiunt. Atque ego illi præceptori quem institueram in libro secundo, tradidi non ea solùm docenda esse, ad quæ quenque discipulorum natura compositum videret. Nam is & adiuuare debet quæ in quoque eorum inuenerit bona, & quantum fieri potest, adiicere quæ desunt, & emendare quædam, & mutare. Rector enim est alienorum ingeniorum atque formator. difficilius est naturam suam fingere. Sed ne ille quidem doctor, quamquam omnia quæ recta sunt, velit esse in suis auditoribus quamplenissima, in eo tamen cui naturam obstare viderit, laborabit. Id quoque vitandum (in quo magna pars errat) ne in oratione poëtas nobis & historicos, in illorum operibus oratores aut declamatores imitandos putemus. Sua cuique proposita lex, suus decor est. Nec comœdia in co-

thurnos assurgit, nec contrà tragœdia socco ingredi
Habet tamen omnis eloquentia aliquid comune. Id imi
mur, quod commune est. Etiam hoc solet incommodi ac
dere iis qui se vni alicui generi dediderunt, vt si asperi
bis placuit alicuius, hanc etiam in leni ac remisso causarum
genere non exuant: si tenuitas, aut nuditas, in asperis gra
uibusq; causis ponderi rerum parum respondeant: cùm
diuersa non causarum modò inter ipsas conditio, sed
singulis etiam causis partium: sintq; alia leniter, alia aspe
rè, alia concitatè, alia remissè, alia docendi, alia mouen
gratia dicenda: quorum omnium dissimilis atque diuer
inter se ratio est. Itaque ne hoc quidem suaserim, vni
alicui proprie, quem per omnia sequatur, addicere. Lon
perfectissimus Græcorum Demosthenes, aliquid tamen de
quo in loco melius alij, plurima ille: sed non qui maxim
imitandus, etiam solus imitandus est. Quid ergo? non
satis omnia sic dicere quomodo Marcus Tullius dixit? Is
hi quidem satis esset, si omnia consequi possem. Quid tam
nocet, vim Cæsaris, asperitatem Cælij, dilucentiam Pto
lionis, iudicium Calui, quibusdam in locis assumere? Non
præter id quòd prudentis est, quod in quoque optimum
si possit, suum facere: tum in tanta rei difficultate vnum
tuentes, vix aliqua pars sequitur. Ideoq; cùm totum expri
mere quem elegeris, penè sit homini inconcessum: plurima
bona ponamus ante oculos, vt aliud ex alio hæreat, & qu
quicque loco conueniat, aptemus. Imitatio autem (nam sæ
pius idem dicam) non sit tantùm in verbis. Illuc intendenda
da mens, quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque
personis, quod consilium, quæ dispositio, quàm omnia
etiam quæ delectationi videantur data, ad victoriam spe
ctent: quid agatur proœmio: quæ ratio & quàm varia
narr

narrandi: quæ vis probandi ac refellendi: quanta in affectibus omnis generis mouendis scientia, quantaq; laus ipsa popularis vtilitatis gratia assumpta. quæ tum est pulcherrima, cùm sequitur, non cum arceßitur. Hæc si perviderimus, tum verè imitabimur. Qui verò etiam propria his bona adiecerit, vt suppleat quæ deerant, circunciдat siquid redundabit, is erit (quem quærimus) perfectus orator: quem nunc consummari potißimùm oportebat, cùm tantò plura exempla bene dicendi superstint, quàm illis qui adhuc summi sunt, contigerunt. Nam erit hæc quoque laus eorum, vt priores superasse, posteros docuisse dicantur.

Quomodo scribendum sit.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Tria ad facilitatem eloquentiæ parandam necessaria esse dixit, legendi, scribendi, & dicendi exercitationem. De primo locutus, ad secundum aggreditur, nempe ad stylum, id est modum scribendi. In quo duo consideranda ait: quid, & quo modo scribi oporteat. Priore membro inquintum caput dilato, secundum exequitur. Scribẽdum esse quã diligentißimè, & quam ßæpißimè quæ iusto tempore excogitata erunt & bene collocanda, cum rerum & verborum certo delectu, repetenda frequenter, & sub incundem reuocanda calore inuentionis refrigeratio, atque etiam retractanda quæ semel composita erunt, Salluſtij atque Virgilij exemplo. Quæ diligentia & solicitudo initiis necessaria est. Deinde duo genera vitiosè scribentium notat: Vnum eorum quibus morosis nimium nihil placet: qui meditando & cogitando maiorem temporis partẽ consumũt, semper vnde incipiant quærẽtes. Aliud eorũ qui ex tempore quicquid primus impetus suggerit, effundunt, magnaleuitate res temere congerẽtes. Ex quo dictãtes quod alij celeriter excipiant, propter varia eius rei quæ subiungit incõmoda, reprobat: interquas viã mediã bene scribendi studioso sequendã: & quid illi scribẽdi initiũ inueniri voleti intuendũ sit, præscribit: nẽpe quid res locus tipus, vel personæ poscãr. Locũ secretũ studiis esse aptũ non tamẽ mar mora & syluas: quę ad studia nõ vocare, sed potius auocare ad volupta

tem videntur. Lucubrationem nocturnam esse longè vtilissimam, tamen, vt valetudinis habeatur ratio: quæ scribendo & meditando præcipuè solet: quarum rerum commoditas si non supperat, propterea omnibus locis & temporibus meditationi dandam operam. Postremò quibus sit in ceratis tabellis scribendum, in membranis, & quamobrem, quaque versuum lõgitudine, quibus relictis marginibus, tradit.

ET hæc quidem auxilia extrinsecus adhibentur: autem quæ nobisipsis paranda sunt, vt laboris vtilitatis etiam longè plurimum affert stylus. Nec imeritò M. Tullius hunc optimum effectorem ac magistrum dicendi vocat. Cui sententiæ personam L. Crassi in disputationibus quæ sunt de oratore assignando, iudicium suum cum illius autoritate coniunxit. Scribendum ergo quam diligentissimè, & quamplurimum. Nam vt terra alte effossa, generandis alendisq; seminibus fœcundior est: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effusior, vberius, & fidelius continet. Nam sine hac quidem scientia, ipsa illa ex tempore dicendi facultas, inanem modò loquacitatem dabit, & verba in labris nascentia. Illic radices, illic fundamenta sunt: illic opes velut sanctius quodam ærario reconditæ, vnde ad subitos quoque casus, cùm res exiget, proferantur. Vires faciamus ad omnia, quæ sufficiant labori certaminum, & vsu non equa hauriantur. Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnum effici citò, præposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem: quæ nascendi quoque hanc fecerit legem, vt maiora animalia diutius visceribus parentum contineretur. Sed cum sit duplex quæstio, quomodo, & quæ maximè scribi oporteat, iam hinc ordinem sequar. Sit primò velox, dum diligens, stylus: quæramus optima, nec protinus offerentibus gaudeamus: adhibeatur iudicium inuentis, apposita

De Orat. I.

vide Plin. li. 8. de Elephantis.

ſpoſitio probatis. Delectus enim rerum verborumq; agen-
dus eſt, & ponderatio ſingulorum examinanda. Poſt ſubeat
ratio collocandi, verſenturque omni modo numeri: non
vt quodque ſe proferet verbum, occupet locum. Quæ qui-
dem vt diligētius exequamur, repetenda ſæpius erunt ſcri-
ptorum proxima. Nam præter id quod ſic melius iungitur
prioribus ſequentia, calor quoque ille cogitationis, qui
ſcribendi mora refrixit, recipit ex integrò vires, & velut
repetito ſpatio ſumit impetum. quod in certamine ſalien-
di fieri videmus, vt conatum longius petant, & ad illud quò
contenditur ſpatium, curſu ferantur: vtq; in iaculando bra
chia reducimus, & expulſuri tela, neruos retro tendimus.
Interim tamen ſi feret flatus, danda ſunt vela, dum nos in-
dulgentia illa non fallat. Omnia enim noſtra dum naſcun-
tur, placent: alioqui nec ſcriberentur. Sed redeamus ad iu-
dicium, & retractemus ſuſpectam facilitatem. Sic ſcripſiſſe
Auguſtum accepimus: & ſanè manifeſtus eſt etiam ex ope-
re ipſo labor. Virgilium quoque pauciſſimos die compo-
ſuiſſe verſus, autor eſt Varus. Oratoris quidem alia condi-
tio eſt. Itaque hanc moram & ſolicitudinem initiis impero:
nam primum hoc conſtituendum, hoc obtinendum eſt, vt
quamoptimè ſcribamus: celeritatem dabit conſuetudo. Pau
latim res facilius ſe oſtendent, verba reſpondebunt, compo-
ſitio ſequetur: cūcta denique, vt in familia bene inſtituta, in
officio erunt. Summa hæc eſt rei, Citò ſcribendo non fit vt
bene ſcribatur: beneſcribendo fit vt citò. Sed tum maximè
tum facultas illa contigerit, reſiſtamus, vt prouideamus, &
frocientes equos frenis quibuſdam coerceamus: quod non
nullam moram faciet, quam nouos impetus dabit. Nec enim
verſus eos qui robur aliquod in ſtylo fecerint, ad infelicem

calumniandi se pœnam alligandos puto. Nam quomodo sufficere ciuilibus officiis possit, qui singulis actionum partibus infenescat? Sunt autem quibus nihil sit satis omnia mutare, omnia aliter dicere quam occurrit, velint: incredibili quidam, & de ingenio suo pessimè meriti, qui diligentiam putant, facere sibi scribendi difficultatem. Nec promptum est dicere, vtros peccare validius putem quibus omnia sua placent, an quibus nihil. Accidit enim etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, vt labore consumantur, & in silentium vsq; descendant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narrasse mihi Iulium Secundum illum æqualem meum, atq; a me, vt notum est, familiariter amatum, miræ facundiæ virum, infinitæ tamen curæ, quid esset sibi a patruo suo dictum. Is fuit Iulius Florus, in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos disertus, & dignus illa propinquitate. Is cum secundum scholæ adhuc operatum, triste forte vidisset, interrogauit, Quæ caussa frontis tam adductæ? nec dissimulauit adolescens, tertium iam diem esse, ex quo omni labore materiæ ad scribendum destinatæ non inueniret exordium: quo sibi non præsens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens, Nunquid tu, inquit, melius dicere vis, quam potes? Ita se res habet, Curādum est vt quamoptime dicamus: dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Vt possimus autem scribere etiam plura, & celerius, non exercitatio modò præstabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio: si non resupini, spectantesq; tectum, & cogitationem murmure agitantes, expectauerimus quid obueniat: sed quid res poscat, quid personam, deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus,

mus, intuiti, humano quodam modo ad scribendum acces-
sermus. Sic nobis & initia, & quæ sequuntur, natura ipsa
præscribit. Certa sunt enim pleraque, & nisi conniue-
mus, in oculos incurrunt: ideoque nec indocti nec rusti-
ci diu quærunt vnde incipiant: quo pudendum est magis si
difficultatem facit doctrina. Non ergo putemus semper
optimum esse, quod latet: immutescamus alioqui, si nihil di-
cendum videatur, nisi quod non inuenimus. Diuersum est
huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam
stylo quamuelociss̃imo volunt, & sequentes calorem atque
impetum, ex tempore scribunt (hanc syluam vocant) re-
petunt deinde, & componunt quæ effuderant: sed verba
emendantur & numeri, manet in rebus temere congestis
quæ fuit leuitas. Protinus ergo adhibere curã rectius erit,
atque ab initio sic opus ducere, vt cælandum, non ex inte-
gro fabricandum sit. Aliquando tamẽ affectibus sequimur,
in quibus fere plus calor quam diligentia valet. Satis appa-
ret ex eo quod hanc scribentium negligentiã damno, quid
de illis dictãdi deliciis sentiam. Nam in stylo quidem quam-
libet properato dat aliquam cogitationi moram non con-
sequens celeritatem eius manus: illic cui dictamus, vrget, at-
que interim pudet etiam dubitare, aut resistere, aut muta-
re, quasi conscium infirmitatis nostræ timentes. Quo fit,
vt non rudia tantũ, & fortuita, sed impropria interim, dum
sola est connectendi sermonis cupiditas, effluant: quæ nec
scribentium curam, nec dicentium impetum consequantur.
At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut iner-
tior in legendo velut offensator fuerit, inhibetur cursus,
atque omnis quæ erat conceptæ mentis intentio, mora &
interdum iracundia excutitur. Tum illa quæ apertio-
rem animi motum sequuntur, quæq; ipsa animum quo-

dammodo concitant, quorum est iactare manum, torquere vultum simul, & interim obiurgare, quæq; Persius nouissimum leuiter dicendi genus significat,

Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit vngues.

etiam ridicula sunt, nisi cum soli sumus. Denique vt semel quod est potentissimum dicam: secretum (quod dictando perit) atque liberum arbitris locum, & quam altissimum silentium scribentibus maximè conuenire nemo dubitauerit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc nemora, syluasq;, quòd illa cæli libertas, locorumq; amœnitas, sublimem animum, & beatiorem spiritum parent. Mihi certè iucundus hic magis, quam studiorum hortator videtur esse secessus. Namque illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati. Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest: & quocunq; respexerit, desinit intueri quod propositum erat. Quare syluarum amœnitas, & praeterlabentia flumina, & inspirantes ramis arborum aurae, volucriumq; cantus, & ipsa latè circunspiciendi libertas, ad se trahuntur: vt mihi remittere potius voluptas ista videatur cogitationem, quam intendere. Demosthenes meditans qui se in locum ex quo nulla exaudiri vox, nihilq; prospici posset recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoq; lucubrantes, silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen vnum velut rectos maximè teneat. Sed cum in omni studiorum genere, tum in hoc præcipue bona valetudo, quæq; eam maximè præstat frugalitas, necessaria est. Cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemq; nobis data, in acerrimum laborem conuertimus. Cui tamen non plus irrogandum est, quam quod somno superarit, haud deerit. Obstat enim diligentiæ scribendi

etiam

etiam fatigatio: & abunde, si vacet, lucis spatia sufficiunt: occupatos, in noctem necessitas agit. Est tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti venimus, optimum secreti genus. Sed silentium, & secessus, & vndique liber animus, vt sunt maxime optanda, ita non semper possunt contingere: ideoque non statim siquid obstrepet, abuciendi codices erunt, & deplorandus dies: verum incommodis repugnandum: & hic faciendus vsus, vt omnia quæ impediunt, vincat intentio. quam si tota mente in opus ipsum direxeris, nihil eorum quæ oculis vel auribus incurrant, ad animum perueniet. An verò frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, vt obuios non videamus, & itinere deerremus: non consequemur idem si & voluerimus? Non est indulgendum cauſis desidiæ. Nam si non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus aliis curis vacantes, studendum existimauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. Quare in turba, itinere, conuiuiis etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid alioqui fiet, cùm in medio foro, tot circunstantibus iudiciis, iurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit subitò continua oratione dicendum, si particulas quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? Propter quæ idem ille tantus amator secreti Demosthenes, in littore in quod se maximo cum sono fluctus illideret, meditans, consuescebat concionum fremitus non expauescere. Illa quoque minora (sed nihil in studiis parvum est) non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte visus infirmior membranarum potius vsum exiget: quæ vt tuentur aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, & cogitationis impetum frangunt. Relinquen-

dæ autem in vtrolibet genere vacuæ tabellæ, in quibus libera adiicienti sit excursio. Nam interim pigritiam emendandi angustiæ faciunt, aut certè nouorum interpositione priora confundunt. Ne latas quidem vltra modum esse ceras velim, expertus iuuenem studiosum alioqui prælongos habuisse sermones, quia illos numero versuum metiebatur: idq; vitium, quod frequenti admonitione corrigi non poterat, mutatis codicibus esse sublatum. Debet vacare etiã locus, in quo notentur quæ scribentibus solent extra ordinem, id est ex aliis quam qui sunt in manibus loci, occurrere. Irrumpunt enim optimi nonnunquam sensus, quos neque inserere oportet, neque differre tutum est: quia interim elabuntur: interim memoriæ sui intentos, ab alia inuentione declinant: ideóque optimè sunt in depositio.

De emendatione. CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Styli secundum officium in emendatione eorum quæ primum scripta sunt, consistit: cuius tres esse partes docet, adiicere, detrahere, mutare: Eáque tria optimè præstari posse, si quæ primo calore effudimus, in aliquod tempus reponta, per interuallum sæpe regustemus, & tanquam aliena legamus: vbi modus adhiberi debet. Nam qui nunquam de tabula, quod aiunt, manum tollere possunt, semper inuenient quod mutent, detrahant, & adiiciant, magnopere vituperandos ait.

SEquitur emendatio, pars studiorum longè vtilissima. Neque enim sine caussa creditum est, stylum non minus agere, cum delet. Huius autẽ operis est, adiicere, detrahere, mutare. Sed facilius in his simpliciúsque iudicium, quæ replenda vel deiicienda sunt. premere verò tumentia, humilia extollere, luxuriantia adstringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coërcere, duplicis operæ. Nam

& damnanda sunt quæ placuerant, & inuenienda quæ fugerant. Nec dubium est, optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur, vt ad ea post intermissum velut noua atque aliena redeamus, ne nobis scripta nostra tanquam recentes fœtus blandiantur. Sed neque hoc contingere semper potest, præsertim oratori, cui sæpius scribere ad præsentes vsus necesse est: Et ipsa emendatio finem habet. Sunt enim qui ad omnia scripta tanquam vitiosa redeant, & quasi nihil fas sit rectum esse quod primum est, melius existiment quicquid est aliud: idque faciãt quoties librum in manus resumpserint, similes medicis etiam integra secãtibus. Accidit itaque vt cicatricosa sint, & exanguia, & cura peiora. Sit igitur aliquando quod placeat, aut certè quod sufficiat: ut opus poliat lima, non exterat. Temporis quoque esse debet modus. Nam quod Cinnæ Smyrnam nouem annis accepimus scriptam, & Panegyricum Isocratis, qui parcissimè, decem annis dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet: cuius nullum erit, si tam tardum fuerit, auxilium.

Quæ scribenda sint præcipuè.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Diuisionis tertio capite factæ, secundum membrum aggreditur, quæ maximè scribenda sint. nam ibi quo modo quicque scribendum esset, docuit. Ergo principio vertere Græca in Latinum sermonem, propter rerum & verborum copiam, figurarum varietatem, & artis subtilitatem, quibus omnibus abundant Græci, vtilissimum esse censet. Hinc & crebram ex Latinis conuersionem multum profuturam: siue carmen in orationem solutam conuertamus, siue quid paraphrasi interpretemur, cuius naturam vimque explicat. Neque id in alienis orationibus modò, verumetiam in nostris conandum.

Atque

Atque si facultatem dicendi maximam parare nobis volumus, ex questionibus simplicibus, quæ nullis circunstantiis sunt implicitæ, thesis dicunt, eam vel maximam parari posse probat. Deinde ex cõfirmatione & confutatione sententiarum. Tertio ex declamationibus à rerum veritate non abhorrentibus. Quam etiam facultatem sequenti, historias, propter vbertatem, dialogos & carmina, animi reficiendi causa conferibenda iudicat. Postremò, ferias etiam cauſſas iuuenibus proponendas, quas vel agi audierint, vel etiam alias ad veritatem compositas, quas ſi vtrinque tractauerint, ad aliquod eloquentiæ lumen peruenturos eſſe.

PRoximum eſt ut dicamus quæ præcipuè ſcribẽda ſint. Hoc exuberãtis quidem eſt operis, ut explicemus quæ ſint materiæ: quæ prima aut ſecunda, aut deinceps tractanda ſint. Nam id factum eſt etiam primo libro, quo puerorum: & ſecundo, quo iam robuſtorum ſtudiis ordinem dedimus. Sed de quo nunc agitur, vnde copia ac facilitas maximè ueniat, uertere græca in latinum veteres noſtri oratores optimum iudicabant. Id ſe L. Craſſus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitaſſe. Id Cicero ſua ipſe persona frequentiſſimè præcipit: quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos. Id Meſſalæ placuit: multæq; ſunt ab eo ſcriptæ ad hunc modum orationes: adeò vt etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis ſubtilitate contenderet. Et manifeſta eſt exercitationis huiuſce ratio. Nam & rerum copia Graci autores abundant, & plurimum artis in eloquentiam intulerunt: & hos transferentibus, uerbis uti optimis licet. Omnibus enim vtimur noſtris: figuras verò, quibus maximè ornatur oratio, multas ac varias excogitandi etiam neceſsitas quædam eſt: quia plerunque a græcis Romana diſſentiunt. Sed & illa ex latinis conuerſio, multum & ipſa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo ſolo genere exercitationis dicitur vſus eſſe Sulpitius. Nam & ſublimis ſpiritus attollere oratione poteſt.

Lib. 1.

Timæum, & Oeconomicum

& verba

& verba poëtica libertate audaciora, præsumunt eandem proprie dicendi facultatem. Sed & ipsis sententiis adiicere licet oratorium robur, & omissa supplere, & effusa substringere. Neque ego παράφρασιν esse interpretationem tantùm uolo, sed circa eosdem sensus certamẽ atque æmulationem. Ideóque ab illis dissentio, qui vertere orationes latinas vetant, quia optimis occupatis, quicquid aliter dixerimus, necesse sit esse deterius. Nam neque semper est desperandum, aliquid illis quæ dicta sunt, melius posse reperiri: neque adeò ieiunam ac pauperẽ natura eloquẽtiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel non possit. Nisi fortè histrionum multa circa voces easdẽ uariare gestus potest, orandi minor vis, vt dicatur aliquid, post quod in eadem materia nihil dicendum sit. Sed esto, neque melius quod inuenimus sit, neque par: est certè proximis locus. An uerò ipsi non bis ac sæpius de eadem re dicimus, & quidem cõtinuas nonnunquam sententias? Nisi fortè contendere nobiscum possumus, cum aliis non possumus. Nam si uno tãtum genere bene diceretur, fas erat existimari præclusam nobis à prioribus viam. Nunc verò innumerabiles sunt modi, plurimæq; eodem viæ ducunt. Sua breuitati gratia, sua copiæ: alia translatis uirtus, alia propriis. Hoc oratio recta, illud figura declinata commẽdat. Ipsa denique utilissima est exercitationi difficultas. Quid quòd autores maximi sic diligentius cognoscuntur? Nõ enim scripta, lectione secura transcurrimus: sed tractamus singula & necessariò introspicimus: & quantũ uirtutis habeant, uel hoc ipso cognoscimus, quòd imitari non possumus. Nec aliena tantũ trãsferre, sed etiam nostra pluribus modis tractare prodest: ut ex industria sumamus sententias quasdam, eásq; uersemus quàm numerosissimè, uelut eadem cera aliæ atque

aliæ

aliæ formæ duci solent. Plurimum autem parari facultatis existimo ex simplicissima quaque materia. Nã in illa multiplici personarum, caussarum, temporum, locorum, dictorũ, factorum diuersitate facilè delitesceret infirmitas, tum undiq; rebus, ex quibus aliquã apprehendas, offerentibus. Illud uirtutis indicium est, fundere quæ natura contracta sunt, augere parua: uarietatem similibus, uoluptatem explicitis dare, & bene dicere multa de paucis. In hoc opere facient infinitæ quæstiones, quas uocari θέσεις diximus, quibus Cicero iam princeps in republica exerceri solebat. Lib. 3. cap. 5. His confinis est destructio & confirmatio sententiarum. Nam cùm sit sentẽtia, decretum quoddam atque præceptum quod de re, idem de iudicio rei quæri potest. Tum loci communes, quos etiam scriptos ab oratoribus scimus. Nã in hæc recta tantùm, & in nullos flexus recedentia copiosè tractauerit: vtiq; in illis plures excursus recipientibus magis abũdabit, eritq; in omnes causssas gratus. Omnes enim generalibus quæstionibus constant. Nam quid interest Cornelius Tribunus plebis quòd codicem legerit, rem sit an quæramus, uioletúrne maiestas, si magistratus rogationem suam populo ipse recitauerit? Milo Clodium reum occiderit, ueniat in iudicium: an, oporteátne insidiatorem interfici, uel perniciosum reipublicæ ciuem, etiam si nõ defendatur? Cato Martiam honesténe tradiderit Hortensio an, cõueniátne res talis bono viro? De personis iudicatur, sed de rebus contenditur. Declamationes uerò, quales scholis rhetorum dicuntur, si modò sunt ad ueritatem utiles, commodatæ, & orationibus similes, non tantùm dant adolescit profectus, sunt vtilissimæ, quæ inuentionem & dispositionem pariter exercent, sed etiam cùm est consummatus, ac iam in foro clarus. Alitur enim atque enitescit

vol

uelut pabulo lætiore facundia, & assidua contentionum asperitate fatigata renouatur. Quapropter historiæ nonnunquam vbertas in aliqua exercendi stili parte ponenda: & dialogorum libertate gestiendum. Ne carmine quidem ludere, contrarium fuerit: sicut athletæ remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideóq; mihi videtur M. Tullius tantum intulisse eloquentiæ lumen, quòd in hos quoque studiorum secessus excurrit. Nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor, & durescat articulus, & ipse ille mucro ingenij quotidiana pugna retundatur. Sed quemadmodum forensibus certaminibus exercitatos, & quasi militantes reficit ac reparat hæc uelut sagina dicendi: sic adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri, & inanibus simulacris: usqueadeò ut difficile ab his digressos sit assuefacere, ne ab illa in qua propè consenuerint vmbra, vera discrimina uelut quendam solem reformident: quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur: vt cum ei summam in scholis opinionem obtinenti, caussa in foro esset oranda, impensè petierit, vti subsellia in basilicam transferrentur. ita illi cælum nouum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus uideretur. Quare iuuenis qui rationem inueniendi eloquendique à præceptoribus diligenter acceperit (quod non est infiniti operis, si docere sciant) & exercitationem quoque modicam fuerit consecutus, oratorem sibi aliquem (quod apud maiores fieri solebat) deligat, quem sequatur, quem imitetur, iudiciis interfit quamplurimis, & sit certaminis cui destinatur, frequens spectator: tum caussas uel easdem quas agi audierit, stylo &

ipse

ipse componat, vel etiam alias, ueras modò: & utrinque tractet: &, quod in gladiatoribus fieri videmus, in rebus actis exerceatur: ut fecisse Brutum diximus pro Milone.

Libr. 3. cap. 6. Melius hoc, quàm rescribere veteribus orationibus, vt fecit Sextius cõtra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cùm alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione. Citius autem sic idoneus erit iuuenis, quem præceptor coëgerit in declamando quamsimillimum esse veritati, & per totas ire materias: quarum nũc facillima, & maximè fauorabilia decerpunt. Obstat huic quod secũdo libro posui, frequens turba discipulorum, & consuetudo classium certis diebus audiendarum: nonnihil etiam persuasio patrum, numerantium potius declamationes, quàm æstimantium. Sed (quod dixi primo, vt arbitror, libro) nec ille se bonus præceptor maiore numero quàm sustinere possit, onerabit: & nimiam loquacitatem recidet, vt omnia quæ sunt in controuersia, non (vt quidam uolunt) quæ in rerum natura, dicantur: & uel longiore potius dierum spatio laxabit dicendi necessitatem, uel materias diuidere permittet. Vna enim diligenter effecta plus proderit, quam plures inchoatæ, & quasi degustatæ. Propter quod accidit, vt nec suo loco quicque ponatur: nec illa quæ prima sunt, seruent suam legem: iuuenibus flosculos omnium partium in ea quæ sunt dicturi congerentibus: quo fit, vt timentes ne sequentia perdant, priora confundant.

De cogitatione. CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Legendi & scribendi absoluta ratione, priusquã ad dicendi modum quod tertium est, perueniat, de cogitatione, quam locat inter duo postrema mediam, loquitur: quæ quanti sit vsus atque vtilitatis, primum eleganter describit. Deinde quomodo firma & valida cogitandi vis

parari

parari posit, demonstrat: videlicet si longa dicendi exercitatione
firmam nobis fecerimus, quæ cogitantes sequatur: hinc animo &
memoria pauca complecti primùm, deinde per incrementa paulò
plura consuescamus: sic fore vt illa vsu augeatur, & exercitatione re-
tineatur, firmissimaque euadat. Id exemplis Eriphyli, Metrodori, &
Hortensij probat. Verùm quod in omnibus artis partibus, ita hîc ca-
uendum moner, nec cogitatis ita superstitiosè adhæreamus, vt si for-
tuna quid plausibile ex tempore offerat, repudiare velimus.

PRoxima stylo cogitatio est, quæ & ipsa vires ab hoc accipit, & est inter scribendi laborẽ, extemporalemq; fortunam media quædam, & nescio an vsus frequentissimi. Nam scribere nec vbique nec semper possumus: cogitationi tempus ac loci plurimum est. Hæc paucis admodum horis magnas etiã causas complectitur. Hæc quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid inuenit vacui, nec ocium patitur. Neque verò rerum ordinem modò (quod ipsum satis erat) intra se ipsa disponit, sed verba etiam copulat, totamq; ita contexit orationem, vt ei nihil præter manum desit. Nam memoriæ quoque plerunque inhæret fidelius, quod nulla scribendi securitate laxatur. Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi peruenire potest aut subitò, aut citò. Nam primùm facienda multo stylo forma est, quæ nos etiã cogitantes sequatur, tum assumendus vsus paulatim, vt pauca primùm complectamur animo, quæ reddi fideliter possint: mox per incrementa tam modica, vt onerari se labor ille non sentiat, augenda vsu, & exercitatione multa continenda est: quæ quidem maxima ex parte memoria constat: ideoq; aliqua mihi in illum locum differenda sunt. Eò tamẽ peruenit, vt is cui non refragetur ingenium, acri studio admodum tantùm consequatur, vt ea etiam quæ cogitarit, quæque scripserit atque edidicerit, in dicendo fidem seruent. Citro certè Græcorum Metrodorum Scepsium, & Eriphy-

lum Rhodium, nostrorumq; Hortensium tradidit, qui cogitauerant, ad verbum in agendo retulisse. Sed si forte aliquis inter dicendum effulcerit extemporalis color, non superstitiose, cogitatis demum est inhærendum. Neque enim tantum habent curæ, vt non sit dandus & fortuna locus: cùm sæpe etiam scriptis ea quæ subitò nata sunt inserantur. Ideóque totum hoc exercitationis genus ita instituendum est, vt & digredi ex eo, & redire in id facile possimus. Nam vt primum est domo afferre paratam dicendi copiam, & certam: ita refutare temporis munere longè stultissimum est. Quare cogitatio in hoc præparetur vt nos fortuna decipere non possit, adiuuare possit. Id autem fiet memoriæ viribus, vt illa quæ complexi animo fuimus, fluant secura, non solicitos & respicientes, & nunquam suspensos recordationis, non sinant prouidere: aliquid vel extemporalem temeritatem malo, quàm malè cohærentem cogitationē. Peius enim queritur retrorsus quàm cùm illa desideramus, ab aliis auertimur: & ex memoria potius repetimus, quàm ex materia. Plura sunt autem, si vtrunque quærendum est, quæ inueniri possunt, quàm quæ inuenta sunt.

Quemadmodum extemporalis facultas paretur & continea tur. CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Qui legendi, quæ scribenda, & quomodo, tradidit. Rationem dicendi, quod vltimum erat, aggreditur. Primum facultatis extemporalis vtilitatem ex adiunctis, consequentibus, & similibus commendat. Deinde quo pacto parari & retineri possit, docet. Parari, si dicendi artem probè tenuerimus: si quò & quâ sit perueniendum, si partes causarum, ordinum, quæstionum, quæ dispositio rerum, quid loco primo, quid secundo, ac deinceps sit collocandum, scierimus. Quibus extra artem, ex

Labore

labore & studio adiungit, vt copiam optimi sermonis nobis paremus vt orationem multo & fideli stylo, consuetudine atque exercitatione formemus: cuius colorem etiam ex tempore dicta referant: vt non solùm animi naturali mobilitate, verumetiam præcedente intentione, vsu quodam irrationali, quem tamen ars præcedat, adhibitis rerum imaginibus, & vi mentis plurimum valeamus. Pudorem quoque, & gloriæ cupiditatem, ad hanc facultatem plurimum conferre contendit: ad quam paulatim à paruis initiis frequenti meditatione & vsu perueniendum sit. Porrò tetineri eadem qua paratur exercitatione, quam duplicem esse vult: primam, quæ audientibus pluribus, de quorum iudicio atque opinione sumus soliciti, plura quotidie dicendo exercemur: Alteram, qua nobiscum cogitamus: & totas materias silentio persequimur: quarum comparatione facta, varia commoda commemorat. Atque vt exacto & perfecto sermone vti consuescamus, & diligenter plurima scribendo, optimè & facilimè dicere discamus, præcipit.

MAximus verò studiorum fructus est, & velut præmium quoddam amplissimum longi laboris, ex tempore dicendi facultas: quam qui non erit consecutus, meâ quidem sententia ciuilibus officiis renuntiabit, & solã scribendi facultatem potius ad alia opera conuertet. Vix enim bonæ fidei viro conuenit auxilium in publicum polliceri, quòd in præsentissimis quibusque periculis desit: vt indicare portum, ad quem nauis accedere, nisi lenibus ventis vecta, non possit. Si quidem innumerabiles accidunt subitæ necessitates, vel apud magistratus, vel repræsentatis iudiciis continuò agendi: quarũ siqua non dico cuicunq; inocentiũ ciuium, sed amicorum ac propinquorũ alicui euenerit, statimne mutus, & salutarem petentibus vocem statim, si non succurratur, perituris, moras & secessum & silentiũ quæret, dum illa verba fabricentur, & memoriæ insidant, & vox ac latus præparetur? Quæ verò patitur hoc ratio vt quisquam sit orator imparatus ad casus? Quid cùm aduersario respondendum erit, fiet? Nam sæpe ea quæ opinati sumus, & contrà quæ scripsimus, fallunt, ac tota subitò causa mutatur. Atque vt gubernatori ad incursus tempestatum, sic agenti ad varietatem causarum ratio

mutanda est. Quid porrò multus stylus, & assidua lectio, & longa studiorum ætas facit, si manet eadem quæ fuit incipientibus difficultas? Perisse profectò cõfitendum est præteritum laborem cui semper idem laborandum est. Neque ego hoc ago, vt ex tempore dicere malit, sed vt possit. Id autem maximè hoc modo consequemur. Nota sit primum dicendi via. Neque enim prius contingere cursus potest, quàm scierimus quò sit & quà perueniendum. Nec satis est non ignorare quæ sunt caussarum iudicialium partes, aut quæstionum ordinem rectè disponere, quanquam ista sunt præcipua: sed quid quoque loco primum sit, quid secundum ac deinceps: quæ ita sunt natura copulata, vt mutari ab interuelli sine confusione nõ possint. Quisquis autem vtì dicet, ducetur ante omnia rerum ipsa serie, velut duce propter quod homines etiã modicè exercitati, facilimè tenorem in narrationibus seruant. Deinde, quid quoque loco quærant, scient: nec circunspectabunt, nec offerentibus se aliude sensibus turbabuntur: nec confundent ex diuersis orationem, velut salientes huc, illuc, nec vsquam insistentes. Postremò habebunt modum & finem, qui esse citra diuisionem nullus potest. Expletis pro facultate omnibus quæ proposuerint, peruenisse se ad vltimum sentiat. Et hæc quidem ex arte. Illa verò ex studio, vt copiam sermonis optimi, quemadmodum præceptum est, comparemus: multo ac fideli stylo sic formetur oratio, vt scriptorum colorem etiam quæ subitò effusa sunt, reddant: vt cum multa scripserimus, etiam multa dicamus. Nam consuetudo & exercitatio facilitatem maximè parit: quæ si paulum intermissa fuerit non velocitas illa modò tardatur, sed & ἀφυΐα ipsum coït atque concurrit. Quanquam enim opus est naturali quadam mobilitate animi, vt dum proxima

xima dicimus, struere vlteriora possimus, semperq; nostrã vocem prouisa & formata cogitatio excipiat, vix tamen aut natura, aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, vt inuentioni, dispositioni, elocutioni, ordini rerum verborumq;, tum iis quæ dicit, quæ subiuncturus est quæ vltra spectanda sunt, adhibita vocis, pronuntiationis, gestus obseruatione, vna sufficiat. Longe enim præcedat oportet intentio, ac præ se res agat: quantumq; dicendo consumitur, tantum ex vltimo prorogetur: vt donec perueniamus ad finem, non minus prospectu procedamus quam gradu, si non intersistentes offensantesq; breuia illa atque concisa singultantium modo eiecturi simus. Est igitur vsus quidam irrationalis, quem Græci ἀλογον τρίβων vocant, quo manus in scribendo decurrit, quo oculi totos simul in lectione versus flexusq; eorũ & transitus intuentur, & ante sequentia vident, quam priora dixerunt. Quo constat miracula illa in scenis pilarium ac ventilatorum. vt ea quæ emiserint, vltro venire in manus credas, & qua iubentur decurrere. Sed hic vsus tra proderit, si ea de qua locuti sumus ars anteceſſerit, vt ipsum illud quod in se rationem non habet, in ratione vertatur. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui disposite, ornate, copiose dicit. Sed nec tumultuarij nec fortuiti sermonis cotextum mirabor vnquam, quem iurgantibus etiam mulierculis superfluere video: quem si calor ac spiritus tulit (frequenter enim accidit, vt successum extemporalem consequi cura non possit) Deum tunc affuisse, cum euenisset, veteres oratores (vt Cicero dicit) aiebant. Sed ratio manifesta est. Nam bene concepti affectus & recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quæ nonnunquam mora styli refrigescunt, & dilatæ non reuertun-

tur. Vtique verò cùm in fœlix illa verborum cauillatio ac cesſit, & curſus ad ſingula veſtigia reſtitit, non poteſt ferri contorta vis. Sed vt optimè vocum ſingularum cedat electio, non continua, ſed compoſita eſt. Quare capienda ſunt illæ de quibus dixi, rerum imagines, quas vocari φαντασίας indicauimus, omniaq; de quibus dicturi erimus, perſonæ, quæſtiones, ſpes, metus, habenda in oculis, in affectus recipienda. Pectus eſt enim quod diſertos facit, & vis mentis. Ideoq; imperitus quoque, ſi modò ſunt aliquo affectu concitati, verba non deſunt. Tum intendendus animus, non in aliquam rem vnam, ſed in plures ſimul continuas: vt ſi per aliquam rectam viam mittamus oculos, ſimul omnia quæ ſunt in ea circáq; intuemur, non vltimum tantùm videmus, ſed vſque ad vltimum. Addit ad dicendum etiam pudor ſtimulos, addit & dicendorum expectata laus: mirumq; videri poteſt, quod cùm ſtylus ſecretò gaudeat, atque omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequentia, vt miles congeſtu ſignorum excitatur. Nanque & difficiliorem cogitationem exprimit & expolit dicendi neceſſitas, & ſecundos impetus auget placendi cupido. Adeò præmium omnia ſpectant, vt eloquentia quoque, quanquam plurimum habeat in ſe voluptatis, maximè tamen præſenti fructu laudis opinionisq; ducatur. Nec quiſquam tantum fidat ingenio, vt id ſibi ſperet incipienti ſtatim poſſe contingere: ſed ſicut in cogitatione præcepimus, ita facilitatem quoque extemporalem à paruis initiis paulatim perducemus ad ſummam: quæ neque perfici neque contineri niſi vſu poteſt: cæterùm peruenire eò debet, vt cogitatio non vtique melior ſit ea, ſed tutior. Cum hanc felicitatem non in proſa modò multi ſint conſecuti, ſed etiam in carmine, vt Antipater Sidonius, & Licinius

Archias.

Archias. Credendum enim Ciceroni est: non quia nostris quoque temporibus non & fecerint quidam hoc & faciunt, quod tamen ipsum non tam probabile puto (neque enim habet aut vsum res, aut necessitatem) quam exhortandis in hanc spem, qui foro præparantur, vtile exemplum. Neque verò tantam esse vnquam fiduciam facilitatis velim, vt non breue saltem tempus, quod nusquam fere decerit, ad ea quæ dicturi sumus dispicienda sumamus. quod quidem in iudiciis ac foro datur semper. neque enim quisquam est, qui causam quam non didicerit, agat. Declamatores quosdam peruersa ducit ambitio, vt exposita controuersia protinus dicere velint: quin etiam, quod est in primis friuolum ac scenicum, verbum petant quo incipiant. Sed tam contumeliosos in se ridet inuicem eloquentia: & qui stultis videri eruditi volunt, stulti eruditis videntur. Siqua tamen fortuna tam subitam fecerit agendi necessitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio, & vis omnis intendenda rebus, & in præsentia remittendum aliquid ex cura verborum, si vtrunque non dabitur, tum & tardior pronuntiatio moras habet, & suspensa ac velut dubitans oratio, vt tamen deliberare, non hæsitare videamur. Hoc, dum egredimur è portu, si nos nondum aptatis satis armamentis aget ventus: deinde paulatim simul eũtes aptabimus vela, & disponemus rudentes & impleri sinus optabimus. Id potius, quam se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus quò volent auferendum. Sed minore studio continetur hæc facultas, quam paratur. Ars enim semel præcepta, nõ capitur: stylus quoque intermissione paulũ admodũ de celeritate deperdit: prõptum hoc, & in expedito positum, exercitatione sola conti

In Oratore. Pro Archia poëta.

netur. Hac vti sic optimum est, vt quotidie dicamus audientibus pluribus, maximè de quorum simus iudicio ac opinione soliciti. rarum est enim vt satis se quisquam vereatur. Vel soli tamen dicamus potius, quàm nõ omnino dicamus. Est illa exercitatio cogitandi, totúsq; materias vel silentio (dum tamen quasi dicat intra seipsum) persequendi, quæ nullo non & tempore & loco, quando non aliud agimus, explicari potest: & est in parte vtilior, quàm hæc proxima. Diligentius enim componitur quam illa, in qua cõtextum dicendi intermittere veremur. Rursus illa prior plus confert, vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui & ipse, vt dixi, excitat oratorem, & iactatione manus, pedis suppulsione, sicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. Studendum verò semper, & vbiq;. Neque enim fere tam est vllus dies occupatus, vt nihil lucratiue, vt Cicero Brutum facere tradit, operæ ad scribendum dari dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Siquidẽ C. Carbo etiam in tabernaculo solebat hac vti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum est, quod eidem Ciceroni placet, nullum nostrum vsquam negligentem esse sermonem, quicquid loquemur, vbicunque. sit pro sua scilicet portione perfectum. Scribendum certè nunquam est magis, quam cùm multa dicemus ex tempore. Ita enim seruabitur pondus, & innatans illa verborum facilitas in altum reducetur: sicut rustici proximas vitis radices amputant, quæ illam in summum solum ducant, vt inferiores penitus descendendo firmentur. Ac nescio an vtrunq; cum cura & studio fecerimus, inuicem prosit, vt scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendũ ergo, quoties licebit: si id non dabitur, cogitandum: ab vtroq; excluſi, debent tamen adniti, vt neq; deprehensus orator, neq; litigator

gator destitutus esse videatur. Plerunque autem multa agẽtibus accidit, vt maximè necessaria, & vtique initia scribant: cætera quæ domo afferunt, cogitatione complectantur: subitis ex tempore occurrant: Quod feciſſe M. Tullium commentariis ipsius apparet. Sed feruntur aliorum quoque & inuenti forte vt eos dicturus quisque composuerat, & in libros digesti: vt causarum quæ sunt actæ à Seruio Sulpitio, cuius tres orationes extant. Sed hi, de quibus loquor, commentarij ita sunt exacti, vt ab ipso mihi in memoriam posteritatis esse videantur compositi. Nam Ciceronis ad præsens modò tempus aptatos libertus Tyro contraxit: quos non ideo excuso, quia non probem, sed vt sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc breuem annotationem, libellosq; qui vel manu teneantur, & ad quos interim respicere fas sit. Illud quod Lenas præcipit, displicet mihi, quæ scripserimus, in summas siue commentarios & capita conferre. Facit enim & dicendi negligentiam hæc ipsa fiducia, & lacerat ac deformat orationem. Ego autem ne scribendum quidem puto, quod simus memoria persecuturi. Nam hic quoque accidit, vt reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec sinat præsentem fortunam experiri. Sic anceps inter utrũque animus æstuat, cum & scripta perdidit, & non quærit noua. Sed de memoria destinatus est libro proximo locus, nec huic parti subiungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda

*

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER VNDECIMVS.

Præfatio, & de aptè dicendo.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Vim eloquendi citra facilitatem dicendi firmam, quę legendo, scribendo & dicendo paratur, consummatam & perfectam esse nó posse, & quid horum vnumquodque (quibus imitationem, emendationem & cogitationem admiscuit) proprium haberet, superiore libro tradidit. Huius autem initio irritos adhuc esse in eloquentia nostros conatus, nisi aptè & cõgruenter dicere studeamus, atque omnem omnium insulsum & ridiculum esse, nisi hæc illi virtus contingat, probatur. Id egregiis similitudinibus, & Ciceronis autoritate probat. Aptè dicere volenti obseruanda primum, deinde vitãda præscribit. Obseruanda, vt quid cuique orationis parti congruat: quid rei, loco, tempori, iudici conciliando, docendo & mouendo, conferat: cum omnis ornatus rei cui adhibetur, conditione constet. Nec solum quid expediat, verum etiam quid deceat, animaduertendum: quæ quo vt aliquido coniuncta sint, aliquando etiam separentur: vt apparet ex causa Socratis, Aphricani maioris, & Rutilij. Peruidendum itaque non minus quid dicas, quàm quo loco: quare non esse hanc virtutem minus inuentionis quàm elocutionis. Vitandam sui iactationẽ longe vitiosissimam, à qua Ciceronem contra obtrectatores vindicat & purgat: quamuis oratori eloquentiæ fiduciam concedant: Arrogantiam, qui iudicasse de caussa, & iudicibus præire quodammodo velle qui dicitur: Actionem impudentem, tumultuosam, iracundã, summissam adulationem, affectatam scurrilitatem: In rebus ac verbis turpibus nullum pudorem, atque in omni negotio neglectam autoritatem. Eloquentiæ genus ad personas, tempora, causas & res accommodandum. Personas esse vel senes, quibus pressum & mite dicendi genus conuenit: vel iuuenes, quibus vberius, & magis luxurians: vel milites quibus simplicius: vel Philosophos, quibus in ornatum & sine affectibus: vel principes & imperatores, quibus genus quoddam medium, ornatum quidem, sed seueritate temperatum. Atque horum omnium alios esse actores, alios litigatores, alios iudices: quibus omnibus ex præceptis exordij libro quarto traditis sit tribuenda conueniens oratio. In tempore & loco hæc esse quoque considerandа: Tempus, an si liberus

liberum, lætum, triste, angustum: Locus an sit publicus, priuatus, sacer, profanus, celeber, secretus, aliena ciuitas, nostra: castra, forum, curia, campus, theatrum, domus: quibus omnibus seruato decoro congruè tribuenda sit oratio. Caussa si demonstratiui sit generis, vt ad delectationem audientium componatur: si alterius in actu & contentione positi, vt dicendi lenocinia respuat, & res seriàs sequatur. Hinc quid declamantes deceat, & quibus affectibus vti debeant. Quæ moderatio quarundam caussarum propria. Quo pacto quæ natura sunt indecora & turpia, tractanda sint. Qua ratione excusanda, hominibúsque probanda, atque etiam laudanda, exemplis ex Ciceronis pro Cluentio, pro Muræna, & aliis orationibus, demonstrat. Item qua ratione in aliis reprehendenda sint quæ feceris, ex oratione pro Ligario. Atque vt sit de pudendis quærendum, vt aspera sint mollienda: vtque fortunam, aut ordines, gentésue aut populos infectati decenter posit, atque vt verborum moderatione rei detrahenda sit inuidia, promptis ex eodem exemplis tradit.

PARATA, *sicut superiore libro continentur, facultate scribendi, cogitandique, & ex tempore etiam, cùm res poscet, orandi: proxima est cura, ut dicamus aptè: quam virtutem quartam elocutionis Cicero demonstrat, quæq; meo quidem iudicio maximè necessaria est. Nam cùm sit ornatus orationis varius & multiplex, conueniatque alius alij: nisi fuerit accommodatus rebus atque personis, non modò non illustrabit eam, sed etiam destruet, & uim rerum in contrarium vertet. Quid enim prodest esse uerba & Latina, & significantia, & nitida, figuris etiam numerisque elaborata, nisi cum iis in quæ iudicem duci formarique uolumus, consentiant? Si genus sublime dicendi paruis in caussis, paruum limatúmque grandibus, lætum tristibus, lene asperis, minax supplicibus, summissum concitatis, trux atque violentum iucundis adhibeamus? Vt monilibus, & margaritis, ac ueste longa, quæ sunt ornamenta fœminarum, deformentur uiri: nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari potest augustius, fœminas deceat.* Hãc locum Cicero breuiter *in tertio de oratore libro perstringit:*

stringit: neque tamen videri potest quicquam omisisse, dicendo, non omni causæ, nec auditori, nec personæ, nec tempori congruere orationis vnum genus. Nec ferè pluribus in oratore eadem. Sed illic L. Crassus, cùm apud summos oratores, hominésque eruditissimos dicat, satis habet partem hanc uelut notare inter agnoscentes: & hìc Cicero dIn Oratore. loquens Brutum testatur esse hæc ei nota, ideóque breuius à se dici, quanquam sit fusus locus, tractetúrque a philosophis latius. Nos institutionem professi, non solum scientibus ista. sed etiã discẽtibus tradimus: ideoq; paulò plurib. uerbis debet haberi uenia. Quare notum sit nobis ante omnia, quid conciliando, docendo, mouendo iudici conueniat: quid quaque parte orationis petamus. Ità neque uetera, aut translata, aut ficta verba in incipiendo, narrando, argumentando tractabimus, neque decurrentis contexto nitore circuitus, vbi diuidenda erit causa, & in partes suas digerenda, neque humile atque quotidianum sermonis genus, & compositione ipsa dissolutum, epilogis dabimus: nec iocis lacrymas, vbi opus erit miseratione, siccabimus. Nam ornatus omnis non tam sua quam rei cui adhibetur conditione constat: nec plus refert quid dicas, quam quo loco. Sed totum hoc apte dicere, non elocutionis tantum genere constat, sed est cum inuentione commune. Nam si tantum habent etiam uerba momentum, quanto res ipse maius? quarũ quæ esset obseruatio, suis locis subinde subiecimus. Illud est diligentius docendum, eum demum dicere apte, qui non solum quid expediat, sed etiam quid decet, inspexerit. Nec me fugit plerunque hæc esse coniuncta. Nã quod decet, fere prodest: neque alio magis animi iudicum conciliari, aut si res in contrarium tulit, alienari solent. Aliquando tamen & hæc dissentiunt. Quoties autem pugnabunt;

gnabunt, ipsam vtilitatem uincet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuturum ad absolutionem Socrati fuisse, quàm si esset vsus illo iudiciali genere defensionis, & oratione summissa conciliasset iudicum animos sibi, crimenque ipsum solicitè redarguisset? Verùm id eum minimè decebat: ideóque sic egit, ut qui pœnam suam bonoribus summis esset æstimaturus. Maluit enim vir sapientissimus, quod superesset ex uita, sibi perire, quam quod præteriisset: & quandò ab hominibus sui temporis parum intelligebatur, posterorum se iudiciis reseruauit, breui detrimento iam ultimæ senectutis, æuum seculorum omnium consecutus. Itaque quamuis Lysias, qui tum in dicendo præstantissimus habebatur, defensionem illi scriptam attulisset, uti ea noluit: cùm bonam quidem, sed parum sibi conuenientem iudicasset. Quo vel solo patet, non persuadendi, sed bene dicendi finem in oratore seruandum, cùm interim persuadere deforme sit. Non fuit hoc vtile absolutioni: sed (quod est maius) homini fuit. Et nos secundum communem potius loquendi consuetudinem, quam ipsam veritatis regulam, diuisione hac utimur, ut ab eo quod deceat, vtilitatem separemus. Nisi forte prior ille Aphricanus, qui patria cedere, quàm cum tribuno pleb. humillimo contendere de innocentia sua maluit, inutiliter sibi videtur consuluisse: aut P. Rutilius vel quum illo penè Socratico genere defensionis est vsus, vel quum reuocante eum P. Sylla manere in exilio maluit, quid sibi maximè conduceret nescibat. Hi verò parua illa, quæ abiectissimus quisque animus utilia credit, si cum virtute conferantur, despicienda iudicauerunt: ideóque perpetua seculorum admiratione celebrantur. Neque nos simus tam humiles, ut quæ laudamus, inutilia credamus. Sed hoc qualecunque discrimen rarò admodum

Cicero. 1. de Oratore, & Val. lib. 6. titu. 4.

Cicero. 1. de Oratore.

modum euenit. Cæterùm idem ferè (ut dixi) in omni genere causſarum & proderit, & decebit. Eſt autem quod omnes & ſemper & vbique ſuadere ac dicere honeſtè facetèque deceat, contráque neminem vllo vnquam in loco turpiter. Minora uerò, quæq; ſunt ex mediis, plura ſunt talia, vt alia ſint concedenda, aliis non ſint: aut pro perſona, tempore, loco, cauſſa magis ac minus uel excuſanda debeant uideri, uel reprehendenda. Cum dicamus autem de rebus aut alienis, aut noſtris, diuidenda ratio eſt eorum, dum ſciamus pleraque neutro loco conuenire. In primis igitur omnis ſui uitioſa iactatio eſt, eloquentiæ tamen in oratore præcipuè: affertq; audientibus non faſtidium modò, ſed plerunq; etiam odiũ. Habet enim mens noſtra natura ſublime quiddam & erectum, & impatiens ſuperioris. Ideóque abiectos, aut ſummittẽtes ſe, libenter alleuamus, quia hoc facere tanquam maiores uidemur: & quoties diſceſſit æmulatio, ſuccedit humanitas. At qui ſe ſupra modum extollit, premere ac deſpicere creditur, nec tam ſe maiorem, quàm minores cæteros facere. Inde inuidẽt humiliores. Hoc vitium eſt eorum, qui nec cedere uolunt, nec poſſunt contendere. rident ſuperiores, improbant bonos. Plerunque verò deprehendas arrogantium fallacem de ſe opinionem: ſed in his ueri quoque ſufficit conſciẽtia. Reprehenſus eſt in hac parte non mediocriter Cicero, quanquam is quidem verũ à ſe geſtarum maior, quàm eloquentiæ fuit in oratione, vtique iactator. Ac plerunque illud quoque non ſine aliqua ratione fecit. Aut enim tuebatur eos quibus erat uſus adiutoribus in opprimenda coniuratione: aut reſpõdebat inuidiæ, cui tamen non fuit par, ſeruatæ patriæ pœnam paſſus exilium: ut illorum quæ egerat in conſulatu, frequens commemoratio, poſſit uideri non gloriæ magis quam de-

fenſio-

sensioni data. Eloquentiam quidem cùm plenissimam diuer se partis aduocatis concederet, sibi nunquam in agendo immodicè arrogauit. Illius sunt enim, Siquid est in me in genii, iudices, quod sentio quàm sit exiguum. &, Nam quo minus ingenio possum, subsidium mihi diligentia compara ui. Quinetiam contra Q. Cæcilium de accusatore in Ver rem constituendo, quamuis multum esset in hoc quoq; momenti, uter ad agendum magis idoneus ueniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit, quàm arrogauit sibi: seque non consecutum, sed omnia feciſſe ut posset eam cõsequi, dixit. In epistolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquam in dialogis, aliena tamen persona, uerum de eloquentia sua dicit. Et apertè tamen gloriari, nescio an sit magis tolerabile uel ipsa vitij huius simplicitate, quàm illa iactatione peruersa, si abundans opibus pauperem se, nobilis obscurum, potens infirmum, & disertus imperitum planè & infantem vocet. Ambitiosissimum gloriandi genus est etiam deridere. Ab aliis ergo laudemur. Nam ipsos, vt Demosthenes ait, erubescere, etiam cùm ab aliis laudabimur, decet. Neque hoc dico, non aliquando de rebus à se gestis oratori esse dicendum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte: quod tamen ita emendauit, ut necessitatem id faciendi ostenderet, inuidiámque omnem in eum regereret, qui hoc se coëgisset. Et M. Tullius sæpe dicit de oppressa coniuratione Catilinæ, sed modò id virtuti senatus, modò prouidentiæ deorum immortalium assignat. Plerunq; contra inimicos atque obtrectatores plus vindicat sibi. erant enim tuenda cùm obiicerentur. In carminibus utinam peccasset, quæ non deserunt carpere maligni,

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. &,
O fortunatam natam me consule Romam.

Pro Arch. Pro Quint. In Diuin.

3. lib. de Orato re, & in Bruto.

In Pisonem.

Pro Rabirio.

In libro tempo rum suorum.

Et Io

Et Iouem illum, à quo in concilium deorum aduocatus & Mineruam, quæ omnes eum artes edocuit. quæ sibi ille secutus quædam Græcorum exempla, permiserat. Verùm eloquentiæ vt indecora iactatio, sic nonnunquã cõcedenda Philip. 1. fiducia est. Nam quis reprehendat hæc, Quid putem? conceptũne me? Nõ video nec in uita, nec in gratia nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid despicere posßit Antonius. Et paulò pòst apertius, An decertare mecum uoluit contentione dicendi? Hoc quidem beneficium est. Quid enim plenius, quid vberius, quàm mihi pro me, & contra Antonium dicere? Arrogantes & illi, qui se indicasse de caussa, nec aliter affuturos fuisse proponũt. Nam & inuiti iudices audiunt præsumentem partes suas: nec hoc oratori contingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos contigit, potest, Ipse dixit. Sed istud magis minúsue vitiosum est pro personis dicentium. Defenditur enim aliquatenus ætate, dignitate, autoritate: quæ tamen vix in ullo tanta fuerint, ut non hoc affirmationis genus temperandum sit aliqua moderatione, sicut omnia in quibus patronus argumentum ex seipso petet. Quod fuisset tumidius, si criminis loco esse negasset Cicero, Equitis Romani esse filium se defendente: ille fecit hoc etiam fauorabile, coniungendo cum iudicibus dignitatem suam: Equitis autem Romani esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque, his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. Impudens, tumultuosa, iracunda actio, omnibus indecora: sed vt quisque ætate, dignitate, usu præcedit, magis in ea reprehendendus. Videas autem rixatores quosdam neque iudicum reuerentia, neque agendi more ac modo contineri: quo ipso mentis habitu manifestum sit tam in suscipiendis quàm in agendis caussis nihil pensi habere. Pro

Cic. 1. de nat. Deo.

Pro Cælio.

re. Profert enim mores plerunque oratio, & animi secreta detegit. Nec sine caussa Græci prodiderunt, Vt viuat quemque etiam dicere. Humiliora illa vitia, summissa adulatio, affectata scurrilitas, in rebus ac verbis parùm modestis ac pudicis vilis pudor, in omni negotio neglecta autoritas: quæ ferè accidunt iis qui nimium aut blandi esse, aut ridiculi volunt. Ipsum etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neque tam plenum & erectum & audax, & præcultum senibus conuenerit, quàm pressum, & mite, & limatum, & quale intelligi vult Cicero cùm dicit orationem suam cœpisse canescere: sicut vestibus quoque non pur In Bruto.
pura coccoq; fulgentibus illa ætas satis apta sit. In iuuenibus etiam vberiora paulò, & penè periclitantia feruntur. At in iisdem siccum & solicitum & contractum dicendi propositum, plerunque affectatione ipsa seueritatis inuisum est: quando etiam morum senilis autoritas, immatura in adolescentibus creditur. Simpliciora militares decent, Philosophiam ex professo (vt quidam faciunt) ostentantibus, parum decori sunt plerique orationis ornatus, maximeq; ex affectibus, quos illi vitia dicunt. Verba quoque exquisitiora, & compositio numerosa tali proposito diPro Arch.
uersa. Non enim solùm illa lætiora, qualia à Cicerone dicuntur, Saxa atque solitudines voci respondent: sed etiam illa, Pro Mil.
quanquam plena sanguinis, Vos enim iam Albani tumuli atque luci, vos inquam imploro atque testor, vosq; Albanum obrutæ aræ, sacrorum populi Romani sociæ & æquales non conueniant barbæ illi atque tristitiæ. At vir ciuilis, verecq; sapiens, qui se nõ ociosis disputationibus, sed administrationi reipublicæ dederit (à qua longissimè isti qui philosophi vocantur, recesserunt) omnia quæ ad efficiendum oratione quod proposuerit, valent, libenter adhibebit: cùm

prius quod honestum sit, efficere in animo suo constituerit. Est quod princepes deceat, aliis non concesseris. Imperatorum ac triumphalium separata est aliqua ex parte actio eloquentiæ: sicut Pompeius abunde disertus rerum suarum narrator: & hic qui bello ciuili se interfecit, Cato, quem senator fuit. Idem dictum, sæpe in alio liberum, in alio furiosum, in alio superbum est. Verba aduersus

Iliad. 2. Agamemnonem à Thercite habita ridentur: da illa Diomedi, aliiue cui pari, magnum animum ferre præ se videbuntur. Ego te consulem putem, inquit L. Crassus Philippo,

3. de Orat. cùm tu me non putes senatorem? Vox honestissimæ libertatis, non tamen ferres quëcunque dicentem. Negat se magni facere aliquis poëtarum, vtrum Cæsar ater an albus homo sit: insania. verte, vt idem Cæsar de illo dixerit, arrogantia est. Maior in personis obseruatio est apud comicos tragicosq;. Multis enim vtuntur, & variis. Eadem & eorum quæ orationes aliis scribebant, fuit ratio, & declamantium est. Non enim semper vt aduocati, sed plerunque vt litigatores dicimus. Verumetiam in iis causis quibus aduocamur, eadem differentia diligenter est custodienda. Vtimur enim fictione personarum, & velut ore alieno loquimur: damusq; sunt iis quibus vocem accommodamus, sui mores. Aliter enim P. Clodius, aliter Appius Cæcus, aliter Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. Quid asperius licet

Pro Cælio, Verris, Vt adeas, tantum dabis? Quid fortius illo, Cuius inter ipsa verberum supplicia vna vox audiebatur, Ciuis Ro-

Act. 7. in Verrem manus sum? Quàm dignæ Milonis in peroratioe ipsa vocis eo viro, qui pro republica seditiosum ciuem toties compescuisset, quique insidias virtute superasset? Denique non modò quot in causa, totidem in prosopopœia sunt varietates: sed hoc etiam plures, quòd in his puerorum, fœmi-

narū

narum, populorum, mutarum etiam rerum assimulamus affectus, quibus omnibus debetur suus decor. Eadem in iis pro quibus agemus, obseruãda sunt. Aliter enim pro alio sæpe dicendum est, vt quisque honestus, humilis, inuidiosus, fauorabilis erit, adiecta propositorum quoque & anteactæ vitæ differentia. Iucundissima verò in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolentia. Sed illa quoque diuersa bonum virum decent, malos odisse, publica vice commoueri, vltum ire scelera & iniurias: & omnia, vt initio dixi, honesta. Nec tantum quis & pro quo, sed etiam apud quem dicas, interest. Facit enim & fortuna discrimẽ & potestas: nec eadem apud principem magistratum, senatorem, priuatum tantum liberum, ratio est: nec eodem sono publica iudicia, & arbitrorum disceptationes aguntur. Nam vt orantem pro capite solicitudo deceat & cura, & omnes ad amplificandam orationem quasi machinæ: ita in paruis rebus iudiciisq; vana sint eadem, rideaturq; meritò qui apud disceptatorem de re leuissima sedens dicturus, vtatur illa Ciceronis confessione, non modò se animo commoueri, sed etiam corpore ipso perhorrescere. Quis verò nesciat quin aliud dicendi genus poscat grauitas senatoria, aliud aura popularis? cum etiam singulis iudicantibus, non idem apud graues viros, quod leuiores: non idem apud eruditum, quod militarem, ac rusticum deceat: sitq; nonnunquam summittenda & contrahenda oratio, ne iudex eam vel intelligere vel capere non possit. Tempus quoque ac locus egent obseruatione propria. Nam & tempus tum lætũ, tum triste, tum liberum, tũ angustum est. Atque ad hæc omnia componendus orator. Et, loco publico priuatóne, celebri, an secreto, aliena ciuitate an tua, in castris denique an foro dicas, interest plurimum: ac suam quicque formam,

Pro Mil.

& proprium quendam modum eloquentiæ poscit: cui etiam in cæteris actibus vitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi, facere conueniat: & pleraque quæ natura non sunt reprehendenda, atque ideo interim sunt necessaria, alibi quàm mos permiserit, turpia habeantur. Illud iam diximus, quanto plus nitoris & cultus demonstrationi materiæ, vt ad delectationem audientium compositæ, quam quæ sunt in actu & contentione, suasoriæ iudicibusque permittant. Hoc adhuc adiiciendum, aliquas etiam quæ sunt egregiæ dicendi virtutes, quo minus deceant, effici conditione caussarum. An quisquam tulerit reum in discrimine capitis, præcipuè qui apud victorem & principem pro se ipse dicat, frequenti translatione, fictis ac repentis ex vetustate verbis, compositione quæ sit maximè vulgari vsu remota, decurrentibus periodis, quamlatissimis locis sententiisque dicentem? Non perdat hæc omnia necessarium periclitanti solicitudinis colorem, pauidumq; etiam innocentibus misericordiæ auxilium? Moueturne quisquam eius fortuna, quem tumidum, ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti sorte videat? Non: imò oderit reum verba aucupantem, & anxium de fama ingenij, & cui esse diserto vacet. Quamirè Cælius in defensione caussæ qua reus de vi fuit, comprehendisse mihi videtur, Ne cui vestrum, atque etiam omnium qui ad rem agendam adsunt, meus aut vultus molestior, aut vox immoderator aliqua, aut denique, quod minimum est iactantior gestus fuisse videatur. Atqui sunt quædam actiones in satisfactione, deprecatione, confessione positæ: sententiolisne flendum erit? Epiphonemata aut enthymemata exorabunt? Non quicquid meris adiicietur affectibus, omnes eorum diluet vires, & miserationem secuta-

tur

tate laxabit? Agè si de morte filij sui, vel iniuria quæ mortem sit grauior, dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositionis, quæ continget ex sermone puro atque dilucido, quæret, breuiter ac significanter ordinem rei protulisse contentus, aut argumenta diducet in digitos, & propositionum ac partitionum captabit lepòrem, &, vt plerunque in hoc genere moris est, intentione omni remissa loquetur? Quò fugerit interim dolor ille? vbi lachrymæ subsiterint? vnde se in medium tam secura obseruatio artium miserit? Non ab exordio vsque ad vltimam vocem continuus quidam gemitus, & idem tristitiæ vultus seruabitur, si quidem volet dolorem suum etiam in audientes transfundere? quem si vsquam remiserit, in animum iudicantium non reducet. Quod præcipuè declamantibus (neque enim me pœnitet ad hoc quoque opus meum, & curam susceptorum semel adolescentium respicere) custodiendum est, quo plures in schola finguntur affectus, quos non vt aduocati, sed vt passi subimus. Cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cum ius mortis a senatu quidam vel ob aliquam magnam infelicitatem, vel etiam pœnitentiam petunt, in quibus non solùm cantare, quod vitium peruasit, aut lasciuire, sed ne argumentari quidem nisi mistis, & quidem ita, vt in ipsa probatione magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agendo dolorem potest, videtur posse etiam deponere. Nescio tamen an huius (de quo loquimur) decoris custodia maximè circa eos contra quos dicimus, examinanda sit. Nam sine dubio in omnibus statim accusationibus hoc agendum est, ne ad eas libenter descendisse videamur. Ideóque mihi illud Cassij Seueri non mediocriter displicet, Dij boni, viuo: & quo me viuere iuuet, Aspernatem rerum vi-

deo. Non enim iusta ex caussa vel necessaria videri potest postulasse eum, sed quadam accusandi voluptate. Praeterea hoc tamen, quod est commune, propriam moderationem quaedam causae desiderant. Quapropter & qui curationem bonorum patris postulabit, doleat eius valetudine: & quamlibet grauia filio pater obiecturus, miserrimam sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatem: nec hoc paucis modò verbis, sed toto colore actionis, vt id eum non dicere modò, sed etiam verè dicere appareat. Nec causa sanctè pupillo sic tutor irascitur vnquam, vt non remaneant amoris vestigia, & sacra quaedam patris eius memoria. Iam quo modo contra abdicantem patrem, querentem vxorem, agi causam oporteret, in libro, vt arbitror, septimo dixi. Quando etiam ipsos loqui, quando aduocati voce vti deceret, quartus liber, in quo proœmij praecepta sunt, continet. Esse & in verbis quod deceat, aut turpe sit, nemini dubium est. Vnum iam igitur huic loco, quod est sanè summae difficultatis, adiiciendum videtur, quibus modis ea quae sunt natura parum speciosa, quaeq; non dicere, si vtrunlibet esset liberum, maluisse mus, non tamen sint indecora dicentibus. Quid asperius rem habere frontem potest, aut quid aures hominum magis respuunt, quam cùm est filio filiiue aduocatis in matrem perorandum? aliquando tamen necesse est, vt in caussa Cluentij Habiti: sed non semper illa via, qua contra Sassiam Cicero vsus est: non quia non ille optimè, sed quia plurimùm refert, qua in re & quomodo laedat. Itaque illa cum filij caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen quae sola supererant, diuinè Cicero seruauit. Primùm, ne obliuisceretur reuerentiae, quae parentibus debetur: deinde vt repetitis altius caussis, diligentissimè ostenderet

Cap. de qualitate.

deret: quam id quod erat in matrē dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiam necesse esset. primaque hæc expositio fuit, quanquam ad præsentem quæstionem nihil pertinebat. adeò in caussa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid deceret. Fecit itaque nomen parentis nō filio inuidiosum. sed ipsi in quam dicebatur. Potest tamen aliquando mater & in re leuiore aut minus infesta contra filium stare: tū lenior atque summissior decebit oratio. Nam & satisfaciendo, aut nostram minuemus inuidiam, aut etiam in diuersum eam transferemus: & si graviter dolere filium patiemur, credetur abesse ab eo culpa, fiétque ultro miserabilis. Auertere quoque in alios crimen decet, ut fraude aliquorum concita credatur: & omnia nos passuros, nihil asperè dicturos, testandum: ut etiam si non possimus non conuitiari, nolle uideamur. Etiam siquid obiiciendum erit, officium est patroni, ut id filio iniuto, sed fide cogente facere credatur. Ita poterit uterque laudari. Quod de matre dixi de utroque parente accipiendum est. Nam inter patres etiam filiosq;, cū interuenisset emancipatio, litigatum scio. In aliis quoq; propinquitatibus custodiendum est, ut iniuiti, & necessario & parcè iudicemur dixisse: magis autem aut minus, ut cuiq; personæ debetur reuerētia. Eadē pro libertis aduersus patronos obseruantia. Et ut semel plura complectar, nunquam decebit sic aduersus tales agere personas, quo modo cōtra nos agi ab hominibus conditionis eiusdē iniquo animo tulissemus. Præstatur hoc aliquādo etiam dignitatibus, ut libertatis nostræ ratio reddantur, ne quis nos aut petulantes in lædendis his, aut etiam ambitiosos putet. Itaq; Cicero quanquam erat in Cottā grauissime dicturus, neq; aliter agi P. Oppij caussa poterat, longa tamen præfatione excusauit officij sui

necessitatem. Aliquando etiam inferioribus, præcipuoque adolescentulis parcere aut mederi decet. Vtitur hac moderatione Cicero pro Cælio contra Atracinum, vt eum non inimicè corripere, sed pene patriè monere videatur. Nam & iuuenis, & nobilis, & non iniusto dolore venerat ad accusandum. Sed in iis quidem in quibus vel iudici, vel etiam assistentibus ratio nostræ moderationis probari debet, minor est labor: illic plus difficultatis, vbi ipsos contra quos dicimus, veremur offendere. Duæ simul huiusmodi personæ Ciceroni pro Muræna dicenti obstiterunt, M. Catonis, Seruijq; Sulpitij: quam decenter tamen Sulpitio cùm omnes concessisset virtutes, scientiam petendi consulatus ademit? Quid enim aliud esset quo se victum haberi nobilis & iuris antistes magis ferret? Vt vero rationem defensionis suæ reddidit, cum se studuisse petitioni Sulpitij contra honorem Murænæ, non idem debere accusationi contra caput, diceret? Quàm molli autem articulo tractauit Catonem? cuius naturam summè admiratus, non ipsius vitio, sed Stoicæ sectæ, quibusdam in rebus factam duriorem videri volebat: vt inter eos non forensem contentionem, sed studiosam disputationē crederes incidisse. Hæc est profectò ratio, & certissimum præceptorū genus, illius uiri obseruatio, vt cū aliquid detrahere salua gratia velis, concedas alia omnia: in hoc solo vel minus peritū quam in cæteris, adiecta, si poterit fieri, etiā caussa cur ita sit: vel puto pertinatiorem, vel credulum, vel iratū, vel impulsum ab aliis. Hoc illis commune remediū est, si in tota actione æqualiter appareat non honor modò, sed etiam charitas: præterea caussa sit nobis iusta sic dicendi: neque id moderatè tantùm faciamus, sed etiam necessariò. Diuersum ab hoc, sed facilius, cum hominum aut alioqui turpium, aut nobis inuisorum

rum quædam facta laudanda sunt: Decet enim rem ipsam probare in qualicunque persona. Dixit Cicero pro Gabinio & P. Vatinio inimicissimis antea sibi hominibus, & in quos orationes etiam scripserat: verùm caussa iusta fit fatendo non se de ingenij fama, sed de fide esse solicitum. Difficilior ei ratio in iudicio Cluentiano fuit, cum Scamandrii necesse haberet dicere nocentem, cuius egerat caussam. Verum illud elegantissimè, cùm eorũ à quibus ipse productus esset, preces, tum etiam adolescentiam suam excusat: detracturus alioqui plus autoritatis, si in caussa præsertim suspecta, se cum esse, qui temere nocentes reos susciperet, fateretur. Apud iudicem verò quum aut proponitur alienum commodum in caussa quam susceperimus, aut suum, vt persuadendi ardua ratio, ita dicendi expeditissima. Fiducia enim iustitiæ eius, non caussæ, nihil nos timere simulabimus. Ipse erit gloria inflandus, vt tantò clarior futura sit fides ac religio in pronunciando, quantò minus vel offensæ vel vtilitati suæ indulserit. Hoc modo & apud eos à quibus appellatum erit, si forte ad eosdem remittemur, additienda ratio vel necessitatis alicuius, si id caussæ cedit, vel erroris, vel suspicionis. Tutissimum ergo pœnitentiæ confessio, & satisfactio culpæ: perducendúsque omni modo iudex ad iræ pudorem. Accidit etiam nonnunquam, vt eãdem caussam de qua pronuntiauit, cognoscat iterum: tum illud quidem commune, apud alium nos iudicem disputaturos de illius sententia non fuisse: neque enim emendari ab alio quam ab ipso fas esse: cæterum ex caussa, ut quæq; permittet, aut ignorata quædam, aut defuisse testes, aut (quod timidissime, & si nihil aliud plane fuerit, dicendum est) patronos non satisfecisse succurret, etiam si apud alios iudices agetur, vt in secunda assertione, aut in centumuiralibus

iudiciis duplicibus, parte victa. Decentius erit, quoties
Lib.5. cap.2. contigerit seruare iudicum pudorem: de qua re latius in
probationum loco dictum est. Potest euenire, ut in alio
reprehendenda sint, quæ ipsi fecerimus: ut obiicit Tubero
Ligario, quòd in Africa fuerit. Et ambitus quidam dānat
recuperandæ dignitatis gratia reos eiusdem criminis de
tulerunt: vt in scholis luxuriantem patrem luxurios
ipse iuuenis accusat. Id quam decenter fieri possit, equidem
non inuenio, nisi aliquid reperiatur quod interfit, persona
ætas, tempus, causa, locus, animus. Tubero iuuenē se pa
hæsisse, illum a senatu missum non ad bellum, sed ad frumen
tum coëmendum ait: ut primùm licuerit, a patribus reti
sisse: Ligarium & perseuerasse, & non pro Cn. Pompe
inter quem & Cæsarem dignitatis fuerit contentio, ca
saluam vterque rempublicā uellet, sed pro Iuba atq; Afri
inimicissimis populo Romano stetisse. Cæterùm vel facil
mum est ibi alienam culpam accusare, vbi sateris tuā. V
rùm id iam iudicis est, non actoris. Quòd si nulla contin
excusatio, sola colorem habet pœnitentia. Potest enim
deri satis emendatus, qui in odium eorum in quibus er
uerat, ipse cōuersus est. Sunt enim quidam, qui hoc natu
ipsa rei non indecens faciunt: ut cùm pater ex meretr
natum, quòd amet meretricem in matrimonium, abdu
Scholastica materia, sed non quæ non possit accidere. I
igitur multa non deformiter dicet: vel quòd omnium
votum parentum, ut honestiores quam sint ipsi, liber
habeant (nam & filia nata, meretrix eam mater puduit
esse voluisset) vel quòd humilior ipse fuerit (licet enim h
dicere) uel quòd non habuerit patrem qui moneret: qu
eo minus faciendum filio fuisse, ne renouaret domus pu
rem, & exprobraret patri nuptias, matri prioris v
nec

necessitatem: ne denique legem quandam suis quoque sub-
de liberis daret. & credibilis erit etiam propria quædam
in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non
posit. alia prætereo. Neque enim nunc declamamus, sed
ostendimus nonnunquam posse ipsis incommodis dicentem
bene uti. Illic maior æstus, ubi quis pudenda quæritur, ut
puprum, præcipuè in maribus: aut os prophanatum. Non
dico si loquatur ipse (nam quid aliud ei quam gemitus ac
fletus, & execratio uitæ conueniat? ut iudex intelligat po-
tius dolorem illum, quam audiat) sed patrono quoque per
similes affectus eundum erit, quia hoc iniuriæ genus uere-
cundius ineat passis quam ausis. Molliendæ est in plerisque
alio colore asperitas orationis, ut Cicero de proscriptorũ
liberis fecit. Quid enim crudelius, quam homines honestis
parentibus ac maioribus natos, a republica summouerit?
itaque duorum id esse summus ille tractandorum animorum
artifex confitetur: sed ita legibus Syllæ cohærere statum
ciuitatis affirmat, ut his solutis stare ipsa non posit. Asse-
cutus itaque est, ut aliquid eorum quoque causa videretur
facere, contra quos diceret. Illud etiam in iocis monui,
quam turpis esset fortunæ insectatio: & ne in totos ordi-
nes, aut gentes aut populos petulantia incurreret. Sed in-
terim fides patrocinij cogit quædam de uniuerso genere
aliquorum hominum dicere, ut libertinorum, uel militum,
uel publicanorum, uel similiter aliorum: in quibus omni-
bus commune remedium est, ut ea quæ lædunt, non liben-
ter tractare videaris: nec in omnia impetum facias, sed in
id quod expugnandum est: & reprehendens, alia laude cõ-
penses. Si milites cupidos dicas esse, non mirum, quòd pe-
riculorum ac sanguinis maiora sibi deberi præmia putent:
eosdem petulantes, & hoc fieri, quòd bellis magis quam

paci

paci assueuerint. Libertinis detrahenda est autoritas: licet his testimonium reddere industriæ, per quam exierint de seruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero vt ie detracturus Græcis testibus fidem, doctrinam his concedit ac literas: seque eius gentis amatorem esse profitetur. Sardos contemnit, Allobrogas vt hostis insectatur, quorum nihil tunc cum diceretur, parum aptum, aut remotum à cura decoris fuit. Verborum etiam moderatione detrahi solet si qua est rei inuidia, si asperum dicas nimium seuerum, iniustum persuasione labi, pertinacem vltra modum tenacem esse propositi: plerunque velut ipsos contumeliosa oratione vincere, quod est mollissimum. Indecorum est super hæc omnia nimium: ideóque etiam quod natura rapax aptum est, nisi modo quoque temperetur, gratiam perit. Cuius rei obseruatio iudicio magis quodam sentiri, quam præceptis tradi potest. Quantum satis sit, & quantum recipiant aures, non habet hæc res mensuram, & quasi pondus, quia vt in cibis, alia aliis magis complent. Adiciendum etiam breuiter videtur, quòd ferè dicendi virtutes diuersissimæ, non solum suos amatores habeant, sed ab eisdem
2. de Orat. sæpe laudentur. Nam Cicero quodam loco scribit id esse optimum, quod cum te facile crediderit consequi imitatione, non possis. Alio uerò, non se id egisse, ut ita diceret quomodo se quilibet posse cõfideret, sed quomodo nemo. Quod potest pugnare inter se videri. Verùm vtrunque, ac merito laudatur. Causa enim modò distat: quia simplicitas illa, & uelut securitas inaffectatæ orationis, mirè tenues causas decet: maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. In utroque eminet Cicero, ex quibus alterum imperiti se posse consequi credent, neutrum qui intelligunt.

De

De memoria. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Memoria & pronunciatio potissimùm ad dicendum pertinét: ergo hoc loco commodè tractantur. Hoc itaque capite, quantus eloquétiæ thesaurus sit memoria, quæ res nobis & verba semper repræsentat, sine qua nulla constet aliarum partium, prædicat. Eius partes duas facit: facilè percipere, & fideliter continere, non solùm scripta, sed etiã cogitata: & tam aduersariorũ quàm nostra. Vim eius naturalé describit: quæ tamen ratione iuuetur, & exercitatione augeatur, firmetúrque. Quare memoriam duplicem esse: naturalem & artificiosam contédit. Artificiosæ primum inuentorem, & ex quo euentu. Simonidem commemorat. Eámque ex tribus constare locis, imaginibus & præceptis ostendit. Loca multa illustria, explicata modicis interuallis, imagines rerũ & verborũ efficaces, acres, insignitas desiderat: quibus modus aliquis imponendus sit: ne vanitate quadam aut ostentatione minutim concidamur, quod orationi perpetuæ ediscendæ parum conuenit. Ediscédi rationem triplicem facit, tacitè secum, voce leniter expressa, & alio legente. Primam magnopere probat, si cogitationibus & perturbationibus simus vacui. Quibus vt occurramus, sit adhibenda vox, quæ duplici motu iuuet, audiendi, & dicendi: quæ secunda ratio erit. Tertiæ commoda cum incommodis comparat, & ostendit esse maiora. Quo pacto longior oratio memoria complectenda sit, præcepta tradit: vt per partes ediscatur non exiguas, sed quæ locum quenque ad finem perducant: quibus apponendæ sint notæ rei conuenientes: vt si de naue dicendum, anchora: si de bello, spiculum. Aliquando etiam quæ ab aliquo simili memoriam transferunt ad id quod continendum est: vt si Fabius tenendus sit, succurrat cunctator ille: si Cicero, veniat in mẽtem ciceris. Aliquando etiam non similes: vt si annulum alliges, vt tur id feceris, requiras. Reliqua huius rei præcepta sunt: vt bene valeamus, vt animus sit liber cogitationibus, vt digestus cibus, vt eadem cera aut tabula vtamur in qua scripsimus, vt adsit exercitatio cogitãs ediscendique, pauca primùm, deinde paulatim plura. Vt diuisionẽ vtamur, & bona compositione: vt poëtica primùm ediscamus, deinde oratoria, tertio, solutiora numeris: vt tardiora ingenia nocte. Interposita recordationem adhibeant. Postremò ingeniis fideli & magna memoria præditis, & tempore abundantibus, ad verbum ediscenda omnia imperat: dura verò aut nulla, ex temporali tamen diligentia valentibus, comprehensis animo rebus, eloquendi facultatem liberam permittit: & quantum memoria natura studióque vaget, Themistoclis, Mithridatis, Crassi atque Cyri exemplis ostendit.

MEmoriam quidam naturæ modò esse munus existimauerunt: estq; in ea non dubiè plurimum: sed ipsa excolen

excolendo, sicut alia omnia, augetur: & totus de quo diximus, adhuc inanis est labor, nisi cæteræ partes hoc uelut spiritu continentur. Nam & omnis disciplina memoria constat, frustráque docemur, si quicquid audimus, præterfluat: & exemplorum, legum, responsorum, dictorum, denique factorum uelut quasdam copias, quibus abundare, quásque in promptu semper habere debet orator, eadem illa uis repræsentat. Neque immeritò thesaurus hic eloquentiæ dicitur. Sed non firmè tantùm continere, verumetiam citò percipere multa acturos oportet: nec quæ scripsimus modò, iterata lectione complecti: sed in cogitatis quoque rerum ac verborum contextũ sequi: & quæ sint ab aduersa parte dicta, meminisse: nec vtique eo quo dicta sunt ordine refutare, sed opportunis locis ponere. Quidé extemporalis oratio non alio mihi uidetur mentis uigore constare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi sumus, intuëda sunt ita cùm semper cogitatio vltra id quod est, longius quærit: quicquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit: quod illa quasi media quædam manus accepturn ab inuentione, tradit elocutioni. Non arbitror autem mihi in hoc immorandum, quid sit quod memoriam faciat: quàquam plerique imprimi quædam uestigia nostro animo, quæ velut in ceris annulorum signa seruentur, existimant. Neque ero tam credulus, ut quasi habitu tardiorem meliorémque memoriam fieri putem. Eius autem quidem animum pertinet, magis admirer naturam, subitò reuocatus tas tanto ex interuallo repetitas reddere se & offerre nec tantùm requirentibus, sed etiam sponte interim: nec uigilantibus, sed etiam quiete compositis magis: eóque in quoque animalia quæ carere intellectu videmus, meminerunt, & agnoscunt, & quamlibet longo itinere deducta, assue-

assuetas sibi sedes reuertuntur. Quid? non hæc uarietas mira est, excidere proxima, uetera inhærere? hesternorum immemores, acta pueritiæ recordari? Quid, quòd quædam requisita se occultant, & eadem fortè succurrunt? nec manet semper memoria, sed aliquando etiam redit? Nescire tur tamen quanta uis esset eius, quanta diuinitas illa, nisi in hoc lumen orandi uim extulisset. Non enim rerum modò, sed etiam verborum ordinem præstat: nec ea pauca contexit, sed durat propè in infinitum, & in longissimis actionibus prius audiendi patientia quàm memoriæ fides deficit. Quod & ipsum argumentum est, subesse artem aliquam, iuuarique ratione naturam: cùm iidem docti facere illud, indocti & inexercitati non possimus: quanquam inuenio apud Platonem obstare memoriæ, usum literarum: In Phædro & Timæo.
uidelicet quòd illa quæ scriptis reposuimus, uelut custodire desinimus, & ipsa securitate dimittimus. Nec dubium est, quin plurimum in hac parte ualeat mentis intentio, & uelut acies luminum à prospectu rerum quas intuetur, non auersa. Vnde accidit, ut quæ per plures dies scribimus ediscendi caussa, cogitatione ipsa contineat. Artem autem memoriæ primus ostendisse dicitur Simonides: cuius uulgata fabula est: Cùm pugili coronato carmen quale componi uictoribus solet mercede pacta scripsisset, abnegata ei pecuniæ pars est, quòd more poëtis frequentissimo digressus, in laudes Castoris & Pollucis exierat: quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, iubebatur. & persoluerunt, ut traditum est. Nam cùm esset grande conuiuium in honorem eiusdem uictoriæ, atque adhibitus ei cœnæ Simonides, nuncio est excitus, quòd eum duo iuuenes equis aduecti desiderare maiorem in modum dicebantur. Et illos quidē non inuenit, fuisse tamē gratos erga se exitu Val. lib. 1. Cap. 8

compe

comperit. Nam vix eo limen egressо, triclinium illud supra conuiuas corruit, atque ita contudit, vt non ora modò oppressorum, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulturam propinqui, nulla nota possent discernere. Tum Simonides dicitur, memor ordinis quo quisque discubuerat, corpora suis reddidisse. Est autem magna inter auctores dissentio, Glaucóne Carystio, an Leocrati, an Agathar cho, an Scopæ scriptum sit id carmen: & Pharsali fuerit hæc domus, vt ipse quodam loco significare Simonides videtur, atque Apollodorus, & Eratosthenes & Euphorion & Larisseus Eurypilus tradiderunt: an Granone, vt Apollas Callimachus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum periisse in eo conuiuio constat, adiicitur sororis filius: putant & ortos plerosque ab illo Scopa, qui maior ætate fuerit: quanquam mihi totum de Tyndaridis fabulosum videtur: neque omnino huius rei meminit vsquam poëta ipse, profectò non taciturus de tanta sua gloria. Ex hoc Simonidis facto notatum videtur, iuuari memoriam signatis animo sedibus, idque credere suo quisque experimento. Nam cùm in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non ipsa agnoscimus tantùm, sed etiam quæ in his fecerimus reminiscimur, personæq; subeunt, nonnunquam tacitæ quoque cogitationes in mentem reuertuntur. Nata est igitur, vt in plerisque, ars ab experimento. Loca discunt quammaximè spatiosa, multa varietate signata, domum fortè magnam, & in multos diductam recessus. In ea quicquid notabile est, animo diligenter affigitur, vt sine cunctatione ac mora partes eius omnes cogitatio possit percurrere. Et primus hic labor est, non hærere in occursu. Plus enim quàm firma debet

Pro Plancio, Varrone, Fonteio. In Orato.

debet esse memoria, quæ aliam memoriam adiuuet. Tum quæ scripserunt, vel cogitatione complectuntur, & alio signo quo moneantur, notant: quod esse vel ex re tota potest, vt de nauigatione, militia: vel ex verbo aliquo. Nam etiam excidentes, vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur. Sit autem signum nauigationis, vt anchora: militiæ, vt aliquid ex armis. Hæc itaque digerunt, primum sensum vel locum, vestibulo quasi assignant, secundum atrium impluuia circumeunt: nec cubiculis modò aut exedris, sed stratis etiam similibus sq; per ordinem committunt. Hoc facto, cum est repetenda memoria, incipiunt ab initio loca hæc recensere, & quod cuique crediderunt, reposcunt, & eorum imagine admonentur: vt quantlibet multa sint quorum meminisse oporteat, sint singula connexa quodam choro, ne errent coniungentes prioribus sequentia solo edicendi labore. Quod de domo dixi, & in operibus publicis, & in itinere longo, vt vrbium ambitu, & picturis fieri potest. Etiam fingere sibi has imagines licet. Opus est ergo locis, quæ vel finguntur, vel sumuntur: imaginibus, vel simulacris, quæ vtique fingenda sunt. Imagines notæ sunt quibus ea quæ ediscenda sunt, notamus: vt quomodo Cicero dicit, locis pro cera, simulacris pro literis vtamur. Illud quoque ad verbum ponere, optimum fuerit: Locis est vtendum multis, illustribus, explicatis modicis interuallis: imaginibus aliquid agentibus, acribus, insignitis, quæ occurrere, celeriter sq; percutere animum possint. Quo magis miror quomodo Metrodorus in x II. signis per quæ Sol meat trecenos & sexagenos inuenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque iactatio circa memoriam suam potius arte quam natura gloriantis. Equidem hæc ad quædam prodesse non negauerim, vt si rerum nomina multa per ordinem audi-

2. de Ora. & in Part.

ta, reddenda sint. Nanque in iis quæ didicerunt locis repo-
nunt res illas, mensam, vt hoc vtar, in vestibulo, in atrio pul-
uinum, & sic cætera: deinde relegentes, inueniunt vbi po-
suerint. Et forsitan in hoc sunt adiuti, qui actione dimissa
quid cuique vendidissent, testibus argentariorum tabulis
Senec. lib. 1. Declama. reddiderunt: quod præstitisse Hortensium dicunt. Minus
idem proderit in ediscendis quæ orationis perpetuæ erunt.
Nam & sensus non eandem imaginem quam res habent,
cùm alterum fingendum sit, & horum tamen vtrunque
commonet. Sed sermonis alicuius habiti verborum contex-
tu eadem arte quomodo comprehendetur? Mitto quòd quæ
dam nullis simulacris significari possunt, vt certæ coniun-
ctiones. habeamus enim sanè, vt qui notis scribunt, certas
imagines omnium, & loca scilicet infinita, per quæ verba
quæ sunt in quinq; cõtra Verrẽ secundæ actionis libris ex-
plicentur, vt meminerimus etiam omnium quasi depositō-
rum: nónne impediri quidem eorum quæ dicit, decursum
necesse est duplici memoriæ cura? Nam quomodo pote-
runt copulata fluere, si propter singula verba ad singulas
formas respiciendum erit? Quare & Carneades, & Scepsius (de quo modò dixi) Metrodorus, quos Cicero dicit
8. de Orat. vsos hac exercitatione, sibi habeant sua: nos simpliciora
tradamus. Si longior complectenda memoria fuerit oratio,
proderit per partes ediscere (laborat enim maximè ora-
re) & hæ partes non sint perexiguæ. alioqui nimis mul-
tæ erunt, & eam distinguent atque concident. Nec vtique
certum imperauerim modum, sed maximè vt quisque fa-
cietur locus: nisi fortè tam sit numerosus, vt ipse quoq; di-
uidi debeat. Dandi sunt certi quidam termini, vt contex-
tum verborum (qui est difficillimus) continuet crebra me-
ditatio, partes deinceps ipsas repetitus ordo coniungat.

Nec

Non est inutile, quo facilius hæreant, aliquas apponere notas, quorum recordatio commoneat & quasi excitet memoriam. Nemo enim ferè tam infelix vt quod cuique loco signum destinauerit, nesciat: vt si erit tardus ad hoc, eo quoque adhuc remedio vtatur, vt ipsæ excitent notæ. Hinc est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos qui exciderunt sensus: anchoram (vt supra posui) si de naue dicendum esset: spiculum, si de prælio. Multum enim signa faciunt, & ex alia memoria venit alia, vt cum transitus annulus vel alligatus commoneat nos cur id fecerimus. Hæc magis adhuc adstringunt, quæ memoriam ab aliquo simili transferunt ad id quod continendum est: vt in omnibus, si Fabius fortè sit tenendus, referamus ad illum cunctatorem, qui excidere non potest: aut ad aliquem amicũ, qui idem vocetur. quod est facilius in apris, & vrsis, & Nasone, aut Crispo: vt id memoriæ affigatur, vnde sunt nomina. Origo quoque aliquando declinatorum, tenendi magis caussa est, vt in Cicerone, Verrio, Aurelio, si debent inseri. Illud neminem non iuuabit, iisdem quibus scripserit ceris, edisceré. Sequitur enim vestigiis quibusdam memoriam, & velut oculis intuetur non paginas modò, sed versus propè ipsos, qui tum dicit similis legenti. Iam verò si litura aut adiectio aliqua aut mutatio interueniat, signa sunt quædam quæ intuentes errare non possumus. Est ratio, vt illi de qua primùm locutus sum arti non dissimilis, ita (si quid me experimẽta docuerunt) & expeditior & potentior, edisceré tacitè. Nam id quoque est, quod tum erat, optimùm, si non subirent velut occiosum animum plerunque aliæ cogitationes, propter quas excitandus est vox, vt duplici motu iuuetur memoria, dicendi, & audiendi. Sed hæc vox sit modica, & magis murmur. Qui autem

legente alio ediſcit, in parte tradatur, quòd acrior eſt oculorum quàm aurium ſenſus. in parte iuuari poteſt, quòd cum ſemel aut bis audierit, continuò illi memoriam ſuam experiri licet, & cum legente contendere. Nam & alioqui id maximè faciendum eſt, vt nos ſubinde tentemus: quia continua lectio, & quæ magis, & quæ minus hærent, æqualiter tranſit. In experiendo teneáſne, & maior intentio eſt, & nihil ſuperuacui temporis perit, quo etiã quæ tenemus, repeti ſolent: ita ſola quæ exciderunt, retractantur, vt crebra iteratione firmentur: quanquam ſolent hoc ipſo maximè hærere, quòd exciderunt. Illud ediſcendo ſcribendóque commune eſt vtrique plurimùm conferre bonam valetudinem, digeſtum cibum, animum cogitationibus aliis liberum. Verùm & in his quæ ſcripſimus, complectendis, multum valent, & in iis quæ cogitamus, continendis, (propè ſola excepta, quæ potentiſſima eſt, exercitatione) diuiſio & compoſitio. Nam qui rectè diuiſerit, nunquam poterit in rerum ordine errare. Certa ſunt enim ſolùm in digerendis quæſtionibus, ſed etiam in exequendis ſi modò rectè dicimus, prima ac ſecunda, & deinceps, cohæretq; omnis rerum copulatio, vt ei nihil neque ſubtrahi ſine manifeſto intellectu, neque inſeri poſſit. An verò Scæuola in luſu duodecim ſcriptorum, cum prior calculum promouiſſet, aſſeruiſſet victus, dum rus tendit, repetitio totius certaminis ordinem quo dato erraſſet, recordatus rediit, ad eum quicum luſerat, iſq; ita factum eſſe confeſſus eſt: minus idem ordo valebit in oratione, præſertim totus noſtro arbitrio conſtitutus, cum tantum ille valeat alternus? Etiam quæ bene compoſita erunt, memoriam ſerie ſua ducent. Nam ſicut facilius verſus ediſcimus, quàm proſam orationem: ita proſa vincta, quàm diſſoluta. Sic contingit, vt etiam quæ ex ti-

pore videbantur effusa, ad verbum repetita reddantur: quod meæ quoquæ memoriæ mediocritatem sequebatur, si quando interuentus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coëgisset. nec est mē datio locus, saluis qui interfuerunt. Siquis tamen vnam maximamq; artem memoriæ quærat, exercitatio est, & labor. multa ediscere, multa cogitare, & (si fieri potest) quotidie, potentissimum est. Nihil æque vel augetur cura, vel neglegentia intercidit. Quare & pueri statim, vt præcepi, quā plurima ediscant: & quæcunque ætas operam iuuandæ studio memoriæ dabit: deuoret initio tedium illud & scripta & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandi. Quod ipsum hoc fieri potest leuius, si pauca primum & quæ* tedium non afferant, cœperimus ediscere, tum quotidie adiicere singulos versus, quorum acceßio labori sensum incrementi non afferat, in summam ad infinitum vsque perueniat: & poëtica prius, tum orationem, nouissime etiam solutiora numeris, & magis ab vsu dicendi remota, qualia sunt iurisconsultorū. Difficilioria enim debēt esse quæ exercent, quò sit leuius ipsum illud in quod exercent: vt athletæ ponderibus plumbeis assuefaciunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine vtendum est. Non omittam etiam quod quotidianis experimentis deprehenditur, minimè fidelem esse paulò tardioribus ingeniis recentem memoriam. Mirum dictu est, nec in promptu ratio, quantū nox interposita afferat firmitatis. siue quiescit labor ille cuius sibi ipsa fatigatio obstat, siue maturatur, atque concoquitur, seu firmissima eius pars est recordatio: quæ statim referri non poterant, contexuntur postera die: confirmatq; memoriam idem illud tempus quod esse in causa solet obliuionis. Etiam illa præuelox ferè citò effluit, &

*odium

velut præsenti officio functa nihil in posterum debeat, tanquam dimissa discedit. Nec est mirum magis hærere animo, quæ diutius affixa sint. Ex hac ingeniorum diuersitate nata dubitatio est, ad verbum sic ediscendum dicturis, an uim modò rerum atque ordinè complecti satis sit: de quo sine dubio non potest in vniuersum pronunciari. Nam si memoria suffragatur, tempus non desit, nulla mihi velim syllaba effugiat: alioqui etiam scribere sit supervacuum. Idq; præcipuè à pueris obtinendum, atque in hanc consuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis discamus ignoscere. Ideoq; & admoneri, & ad libellum respicere, vitiosum, quòd libertatem negligentiæ facit: nec quisquam se parum tenere iudicat, quod ne sibi excidat non timet. Inde interruptus actionis impetus, & resistent ac salebrosa oratio, & qui dicit ediscenti similis, etiam omnem bene scriptorum gratiam perdit vel hoc ipso, quòd scripsisse se confitetur. Memoria autem facit etiã prompti ingenij famã, vt illa quæ dicimus, non domo attulisse, sed ibi protinus sumpsisse videamur: quod & oratori & ipsæ causæ plurimum confert. Nam & magis meditatur, & minus timet iudex quæ non putat aduersus se præparata. Idq; in actionibus inter præcipua seruandum est, vt quædam etiam quæ optime vinximus, velut soluta enuntiemus: & cogitantibus nonnunquam & dubitantibus similes quærere videamur quæ attulimus. Ergo quamsit optimum, neminem fugit. Si verò aut memoria naturaliter durior erit, aut non suffragabitur tempus, etiam inutile erit ad omnia se verba alligare, cum obliuio vnius eorumcunque, aut deformem hæsitationem, aut etiam silentium inducat. Tutiusq; multo, comprehensis animo rebus ipsis, libertatem sibi eloquendi relinquere. Nam & inuen-

tus perdit quisque id quod elegerat verbum: nec facile reponit aliud, dum id quod scripserat, quærit. Sed ne hoc quidem infirmæ memoriæ remedium est nisi in iis qui sibi facultatem aliquã dicendi ex tempore parauerunt. Quod si cui vtrunque defuerit, huic omittere omnino totum actionem laborem, ac si quid in literis valet, ad scribendum potius suadebo cõuertere. Sed hæc rara infelicitas erit. Cæterum quantum natura studióque valeat memoria, vel Themistocles testis, quem vnum intra annum optimè locutum esse Persice constat: vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse: vel Crassus ille dives, qui cum Asiæ præesset, quinque Græci sermonis differentias sic tenuit, vt qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem sibi ius redditum ferret: vel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quamlibet multos versus protinus dicitur reddidisse Theodectes. Dicebãtur etiã nunc esse qui facerent, sed mihi nunquam vt ipse interessem contigit: habenda tamen fides est vel in hoc, vt qui crediderit, & speret.

Thucydides. l. Plin. li. 7. Valer. 8.

Plinius 7. Valer. 8.

Xenophon in Pædia.

De pronuntiatione. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Quibus nominibus appelletur pronuntiatio, & quantam habeat vim ac potestatem in orationibus, testimoniis, exemplis & similibus ostendit: & qui pronũtiationi tanquam parum naturali detrahunt, reprobat. Deinde in vocem & gestum diuidit, quorum vox ad auditũ, gestus ad oculos pertinet. In voce duo sectanda monet, naturam, & vsum. In natura quantitatem & qualitatem. In qualitate, an grandis vel exigua, vel inter has extremitates media. In qualitate, an candida, fusca, plena, exilis, lenis, aspera, cõtracta, fusa, dura, flexibilis, clara obtusa. In vsu dicendi modo, vt ea sit pro varietate rerũ acuta, grauis, flexa inter ea, tensa, lenta, concitata. Ad vocẽ augendam atque etiã tuendam hæc ait conducere: corporis firmitatem, qua ambulatio, vnctio, veretris abstinẽtia & frugalitas præstẽt. Fauces molles & lenes. Humorẽ

more mediocrem: ediscere varia, clamosa & flexuosa: exerceri quotidie dicendo. His confirmatam & constitutam vocem, iisdem propriis quibus orationem, circunscribit: vt sit emendata, dilucida, ornata, & apta. Emendatam ait fore, si non erit rustica, peregrina, absurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, præpinguis, tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata, spiritu brevi, parùm durabili, in recipiendis. Dilucidam, si erit explanata & distincta. Ornatam, si erit facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, fecàs aëris auribus sedens, mediis sonis vtens: qui, cùm augenda erit, extendatur cum summittenda, temperentur. Aptam si retû de quibus dicimus, & animorum habitibus erit accõmodata: in rebus lætis, plena, simplex, & hilaris: in certamine, erecta: In ira, atrox, & aspera ac denia, accommodata respiratione: In inuidia facienda, lentior: In blandiendo, fatendo, rogando, satisfaciendo, lenis & summissa. Suadendo, monendo, placando & consolando, grauis: in metu & verecundia, contracta: Adhortando, fortis. Disputando, volubilis, concinna, contracta. In miserationem, flexa & flebilis: In egressionibus, fusa. In expositione aciemonibus, recta. In magnis affectibus, elata: In compositis, submissa. In procœmio plerunque lenis cum gestu modesto: In narratione, aperior: In confirmatione, agilior, acrior & instantior. In propositione, partitione & interrogatione, sermoni proxima. In egressione iam dulcis & remissa. In epilogis si vtimur enumeratione, concisa continens: si concitamus, nunc intenta, nunc remissior, nunc plenior. Si placamus, inclinata & lenis. Si miserationem excitamus, flebilis: In summa, in tota causa & partibus eius rebus, personis & sententiis conueniens. Hactenus de voce nunc de gestu, secunda pronuntiationis parte: quam voci consentire, & cum ea animo parere confirmat eúmque ex effectis, exemplis, similibusque non vulgariter celebrat, & qualis sit eius in omnibus corporis partibus obseruatio: vt capite vultu, palpebris, genis, supercilijs, naribus, labris, ceruice, collo, manibus, digitis, pedibus, toga & comis: quæ pronuntiationis illustramenta iuxta personarum, rerum & partium orationis varietatem variè obseruare debeat orator, describit: quem ad personas primùm, deinde ad res respicere iubet. Atque in personis, quis apud quos & quibus præsentibus dicat, intuendum monet. In rebus quatuor. Primùm tota causa qualis sit: vtrùm tristisne an hilaris, grandis an pusillanimi genere dicendi differentia adhibeatur. Sitne demonstratiui generis causa, an deliberatiui, vel iudicialis. Secundo quæ sit partium differentia, exordij, narrationis, probationis, & epilogi. Tertio quæ sententiæ. Quarto qualia verba, quæ vt sententiæ variè rebus & partibus atque etiam officijs, vt docendi, mouendi, aut conciliandi sit, accommodanda sint. Denique totam gestuum obiectionem ad vocem & animi affectus attemperandam esse. Postremò cum præcepta generaliter tradita sint, non omnia omnibus, sed alia aliis conuenire, & decora esse: cum in actione decorum præcipuè spectetur, exemplis eò mœdorum similibus probat. Cumque gestuum in dicendo, & vocis maxima sit gratia, si cum mediocritate his vtamur argutias eorum

& fla

& flexus superstitiosos procul remouendos esse,& modum adhibendum,ne histriones aut mimi,non oratores videamur,monet.

PRonuntiatio à plerisque actio dicitur. sed prius nomen à voce, sequens à gestu videtur accipere. Nanque actionem Cicero aliàs quasi sermonem, aliàs eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tamen duas eius partes facit, quæ sunt eædem pronuntiationis, vocem atque motum. Quapropter vtraque appellatione indifferenter vti licet. Habet autem res ipsa miram quandam in orationibus vim ac potestatem. Neque enim tam refert qualia sint quæ intra nosmetipsos composuimus,quàm quo modo efferantur. nam ita quisque vt audit, mouetur. Quare neque probatio vlla, quæ modò venit ab oratore, tam firma est, vt non perdat vires suas nisi adiuuetur asseueratione dicentis. Affectus omnes languescant necesse est, nisi voce,vultu,totius propè habitu corporis inardescant. Nam cùm hæc omnia fecerimus, felices, si tamen nostrum illum ignem iudex conceperit: ne dum eum supini securiq; moueamus, non & ipse nostra oscitatione soluatur. Documento sunt vel scenici actores, qui & optimis poëtarum tantum adiiciunt gratiæ, vt nos infinitè magis eadem illa audita quam lecta delectent, & vilissimis etiam quibusdam impetrent aures: vt quibus nullus est in bibliothecis locus, sit etiam frequens in theatris. Quòd si in rebus quas fictas esse scimus & inanes, tantum pronuntiatio potest, vt iram, lacrymas, solicitudinem afferat, quanto plus valeat necesse est, vbi & credimus? Equidem vel mediocrem orationem commendatam viribus actionis, affirmauerim plus habituram esse momẽti, quam optimam eadem illa destitutam. Siquidẽ & Demosthenes quid esset in toto dicendi opere primum, interrogatus, pronuntiationi palmam dedit, ei

démque secundum ac tertium locum, donec ab eo quæri de-
sineret: ut eam uideri posset non præcipuam, sed solam iu-
dicasse. Ideóque ipse tam diligẽter apud Andronicum Hy-
pocriten studuit, vt admirantibus eius orationem Rhodiis,
non immeritò Aeschines dixisse uideatur, Quid si ipsum
3. de Orat. in Bruto. audissetis? Et M. Cicero vnam in dicendo actionem domi-
nari putat. Hac Cn. Lentulum plus opinionis consecutum,
De orat. 3. quam eloquentia tradit. Eadem C. Gracchum in defensa
fratris nece, totius populi Romani lacrymas concitasse,
Antonium & Crassum multum uoluisse, plurimum uero
In Bruto. Quin. Hortensium: cuius rei fides est, quòd eius scripta ti-
tum intra famam sunt, qui diu princeps oratorum, aliqui-
do æmulus Ciceronis existimatus est, nouissimè quoad vi-
xit, secundus: vt appareat placuisse aliquid eo dicente, quod
legentes non inuenimus. Et hercle cum ualeant multum
verba per se, & uox propriam uim adiiciat rebus, & ge-
stus motúsque significet aliquid, profectò perfectum quid-
dam fieri, cum omnia coierint, necesse est. Sunt tamen qui
rudem illam, & qualem impetus cuiusque animi tulit, actio
nem iudicent fortiorem, & solam viris dignam: sed nõ alie
rè, quam qui etiam in dicendo curam, & artem, & nitoa
rem, & quicquid studio paratur, vt affectata & parum
naturalia solent improbare, uel qui verborum atque ipsius
3. de Orat. & In Bruto. etiam soni rusticitate, ut L. Cottam dicit Cicero fecisse,
imitationem antiquitatis affectant. Verùm illi persuasione
sua fruantur, qui hominibus, vt sint oratores, satis puta-
nasci: nostro labori dent veniam, qui nihil credimus esse
perfectum, nisi vbi natura cura iuuetur. In hoc igitur non
contumaciter consentio, primas partes esse naturæ. Nam
certè bene pronuntiare non poterit, cui aut in scriptis me-
moria, aut in iis quæ subitò dicenda erunt, facilitas prom-

pta de

pta defuerit: nec si inemendabilia oris incommoda obstabunt. Corporis etiam potest esse aliqua tanta deformitas, vt nulla arte vincatur. Sed ne uox quidem nisi liberalis, actionem habere optimam potest. Bona enim firmáque ut volumus vti licet: mala uel imbecilla & inhibet multa, ut insurgere, exclamare: & aliqua cogit, ut summittere, deflectere, & raucas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquimur, cui non frustra præcipitur. Cùm sit autem omnis actio, ut dixi, in duas diuisa partes, uocem, gestúmque: quorum alter oculos, altera aures mouet, per quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus: prius est de voce dicere, cui etiam gestus accommodatur. In ea prima obseruatio est, qualem habeas: secunda, quomodo utaris. Natura uocis spectatur quantitate & qualitate. Quantitas simplicior est. In summa enim grandis aut exigua est: sed inter has extremitates mediæ sunt species, & ab ima ad summam, ac retrò, multi sunt gradus. Qualitas magis uaria est. Nam est & candida & fusca, & plena & exilis, & lenis & aspera, & contracta & fusa, & dura & flexibilis, & clara & obtusa. Spiritus etiam longior, breuiórque. Nec causas cur quicque eorum accidat, persequi, proposito operi necessarium est, eorúmne sit differentia in quibus aura illa concipitur, an eorum per quæ velut organa meat, an ipsi propria natura, an prout mouetur: lateris pectorisue firmitas, an capitis etiam plus adiuuet. Nam opus est omnibus, sicut non oris modò suauitate, sed narium quoque, per quas quod supereſt uocis egeritur. Dulcis tamen esse debet, non exprobrans sonus. Vtendi voce, multiplex ratio. Nam præter illam differentiam, quæ est tripertita, acutæ, grauis, flexæ: tum intentis, tum remissis, tum elatis, tum inferioribus

Plin. lib. 28. cap. 6.

rioribus modis opus est, spatiis quoque lentioribus aut citatioribus: sed iis ipsis media interiacent multa: & vt species quanquam ex paucissimis constat, infinitam habet differentiam: ita uox, etsi paucas quæ nominari possint, continet species, propria cuique est: & nō hæc minus auribus, quam oculis illa dignoscitur. Augentur autem sicut omnia, ita vocis quoque bona, cura, & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus, quæ phonascis, conuenit: tamen multa sunt vtrisque communia, firmitas corporis, ne ad spadonum & mulierum & ægrorum exilitatem uox nostra tenuetur: quod ambulatio, unctio, veneris abstinentia, facilis ciborum digestio. id est frugalitas, præstat. Praterea vt sint fauces integræ, id est molles ac leues, quarum uitio & frangitur, & obscuratur, & exasperatur, & scinditur vox. Nam vt tibiæ eodem spiritu accepto, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatæ, alium quassæ sonum reddunt: ita fauces tumentes strangulant vocem, obtusæ obscurant, rasæ exasperant, conuulsæ fractis sunt organis similes. Finditur etiam spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquæ, quarum fluxus etiam si vltra paulum coit, aliquid tamen caui relinquit post idipsum quod offenderat. Humor quoque vocem ut nimius impedit, ita consumptus destituit. Nam & fatigatio corpora non ad præsens modò tempus, sed etiam in futurum deficit. Sed ut communiter & phonascis & oratoribus necessaria est exercitatio, qua omnia conualescunt, ita cura non idem genus est. Nam neque certa tempora ad spatiandum dari possunt tot ciuilibus officiis occupato, nec præparare ab imis sonis uocem ad summos, nec semper a contentione* condere licet, cùm pluribus iudicus sæpe dicendum sit. Ne ciborum quidem est eadem obseruatio. Non

*conquiescere.

enim

enim tã molli teneráque uoce, quàm forti ac durabili opus est: cum illi omnes etiam altißimos sonos leniãt cantu oris, nobis pleraque asperè sint concitatéque dicenda, & uigilandæ noctes, & suligo lucubrationum bibenda, & in sudata ueste durandum. Quare vocem deliciis nõ molliamus, nec imbuatur ea consuetudine, quæ duratura non sit: sed exercitatio eius talis sit, qualis usus: nec silentio subsidat, sed firmetur consuetudine, qua difficultas omnis leuatur. Ediscere autem quo exerearis, erit optimum (nam ex tẽpore dicenti, auocatur cura vocis, ille qui ex rebus ipsis concipitur affectus) & ediscere quammaximè varia, quæ & clamorem, & disputationem, & sermonem, & flexus habeant, vt simul in omnia paremur. Hoc satis est, alioqui nitida illa & curata uox insolitum laborem recusabit, vt assueta gymnasiis & oleo corpora, quamlibet sint in suis certaminibus speciosa atque robusta, si militare iter fascésque & vigilias imperes, deficiant, & quærant vnctores suos, nudúmque sudorem. Illa quidem in hoc opere præcipi quis ferat, uitandos soles atque ventos, & nubila etiam ac siccitates? Ita si dicendum in sole, aut ventoso, humido, calidóue die fuerit, reos deseremus? Nam crudum quidem, aut saturum, aut ebrium, aut eiecto modò uomitu, quæ cauenda quidam monent, declamare neminem, qui sit mentis cõpos, puto. Illud non sine causſa est ab omnibus præceptum, ut parcatur maximè uoci in illo à pueritia in adolescentiam transitu, quia naturaliter impeditur, non, vt arbitror, propter calorem, quod quidam putauerunt, (nam est maior aliis) sed propter humorem potius. Nam hoc ætas illa turgescit. Itaque nares etiam, ac pectus, eo tempore tument, atque omnia velut germinant, tenera, & iniuriæ obnoxia. Sed vt ad propositum redeam, iã confirmatæ constitutæq;

vocis

vocis genus exercitationis optimum duco, quod est operi similllimum, dicere quotidie sicut agimus. Nanque hoc modo non vox tantùm confirmatur & latus, sed etiam corporis decens & accommodatus orationi motus componetur. Non alia est autem ratio pronuntiationis, quam ipsius orationis. Nam vt illa emendata, dilucida, ornata, apta, esse debet: ita hæc quoque emendata erit, id est vitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, iucundum, vrbanum: id est, in quo nulla neque rusticitas neque peregrinitas resonet. Non enim sine caussa dicitur barbarum, Græcúmue. Nam sonis homines, vt æra tinnitu, dignoscimus. Ita fiet illud quod Ennius probat, cùm dicit suaui loquenti ore Cethegum fuisse: non quod Cicero in iis reprehendit, quos audire, non agere. Sunt enim multa vitia, de quibus dixi, in quadam primi libri parte puerorum ora formarem, opportunius ratus in ea ætate facere illorum mentionem, in qua emendari possunt. Itaque sit ipsa uox primùm (ut ita dicam) sana, id est, nullum eorum de quibus nunc dixi, patiatur incommodum: deinde non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida, *uana, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata: spiritus, nec breuis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis. Dilucida verò erit pronuntiatio, primùm, si uerba tota exegerit, quorum partem deuorari, pars destitui solet, pleriſque extremas syllabas non proferentibus, dum priorum sono indulgent. Vt ea autem necessaria verborum explanatio, ita omnes computare & velut annumerare literas, molestum, & odiosum. Nam & vocales frequentissimè coëunt, & consonantium quædam insequente uocali dissimulantur. utriusque exemplum posuimus, Multum ille & terris.- Vitatur etiam duriorum inter se congressus, unde pellexit, & collegit, & qu

Cicer. in Brut. lib. 1. ca. 1. & 5.

* varia.

Aeneid.

quæ alio loco dicta sunt. Ideóque laudatur in Catulo suauis appellatio literarum. Secundum est, ut sit oratio distincta, id est vt qui dicit, & incipiat ubi oportet, & desinat. Obseruandum etiam quo loco sustinendus & quasi suspendẽdus sermo sit (quam Græci* ὑποστολὴν vel ὑποσιγμὴν vocant) quo deponendus. Suspenditur, Arma uirúmque cano, quia illud virum, ad sequentia pertinet: ut sit, virum, Troiæ qui primus ab oris. & hîc iterum. nam etiam si aliud est vnde uenit, quàm quò venit, non distinguendũ tamen, quia utrunque eodem uerbo continetur, uenit. tertio Italiam, quia interiectio est fato profugus & continuũ sermonem qui faciebat, Italiam Lauináque, diuidit: ob eandémque causſam, quarto profugus, deinde, Lauináq; uenit Littora: vbi iam erit distinctio, quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tẽpus aliàs breuius, aliàs longius dabimus. Interest enim, sermonem finiat, an sensum. Itaque illam distinctionem Littora, protinus altero spiritus initio insequar, cum illuc venero, - Atque altæ mœnia Romæ: deponam, & morabor, & nouum rursus exordium faciam. Sunt aliquando & sine respiratione quædam moræ etiã in periodis: vt in illa, In cœtu verò populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitũ, &c. Multa membra habent. Sensus enim sunt alij atq; alij, & sicut vna circunductio est, ita paulum morãdum in his interuallis, non interrũpendus est contextus: & è contrario spiritum interim recipere sine intellectu moræ necesse est: quo loco quasi surripiẽdus est: alioqui si inscitè recipiatur, non minus afferat obscuritatis, quã vitiosa distinctio. Virtus autem distinguendi fortasse sit parua, sine qua tamen esse nulla alia in agendo potest. Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis,

Cicero in Bruto

ὑποστολάν.

Aeneid. 1.

Philipp. 2.

dulcis, durabilis, clara, pura, secans aëra, auribus sedens. Est enim quædam ad auditum accommodata, non magnitudine, sed proprietate, ad hoc uelut tractabilis, vtique habens omnes in se qui desiderantur sonos, intentionesque, & toto (ut aiunt) organo instructa: cui aderit lateris firmitas, spiritus cum spatio pertinax, tum labori non facile cessurus. Neq; grauissimus, ut in musica, sonus, nec acutissimus orationibus conuenit. Nam & hic parum claru, nimiúmque plenus, nullum afferre animis motum potest, & ille prætenuis, & immodicæ claritatis, cum est vltra rum, tum neq; pronuntiatione flecti, neq; diutius ferre intentionem potest. Nam vox, vt nerui, quo remissior, hoc & grauior & plenior: quo tensior, hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima vim nõ habet, summa rũpi periclitatur. Medi igitur vtendum sonis: hicque, cùm augenda intẽtio est, ci citandi: cùm summittenda, sunt temperãdi. Nam prima el obseruatio rectè pronuntiandi æqualitas, ne sermo subsul tet imparibus spatiis ac sonis, miscens longa breuibus, grauia acutis, elata summissis: & inæqualitate horum omnium, sicut pedum, claudicet. Secunda uarietas est, quod solum est pronuntiatio: ne quis pugnare inter se putet æqualitatem & varietatem: cum illi virtuti contrarium sit vitium inæqualitas, huic, qui dicitur μονοειδὲς, quasi quidam vnus aspectus. Ars porrò uariandi cùm gratiam præbet, acre nouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione refici ut standi, ambulandi, sedendi, iacendi vices sunt, nihilque eorum pati unum diu possumus. Illud uerò maximum (de id paulò pòst tractabimus) quòd secundum rationem rei de quibus dicimus, animorúmque habitus, conformanda uox est, ne ab oratione discordet. Vitemus igitur illam quæ Græce μονοτονία uocatur, vna quædam spiritus ac sonus intentio

intentio: non solùm ne dicamus omnia clamosè, quod insanum est: aut intra loquendi modum, quod motu caret: aut summisso murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio. sed vt in iisdem partibus, iisdemq; affectibus: sint tamẽ quædam non ita magnæ vocis declinationes, prout aut verborum dignitas, aut sententiarum natura, aut depositio, aut inceptio, aut transitus postulabit: vt qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, sine quo ne membris quidem suas lineas dedissent. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in oratione nobilissima pro Milone principium, nónne ad singulas penè distinctiones, quamuis in eadem facie, tamen quasi vultus mutandus est? Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Etiam si est toto proposito contractum atque summissum, quia & exordium est, & soliciti exordium, tamen fuerit necesse est aliquid plenius & erectius dum dicit, Pro fortißimo viro, quam cum, Etsi vereor: &, Turpe sit: &, Timere. Iam secunda respiratio increscat oportet, naturali quodam conatu, quo minus pauidè dicimus quæ sequuntur, & quo magnitudo animi Milonis ostenditur, Minimeq; deceat, cum T. Annius ipse magis de reipublicæ salute, quam de sua perturbetur. Deinde quasi obiurgatio sui est, Me ad eius causſam parem animi magnitudinem afferre non posse. Tum inuidiosiora, Tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos. Illa verò iam penè apertis (vt aiunt) tibiis, Qui quocunque inciderunt, veterem consuetudinẽ fori, & pristinum morem iudiciorum requirunt. Nam sequens latum etiam atque fusum est. Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat. Quod notaui, vt appareret non solùm in membris causſæ, sed etiam in ar-

ticulis esse aliquã pronuntiandi varietatem: sine qua nihil neque maius neque minus est. Vox autem vltra vires vrgenda non est. Nam & suffocata sæpe, & maiore nisu minus clara est, & interim elisa, in illum sonum erumpit cui Græci κλοσμὸν nomen à gallorum immaturo cantu dederunt. Nec volubilitate nimia confundanda quæ dicimus: qua & distinctio perit, & affectus, & nonnumquam etiam verba aliqua sui parte fraudantur. Cui contrarium est vitium nimiæ tarditatis. Nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid, temporibus præfinitis *aquam perdit. Promptum sit os, non præceps: moderatum, non lentum. Spiritus quoque nec crebrò receptus concîdat sententiam: nec eousque trahatur, donec deficiat. Nam & deformis est consumpti illius sonus, & respiratio sub aqua diu pressi similis, & receptus longior. & non opportunus, vt qui fiant non vbi volumus, sed vbi necesse est. Quare longiorem dicturis periodum, colligendus est spiritus: ita tamen, vt id neque diu, neque cum sono faciamus, neque omnino vt manifestum sit, reliquis partibus optimè inter iunctura sermonibus reuocabitur. Exercendus autem est, vt sit quamlongissimus: quod Demosthenes vt efficeret, scandens in aduersum continuabat quàm posset plurimos versus. Idem quo facilius verba ore libero exprimeret, calculos lingua volens dicere domi solebat. Est interim & longus, & plenus, & clarus satis spiritus, non tamen firmæ intentionis, ideóque tremulus: vt corpora quæ aspectu integra, nerui parum sustinentur. Id βράγχος Græci vocant. Sunt qui spiritum cum stridore per raritatem dentium non recipiunt, sed resorbent. Sunt qui crebro anhelitu, & introrsum etiam clarè sonante, imitentur iumenta

*allodit ad rationem clepsydrarum.

De Orat.

oner

onere & iugo laborantia. Quod affectant quoque, tanquam inuentionis copia vrgeantur, maiórque vis eloquentiæ ingruat, quàm quæ emitti faucibus posſit. Eſt aliis concurſus oris, & cum verbis ſuis colluctatio. Iam tuſſire, & expuere crebrò, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, & oris humore proximos ſpargere, & maiorem partem ſpiritus in eloquendo per narres effundere, etiam ſi non vtique vocis ſunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potiſſimùm huic loco ſubiicitur. Sed quodcunque ex his vitium magis tulerim, quàm quo nunc maximè laboratur in cauſsis omnibus ſcholisq; , cantandi: quod inutilius ſit an fœdius, neſcio. Quid enim minus oratori conuenit, quàm modulatio ſcenica, & nonnunquam ebriorum aut comeſſantium licentiæ ſimilis? Quid verò mouendis affectibus contrarium magis, quàm cum dolendum, iraſcendum, indignandum, commiſerandum ſit, non ſolùm ab iis affectibus, in quos inducendus eſt iudex, recedere, ſed ipſam fori ſanctitatem, ludorum tabarium licentia ſoluere? Nam Cicero illos ex Lycia & Caria retoras pene cantare in epilogis. Nos etiam cantandi ſeuerìorem paulò modum exceſsimus. Quiſquámne, non dico de homicidio, ſacrilegio, paricidio, ſed de calculis certè atque rationibus, quibus, quiſquam denique (vt ſemel finiam) in lite cantat? Quod ſi omnino recipiendum eſt, nihil cauſſæ eſt cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibiis, imò mehercule, quod eſt huic deformitati proprius, cymbalis adiuuemus. Facimus tamen hoc libenter: Nam nec cuiquam ſunt iniucunda quæ cantat ipſe: & laboris in hoc, quàm in agendo, minus eſt. Et ſunt quidã qui ſecundũ alia vitæ vitia, etiã hac vbiq; audiendi quod aures In Oratore.

In Orat. mulceat, voluptate ducantur. Quid ergo? non & Cicero dicit esse aliquem in oratione cantum obscuriorem? Et hoc quodam naturali vitio venit. Ostendam non multò post, vbi & quatenus recipiendus sit hic flexus, & cantus quidem, sed (quod plerique intelligere nolunt) obscurior. Id enim tempus est dicendi quæ sit apta pronunciatio: Quæ certè ea est, quæ iis de quibus dicimus, accommodatur quod quidem maxima ex parte præstant ipsi motus animorum, sonatq; vox vt feritur. Sed cum sint alij veri affectus, alij ficti & imitati: veri naturaliter erumpunt, vt dolentium, irascentium, indignantium: sed carent arte, ideoq; sunt disciplinæ traditione formandi. Contrà qui effinguntur imitatione, artem habent: sed hi carent natura: ideoq; in his primum est bene affici, & concipere imagines rerum, & tanquam veris moueri. sic velut media vox, quem habitum à nostris acceperit, hæc Iudicum animis dabit. Est enim mentis iudex, ac totidem, quot illa, mutationes habet. Vtq; lætis in rebus plena, simplex, & ipsa quodam modo hilarè fluit: at in certamine erecta totis viribus, & velut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira, & aspera ac densa, & respiratione crebra. Neque enim potest esse longus spiritus, cum immoderatè effunditur. Paululum in inuidia *lentior, quia non ferè ad hanc nisi inferiores confugiunt. at in blandiendo, fatendo, satis faciendo, rogando, lenis & summissa. Suadentium, & monentium, & pollicentium & consolantium grauis. In metu & verecundia contracta adhortationibus fortis, disputationibus teres, miserationibus flexa & flebilis, & consultò quasi obscurior: at in egressionibus fusa, & securæ claritatis, in expositione ac sermonibus recta, & inter acutum sonum & grauem media. Attolliter autem concitatis affectibus, compositis descen-

*lenior.

ro vtriusque rei modo altius vel inferius. Quid autem quis
que in dicendo postulet locus, paulum differam, vt de ge=
tu prius dicam: qui & ipse voci consentit; & animo cum
ea simul paret. Is quantum habeat in oratore momenti, Cic. in Parti.
satis vel ex eo patet, quod pleraque etiam citra verba si=
gnificat. Quippe non manus solum, sed nutus etiam de=
clarant nostram voluntatem, & in mutis pro sermone sunt,
& salutatio frequenter sine voce intelligitur atque afficit,
& ex ingressu vultuq; perspicitur habitus animorum: &
animalium quoque sermone carentium, ira, lætitia, adula=
tio, & oculis, & quibusdam aliis corporis signis deprehen
ditur. Nec mirum si ista, quæ tamen in aliquo sunt posita
motu, tantum in animis valent: quum pictura tacens opus,
& habitus semper eiusdem, sic in intimos penetret affectus
ut ipsam vim dicendi nonnunquam superare videatur. Cõ
ra, si gestus ac vultus ab oratione dissentiant, tristia dica=
mus hilares, affirmemus aliqua renuentes: non autoritas
modo verbis, sed etiam fides desit. Decor quoque à gestu
que motu venit. Ideoque Demosthenes grande quoddam
ornamentum speculum, componere actionem solebat. Adeò
manus fulgor ille sinistras imagines reddat, suis demum
oculis credidit quod efficeret. Præcipuum verò in actione,
quæ in corpore ipso, caput est, cùm ad illum de quo di=
mus decorem, tum etiam ad significationem decoris. Illa
sunt, vt sit primò rectum, & secundum naturam. Nam &
erecto humilitas, & supino arrogantia, & in latus in=
clinato languor, & præduro ac rigente barbaria quædam
animis ostenditur. Tum accipiat aptos ex ipsa actione mo=
dos, vt eũ gestu cõcordet, & manibus ac lateribus obsequa
tur. Aspectus enim semper eodẽ vertitur quo gestus, exce=
dat quæ aut dãnare, cõcedere, aut à nobis remouere opor=

tebit: vt idē illud vultu videamur aduersari, manu repellere.

Aeneid. 3. -Dij talem terris auertite pestem.

Aeneid. 1. -Haud equidem tali me dignor honore.

Significat verò plurimis modis. Nam præter annuendi, renuendi, cōfirmandiq; motus, sunt & verecundiæ, & dubitationis, & admirationis, & indignationis noti & cōmunes omnibus. Solo tamen eo facere gestum scenici quoq; doctores vitiosum putauerunt. Etiam frequens eius nutus non caret vitio: adeo iactare id, & comas excutientē rotare, phœnaticum est. Dominatur autem maximè vultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blādi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summissi sumus. hoc pendent homines, hunc intuētur, hunc spectant etiam antequam dicamus. hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus. hic est sæpe pro omnibus verbis. Itaque in iis quæ ad scenam componuntur fabulis, artifices pronunciandi à personis quoq; affectus mutuātur: vt sit Niobe in tragœdia tristis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus Hercules. In comœdiis verò præter aliam obseruationem, qua serui, lenones, parasiti rustici, milites: vetulæ, meretriculæ, ancillæ, senes austeri ac mites, iuuenes seueri ac luxuriosi, matronæ, puellæ, inter se dicernuntur: pater ille cuius præcipuæ partes sunt, quia interim concitatus, interim lenis est, altero erecto, altero composito est supercilio. atque id ostendere maximè Latinis actoribus moris est, quod cum iis quas agunt partibus congruat. Sed ipso vultu plurimùm valent oculi, per quos maximè animus emanat, vt citra motum quoque & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant. Quinetiam lacrymas his natura mentis indices dedit: quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia manant. Motu verò intenti remissi, superbi, torui, mites, asperi fiunt: quæ vt actus po-

posi

poscerit, fingentur. Rigidi verò & extenti, aut languidi & torpentes, aut stupentes, aut lasciui & mobiles, aut natantes, & quadã voluptate suffusi, aut lumi, & (vt sic dicã) venerei, aut poscentes aliquid, pollicẽtesue nonnunquã esse debebunt. Nam opertos compressosue eos in dicendo, quis nisi planè rudis aut stultus habeat? Et ad hæc omnia exprimẽda in palpebris etiã & in genis est quoddam deseruiẽs his ministerium. Multum & supercilijs agitur. Nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur, attolitur, demittitur: vt vna res in ea plus valeat, sanguis illequi mentis habitu mouetur, & cum infirmam verecũdiã cutem accipit, effunditur in ruborẽ: cum metu resugit, abit omnis, & pallore frigescit: temperatus medium quoddam serenum efficit. Vitiũ in supercilijs, si aut immota sunt omnino, aut nimium mobilia, aut inæqualitate (vt modò de persona comica dixeram) dissident, aut contra id quod dicimus fiunt. Ira enim cõtractis, tristia deductis, hilaritas remissis ostenditur. Annuendi quoque & renuendi ratione demittuntur, aut alleuãtur. Naribus labrisq; non ferè quicquam decenter ostendimus, tametsi derisus, contemptus, fastidium significari solet: Nam & corrugare nares (vt Horatius ait) & inflare, & mouere, & digito inquietare, Sermo. 1. & impulsu subito spiritum excutere, & diducere sæpius, & planam manu resupinare, indecorum est: cùm emunctio etiam frequentior non sine caussa reprehendatur. Labra & porriguntur malè, & seinduntur, & adstringuntur, & diducuntur, & dentes nudant, & in latus ac penè ad aurem trahuntur, & velut quodam fastidio replicantur, & pendent, & vocem tantum altera parte dimittũt. Lambere quoq; ea & mordere, deforme est: cùm etiam in effiefferendis ciẽdis verbis modicus eorũ esse debeat motus. Ore enim ma-

gis quàm labris loquendum est. Ceruicem rectam oportet esse, non rigidam aut supinam. Collum diuersa quidem, sed pari deformitate & cõtrahitur, & tenditur: sed tenso subest & labor, tenuatúrq; vox ac fatigatur. Affixum pectori mentum, minus claram, & quasi latiorem presso gutture facit. Humerorum rarò decens alleuatio atque contractio est. Breuiatur enim ceruix, & gestum quendam humilem atque seruilem & quasi fraudulentum facit, cùm se in habitum adulationis, admirationis, metus, fingunt. Brachij moderata proiectio remissis humeris, atque explicantibus se in proferenda manu digitis, continuos & decurrentes locos maximè decet. At cum speciosius quid vberiúsq; dicendum est, vt illud, Saxa atque solitudines voci respondent, expatiatur in latus, & ipsa quodammodo se cum gestu iactat oratio. Manus verò, sine quibus trunca esset actio ac debilis, vix dici potest quot motus habeant, cùm pene ipsos verborum copiam persequantur. Nam cæteræ partes loquentem adiuuant, hæ (propè est vt dicam) ipsæ loquuntur. An non his poscimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus, ostendimus? Non eadẽ concitant? supplicia inhibent? probant? admirantur? verecundãtur? Non in demonstrandis locis atq; personis, aduerbiorum atq; pronominum obtinent vicem? vt in tanta per omnes gentes nationesque linguæ diuersitate, hic mihi omnium hominum communis sermo videatur. Et ij quidem de quibus sum locutus, cum ipsis vocibus naturaliter exeunt gestus: alij sunt qui res imitatione significant: vt si ægrum tentantis venam medici similitudine, aut citharœdũ formatis ad modũ per-

Pro Arch.

cutien-

rientis neruos manibus ostendas, quod est genus quam logißime in actione fugiendum. Abesse enim plurimùm à saltatore debet orator, vt sit gestus ad sensus magis quam ad verba accommodatus: quod etiam histrioribus paulò grauioribus facere moris fuit. Ergo vt ad se manum referre, cùm de se ipso loquatur, & in eum quem demostret, intendere, & aliqua his similia permiserim: ita non effingere status quosdam, & quicquid dicet, ostendere. Neque id in manibus solum, sed in omni gestu ac uoce seruandũ est. Non enim aut in illa periodo, Stetit soleatus prætor populi Romani, inclinatio incumbentis in mulierculam Act. 7. Verris effingenda est: aut in illa, Cædebatur in medio foro Messanæ: motus laterum qualis esse ad verbera solet, tor In eade m. quendus: aut uox qualis dolore exprimitur, eruenda: cum mihi comœdi quoque pessimè facere uideantur, qui etiam si iuuenem agant, cùm tamen in expositione aut senis sermone in Hydriæ prologo: aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effœminata uoce pronunciant. Adeò in illis quoque est aliqua uitiosa imitatio, quorum ars omnis constat imitatione. Est autem gestus ille maximè communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, & principiis utilis cum leni in utranque partem motu modice prolatus, simul capite atque humeris sensim ad id quò manus feratur, obsecundantibus: & in narrando certus, sed tum paulò productior: & in exprobrando & arguendo acer atque instans: Longius enim partibus ille & liberius exeritur. Vitiosè uerò idem sinistrum quasi humerum petens in latus agi solet: quanquam adhuc peius aliqui transuersum brachium proferunt, & cubito pronunciant. Duo quoque medij sub pollicem ueniunt: & est hic adhuc priore gestus instantior, principio & narra-

tioni non accommodatus. At cùm tres contracti pollic
De Orato. 2. premuntur, cum digitus ille, quo usum optimè Crassum C
cero dicit, explicari solet. Is in exprobrando & indicand
(vnde ei nomē est) valet: & alleuata ac spectante humer
manu paulùm inclinatus affirmat: uersus in terram & q
si pronus vrget: aliquando pro numero est. Idem sum
articulo vtrinque leuiter apprehenso, duobus modicè c
uatis, minus tamē minimo, aptus ad disputandū est. Ac
tamen argumentari videntur, qui medium articulum
tius tenent: tanto contractioribus vltimis digitis, qua
priores descenderunt. Est & ille verecundæ orationi ap
simus, quo quatuor primis leuiter in summum coēun
digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos u
nus, & deinde prona ac paulùm prolata laxatur. H
modo cœpisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiph
te timido summissoque principio: sic formatam Cicero
Pro Arch. manum cum diceret, Si quid est in me ingenij, iudices, q
sentio quam sit exiguum. Eadem aliquatenus libera
deorsum spectantibus digitis colligitur in os, & sub
paulò in diuersum resoluitur, vt quodammodo sermon
ipsum proferre videatur. Binos interim digitos diu
guimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inser
bus intra spectantibus, sed ne illis quidem tensis qua
sunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis p
munt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur: inter
quartus obliquè reponitur: interim quatuor remissi
gis quam tensis, pollice intus inclinato, habilem in la
demonstrando, aut distinguendo quæ dicimus, man
facimus, cùm supina in sinistrum latus, prona in alter
fertur. Sunt & illi breues gestus, cùm manus leuiter p
pouentium. data, qualis *uouentium est, paruis intervallis, & subi
tienti

tientibus humeris mouetur: maxime apta parce & quasi timide loquentibus. Est admirationi conueniens ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos a minimo collecta digitos, redeunte flexu simul explicatur atque conuertitur. Nec uno modo interrogantes gestum componimus: plerunque tamen uertentes manum, utcunque composita est. Pollici proximus digitus, mediumque qui dexter est, unguem pollici summo suo iungens, remissis ceteris, est & approbantibus & narrantibus & distinguentibus decorus. Cui nō dissimilis, sed compressis tribus digitis, quo nunc Græci plurimum utuntur etiam utraque manu, quoties enthymemata sua gestu velut cornu tundunt cæsim. Manus lenior promittit & assentatur, citatior hortatur, interim laudat. Est & ille yrgentis orationem gestus vulgaris magis quam ex arte, qui contrahit alterno celerique motu & explicat manum. Est & illa cana, & rara, & supra humeri altitudinem elata cum quodam motu uelut hortatrix manus, a peregrinis scholis iam prope recepta. Tremula, scenica est. Digitos, cum summi coierunt, ad os referre cur quibusdam displicuerit, nescio. Nam id & leuiter admirantes, & interim subita indignatione uelut pauescentes, & deprecantes, facimus. Quin compressam etiam manum in pœnitentia vel ira pectori admouemus, ubi vox vel inter dentes expressa non dedecet, Quid nunc agam? Quid faciam? Auerso pollice demonstrare aliquid, receptum magis puto, quam oratori decorum. Sed cum omnis motus sex partes habeat, septimusque sit ille qui in se redit orbis, vitiosa est vna circumuersio: reliqui, ante nos, & dextra læuaque, & sursum & deorsum aliquid ostendunt: in posteriora gestus non dirigitur. Interim tamen velut reiici

solet.

ſolet. Optimè autem manus à ſiniſtra parte incipit, in dex-
tra deponitur: ſed vt deponi, non ut ferire videatur: quan-
quam & in fine interim cadit, vt citò tamẽ redeat: & non-
nunquam reſſlit uel negantibus nobis, uel admirantibus.
Hic veteres artifices illud rectè adiecerunt, vt manus cum
ſenſu & inciperet, & deponeretur. Alioqui enim aut ante
uocem erit geſtus, aut poſt vocem: quod eſt vtrunque de-
forme. In illo lapſi nimia ſubtilitate ſunt, quòd interuallum
motus tria verba eſſe voluerunt: quod nec obſeruatur, nec
fieri poteſt: ſed illi quaſi menſuram tarditatis celeritatiſq;
aliquam eſſe uoluerunt, nec immeritò, ne aut diu ociosa
eſſet manus, aut (quod multi faciunt) actionem continuo
motu concideret. Aliud eſt quod & fit frequentius, &
magis fallit. Sunt quædam latentes ſermonis percuſſiones,
& quaſi aliqui pedes, ad quos plurimorum geſtus cadit: vt
Pro Ligario. ſit vnus motus, Nouum crimen: alter, C. Cæſar. tertius, Et
ante hanc diem: quartus, Inauditum: deinde, Propinquus
meus: &, Ad te Quintus Tubero detulit. Vnde id quoque
fluit vitium, vt iuuenes cum ſcribunt, geſtu præmodulati
cogitationem, ſic componant, quo modo caſura manus eſt.
Inde & illud vitium, vt geſtus qui in fine dexter eſſe debet,
in ſiniſtrum frequenter deſinat. Melius illud, cùm ſint in
ſermone omni breuia quædam membra, ad quæ, ſi neceſſe
ſit, recipere ſpiritum liceat, ad hæc geſtum diſponere: ut
puta, Nouum crimẽ C. Cæſar, habet per ſe finem quendam
ſuum, quia ſequitur coniunctio deinde, Et ante hanc diem
inauditum, ſatis circunſcriptum eſt. Ad hæc commodanda
manus eſt, idq; dum erit prima & compoſita actio. At vbi
iam calor eam concitauerit, etiam geſtus cum ipſa oratio-
nis celeritate crebreſcet. Alijs locis citata, alijs preſſa con-
ueniet pronuntiatio. Illa tranſcurrimus, cõgerimus, abiun-
damus,

damus, festinamus: hac instamus, inculcamus, infigimus. Plus autem affectus habent lentiora: ideoq; Roscius citatior, Aesopus grauior fuit quod ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadem motus quoque obseruatio est. Itaque in fabulis, iuuenum, senum, militum, matronarum grauior ingressus est: serui, ancillæ, parasiti, piscatores citatius mouẽtur. Tolli autem manum artifices supra oculos, demitti infra pectus vetant: adeò à capite eam petere, aut ad imum uentrem deducere vitiosum habetur. Ad sinistram intra humerum promouetur, ultrà non decet. Sed cùm auersantes in leuam partem velut propellemus manum, sinister humerus proferendus, vt cum capite ad dextram ferente cõsentiat. Manus sinistra nunquam sola gestum rectè facit: dextræ se frequenter accommodat, siue in digitos argumẽta digerimus, siue auersis in sinistrũ palmis abominamur, siue obiicimus aduersas, siue in latus utranque distendimus, siue satisfacientes, aut supplicantes. Diuersi autem sunt hi gestus, siue summittimus, siue adorantes attollimus, siue aliqua demonstrationi aut inuocationi protendimus, Vos Albani tumuli atque luci. Aut Gracchanum illud, Quò me miser cõferam? quò uertam? in Capitoliúmne? at fratris sanguine redundat. an domum? matrémne vt miseram lamentantémque uideam & abiectam? Plus enim affectus in his tunctæ exhibent manus. In rebus paruis, tristibus, mitibus, breues: magnis, lætis, atrocibus, extensiores sunt. Vitia quoque earum subiicienda sunt, quæ quidem accidere etiam exercitatis actoribus solent. Nam gestum poculum poscentis, aut uerbera minantis, aut numerum quingentorum flexo pollice efficientis, quæ sunt à quibusdã scriptoribus notata, ne in rusticis quidem vidi. At ut brachio exerto introspiciatur latus, vt manum alius vltra sinum proferre

Pro Milo.

de Orato. 3.

ferre non audeat, alius in quantum patet longitudo protendat, aut ad tectum erigat. aut repetito ultra lævum humerum gestu ita in tergum flagellet, ut consistere post eum parum tutum sit, aut sinistrum ducat orbem, aut temere sparsa manu in proximos offendat, aut cubitum utrunque in diuersum latus ventilet, sæpe scio euenire. Solet esse & pigra, & trepida, & secanti similis: interim etiam uncis digitis, aut à capite deiiciatur, aut eadem manus supinata in superiora iactetur. Fit & ille habitus, qui esse in statua pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit: qui quidem maximè placet iis qui se dicere sublata manu iactant. Adiicias licet eos qui sententias vibratis digitis iaculantur, aut manu sublata denuntiant, aut (quod per se interim recipiendum est) quoties aliquid ipsis placuit, in ungues eriguntur. sed vitiosum id faciunt aut digito quanto plurimum possunt erecto, aut etiam duobus, aut utraque manu ad modum aliquid portantium composita. His accedunt uitia non naturæ, sed trepidationis, cum ore concurrente rixari. si memoria defecerit, aut cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit insonare, in aduersum tergere nares, obambulare sermone imperfecto, resistere subitò, & laudem silentio poscere: quæ omnia persequi propè infinitum est. Suæ enim cuique sunt vitia. Pectus ac uenter ne proiiciantur, obseruandum. Pandat enim posteriora, & est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu cõsentiant. Facit enim aliquid & totius corporis motus: adeò ut Cicero plus illo agi, quàm manibus ipsis putet. Ita enim dicit in Oratore, Nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, & uirili laterum flexione. Femur ferire, quod

Athenis

Athenis primus fecisse creditur Cleon, & vsitatum est, & indignatos decet, & excitat auditorem. Idq; in Callidio Cicero desiderat. Non frons, inquit, percussa, non femur: In Bruto.
pedum (quod minimum est) nulla supplosio. Quanquam (si licet) de fronte dissentio. Nam & complodere manus, scenicum est, & pectus cædere. Illud quoque rarò decebit, cana manu summis digitis pectus appetere, si quando nosmetipsos alloquemur, cohortantes, obiurgantes, miserantes. quod si quando fiet, togam quoque inde remoueri non decebit. In pedibus obseruantur status & incessus. Prolato dextro stare, & eadem manum ac pedem proferre, deforme est. In dextrum incumbere interim datur, sed æquo pectore: qui tamen comicus magis quàm oratorius gestus est. Malè etiam in sinistrum pedem insistentium dexter aut attollitur, aut summis digitis suspenditur. Variare supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu propè obscœnum. Procursio opportuna, breuis, moderata, rara. Conueniens etiam ambulatio quædam, propter immodicas laudationum moras: quanquam Cicero rarum incessum, neque ita longum probat. Discursare uerò, & (quod In Oratore.
Domitius Apher de Sura Manilio dixit, satagere, ineptissimum: verbaneque Flauius Virginius interrogauit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset. Præcipi & illud scio, ne ambulantes auertamur à iudicibus, sed sint obliqui pedes ad concilium nobis respicientibus. Id fieri iudiciis priuatis non potest. Verùm & breuiora sunt spatia, nec auersi diu sumus. Interim tamen recedere sensim datur. Quidam & resiliunt, quod est planè ridiculũ. Pedis supplosio vt loco est opportuna, ut ait Cicero, in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis: ita crebra & iucepti est hominis, & desinit iudicem in se conuertere. Est De Orat. 3.

& illa

& illa indecora in dextrum ac lævum latus vacillatio, alte
In Brut. nis pedibus insistentium. Longissimè fugienda mollis actio, qualem in Tityo Cicero dicit fuisse, unde etiam saltationis quoddam genus Tityus sit appellatum. Reprehendenda est & illa frequens & concitata in vtranque partem mutatio, quâ in Curione patre irrisit & Iunius, quærens quid in lintre loqueretur. & C. Sicinius: nam cùm assidente collega, qui erat propter valetudinem & deligatus, & plurimis medicamentis propter dolorem artuum delibutus, pu-
In Brut. tum se Curio ex more iactasset, Nunquam, inquit, Octavi collegæ tuo gratiam referes: qui nisi fuisset, istic hodie musca comedisset. Iactantur & humeri: quod vitium Demosthenes ita dicitur emendasse, vt cùm in angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret, vt si calore dicendi vitare id excidisset, offensatione illa commoneretur. Ambulantem loqui ita demum oportet in causis publicis, in quibus multi sunt iudices, si quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter uelimus. Illud verò non ferendum, quòd quidam reiecta in humerum toga, cum dextra sinum usque ad lumbos reduxerunt, sinistrum gestum facientes spatiantur, & fabulantur: cùm etiam lævum restringere prolata longius dextra sit odiosum. Vnde meneor ut ne id quidem transeam ineptissimè fieri, cum inter moras laudationum aut in aurem alicuius loquuntur, aut cum sodalibus iocantur, aut nõnunquam ad librarios sua ita respiciunt, vt sportulam dictare videantur. Inclinare iudicem cum doceas, utique si id de quo loquaris, sit obscurius, decet. Incumbere aduocato aduersis subselliis sedenti, contumeliosum. Reclinari etiam ad suos, & manibus sustineri, nisi planè iusta fatigatio est, delicatum: sicut palam moneri, excidẽtis: aut legere. Nanq; in his omnibus & ma-

illa di

illa dicendi soluitur, & frigescit affectus, & iudex parum sibi præstari reuerentiæ credit. Transire in diuersa subsellia, parùm verecundum est. Nam & Cassius Seuerus vrbanè aduersus hoc facientes lineam popoſcit. Et ſi aliquando concitatè itur, nunquam non frigidè reditur. Multa ex iis quæ præcipimus, mutari neceſſe eſt ab iis, qui dicũt apud tribunalia. Nam & vultus erectior, vt eum, apud quem dicitur, ſpectet: & geſtus, vt ad eundem tendens elatior ſit neceſſe eſt, & alia quæ occurrere etiam me tacente omnibus poſſunt. Itémque ab iis qui ſedentes agunt. Nam & ſeré fit hoc in rebus minoribus: & iidem impetus actionis eſſe non poſſunt, & quædam vitia fiunt neceſſaria. Nam & dexter pes à læua iudicis ſedenti proferendus eſt, & ex altera parte multi geſtus neceſſe eſt in ſiniſtrum eant, vt ad iudicem ſpectent. Equidem pleroſque & ad ſingulas ſententiarum clauſulas video aſſurgentes ſibi, & nonnullos ſubinde aliquid etiam ſpatiantes: quod an deceat, ipſi viderint. cum id faciunt, non ſedentes agunt. Bibere, aut etiã eſſe inter agendum, quod multis moris fuit, & eſt quibuſdam, ab oratore meo procul abſit. Nam ſiquis aliter dicendi onera perferre non poßit, non ita miſerum eſt non agere, potiúſque multo, quàm & operis & hominum contemptum fateri. Cultus non eſt proprius oratoris aliquis, ſed magis more conſpicitur. Quare ſit, vt in omnibus honeſtis debet eſſe, ſplendidus & virilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura quam negligentia ſunt reprehendenda. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Nam veteribus nulli ſinus: perquam breues poſt illos fuerunt. Itaque etiam geſtu neceſſe eſt vſos eſſe in principiis eos alio, quorum brachium, ſicut Græcorum, veſte continebatur.

Sed nos de præsentibus loquimur. Cui laticlaui ius non erit, ita cingatur, vt tunicæ prioribus oris infra genua pendulum posterioribus ad medios poplites vsque perueniant. Nam infra mulierum est, supra centurionum. Vt purpura recte descendant, leuis cura est. Notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus est, vt sit paulum cinctis summissior. Ipsam togam rotundam esse, & aptè cessam velim. Aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior mediis cruribus optimè terminatur, posterior eadem portione altius quàm cinctura. Sinus decentissimus, si aliquanto supra imam togam fuerit, nunquam certè sit inferior. Ille qui sub humero dextro ad sinistrum obliquè ducitur velut balteus, nec strangulet, nec fluat. Pars togæ quæ postea imponitur, sit inferior: nam ita & sedet melius, & continetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicæ: ne ad lacertum in actu redeat: tum sinus iniiciendus humero, cuius extremam oram reiecisse non dedecet. Operiri autem humerum cum toto iugulo non oportet. alioqui amictus fiet angustus: & dignitatẽ, quæ est in latitudine pectoris, perdet. Sinistrum brachium eousque alleuandũ est, vt quasi normalem illum angulũ faciat. Super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Manus non impleatur annulis, præcipue medios articulos non transeuntibus: cuius erit habitus optimus, alleuato pollice, & digitis leuiter inflexis, nisi si libellum tenebit: quod non vtique captandum est. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiam, & ad multos gestus est impedimento. Togam veteres ad calceos vsque demittebant, vt Græci pallium. Idq; vt fiat, qui de gestu scripserunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusq; præcipiunt. Quo magis miror Plinij Secundi docti hominis, & in hoc vtique libro pene etiam nimium curiosi, persuasionem, qui solicitum id

facere Ciceronem velandarum varicum gratia tradit: cùm hoc amictus genus in statuis eorum quoque qui post Ciceronem fuerunt, appareat. Palliolum, sicut fascias quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. Sed hæc amictus obseruatio, dum incipimus: procedente verò actu, iam penè ab initio narrationis sinus ab humero rectè velut sponte delabitur: & cum ad argumenta ac locos ventum est, reiicere à sinistro togam, deiicere etiam si hæreat, sinum, conueniet. Lænam à faucibus ac summo pectore abducere licet. Ardent enim iam omnia. Et vt vox vehementior ac magis varia est, sic amictus quoque habet actum quendam velut præliantem. Itaque vt lænam inuoluere toga, & incingi, penè furiosum est, sinum verò in dextrum humerum ab imo reijcere, resolutum ac delicatum, fiuntq; adhuc peius aliqua: ita cur laxiorem sinum sinistro brachio non subiiciamus? Habet enim acre quiddam atque expeditum, & colori concitationique non inhabile. Cùm verò magna pars est exhausta orationis, vtique afflante fortuna penè omnia decent, sudor ipse & fatigatio, & negligentior amictus, & soluta ac velut labens vndique toga. Quo magis miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, vt ita sudario frontem siccari iuberet, ne comæ turbarentur, quas componi post paulum, sicuti dignum erat, grauiter & seuerè vetuit. Mihi verò illæ quoque turbatæ præ se ferre aliquid affectus, & ipsa obliuione curæ huius commendari videntur. At si incipientibus aut paulùm progressis decidat toga non reponere eam prorsus negligentis aut pigri aut quomodo debeat amiciri, nescientis est. Hæc sunt uel illustramenta pronuntiationis, uel uitia: quibus propositis, multa cogitare debet orator. Primùm, quid, apud quos, quibus præsentibus sit

acturus. Nam vt dicere alia aliis, & apud alios magis conueniat: sic etiam facere. Neque eadem in voce gestu, incessu, apud principem, senatum, populum, magistratum, priuato, publico iudicio, postulatione, actione similiter decent. Quã differentiam subiicere sibi quisque, qui animum intenderit, potest, tum qua de re dicat, & efficere quid velit. Rei quae duplex obseruatio est. Vna in tota caussa. Sunt enim tristes, hilares, solicitæ, securæ, grandes, pusillæ: vt vix vnquã ita solicitari partibus earum debeamus, vt non summæ meminerimus. Altera, quæ est in differentia partium, vt in proœmio, narratione, argumentatione, epilogo. Tertia in sententiis ipsis, in quibus secundum res & affectus variantur omnia. Quarta, in verbis, quorum vt est vitiosa, si efficere omnia velimus imitatio: ita quibusdam nisi sua natura redditur, vis omnis auferetur. Igitur in laudationibus (nisi si funebres erunt) gratiarum actione, exhortatione, similibus, læta & magnifica & sublimis est actio. Fenebres conciones, consolationes, plerunque causssæ reorum, tristes atque summissæ. In senatu conseruanda autoritas: apud populum dignitas: in priuatis, modus. De partibus causssæ, & sententiis verbisque, quæ sunt multiplicia, pluribus dicendum. Tria autem præstare debet pronuntiatio: conciliet, persuadeat, moueat: quibus natura cohæret, vt etiam delectet. Conciliatio ferè aut commendatione morum (quæ nescio quomodo ex voce tiam atque actione pellucent) aut orationis suauitate constat: persuadendi vis assseuratione, quæ interim plus ipsis probationibus valet. Ad ista (inquit Callidio Cicero) si vera essent, sic à te dicerentur? &, Tantum abest, vt inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus. Fiducia igitur appareat, & constantia, vtique si autoritas subest. Moueni-

di autem

autem ratio aut in repræsentandis est, aut imitandis affectibus. Ergo cum iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de caussa iusserit, leniter consurgendum: tum componenda toga, vel (si necesse erit) etiam exintegro ruicienda, duntaxat in iudiciis (apud principem enim & magistratus ac tribunalia non licebit) paulum est commorandum, vt & amictus sit decentior, & protinus aliquid gratij ad cogitandum. Etiam cùm ad iudicem nos conuerterimus, & consultus prætor permiserit dicere, non protinus est erumpendum, sed danda breuis cogitationi mora. Mire enim auditurum dicturi cura delectat, & iudex ipse componit. Hoc præcipit Homerus Vlyssis exemplo, quem stetisse oculis in terram defixis, immotoq; sceptro priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit. In hac cunctatione sunt quædam non indecentes, vt applicant scenici, moræ, caput mulcere, manum intueri, ingere articulos, simulare conatum, suspiratione solicitudinem fateri, aut quod quenque magis decet: eáque tutius, si iudex nondum intendet animum. Status sit rectus: æqui & diducti paululum pedes, vel procedens minimo momento sinister: genua recta, sic tamen, vt non extendantur. Humeri remissi, vultus seuerus, non mœstus, nec stupens, nec languidus: brachia à latere modicè remota: manus sinistra, qualem suprà demonstraui: dextra cùm iam incipiendum erit, paulùm prolata vltra sinum gestu quam modestissimo, velut expectans quando incipiendum sit. Vitiosa enim sunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quasi improbam facere: tendere confidentia vultum, aut quò sit magis toruus, supercilijs adstringere: capillos à fronte contra naturam peruocare, vt sit horror ille terribilis: tum, id quod Iliad. 3.

Greci frequentissimè faciunt, crebrò digitorum labiarumque motu commentari: screare: pedem alterum longè proferre: partem togæ sinistra tenere: stare diductum vel rigidum, vel supinum, vel incuruum, vel humeri, vt luctaturi solent: ad occipitium ductis. Proœmio frequentissimè lenis conuenit pronuntiatio. Nihil est enim ad conciliandum gratius verecundia. Non tamen semper. Nam enim vno modo dicuntur exordia, vt docui. Plerunque tamen & vox temperata, ac gestus modestus, & sedens numero toga, & laterum lenis in vtranque partem motus, eodem spectantibus oculis, decebit. Narratio magis propriè tam manum, amictum recidentem, gestum distinctum, vocem sermoni proximam, actantùm *apertiorem, sonum simplicem frequentissimè postulabit, in his duntaxat, Quintus igitur Ligarius cum esset adhuc nulla belli suspitio, &c. A. Cluentius Habitus pater huiusce. Aliud in eadem posita affectus vel concitati, Nubit genero socrus. vel flebiles, Constituitur in foro Laodiceæ spectaculum acerbum & miserum toti Asiæ prouinciæ. Maximè varia & multiplex actio est probationum. Nam & proponere, partiri, interrogare, sermoni sunt proxima, & contradictionem fere. Nam ea quoque diuersa propositio est. Sed hæc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes pronuntiamus. Argumentatio plerunque agilior, & acrior, & instantior, consentientem orationi postulat etiam gestum, id est fortem celeritatem. Instãdum quibusdam in partibus & densanda oratio. Egressiones fere lenes, & dulces, & remissæ, vt raptus Proserpinæ, Siciliæ descriptio, & Pompeij laus. Neque est mirum minus habere contentionis ea quæ sunt extra quæstionem. Mollior nonnunquam cum reprehentione diuersæ partis imitatio, Videbar

*actiorem, Pro Ligario. Pro Cluent.

Act. 3.

der-

dere alios intrantes, alios autem exuntes, quosdam ex vino vacillantes. Vbi nõ dißidens à voce permittitur gestus, quo fit in vtranque partem tenera quædam, sed intra manus tamen, & sine motu laterum translatio. Accendendi iudices plures sunt gradus. Summus ille, & quo nullus est in oratore acutior, Suscepto bello, Cæsar, gesto iam etiam ex parte magna. Prædixit enim, Quantum potero voce contendam, vt populus hæc Romanus exaudiat. Paulùm inferior, & habens aliquid etiam iucunditatis, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Plenius adhuc & lentius ideóque dulcius, In cœtu verò populi Romani negotium publicum gerens. Producenda omnia trahendæq; tum vocales, aperiendæq; sunt fauces. Plenioretamen hæc canali fluunt, Vos Albani tumuli atque luci. Nam cantici quiddam habent, sensimq; resupina sunt. Saxa atque solitudines voci respondent. Tales sunt illæ inclinationes vocis, quas inuicem Demosthenes atque Aeschines exprobrant, non ideo improbandæ. cum enim vterque alteri obiiciat, palam est vtrunque fecisse. Nam neque ille per Marathonis & Platearum & Salaminis propugnatores recto sono iurauit, nec hic Thebas sermone defleuit. Est his diuersa vox, & pene extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac pene naturam vocis humanæ acerba: Quin compescitis vocem istam indicem stultitiæ, testem paucitatis? Sed id quod excedere modum dixi, in illa parte prima est, Quin compescitis, Epilogus si enumerationem rerum habet, desiderat quandam concisorum continuationem: si ad concitandos iudices est accommodatus, aliquid ex iis quæ supra dixi: si placandos, inclinatam quandã lenitatem: si misericordia cõmouendos, sexum vocis, & flebilem suauitatẽ, qua præcipuè frangun

Pro Rabirio perduel.

tur animi, quæq; est maximè naturalis. Nam etiam ori
uiduasq; videas in ipsis funeribus canoro quodam mo
proclamantes. Hìc etiam fusca illa vox, qualem Cice
In Bruto, & de Orat. fuisse in Antonio dicit, mire facit. habet enim in se quod
tenuit. Duplex est tamen miseratio: altera cum inmi
qualis modò dicta de dānatione Philodami: altera cum
Act. 7. precatione demissior. Quare etiam si est in illis quo
cantus obscurior, In cœtu verò populi Romani non e
hæc rixantis modò dixit. &, Vos Albani tumuli. ne
enim quasi inclamaret aut testaretur locutus est: tan
Pro Milone. infinito magis illa flexa & circunducta sunt, Me misera
me infelicem. &, Quid respondebo liberis meis? &,
uocare tu me in patriam potuisti Milo per hos, ego te
eadem patria per eosdem retinere non potero? Et cum i
na C. Rabirij vno sestertio addicit, O meum miserum a
bumq; præconium. Illa quoque mirè facit in peroratio
velut deficientis dolore & fatigatione confessio: vt pro
dem Milone, Sed finis sit: neque enim præ lacrymis lo
loqui possum. Quæ similem verbis habere debent etia
pronuntiationem. Possunt videri alia quoque huius part
atque officij, reos excitare, pueros attollere, propa
quos producere, vestes laniare: sed suo loco dicta sun
Lib. 7. Et quia in partibus causse etiam aliis est varietas, satis a
paret accommodandam sententiis ipsis pronuntiationem
sicut ostendimus. Sed verbis quoque, quod nouissimè d
xeram, non semper, sed aliquando. An non hæc, Misel
lus & pauperculus, summissa atque contracta: Fortis, &
vehemens, & latro, erecta & concitata voce dicend
sunt? Accedit enim vis & proprietas rebus tali adstipula
tione: quæ nisi adsit, aliud vox, aliud animus ostendat
Quid quòd eadem verba mutata pronuntiatione indicant,

affirm

affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irrident, eleuant? Aliter enim dicitur,

Tu mihi quodcunque hoc regni,- &, Aeneid 1.
Cantando tu illum?- &, Tune ille Aeneas?- &, Eclog. 3.
-Meq; timoris Argue tu Drance.- Aeneid. 9. &

Et ne morer, intra se quisque vel hoc, vel aliud quod valet, per omnes affectus versetur: verum esse quod dicimus sciet. Vnum iam his adiiciendum est, cùm præcipuè in actione spectetur decorum, sæpe aliud alios decere. Est enim latè quædam in hoc ratio, & inenarrabilis: & vt verè hoc dictum est, caput esse artis, decere quod facias: ita id neque sine arte esse, neque totum arte tradi potest. In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant. Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclea placere diuersis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quòd alter deos, & iuuenes, & bonos patres, seruosq;, & matronas, & graues anus optimè: alter acres senes, callidos seruos, parasitos, lenones, & omnia egitatiora melius. Fuit enim natura diuersa. Nam vox quoque Demetrij iucundior, illius acrior erat. Annotandæ magis proprietates, quæ transferi non poterant, manus iactare, & dulces exclamationes theatri causſa producere, & ingrediendo ventum concipere veste, & nonnunquam dextro latere facere gestus: quod neminẽ alium præter Demetrium dicit: nanq; in hæc omnia, statura & mira specie adiuuabatur. Illum cursus, & agilitas, & vel parùm conueniens personæ risus, (quem non ignarus rationis populo dabat) & contracta etiam ceruicula. Quicquid horum alter fecisset fœdissimum uidetur. Quare norit se quisque, nec tantum ex communibus præceptis, sed etiam ex natura sua capiat consilium formandæ actionis. Neque illud tamen est

nefas, ut aliquem vel omnia vel plura deceant. Huius quoque loci clausula sit eadem necesse est, quæ cæterorum est, regnare maximè modum. Non enim comœdum esse, sed oratorem volo. Quare neq; in gestu persequemur omnes argutias, nec in loquēdo distinctionibus, temporibus, affectionibus molestè utemur: vt si sit in scena dicendum,

Teren. in Eunucho. Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Cum arcessor vltro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?

Hìc enim dubitationis moras, vocis flexus, varias manus, diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec vult nimium esse condita. Actione enim constat, non imitatione. Quare non immeritò reprehenditur pronuntiatio vultuosa, & gesticulationibus molesta, & vocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Græcis veteres transtulerunt, quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit, esse hanc inocìosam actionem. Optimè igitur idem, qui omnia

Hoc cap. Cicero præceperat, quæ supra ex oratore posui: quibus similia in Bruto de Marco Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulò agitatior, & exigitur, & quibusdam partibus conuenit: ita tamen temperanda, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus uri boni & grauis autoritatem.

* * *

M. F.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER DVODECIMVS.

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Difficillimam operis partem sibi superesse, hac præfatione testatur: in quam dum à senioribus initium duxerit, perseueraudo per singula pene imprudens euectus sit: sed nonunc quidem deficiendum esse, quamuis paucissimos habeat quos sequatur. Ac Ciceronem quidem solum esse, qui de optimo dicendi genere scripserit: se autem & de genere dicendi, & de moribus oratoris esse dicturum. quæ præfatio ad attentionem comparata est.

VENTVM est ad partem operis destinati longe grauissimam. Cuius equidem onus si tantum opinione prima concipere potuissem, quanto me premi ferens sentio, maturius consuluissem vires meas. Sed initio pudor omittendi quæ promiseram, tenuit: mox quanquam per singulas prope partes labor crescceret, ne perderem quæ iam effecta erant, per omnes difficultates animo me sustentaui. Quare nunc quoque, licet maior quam vnquam moles premat, tamen prospicienti finem mihi constitutum est vel deficere potius, quam desperare. Fefellit autem, quòd initium a paruis ceperamus: mox velut aura solicitante prouecti longius, dum tantùm nota illa, & plerisque artium scriptoribus tractata præcipimus, nec adhuc a litore procul videbamur, & multos circa velut iisdem se ventis credere ausos habebamus. Iam cum eloquendi rationem

nouissi

nouissimè repertam, pauciſsimisque tentatam ingreſsi ſu-
mus, rarus qui iã procul a portu receſsiſſet, reperiebatur.
Poſtquam verò nobis ille, quem inſtituebamus, orator, d
dicendi magiſtris dimiſſus, aut ſuo iam impetu fertur, aut
maiora ſibi auxilia ex ipſis ſapientiæ penetralibus petit
quam in altum ſimus ablati, ſentire cœpimus. Nunc celum
3. Aeneid. *undique, & vndique pontus. Vnum modò in illa immenſa*
vaſtitate cernere uidemur M. Tullium, qui tamẽ ipſe, quãq
tanta atq; ita inſtructa naue hoc mare ingreſſus, cõtrahe
vela, inhibẽtq; remos, & de ipſo demũ genere dicendi qu
ſit uſurus perfectus orator, ſatis habet dicere. At noſtru
meritas etiã mores ei conabitur dare, & aſſignabit officia
Ita nec antecedentem conſequi poſſumus, & lõgius eum
eſt, vt res feret. Probabilis tamen cupiditas honeſtorũ, &
audientiæ. *uel tutioris* audaciæ eſt tẽtare quibus paratior uenia ſ*

Non poſſe oratorem eſſe niſi virum bonum.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Oſtendit oratorem niſi bonum virum eſſe non poſſe, non ſolu
in dicendi officio, ſed etiam in arte ipſa, & orationis facultate: qu
probat ab ingenio, ſtudio, doctrina & autoritate boni oratoris,
ei neceſſaria ſint, malis autem & ſtultis hominibus minimè conu
nire. Soluit dicendi contraria exempla in Demoſthene & Cicer
quos & malos viros fuiſſe negat, & meliores oratores potuiſſe fu
ſi omnia perfecta habuiſſent, concedit. Artem etiam defendit, q
tametſi in cauſſis malis oratorem inſtruat, tamen in eadem a
mum oratoris & conſilium ſpectandum eſſe: quo fiat vt ſæpe qu
contra æquitatem eſſe videatur, ex cauſſa aliqua rectum & hon
ſtum ſit: vt cùm tyranni interfector etiam contra leges defendi

SIt ergo nobis orator quem inſtituimus, is qui à M. C
ſtone finitur, vir bonus dicendi peritus. Verùm id qu
ille poſuit prius, etiam ipſa natura potius ac maius eſt,
que

que vir bonus, non eò tantùm, quòd si vis illa dicendi malitiam instruxerit, nihil sit publicis priuatisque rebus pernicioſius eloquẽtia, ſed nos quoq; ipſi, qui pro uirili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati ſumus, peſſimè mereamur de rebus humanis, ſi latroni cõparemus hæc arma, non militi. Quid de nobis loquor? Rerũ ipſa natura in eo quod præcipuè indulſiſſe homini videtur, quoq; nos à cæteris animalibus ſeparaſſe, non parens, ſed nouerca fuerit, ſi facultatem dicendi, ſociam ſcelerum, aduerſam innocentiæ, hoſtem veritatis inuenit. Mutos enim naſci, & egere omni ratione ſatius fuiſſet, quàm prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Longius tẽdit hoc iudicium meum. Neq; enim tantùm id dico, eum qui ſit orator, virum bonum eſſe oportere: ſed ne futurum quidem oratorem, niſi uirum bonum. Nam certè neque intelligentiam conceſſeris iis qui propoſita honeſtorum ac turpium via, peiorem ſequi malint: neque prudentiam iis qui in grauiſſimas frequenter legum, ſemper uerò malæ conſcientiæ pœnas à ſemetipſis improuiſo rerũ exitu inducãtur. Quòd ſi neminem malum eſſe, niſi ſtultum, eundem, non modò à ſapientibus dicitur, ſed uulgò quoque ſemper eſt creditum: certè non fiet vnquam ſtultus orator. Adde quòd ne ſtudio quidem operis pulcherrimi uacare mens, niſi omnibus uitiis libera, poteſt: primùm, quòd in eodem pectore nullũ eſt honeſtorũ turpiumq; conſortiũ: & cogitare optima ſimul ac deterrima, non magis eſt vnius animi, quàm eiuſdem hominis bonum eſſe ac malum. Tum illa quoq; ex cauſſa, quòd mentem tantæ rei intentam, uacare omnibus aliis etiã culpa carentibus curis oportet. Ita demũ enim libera, ac tota, nulla diſtringente atq; aliò ducente cauſſa, ſpectabit id ſolũ ad quod accingitur. Quòd ſi agrorũ nimia cura, & ſolici-

tior rei

tior rei familiaris diligentia. & venandi voluptas, & la-
spectaculis dies, multum studiis auferunt (huic enim rei po-
rit tempus quodcunque alteri datur) quid putamus fa-
ras, cupiditatem, auaritiam, inuidiam? quarum impoten-
simæ cogitationes, somnos etiam ipsos, & illa per quiet
visa perturbant. Nihil est enim tam occupatum, tam mu
tiforme, tot ac tam variis affectibus concisum atque lac
ratum, quàm mala mens. Nam & cùm insidiatur, spe, c
ris, labore distringitur: & iam cùm sceleris compos fuer
solicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium expectatio
torquetur. Quis inter hæc literis, aut ulli bonæ arti loc
Non hercle magis quàm frugibus in terra sentibus ac
bis occupata. Agè, non ad perferendos studiorum labor
necessaria frugalitas? Quid igitur ex libidine ac luxu
spei? Non præcipuè acuit ad cupiditatem literarum, am
laudis? Non igitur malis esse laudem curæ putamus? I
hoc quis non videt, maximam partem orationis in tra
tu æqui bonique consistere? Dicetne de his secundum di
tam rerum dignitatem malus atque iniquus? Denique
maximam partem quæstionis eximã, demus, id quod ni
modo fieri potest, idem ingenij, studij, doctrinæ, pest
atque optimo viro, uter melior dicetur orator? Nimiru
qui homo quoque melior. Non igitur vnquam malus ho
homo, & perfectus orator. Non enim perfectum est qu
quam, quo melius est aliud. Sed ne more Socraticorum no
bis metipsis responsum finxisse videamur, sit aliquis ad
contra veritatem obstinatus, vt audeat dicere, eodem ing
nio, studio, doctrina præditum, nihilo deteriorem futur
oratorem malum virum quàm bonum. Conuincamus hui
quoque amentiam. Nam hoc certè nemo dubitabit, omn
oratorem id agere, vt iudici quæ proposita fuerint, no
& lo

& honesta uideantur. Vtrùm igitur hoc facilius bonus vir persuadebit, an malus? Bonus quidem: & dicet sæpius vera atque honesta. Sed etiam siquando aliquo ductus officio (quod accidere, vt mox docebimus, potest) falsò hæc affirmare conabitur, maiore cum fide necesse est audiatur. At malis hominibus ex contemptu opinionis, & ignorantia recti, nonnunquam excidit ipsa simulatio. Inde immodestè proponunt, sine pudore affirmant. Sequitur in iis quæ certum est effici non posse, deformis pertinacia, & irritus labor. Nam sicut in uita, ita in causis quoque spes improbas habent. Frequenter autem accidit, ut his etiam uera dicentibus fides desit, uideatúrque talis aduocatus, malæ causæ argumentum. Nunc de iis dicendum est, quæ mihi quasi conspiratione quadam vulgi reclamari uidentur. Orator ergo Demosthenes non fuit? atqui malum virum accepimus. Non Cicero? atqui huius quoque mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna responsi inuidia subeunda est, mitigandæ sunt prius aures. Mihi enim nec Demosthenes, tam grauis morum dignus videtur inuidia, vt omnia quæ in eum ab inimicis congesta sunt, credam, cùm & pulcherrima eius in republica consilia, & finem uitæ clarum legam. Nec Marco Tullio defuisse video in vlla parte ciuis optimi uoluntatẽ. testimonio est actus nobilissimè cõsulatus: integerrimè prouincia administrata: & repudiatus triumphatus: & ciuilibus bellis, quæ in ætatẽ eius grauissima inciderũt, neq; spe neq; metu declinatus animus quò minus optimis se partibus, id est reipublicæ iũgeret. Parũ fortis uidetur quibusdã: quibus optimè respõdit ipse, nõ se timuisse in suscipiẽdis, sed in prouidendis periculis: quod probauit morte quoq; ipsa, quã præstãtissimo suscepit animo.

Quòd

Quòd si defuit his viris summa virtus, sic quærentibus a oratores fuerint, respõdebo, quomodo Stoici si interrogẽtur an sapiens Zeno, an Cleanthes, an Chrysippus, respondeant magnos quidẽ illos ac venerabiles, nõ tamẽ id quod natura hominis summũ habet, consecutos. Nã & Pythagoras, non sapientẽ se, vt qui ante eũ fuerunt, sed studiosum sapientiæ uocari voluit. Ego tamen secundũ communẽ loquendi consuetudinẽ sæpe dixi, dicámque perfectũ oratorem esse Ciceronẽ, ut amicos & bonos viros & prudẽtissimos dicimus vulgò, quorum nihil nisi perfectè sapienti datur. Sed cũ propriè, & ad legem ipsam ueritatis loquendum erit, eum quærã oratorem, quem & ille quærebat. Quem quã enim sanctisse ipsum in fastigio eloquentiæ fateor, & vix quid adiici potuerit inuenio, fortasse inuenturus quid adhuc abscissurũ putem fuisse, (nam ferè sic docti iudicaIn Orator. & in Bruto. uerunt, plurimũ in eo virtutum, nonnihil fuisse uitiorũ) se ipse multa ex illa iuuenili abundantia coërcuisse testatur) tamen quandò nec sapientis sibi nomen, minimè se contẽptor, asseruit, & melius dicere certè data longiore vita, & ætate ad componendũ securiore potuisset: non malignè crediderim desuisse ei summã illam, ad quam nemo propius accessit. Et licebat, si aliter sentirem, fortius id & liberius defendere. An verò M. Antonius neminem à se visum eloquentem, quod tanto minus erat, professus est: impetiã M. Tullius quærit adhuc eum, & tantùm imaginatur ac fingit: ego nõ audeã dicere, aliquid in hac quæ supra æternitate inueniri posse, eo quod fuerit, perfectius? Tribuo eo illos qui Ciceroni ac Demostheni ne in eloquẽtia quidem satis tribuunt: quanquã neque ipsi Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, quem dormitare interIn Oratore. rim dicit: nec Cicero Bruto Caluóque, qui certè compositionem

tionem illius etiam apud ipsum reprehendunt: nec Asinio vtrique, qui vitia orationis eius etiam inimicè pluribus locis insequuntur. Concedamus sanè (quod minimè natura patiatur) repertum esse aliquem malum virum summè disertum: nihilo tamen minus oratorem eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, viri fortis nomen concesserim, quia sine virtute intelligi non potest fortitudo. An ei qui ad defendendas causas aduocatur, non est opus fide, quam nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec metus frangat, sed proditorem, transfugam, præuaricatorem donabimus oratoris illo sacro nomine? Quòd si mediocribus etiam patronis conuenit hæc quæ vulgò dicitur bonitas, cur non orator ille qui nondum fuit, sed potest esse, tam sit moribus quàm dicendi virtute perfectus? Non enim forensem quandam instituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (vt asperioribus verbis parcamus) non inutilem sanè litium aduocatum, quem denique causidicum vulgò vocant, sed virum cùm ingenij natura præstantem, tum verò tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea vetustas cognouerit, singularem, perfectumq;, vndique optima sentientem, optimèque dicentem. In hoc quota pars erit, quòd aut innocentes tuebitur, aut improborum scelera compescet, aut in pecuniariis quæstionibus veritati contra calumniam sceleris? Summus ille quidem in his quoque operibus fuerit, sed in maioribus clarius eluebit, cùm regenda senatus consilia, & popularis error ad meliora ducendus. An non talem quendam videtur finxisse Virgilius, quem in seditione vulgi iam faces & saxa iaculantis, moderatorem dedit?

Tum pietate grauem ac meritis si fortè virum quem Aeneid. 1.

Conſpexere, ſilent, arrectiſq; auribus adſtant.

Habemus igitur ante omnia virum bonum: poſt hæc adiecta dicendi peritum,

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Quid non in bellis quoque idem ille vir quem inſtituimus, ſi ſit ad prælium miles cohortandus, ex mediis ſapientiæ præceptis orationem trahet? Nam quomodo pugnam meuntibus, tot ſimul metus, laboris, doloris, poſtremò mortis ipſius exciderint, niſi in eorum locum pietas, & fortitudo, & honeſti præſens imago ſucceſſerit? Quæ certè melius perſuadebit aliis, qui prius perſuaſerit ſibi. Prodit enim ſe, quamlibet cuſtodiatur, ſimulatio: nec unquam tanta fuerit eloquendi facultas, vt non titubet ac hæreat quoties ab animo verba diſſentiunt. Vir autem malus aliud dicat neceſſe eſt quàm ſentit. Bonos nunquam honeſtus ſermo deficiet, nunquam rerum optimarum (nam iidem etiam prudentes erunt) inuentio: quæ etiam ſi lenociniis deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur: nec quicquam non diſertè, quòd honeſtè dicitur. Quare iuuentus, imò omnis ætas (neque enim rectæ voluntati ſerum eſt tempus ullum) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus: forſan & conſummare contingat. Nam ſi natura non prohibet eſſe virum bonum, & eſſe dicendi peritum: cur non aliquis etiam vnus vtrunque conſequi poſſit? cur autem non ſe quiſque ſperet fore illum aliquem? Ad quod ſi vires ingenij non ſuffecerint, tamen ad quem vſque modum proceſſerimus, meliores erimus ex vtroque. Hoc certè profiteamur animo, rem pulcherrimam eloquentiam cum vitiis mentis poſſe miſceri. Facultas dicendi ſi in malos incidit, & ipſa iudicanda eſt malum. peiores enim illos facit, quibus contingit. Videor mihi audire quoſdam (nec enim deerunt

runt vnquam qui diserti esse quàm boni malint? illa dicentes, Quid ergo tantum est artis in eloquentia? cur tu de coloribus & difficilium causarum defensione, nonnihil etiam de confesso loquutus es, nisi aliquando vis & facultas dicendi expugnat ipsam veritatem? Bonus enim vir nõ agit nisi bonas causas, eas porrò etiam sine doctrina satis per se tuetur veritas ipsa. Quibus ego, cùm de meo primùm operè respondero, etiã pro boni viri officio, si quãdo eum ad defensionem nocentium ratio duxerit, satis faciam. Pertracta re enim quo modo aut pro falsis, aut etiam pro iniustis aliquãdo dicatur, non est inutile, vel propter hoc solùm vt ea facilius & deprehẽdamus, & refellamus, quemadmodũ remedia melius adhibebit, cui nota quæ nocẽt fuerint. Neque enim Academici cũ in vtranq; disserunt partem, non secũdum alteram viuunt. Neq; Carneades ille, qui Romæ audiẽte Censorio Catone non minoribus viribus cõtra iustitiam dicitur disseruisse, quàm pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse vir fuit. Verùm & virtus quid sit, aduersa ei malitia declarat: & æquitas fit ex iniqui contẽplatione manifestior. & plurima cõtrariis probantur. Debẽt ergo oratori sic esse ad aduersariorum nota consilia, vt hostiũ imperatori. Verùm & illud, quod prima propositione durũ videtur, potest afferre ratio, vt vir bonus in defensione causæ velit aufferre aliquã de iudici veritatem. Quod si quis à me proponi mirabitur (quanquam non est hæc mea propriè sententia, sed eorum quos grauissimos sapientiæ magistros ætas vetus credidit) sic iudicet, pleraque esse quæ non tam factis, quàm causis eorum, vel honesta fiant, vel turpia. Nam si hominem occidere, sæpe virtus: liberos necare, nonnunquã pulcherrimum est. asperiora quædam adhuc dictu, si communis vtilitas exegerit, facere cõceditur. Nec hoc quidem nudũ est

intuendum, qualem causſam vir bonus, ſed etiam quare, & qua mente defendat. Ac primùm concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoque aſperrimi confitentur, facturum aliquando bonum virum, vt mendacium dicat, & quidem nonnunquam leuioribus causſis: vt in pueris ægrotantibus, vtilitatis eorum gratia multa fingimus, multa non facturi pomittimus: nedum ſi ab homine occidendo graſſator auertendus ſit, aut hoſtis pro ſalute patriæ fallendus: vt hoc quòd aliâs in ſeruis quoque reprehendendum eſt, ſit aliâs in ipſo ſapiente laudandum. Id ſi conſtiterit, multa iam video poſſe euinire, propter quæ orator bene ſuſcipiat tale cauſſæ genus, quale remota ratione honeſta non ſuſcepiſſet. Nec hoc dico, quia ſeueriores ſequi placet leges pro patre, fratre, amico, periclitantibus: tametſi non mediocris hæſitatio eſt, hinc iuſticiæ propoſita imagine, inde pietatis, nihil dubij relinquamus. Sit aliquis inſidiatus tyrannos, atque ob id reus: vtrúmne ſaluum eum nollet is qui à nobis ſtitur orator? an ſi tuendum ſuſceperit, non tam falſis defendet, quàm qui apud iudices malam cauſſam tuetur? Quid ſi quædam benefacta damnaturus eſt iudex, niſi ea eſſe non facta conuicerimus: non vel hoc modo ſeruabit orator non innocentem modò, ſed etiam laudabilem ciuem? Quid ſi quædam iuſta natura, ſed conditione temporum inutilia ciuitati ſciemus: nónne vtemur arte dicendi, bona quidem, ſed malis artibus ſimili? Ad hoc, nemo dubitabit, quin ſi nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo poſſint, ſicut poſſe interdum conceditur ſaluos eſſe eos magis è republicâ ſit, quàm puniri. Si liqueat igitur oratori, futurum bonum virum, cui vera obiicientur, non id aget, vt ſaluus ſit? Da nunc vt crimine manifeſto prematur dux bonus, & ſine quo vincere honeſte

ciui

nitas non posit: nónne ei communis vtilitas oratorem ad
ocabit? Certè Fabricius Cornelium Rufinum, alioqui &
ndum ciuem, & sibi inimicum, tamen quia vtilem scie-
ut ducem, imminente bello palam consulem suffragio suo
icit: atque id mirantibus quibusdam respondit, A ciue se
spoliari malle, quam ab hoste venire. Ita hic si fuisset
rator, non defendisset eundem Rufinum vel manifesti
peculatus reum? Multa dici possunt similia, sed vel vnum
ac his quodlibet sufficit. Non enim hoc agimus, vt istud il-
quem formamus viro sæpe sit faciendum: sed vt si talis
egerit ratio, sit tamen vera finitio, oratorem esse virum
onum dicendi peritum. Præcipere verò ac discere quo-
odo etiam probatione difficilia tractentur, necessarium
t. Nam frequentes etiam optimæ causæ similes sunt ma-
, & innocens reus multis verisimilibus premitur: quo
, vt eadem actionis ratione sit defendendus, quasi no-
us esset. Iam innumerabilia sunt bonis causis malisq;
mmunia, testes, literæ, suspiciones, opiniones. Non
iter autem verisimilia quam uera & confirmantur, &
felluntur. Quapropter ut res feret, flectetur oratio,
manente honesta uoluntate.

Cognoscenda esse oratori quibus mores formentur. CAP. II.

ARGVMENTVM.

Philosophiæ cognitionem oratori necessariam esse non ad viuen-
m modo, sed etiam ad dicendum contendit: nec vnam illius par-
m, sed omnes tres, vt rationalem, moralem, & naturalem: quarum
ingularum materiam & vires explicat. Deinde philosophiam non
o vno aliquo, sed ab omnibus, & ab optimo quoque esse petendam:
um turpe sit vni sectæ additum esse. Nec vero, præcepta tantum, sed
xempla etiam illustrium dictorum factorumque cognoscenda.

QVando igitur orator est vir bonus, is autem citra virtutem intelligi non potest, virtus etiam si quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est: mores ante omnia oratori studiis erunt excolendi, atque omnis honesti iustiq; disciplina pertractanda: sine qua nemo nec vir bonus esse, nec dicendi peritus potest. Nisi forte accedamus iis, qui naturā cōstare mores, & nihil adiuuari disciplina putant: scilicet, vt ea quidem quæ manu fiunt, atque eorum etiam contemptissima confiteantur egere doctoribus: virtutem verò, quia nihil hominis quo ad deos immortales propriùs accederet, datum est, obuiam & illaboratam, tantum quia nati simus, habeamus. Abstinens erit, qui idipsum quid sit abstinentia ignorauit? Et fortis, qui, metus doloris, mortis, superstitionis, nulla ratione purgauerit? Et iustus, qui æqui boniq; tractatum, qui leges quæ natura sunt omnibus datæ, quæq; propriæ populis & gentibus constitutæ, non eruditiore aliquo sermone tractauerit? O quam istud parum putant, quibus tam facile videtur. Sed hoc transeo, de quo neminem qui literas vel primis, vt aiunt, labris degustarit, dubitaturum puto: ad aliud sequens reuertar, ne dicendi quidem satis perfectum fore, qui non & naturæ vim omnem penitus perspexerit, & mores præceptis ac ratione formarit. Neq; enim frustra in tertio de Orat. libro L. Crassus cuncta quæ æquo, iusto, vero, bono, deq; iis quæ sunt contra posita dicuntur, propria esse oratoris affirmat: ac philosophos cùm ea dicendi viribus tuentur, vti rhetorum armis, non suis. Idem tamen confitetur ea iam esse a philosophia petenda, videlicet quia magis hæc illi videtur in possessione earum rerum fuisse. Hinc etiam illud est quod Cicero pluribus libris & epistolis testatur, dicendi facultatem ex intimis [illegible]

pect

pientiæ fontibus fluere: ideóque aliquandiu præceptores eosdem fuisse morum atque dicendi. Quapropter hæc exhortatio mea non eò pertinet, vt esse oratorem philosophũ velim, quandò non alia vitæ secta longius à ciuilibus officiis, atque ab omni munere oratoris recessit. Nam quis philosophorum aut in iudiciis frequens, aut clarus in concionibus fuit? Quis denique in ipsa, quam maximè plerique præcipiunt, reipublicæ administratione versatus est? Atque eò illum quem instituo, Romanum quendam velim esse sapientem, qui nõ secretis disputationibus, sed rerum experimentis atque operibus verè ciuilem virum exhibeat. Sed quia deserta ab iis qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiæ, non iam in actu suo atque in hac fori luce versantur, sed in porticus & gymnasia primum, mox in conuentus scholarũ recesserunt, id quod est oratori necessariũ, nec à dicendi præceptoribus traditur, ab iis petere nimirũ necesse est, apud quos remãsit. Euoluendi penitus autores qui de virtute præcipiunt, vt oratoris vita cum scientia diuinarum rerum sit humanarumq; coniuncta. Quæ ipsæ quanto maiores ac pulchriores viderentur, si illas ij docerent, qui etiam eloqui præstantissimè possunt? Vtinamq; sit tempus vnquam, quo perfectus aliquis (qualem optamus) orator hanc partem superbo nomine, & vitiis quorundam bona eius corrumpentium inuisam, vindicet sibi, ac velut rebus repetitis in corpus eloquẽtiæ adducat. Quæ quidẽ cùm sit in tres diuisa partes, naturalem, moralem, rationalem: quæ tandem non est cum oratoris opere coniuncta? Nam ut ordinem retro agamus, de vltima illa, quæ tota uersatur in uerbis, nemo dubitauerit, si & proprietas uocis cuiusque nosse, & ambigua aperire, & perplexa discernere, & de sylis iudicare, & colligere ac resoluere quæ uelis, orato-

ris est, quanquam ea non tam est minutè atque concisè in actionibus vtendum, quam in disputationibus: quia non docere modò, sed mouere etiam ac delectare audientes debet orator: ad quod impetu quoque & viribus ac decore est opus: vt vis amnium maior est altis ripis, multoq; gurgitis tractu fluentium, quam tenuis aquæ, & obiectu lapillorum resultantis. Et vt palæstrici doctores illos quos numeros vocant, non id circo discentibus tradunt, vt his omnibus ij qui didicerint, in ipso luctandi certamine vtatur (plus enim pondere & firmitate & spiritu agitur) sed vt subsit copia illa, ex qua vnum aut alterum, cuius se occasio dederit, efficiant: ita hæc pars dialectica, siue illam dicere malimus disputatricem, vt est vtilis sæpe & finitionibus & comprehensionibus, & separandis quæ sunt differentia, & resoluenda ambiguitate, & distinguendo, diuidendo, illiciendo, implicando: ita si totum sibi vindicauerit in foro certamen, obstabit melioribus, & sectas ad tenuitatem suam vires, ipsa subtilitate consumet. Itaque reperias quosdam in disputando mirè callidos, cùm ab illa caullatione discesserint, non magis sufficere in aliquo grauiore actu, quam parua quædam animalia, quæ in angustiis mobilia, campo deprehenduntur. Iam quidem pars illa moralis quæ dicitur Ethice, certe toto oratori est accommodata. Nam in tanta causarum (vt superioribus libris diximus) varietate, cùm alia coniectura quærantur, alia finitionibus concludantur, alia iure summoueantur, vel transferantur, alia colligantur, vel ipsa inter se concurrant, vel in diuersum ambiguitate ducantur, nulla ferè dici potest, cuius non parte in aliqua tractatus æqui ac boni reperiatur. Pleraque verò esse quis nescit, quæ totæ in sola qualitate consistant? In consiliis verò quæ ratio suadendi est ab honesti

qua

ſtione ſepoſita? Quid illa etiam pars tertia, quæ laudandi ac vituperandi officiis continetur? Nempe in tractatu recti prauiq; verſatur. An de iuſtitia, fortitudine, abſtinentia, temperantia, pietate, non plurima dicet orator? ſed ille vir bonus, qui hæc non uocibus tantùm ſibi notis atque nominibus, aurium tenus in vſum linguæ percepe-rit, ſed qui virtutes ipſas mente complexus, ita ſentiet, nec in cogitando ita laborabit, ſed quod ſciet, verè dicet. Cùm ſit autem omnis generalis quæſtio ſpeciali potentior, quia uniuerſo pars continetur, non vtique accedit parti quod uniuerſum eſt: profectò nemo dubitabit generales quæſtiones in illo maxime ſtudiorum more verſatas. Iam verò cùm ſint multa propriis breuibusq; cõprehenſionibus finienda, unde etiam ſtatus cauſſarum dicitur finitiuus: nonne ad id quoque inſtrui ab iis qui plus in hoc ſtudij dederunt, oportet? Quid? non quæſtio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis coniectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem tractatũ redundat. Ergo natura permiſta eſt omnibus iſtis oratio, quæ quidem oratio eſt vere. Nam ignara quidẽ huiuſce doctrinæ loquacitas, erret neceſſe eſt, vt quæ vel nullos vel falſos duces habeat. Pars verò naturalis, cum eſt ad exercitationem dicendi tanto cæteris vberior, quanto maiore ſpiritu de diuinis rebus quam humanis loquendum eſt, tum etiam moralem, ſine qua nulla, eſſe (vt docuimus) oratio poteſt, totam complectitur. Nam ſi regitur prouidentia mundus, adminiſtranda certe bonis viris erit reſpublica. Si diuina noſtris animis origo, tendendum ad virtutem: nec voluptatibus terreni corporis ſeruiendum. An hæc non requẽter tractabit orator? Iam de auguriis, reſponſis, religione, denique omnibus de quibus maxima ſæpe in ſenatu

consilia uersata sunt, non erit ei differendum, si quidem (ut nobis placet) futurus est vir ciuilis idem? Quæ denique intelligi saltem potest eloquentia hominis optima nescientis? Hæc si ratione manifesta non essent, exemplis tamen crederemus. Siquidem & Periclem, cuius eloquentiæ etiam si nulla ad nos monumenta uenerunt, vim tamen quandam incredibilem cum historici, tum etiam liberrimum genus hominum comici veteres tradunt, Anaxagoræ physici constat auditorem fuisse: & Demosthenem principem omnium Græciæ oratorum, dedisse operam Platoni. Nã M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum, quantum Academiæ spatiis frequenter ipse testatus est. Neque tanta in vnquam fuisset vbertas, si ingenium suum conspecto fontium non ipsius rerum naturæ finibus terminasset. Verum ex hoc alia mihi quæstio exoritur, quæ secta conferre plurimum eloquentiæ possit: quanquam ea non inter multas potest esse contentio. Nam in primis nos Epicurus a sese dimittit, qui fugere omnem disciplinam nauigatione quam uelocißima iubet. Neque uero Aristippus summum in corporis bonum ponens, ad hunc nos laborem adhortetur. Pyrrhõ quidem quas in hoc opere partes habere potest, cui iudices esse apud quos uerba faciat, & reum quo loquatur, & senatum in quo sit dicenda sententia, relinquit? Academiam quidam utilißimã credunt, quòd in vtranq; partem disserendi, ad exercitationem fori causarum proxime accedat. Adiiciunt loco probationis, quod ea præstantißimos in eloquentia viros ediderit. Peripatetici studio quoq; se quodam oratorio iactãt. Nã thesin dicere exercitationis gratia fere est ab his institutũ. Stoici sicut copiam nitoremq; eloquẽtiæ ferè præceptoribus suis dejuisse cõcedant necesse est, ita nullos aut probare aut

In Oratore. & in Bruto.

In Oratore. Ibidem.

aut concludere subtilius cõtendunt. Sed hæc inter ipsos, qui velut sacramento rogati, uel etiam superstitione cõstricti, nefas ducunt a susceptа semel persuasione discedere. Oratori vero nihil est necesse in cuiusquã iurare leges. Maius enim est opus atque præstantius ad quod ipse tendit, & cuius est velut candidatus, si quidem est futurus cùm vitæ, tũ etiam eloquentiæ laude perfectus. Quare in exemplũ bene dicendi facundissimum quenq; proponet sibi ad imitandũ: moribus vero formandis quamhonestissima præcepta, rectissimamq; ad virtutẽ viã deliget. Exercitatione quidem uenit omni, sed tamen erit plurimus in maximis quibusq;, ac natura pulcherrimis. Nam quæ potest materia reperiri ad grauiter copioseque dicendum magis abundans, quam de uirtute, de republica, de prouidẽtia, de origine animorũ, de amicitia? Hæc sunt quibus mẽs pariter atque oratio insurgant, uere bona, quæ mitigent metus, coërceant cupiditates, eximant nos opinionibus vulgi, animúmq; cælestem. Neq; ea solùm quæ talibus disciplinis cõtinentur, sed magis etiã quæ sunt tradita antiquitus, dicta, acta præclarè, & nosse, et animo semper agitare cõueniet. Quæ profectò nusquã plura maior.q;, quã in nostræ ciuitatis monumẽtis reperiẽtur. An fortitudinẽ, iustitiam, fidẽ, continẽtiam, frugalitatẽ, contemptũ doloris ac mortis, melius alij docebunt, quã Fabricij, Curij, Reguli, Decij, Mutij, aliiq; innumerabiles? Quantũ enim Græci præceptis valẽt, tantũ Romani (quod est maius) exẽplis. Tantũq; non cognatis id è rebus admoneri sciet, qui non modò proximũ tempus, lucemq; præsentẽ intueri satis credat, sed omnẽ posteritatis memoriam, spatium vitæ honestæ, & curriculũ laudis eximiet. Hinc mihi ille iustitiæ haustus bibat, hinc sumptam libertatem in causis atque consiliis præstet. Neq; erit perfectus

fectus orator, niſi qui honeſtè dicere & ſciet, & audeb

Neceſſariam iuris ciuilis oratori eſſe ſcientiam. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Neceſſariam eſſe oratori iuris ſcientiam, eámque promptam & p ratam in omni diſputatione, contendit. Nec difficile eſſe, cùm pau rebus neque adeò multis præceptis conſtet, & bona parte in bono virorum ſenſu ſit poſita. Itaque reprehendit eos, qui relicto eloqu tiæ ſtudio, ignauia ſe adius ciuile vel ad philoſophiam contulerũ

IVris quoque ciuilis neceſſaria huic viro ſcientia eſt, o morum ac religionum eius reipublicæ quam capeſſ Nam qualis eſſe ſuaſor in conſiliis publicis priuatiſue po terit, tot rerum quibus præcipuè ciuitas continetur, igna rus? Quo autem modo patronum ſe cauſſarum non ſatis dixerit, qui quod eſt in cauſsis potentiſsimum, ſit ab alter petiturus? penè non diſsimilis iis, qui poëtarum ſcripta pronunciant. Nam quodammodo mandata perferet, & a quæ ſibi a iudice credi poſtulaturus eſt, aliena fide dicet: & ipſe litigantium auxiliator egebit auxilio. Quod vt ſæp nonnunquam minore incommodo poſsit, cùm domi præce pta & compoſita, ſicut & cætera quæ in cauſſa ſunt, in di ſcendo cognita ad iudicem perferet: quid fiet in iis quæ ſtionibus quæ ſubitò inter ipſas actiones naſci ſolent? tu deformiter reſpectet? & inter ſubſellia minores aduocati interroget? Poteſt autem ſatis diligenter accipere quæ i audiet, cùm ei dicenda ſunt? aut fortiter affirmare, aut ge genuè pro ſuis dicere? poſsit in actionibus: quid fiet in al tercatione, ubi occurrendum continuò, nec libera ad diſpu dum mora eſt? Quid ſi forte peritus iuris ille non adeat Quid ſi quis nõ ſatis in ea re doctus, falſum aliquid ſubo

cerit? Hoc enim est maximum ignorantiæ malum, quòd credit eum scire, qui moneat. Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitúsue eorum qui uelut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant: neque idem Græcos quoque nescio factitasse, vnde nomen his pragmaticorum datum est. Sed loquor de oratore, qui non clamorem modò suum causis, sed omnia quæ profutura sunt, debet. Itaque, eum nec inutilem si ad horam forte constiterit, neque in testationibus faciendis esse imperitum uelim. Quis enim potius præparabit ea, quæ cùm aget, esse in causa uelit. Nisi fortè imperatorem quis idoneum credit in præliis quidem strenuum & fortem, & omnium quæ pugna poscit, artificem: sed neque delectus agere, nec copias contrahere atque instruere, nec prospicere commeatus, nec locum capere castris scientem. prius est enim certè parare bella, quàm gerere. Atqui simillimus huic sit aduocatus, si plura quæ ad uincendum valent, aliis reliquerit: cùm præsertim hoc, quod est maximè necessarium, non tam sit arduum, quàm procul intuẽtibus fortasse videatur. Nãque omne ius quod est certum, aut scripto aut moribus constat: dubium, æquitatis regula examinandum est. Quæ scripta sunt, aut posita in more ciuitatis, nullam habent difficultatem: cognitionis sunt enim, non inuentionis. at quæ consultorum responsis explicantur, aut in uerborum interpretatione sunt posita, aut in recti prauique discrimine. Vim cuiusque vocis intelligere, aut commune prudentium est, aut proprium oratoris: æquitas optimo cuique notissima. Nos porrò & bonũ virũ, & prudentẽ in primis, oratorẽ putamus: qui cùm se ad id quod est optimum natura direxerit, non magnopere cõmouebitur, si quis ab eo consultus dissentiet, cũ ipsis illis uersas inter se opiniones tueri concessum sit. Sed etiã si

nosse

nosse quid quisq; senserit volet, lectionis opus est, qua nihil est in studiis minus laboriosum. Quòd si plerique desperata facultate agendi, ad discendum ius declinauerunt, quam il scire facile est oratori, quod discunt qui sua quoque cõfessione oratores esse non possunt? Verùm & M. Cato cum in dicendo præstantissimus, tum iuris idem fuit peritissimus: & Scæuolæ Seruióq; Sulpitio concessa est etiam facundiæ virtus. Et M. Tullius non modò inter agendum nihil quam est destitutus scientia iuris, sed etiam componere de qua de eo cœperat: vt appareat posse oratorem non discendo tantùm iuri vacare, sed etiam docendo. Verùm ea quæ de moribus excolendis studióque iuris præcipimus, ne quis eò credat reprehendenda, quòd multos cognouimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, confugerint ad hæc diuerticula desidiæ: quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt, & formularii, vel, vt Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt: tanquam vtiliora eligentes ea, quorum solam facilitatem sequebantur. alij pigritiæ arrogantioris, qui subitò fronte constricta, immissáque barba, veluti despexissent oratoria præcepta, paulum aliquid sederunt in scholis philosophorum, & deinde in publico tristes, domi dissoluti, captarent autoritatem contemptu cæterorum. Philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

Necessariam oratori cognitionem historiarum. CAP. III.

ARGVMENTVM.

Historiam quoque oratori necessariam esse vult, cùm veram, tum etiam fabulosam: in qua tamen antiquitatis & senectutis maior sit autoritas.

In pri-

IN primis uerò abundare debet orator exemplorum copia, cùm ueterum, tum etiam nouorum: adeò vt non ea modò quæ conscripta sunt historiis, aut sermonibus velut per manus tradita, quæq; quotidie aguntur, debeat nosse: verùm ne ea quidem quæ sunt à clarioribus poëtis ficta, negligere. Nam illa quidem priora, aut testimoniorum, aut etiam iudicatorum obtinent locum. Sed hæc quoque aut vetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quamplurima: unde etiam senibus autoritas maior est, quòd plura nosse & uidisse creduntur: quod Homerus frequentissimè testatur. Sed non est expectanda vltima ætas, cùm studia præsent, vt quantum ad cognitionem pertinet rerum, etiam præteritis seculis vixisse videamur.

Quæ sint oratoris instrumenta.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Quæ dicta sunt de moribus oratoris, & de rerum cognitione, ad instrumenta illius pertinent quibus adduntur hæc artificialia, inuentio, dispositio, elocutio, memoria, actio. Sed in primis animi præstantia contra verecundiam est necessaria, ne debilitetur in agendo orator, & iusta fiducia destituatur. Vbi quam intelligat verecundiam, declarat, ne ingenuus ac modestus pudor reprehendi videatur, qui adeò oratori est necessarius, vt si desit, fingendus sit etiam in dicendo, ac præ se ferendus. Esse etiam hæc naturalia in necessaria parte oratoris, vocem, latera, decorem: quibus Trachallum temporibus suis excelluisse dicit.

HAec sunt quæ me redditurum promiseram instrumenta, non artis, vt quidam putauerunt, sed ipsius oratoris. Hæc arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus, accedente verborum figurarúmque facili copia, & inuentionis ratione, & disponendi vsu, & me

& memoriæ firmitate, & actionis gratia. Sed plurimum ex his valet animi præstantia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium autoritas vltra debitam reuerentiam tardet. Nam vt abominanda sunt contraria his vitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiæ, ita citra constantiam, fiduciam, fortitudinem, nihil ars, nihil studiū, nihil profectus ipse profuerit: vt si deest arma timidis & imbellibus. Inuitus mehercle dico, quoniā & aliter accipi potest, ipsam verecūdiam, vitium quidem, sed amabile, & quæ virtutes facillimè generet: esse interim aduersam, multisque in caussa fuisse, vt bona ingenij studiaque in lucem non prolata, situ quodam secreti consumerētur. Sciat autem si quis hæc fortè minus adhuc peritus distinguendi vim cuiusque verbi leget, non probitatem à me reprehendi, sed verecundiam, quæ est timor quidam reducens animum ab iis quæ facienda sunt: vnde confusio, & cœpti pœnitentia, & subitum silentium. Quis porrò dubitet vitiis adscribere affectum propter quem facere honestè pudet? Neque ego rursus nolo eum qui sit dicturus, & solicitum surgere, & colore mutari, & periculum intelligere: quæ si non accident, etiam simulanda erunt: sed intellectus hic sit operis, non metus: moueamúrque, non concidamus. Optima est autem emendatio verecundiæ, fiducia & quamlibet imbecilla frons, magna conscientia sustinetur. Sunt & naturalia, vt suprà dixi, quæ tamen & cura iuuantur, instrumenta, vox, latus, decor: quæ quidem tantum ualent, vt frequenter famam ingenij faciant. Habuit oratores ætas nostra copiosiores: sed cùm diceret, eminere inter æquales Trachallus uidebatur. ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis autoritas, gestus præstantia, uox quidem, non vt Cicero desiderat, pene tra-

gœdo

gœdorum, sed super omnes, quos ego quidem audierim, tragœdos. Certè cum in basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum, & intellectum, &, quod agentibus cæteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Sed hoc votum est, & rara felicitas: quæ si non adsit, sanè sufficiat, ab iis quibus quis dicit audiri. Talis esse debet orator, & hæc scire.

Quod sit incipiendi causas agere tempus CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Maturè incipiendum esse causas agere præcipit, ne si citius id fiat, efframur: sin tardius, deficiamus: idque à facilioribus tentandum. Quod postquam inceptum est, melius esse ad studia aliquando residere & relabi, & quodammodo renouari, quam semel progredi: quò fitmior in posterum & prudentior orator euadat: quod Ciceronē fecisse probat.

AGendi autem initium sine dubio secundum vires cuiusque sumendum est: neque ego annos definiam, cum Demosthenem puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestum sit: Caluus, Cæsar, Pollio, multum ante quæstoriam omnes ætatem grauissima iudicia susceperint: prætextatos egisse quosdam sit traditum: Cæsar Augustus duodecim natus annos, auiam pro Rostris laudauerit. Modus mihi videtur quidam tenendus, vt neque præpropere distringatur immatura frons, & quicquid est illud adhuc acerbum, proferatur. Nam inde & contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudentiæ, & (quod est vbique pernicioſissimum) præuenit vires fiducia. Nec rursus differendum est tyrocinium

Vide Plut. in vitam Demosthenis.

in senectutẽ. Nam quotidie metus crescit, maiusq; fit semper quod ausuri sumus: & dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere iam serum est. Quare fructum studiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, dum & venia & spes est, & paratus fauor, & audere non dedecet: & si quid desit operi, supplet ætas: & siqua sunt dicta iuueniliter, pro indole accipiuntur: vt totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus, Quid enim tam commune, quàm spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Quæ cum sex & viginti natus annos Asconius apud Gell. septem & viginti numerat. summis audientium clamoribus dixerit, deferbuisse tempore, & annis liquata iam senior idem fatetur. Et hercle quantũlibet secreta studia contulerint, est tamen proprium quidam fori profectus: alia lux, alia veri discriminis facies, plusq;, si separes, vsus sine doctrina, quàm citra vsum doctrina, valeat. Ideoq; nonnulli senes in schola facti, stupent nouitate, cum in iudicia venerunt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet, & aduersarius obstrepit, & nihil temere dictum perit: & siquid tibi ipse sumas, probandum est: & laboratam congestis In Oratore & Bruto. dierum ac noctium studio actionem, aqua deficit: & ora so magna semper flandi tumore, in quibusdam causis loquendum est, quod illi diserti minimè sciunt. Itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquẽtiores videantur, quàm vt causas agant. Cæterùm illum quem iuuenem, teneris q; adhuc viribus nitentem in forum deduximus, & incipere à quam maximè facili ac fauorabili caussa velim, vt catuli ferarum molliore præda saginantur: & non vtique ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alendo callum inducere, sed iam scientem quid sit pugna, & in quam rem studendum sit, refici atque renouari. Sic & tyrocinij metus

dum

dum facilius est audere, transierit, nec audendi facilitatem vsque ad contemptum operis adduxerit. vsus est & hac ratione M. Tullius: & cùm iam clarum meruisset inter pa- In Bruto.
tronos qui tũ erant, nomen, in Asiã nauigauit, seq; & aliis sine dubio eloquentiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rursus formandum ac velut recoquendum dedit. Tum dignum operæ pretium venit, cùm inter se congruunt præcepta & experimenta.

Quæ in suscipiendis caussis oratori ob seruanda sint. CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Oratorem ad defendendum quàm ad accusandum propensiorem esse debere iudicat, & tamen interdum vel publico vel priuato officio ad accusandum adduci, non pœnę nocentium, sed emendationis cupiditate. id exemplis clarissimorum virorum confirmat. In caussis autem recipiendis, quamuis multę sint, tamen amicis, ac potissimùm si iudices fuerint, obsequendum esse: sed cauendum interim ne quid ambitiosè vel pro potentibus contra dignitatem faciamus. Dimittendi etiam nonnunquam caussam imprudenter susceptam, postquam iniquam esse cognouerimus. Illud prosus indignum esse adiungit, eloquentiam in quęstu haberi, tametsi iusta gratia referenda sit bene merenti oratori, præsertim si egeat: in quo tamen ipse modum seruare debeat, neque vnquam pacisci cum litigatore, ne merces esse videatur potius, quàm officiosa benevolentia: quod valde alienum sit à liberalissima facultate, & infra dignitatem oratoris.

CVm satis in omne certamen virium fecerit, prima ei cura in suscipiendis caussis erit: in quibus defendere quidem reos profectò quàm facere vir bonus mallet: non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, vt nullo neque publico neque priuato duci possit officio, vt aliquem ad reddendam rationem vitæ vocet. Nam & leges ipsæ nihil

valent, nisi actoris idonea voce munitæ: & si pœnas scelerum expetere fas non est, propè est vt scelera ipsa permissa sint: & licentiam malis dari, certè contra bonos est. Quare neque sociorum querelas, nec amici vel propinqui necem, nec eruptiones in rempublicam conspirationes inultas patietur orator: non pœnæ nocentium cupidus, sed emendandi vitia, corrigendiq; mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Itaque vt accusatoriam vitam viuere & ad deferendos reos præmio duci, proximum latrocinio est: ita pestem intestinam propulsare, cum propugnatibus patria comparandum. Ideoq; principes in republica viri non detrectauerunt hanc officij partem: creditiq; sunt etiam clari iuuenes obsidem reipublicæ dare malorum ciuium accusationem, quia nec odisse improbos, nec simultates prouocare, nisi ex fiducia bonæ mentis videbantur. Idq; cùm a Hortensio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cæsare, plurimis aliis, tum ab vtroque Catone factum est: quorum alter appellatus est sapiens: alter nisi creditur fuisse, vt scio cui reliquerit huius nominis locum. Nanque defendet omnis orator, idémq; portum illum eloquentiæ suæ saluatarem, non etiam piratis patefaciet, ducetúrq; in aduocationem maximè causa. Quoniam tamen omnes qui non improbè litigabunt, quorum certè bona pars est, sustinere non potest vnus, aliquid & commendatium personis dabit, & ipsorum qui iudicio decernunt, vt optimi cuiusque voluntate moueatur. nanque hos & amicissimos vir bonus habebit. Summouendum verò est vtrunque ambitus genus vel potentibus contra humiles venditandi operam suam vel illud etiam iactantius, minores vtique contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna causas vel iustas vel in-

gra

probas facit. Neque verò pudor obstet, quo minus suscep-
tam, cùm melior videretur, litem, cognita inter dicen-
dum iniquitati dimittat, cùm prius litigatori dixerit ve-
rum. Nam & in hoc maximum, si æqui iudices sumus, be-
neficium est, vt non fallamus vana spe litigantem. Neque
est dignus opera patroni, qui non vtitur consilio. Et certè
non conuenit ei quem oratorem esse volumus, iniusta tueri
scientem. Nam si ex illis quas supra diximus causis falsum
tuebitur, erit tamen honestum quod ipse faciet. Gratisne ei
semper agendum sit, tractari potest. Quod ex prima statim
frõte diiudicare, imprudentium est. Nam quis ignorat, quin
id longè sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, & il-
lo quem exigimus animo dignissimum, non vendere ope-
ram, nec eleuare tanti beneficij autoritatem? cum pleraque
hoc ipso possint videri vilia, quòd prætium habent. Cæcis
hoc, vt aiunt, satis clarum est: nec quisquam qui sufficien-
tia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc quæstum si
ne crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius ali
quid ad vsus necessarios exiget, secundum omnes sapien-
tium leges patietur sibi gratiam referri: cum & Socrati col
latum sit ad victum: & Zeno, Cleanthes, Chrysippus mer- Xenophon me
cedes a discipulis acceptauerint. Neque enim video quæ iu- morabilium 1.
stior acquirendi ratio, quam ex honestissimo labore, & ab
iis de quibus optime meruerint, quique; si nihil inuicem præ-
stent, indigni fuerint defensione. Quod quidem non iustum
modò, sed necessarium etiam est, cum hæc ipsa opera, tem-
pusq; omne alienis negotiis datum, facultatem aliter acqui-
rendi recidant. Sed tum quoque tenendus est modus: ac plu-
rimum refert, & a quo accipiat: & quantum, & quousq;.
Paciscendi quidem ille piraticus mos, & imponentium pe-
riculis pretia, procul abominanda negotiatio, etiam a me-

diocriter improbis aberit: cùm præsertim bonos homines bonasq; causſas tuenti non sit metuendus ingratus, quiſi futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere volet orator vltrà quam satis erit: ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia vtetur, cùm sciat se tanto plus præstitisse: quia nec venire hoc beneficium oportet, nec perire. Denique vt gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet.

Quæ in discendis causſis oratori obseruanda sint. CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Causſam quam dicturus est, oratori diligenter cognoscendam esse præcipit, quod nonnulli negligentia, alij ambitione leuius curentne que vero per alium, vt plerique neque ex libellis, sed per seipsum cognoscendam. Summam autem diligentiam adhibendam, ita vtetiã neque tempori parcatur, neque fugiatur moleſtia, quo minus sæpe etiam de eadem re audiamus. Notanda etiam interim esse quædam, ne excidat, monet. Acriter quoque litigatori instandum, eumque versandum omnem in partem, & modo ex noſtra, modò ex aduerſarii persona agendum. Inſtrumenta litis & inſpiciunda omnia & pertractanda, & per totam causſam eundum, perſcrutando eruendòque quicquid in ea vel teſtibus tractandis vel argumentis aptum esse queat. Poſtremò etiam iudicis perſonam esse ſumendam, & omnibus ante oculos propoſitis, videndum quid in quaque re firmiſsimum ſit & æſtimandum in vtranque partem vt totius causſæ euentus ante iudicium proſpiciatur.

PRoxima diſcendæ causſæ ratio: quod eſt orationis ſundamentum. Neque enim quiſquam tam ingenio tenui reperitur, qui cùm omnia quæ ſunt in causſa, diligenter cognouerit, ad docendum certe iudicem non ſufficiat. Sed eius rei pauciſsimis cura eſt. Nam vt taceam de negligentibus, quorum nihil refert vbi litium cardo vertatur, dum ſint quæ vel extra causſam ex perſonis aut communi tractatu locorũ occaſionẽ clamandi largiantur: aliquos & ambitio

tio peruertit, qui partim tanquam occupati, semperque aliud habentes quod antè agendum sit, pridie ad se uenire litigatorem, aut eodem matutino iubent, nonnunquam etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur: partim ita ctantia ingenij, vt res citò accepisse videantur, tenere se & intelligere prius penè quam audiant mentiti, cùm multa & diserte, summisq; clamoribus, quæ neque ad iudicem, neque ad litigatorem pertineant, decantauerunt, bene sudantes beneq; comitati per forum reducuntur. Ne illas quidem tulerim delicias eorum qui doceri amicos suos iubent: quanquam minus mali est, si illi saltem recte discant, rectéq; doceant. Sed quis discet tam bene, quam patronus. Quomodo autem sequester ille & media litium manus, & quidam interpres, impendet æquo animo laborem in alienas actiones, cùm dicturus ipse non sit? Pessimæ verò consuetudinis, libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipse non sufficit: aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui se non posse agere confitentur: deinde faciunt id quod est in agendo difficillimum. Nam qui iudicare quid dicendum, quid dissimulandum, quid declinandum, mutandum, fugiendum etiam sit, potest, cur non sit orator, quando quod difficilius est facit? Hi porrò non tantum nocerent, si omnia scriberent vti gesta sunt. Nunc consilium & colores adiiciunt, & aliqua peiora veris, quæ plerique cum acceperunt, immutare nefas habent, & velut themata in scholis posita custodiunt. Deinde deprehenduntur, & causam quam dicere ex suis litigatoribus noluerunt, ex aduersariis discunt. Liberum igitur demus ante omnia iis quorum negotium erit tempus, ac locũ: exhortemurq; vltro, vt omnia quamlibet verbosè, & vnde volent repetito tempore expo-

Patroni sue aduoca

ti causas sibi agendas, Z 4 diligen

ter a litigatori sub Discant. —

nam Non enim tam obest audire superuacua, quam ignorare necessaria. Frequenter autem & vulnus & remedium in iis orator inueniet, quæ litigatori in neutram partem habere momentũ videbantur. Nec tanta sit acturo memoriæ fiducia, vt subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis: cogendus eadem iterum ac sæpius dicere litigator. non solum quia effugere aliqua prima expositione potuerunt, præsertim hominem (quo sæpe euenit) imperitum. sed etiam vt sciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquam non doceant causſam, sed agant, non vt cum patrono, sed vt cum iudice loquuntur. Quapropter nunquam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, & turbandus, & euocandus. Nam vt medicis non apparentia modò vitia curanda sunt, sed etiam inuenienda quæ latent, sæpe ipsis ea qui sanandi sunt occultentibus: ita aduocatus plura quam ostenduntur, aspiciat. Nam cum satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agendusq; aduersarius, proponendum quicquid omnino excogitari contra potest, quicquid recipit in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus quam infestissime, ac premendus. Nam dum omnia quærimus, aliquando ad verum, vbi minimè expectauimus, peruenimus. In summa, optimus est in dicendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas consignationes, ipsum denique aduersarium quædam non negaturum. Ideoq; opus est intueri omne litis instrumentum: quod videri non est satis, perlegendum erit. Nam frequentissimè aut non sunt omnino quæ promittebantur, aut minus continent: aut cum alio aliquo nocituro permista sunt: aut nimia sunt, & fidem hoc ipso detractura, quod non habent modum. Denique linum

vtp

ruptum, aut turbata* cera, aut sine agnitore signa frequen- *cætera.
ter inuenies: quæ nisi domi excusseris, in foro inopinata decipient: plusq; nocebunt destituta, quam non promissa nocuissent. Multa etiam quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit, patronus eruet: modo per omnes quos tradidimus argumentorum locos eat: quos vt circunspectare in agendo, & attentare singulos minimè conuenit, propter quas diximus causas: ita in dicendo rimari necessarium est, quæ personæ, quæ tempora, quæ loca instituta, instrumenta cætera: ex quibus non tantum illud quod est artificiale probationis genus colligi possit, sed qui metuendi testes quomodo sint refellendi. Nam plurimum refert, inuidia reus, an odio, an contemptu laboret: quorum fere pars prima superiores, proxima pares, tertia humiliores premit. Si causam perscrutatus, propositis ante oculos omnibus quæ prosint nocentue, tertiam deinceps personam induat iudicis, fingatque apud se agi causam, & quod ipsum mouisset de eadem re pronunciaturum, id potentissimum apud quencunque agetur, existimet: & sic eum raro fallet euentus, aut culpa iudicis erit.

Quæ seruanda in agendis caussis oratori sint. CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Oratorem in agendo cautum, non ambitiosum esse opportere monet: sed dissimulandam artem si offenderit, & vtilitati seruiendum. Nullam caussam vel tenuem illi repudiandam: neque, si res non suppeditat dicendi materiam, extra petendam: & tum vel maxime à maledicendi petulentia, quæ odiosa est, nec causæ tantùm, sed etiam patrono nocet, abstinendum. Plures caussas, quam agere possit, non suscipiendas: & in his quæ dicturus sit, scribenda frequenter, vel etiam fieri possit, scripenda: hoc est, orator se omni ratione ad memoriã

comparabit : cuius tamen facultatem non semper futuram ait, ne eam, vbi deerit, tentandam, quod obesset plurimum : sed curam potius omni atque ingenio contendendum : cui doctrina, studium & exercitatio suffragabuntur.

QVæ sint in agendo seruanda, toto ferè opere exequi sumus, pauca tamen propria huius loci, quæ non tam dicendi arte, quam officiis agendi continentur, attingam. Ante omnia, ne, quod plerisque accidit, ab vehementer eum causse, præsentis cupido laudis abducat. Nam vt gerentibus bella, non semper exercitus per plana & amœna ducendus est, sed adeundi plerunque asperi colles, expugnandæ ciuitates quælibet præcisis impositæ rupibus, aut operum mole difficiles : ita oratio gaudebit quidem occasione latius decurrendi, & æquo congressa cãpo, totas vires populariter explicabit : at si iuris anfractus, aut eruendæ veritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis vmbrantibus concitatisque sententiis velut missilibus vtetur, sed operibus, & cuniculis, & insidiis, & occultis artibus geret. Quæ omnia non dum fiunt laudantur, sed cùm facta sunt : vnde etiam cupidis minus opinionis, plus fructus venit. Nã cum illa dicẽdi vitiosa iactatio inter plausores suos detonuit, resurgit ueræ uirtutis fortior fama : nec iudicem, quo sint moti dissimulãt & doctis creditur : nec est oratio uera laus, nisi cũ finita est. Veteribus quidẽ etiã dissimulare eloquẽtiam fuit moris : idque M. Antonius præcipit, plus dicentibus fidei, minusque suspectæ aduocatorum artes fidiæ forent. Sed illa dissimulari quæ tum erat, potuit : nam enim tantum dicendi lumẽ accesserat, vt etiam per obstantia erumperet. Quare artes quidem & consilia lateant, & quicquid si deprehenditur perit. Hactenus eloquentia secretum habet. Verborum quidem delectus, grauitas sententiarum, figurarum elegantia, aut non sunt, aut appa-

rent

rent. sed vel propter hoc ipsum ostentanda non sunt, quòd apparent: aut si vnum è duobus eligendum, caussa potius laudetur quàm patronus. Finem tamen hunc præstabit orator, ut videatur optimam caussam optimè egisse. Illud certum erit, neminem peius agere, quam qui dissplicente caussa placet. necesse est enim extra caussã sit quod placet. Nec illo fastidio laborabit orator. non agendi caussas minores, tanquam infra eum sint, aut detractura sit opinioni minus liberalis materia. Nam & suscipiendi ratio iustissima est officium, & optandum etiam ut amici quàm minimas lites habeant: & abunde dixit bene, qui rei satisfecit. At quidam etiam si fortè susceperunt negotia paulò ad dicendum tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus circunliniunt: ac si defecerint alia, conuitiis implent uacua caussarum, si contingit, ueris: si minus, fictis: modò sit materia ingenij, mereaturque clamorem dum dicitur. Quod ego adeò longe puto ab oratore perfecto, vt eum ne vera quidem obiecturum, nisi id caussa exigit, credam. Ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia, censuram maledicèdi subire: quod facientibus, etiam malè audiendi præsumèda patientia est. Nam & in ipsos sit impetus frequenter qui egerunt, & certè patroni petulantiam litigator luit. Sed hæc minora sunt ipso illo uitio animi, quo maledicus à malefico non distat nisi occasione. Turpis uoluptas, & inhumana, & nulli audientium bono grata: à litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionem malunt, quam defensionem. Sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda sunt. Hoc quidem quis hominum liberi modò sanguinis sustineat, petulans esse ad alterius arbitrium? Atqui etiam in aduocatos partis aduersæ libenter nonnulli inuehuntur: quod, nisi si fortè meruerunt, &

inhuma

inhumanum est respectu communium officiorum, & cùm ipsi qui dicit, inutile (nam idem iuris responsuris datur) tum causſæ contrarium, quia planè & aduersarij fiunt, & inimici: & quantuluncunque his virium est, contumelia augetur. Super omnia perit illa quæ plurimum oratori & autoritatis & fidei affert, modestia, si a viro bono in rabulam latratoremque conuertitur, compositus non ad animum iudicis, sed ad stomachum litigatoris. Frequẽter etiam species libertatis deducere ad temeritatem solet, non causſis modò, sed ipsis quoque qui dixerunt, periculosam. Nec immeritò Pericles solebat optare, ne quod sibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio qui tãtundem possunt nocere. Nam quæ fortia, dum dicuntur, videbantur, stulta cùm læserunt vocantur. Nunc quia varium ferè propositũ agentium fuit, & quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit: quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non alienum videtur. Afferet ad dicendum curæ semper quantum plurimum poterit. Neque enim solùm negligentis, sed & mali, & in susceptа causſa perfidi ac proditoris est, peius agere quàm possit. Ideòque ne susciptiẽdæ quidem sunt causſæ plures, quam quibus suffecturum se sciat. Dicet scripta quam res patietur plurima: & vt Demosthenes ait, si continget, & sculpta. Sed hoc aut primæ actiones, aut quæ in publicis iudiciis post interiectos dies dantur, permiserint: at cùm protinus respondendum est, omnia parari non possunt, adeò ut paulo minus promptis etiam noceat scripsiſſe, si alia ex diuerso quam opinati fuerant, occurrerint. Inuiti enim recedunt a præparatis, & tota actione respiciunt requirúntque num aliquid ex illis interuallis, atque ex tempore dicendis

cendis inseri posit. quod si fiat, non cohæret, nec commissuris modò, vt in opere malè iuncto hiantibus, sed ipsa coloris inæqualitate detegitur. Ita nec liber est impetus, nec cura contexta, & vtrunque alteri obstat. Illa enim quæ scripta sunt, retinent animum, non sequuntur. Itaque in his actionibus omni, vt agricolæ dicunt, pede standum est. Nam cum in propositione ac refutatione causa consistat, quæ nostræ partis sunt, scripta esse possunt: quæ etiam responsurum aduersarium certum est, (est enim aliquando certum) pari cura refelluntur. Ad alia vnum paratum afferre possumus, vt causam bene nouerimus: alterum ibi sumere, vt dicentem aduersarium diligenter audiamus. Licet tamē præcogitare plura, & animum ad omnes casus componere: idque est tutius stylo, quo facilius & omittitur cogitatio, & transfertur. Sed siue in respondendo fuerit subitò dicendum, siue quæ alia ita exegerit ratio, nunquam oppressum se ac deprehensum credet orator, cui disciplina & studium & exercitatio dederit vires etiam facilitatis: quēque armatum semper, ac velut in procinctu stantem, non magis vnquam in causis oratio, quàm in rebus quotidianis ac domesticis sermo deficiet, nec se vnquam propter hoc oneri subtrahet, modò sit causæ dicendæ tempus: nam cetera semper sciet.

De genere dicendi. CAP. X.

ARGVMENTVM.

Varia esse dicendi genera, & alium alio delectari, sicut in picturis & statuis, quarum varios & excellentes artifices commemorat: quibus traductis ad orationis similitudinem confert oratores Latinos, distantes inter se ac dissimiles: in quibus tamen Ciceronem vnum omnibus anteponit, & defendit contra obtrectatores. Deinde exponit

nit genera dicendi, & ex tribus optimum facit quod Atticum vocabant: in eóque reprehendit prauum quorundam iudicium, qui ornatum & amplitudinem ab hoc genere remouentes, aridi atque exsucti erant. Græcorum autem facundiam Latinæ anteponit: quod & fono literarum dulcior, & copia verborum vbertor sit. In quo tamen meretur Latinorum inopiæ, quòd dotes Græcorum aliis virtutibus æquare possint: non verborum modò tractatione, sed & rebus illorum, opes compensando, præsertim in magna & ornata oratione: nam in subtili Græcos superiores esse. Eodémque in loco rursus improbat Atticos aridos illos atque ieiunos, qui omnia propriis ac necessariis modò verbis dicenda putabant: ornatum negans minus aptum, & secundum naturam esse in magna oratione, quàm proprietatem in subtili: addítque eodem voluptati auditorum seruiendum esse, modò id cautè & modicè fiat, ne officiatur caussarum vtilitati. Quæstionem quoque aliam inducit hoc loco, de dicendi & scribendi ratione: quam vult eandem esse oportere in vtroque opere: nec aliter scripta, quàm quæ dicenda forent, ad posteros tradenda esse, exceptis iis vbi actio ad tempus & auditorum voluntatem accommodatur, vt in caussis. In infinitis quæstionibus naturæ rerum sicut in dicendo, ita in scribendo seruiendum esse. Post hæc facit alteram diuisionem orationis: in genus subtile, graue, & medium. Quorum primum ad docendum, secundum ad mouendum, tertium ad delectandum accommodatum sit. In subtili acumen esse, & in narrando probandóque valere. Medium, amœnum, floridum, verbis ac sententiis mediocriter ornatum. Graue, magnum, vehemens, copiosum, quod non ducat, sed vi trahat auditorem, & in quamuis partem auferat. Itaque in eo esse personarum fictiones liberiores, amplificationes, sublata contra fidem, & omnia affectuum genera, non tam ad docendum delectandúmue quàm ad incitandum auditorem accommodata. Addit deinde his tribus & alia quædam genera media inter illa, & ipsorum quodammodo gradibus temperata: vt in musicis sonis minus maximo, & rursus minimo maius, quod tamen medium interutrunque nondum sit, sed citrà consistat. Atque in his omnibus generibus vult oratorem instructum ac paratum esse debere, vt quoque aptè & decenter vtatur, vel in tota vel in aliqua parte causse, cùm alia alio modo dicenda sint: vt grauiter, acriter, seuerè, vehementer, concitatè, copiosè, amarè, comiter, remissè, subtiliter, blandè, leniter, dulciter, breuiter, vrbanè: eósque reprehendit qui intemperato quodam & plausibili magis quàm sano genere in caussis vtebantur, quasi hoc esset aptum & populare. Postremò hæc omnia prædicta facilia esse bono & exercitato oratori iudicat: qui tamen iudicium & modum adhibere debeat, ne intemperantia prolabatur.

Superest vt dicam de genere orationis. Hic erat propositus à nobis in diuisione prima locus tertius: nam ita

prom-

promiseram, me de arte, de artifice, de opere dicturũ. Cùm sit autem * rhetoris atque oratoris opus oratio, pluresque eius formæ, sicut ostendam, in omnibus his & ars est, & artifex: plurimum tamen inuicẽ differũt: nec solùm specie, vt signum signo, & tabula tabula, & actio actione, sed genere ipso, vt à Græcis Tuscanicæ statuæ, & Asianus eloquens Attico. Suos autem hæc operum genera quæ dico, vt autores, sic etiam amatores habent: atque ideo nondum est perfectus orator, ac nescio an ars vlla, non solùm quia aliud in alio magis eminet, sed quòd non vna omnibus forma placuit. partim conditione vel temporum vel locorum, partim iudicio cuiusque atque proposito. Primi, quorũ quidem opera non vetustatis modò gratia visenda sint, clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus atq; Aglaophon, quorũ simplex color tam sui studiosos adhuc habet, vtilla propè rudia, ac velut futuræ mox artis primordia, maximis qui post eos extiterunt autoribus præferãt: proprio quodam * intelligendi (vt mea fert opinio) ambitu. Post Zeusis atque Parrhasius non multum ætate distantes (circa Peloponesia ambo tempora. nam cum Parrhasio sermo Socratis apud Xenophontem inuenitur) plurimum arti addiderunt. Quorum prior luminum vmbrarúmque inuenisse rationem, secũdus examinasse subtilius lineas traditur. Nam Zeusis plus mẽbris corporis dedit, id amplius atque augustius ratus, atque (vt existimant) Homerum secutus, cui validissima quæque forma etiam in fœminis placet. Ille verò ita circunscripsit omnia, ut eum legumlatorem vocent, quia deorum atque heroum effigies quales ab eo sunt traditæ, cæteri tanquam ita necesse sit sequuntur. Floruit autem circa Philippum, & usque ad successores Alexandri, pictura præcipuè, sed diuersis virtutibus.

Lib. 2. cã. 15.

* rhetorices.

Plin. lib. 34. cap. 7.

Pictores clari, de quibus vide Plin. lib. 35. ca. 9. & 10.

* Intelligendi, id est iudicandi, quasi artem intelligant, id est, quomodo tumẽs vel caua in plano exprimatur.

Nam

Nam cura Protogenes, ratione Pamphilus ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis visionibus (quas φαντασίας vocant) Theon Samius, ingenio & gratia quam in se ipse maximè iactat, Apelles est præstantissimus. Euphranorem admirandum facit, quòd & cæteris optimis studiis inter præcipuos, & pingendi fingendique idem mirus artifex fuit. Similis in statuis differentia. Nam duriora, & Tuscanicis proxima Calon atque Egesias, iam minus rigida Calamis, molliora adhuc suprà dictis Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto supra cæteros: cui quamquam à plerisque tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur, deesse pondus putãt. Nam vt humanæ formæ decorem addiderit supra verum, ita non expleuisse deorum auctoritatem videtur. Quin ætatem quoque grauiorem dicitur refugisse, nihil ausus vltra læues genas. At quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atque Alcameni dantur. Phidias tamen diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur: in ebore verò longè citra æmulum, vel si nihil nisi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem fecisset: cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur. adeò maiestas operis deum æquauit. Ad * veritatem Lysippum & Praxitelem accessisse optimè affirmãt. Nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur, & sui similitudinis quam pulchritudinis amantior. In oratione verò si species intueri velis, totidem penè reperias ingeniorum, quot corporum formas. Sed fuere quædam genera dicendi conditione temporum horridiora, alioqui magnam iam ingenij vim præ se ferentia. Hinc sunt Lælij, Africani, Catones, Gracchique, quos tu licet Polygnotos vel Colonas appelles. Mediam illam formam teneant L. Crassus, Q. Hortensius. Tum deinde efflorescat non multum in-

* id est verarũ rerum formas expressisse.

Horum omniũ generadicendi exprimit Cicero de Claris Oratorib.

ter-

ter se distantium temporum oratorum ingens prouentus. Hinc vim Cæsaris, indolem Cælij, subtilitatem Callidij, grauitatem Bruti, acumen Sulpitij, acerbitatem Cassij, âiligentiam Pollionis, dignitatem Messalæ, sanctitatem Calui reperiemus. In his etiam quos ipsi vidimus copiam Senecæ, ures Africani, maturitatem Afri, iucunditatem Crispi, sonum Trachalli, elegantiam Secundi. At M. Tullium non illum habemus Euphranorem circa plurium artium species præstantem, sed in omnibus quæ in quoque laudantur, eminentissimum. Quem tamen & suorum homines temporum incessere audebant vt tumidiorem, & Asianum, & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in salibus aliquando frigidum, & in compositione fractum, exultantẽ, ac penè (quod procul absit) viro molliorem. Postea verò quam triumuirali proscriptione consumptus est, passim qui oderant, qui inuidebant, qui æmulabantur, adulatores etiam præsentis potentiæ, non responsurum inuaserunt. Illetamen qui ieiunus à quibusdam & aridus habetur, non aliter ab ipsis inimicis malè audire, quàm nimis floribus & ingenij affluentia potuit. Falsum vtrunque, sed tamen illa mentiendi propior occasio. Præcipuè verò presserunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupierant. Hæc manus quasi quibusdam sacris initiata, vt alienigenam, & virum superstitiosum, deuinctúmque illis legibus insequebatur. Vnde nunc quoq; aridi, & exucci, & exangues (hi sunt enim qui suæ imbecillitati, sanitatis appellationẽ, quæ est maximè contraria obtendant) quia clariorem vim eloquentiæ velut solem ferre non possunt, vmbra magni nominis delitescunt. quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipse respondit, tutior mihi de hoc differendi breuitas erit. Et antiqua quidem illa diuisio inter Asianos atq;

Atticos fuit, cum hi preßi & integri, contrà inflati illi & inanes haberentur: & in his nihil superflueret, illis iudicium maximè ac modus deesset. Quod quidam, quorum & Santra est, hoc putant accidisse, quòd paulatim sermone Græco in proximas Asiæ ciuitates influente, nondum satis periti loquendi, facundiam concupierint: ideóq; ea quæ proprie signari poterant, circuitu cœperint enuntiare, ac deinde in eo perseuerarint. Mihi autem orationis differentiam feciße & dicentium & audientium, naturæ videntur, quòd Attici limati quidem & emuncti nihil inane aut redundans ferebant: Asiana gens tumidior alioqui & iactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est. Tertium mox, qui hæc diuidebant, adiecerunt genus, Rhodium: quod velut medium esse atque ex vtroque mistum volunt. Neq; enim Atticè preßi, neque Asianè sunt abundantes: nec aliquid habere videantur gentis, aliquid autoris. Aeschines enim, qui hunc exilio delegerat locum, intulit eò studia Athenarum, quæ velut sata quædam cælo terráq; dedere generant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt. Lenti ergo quidem ac remißi, non sine pondere tamen neque fontibus puris, neque torrentibus turbidis, sed lentibus stagnis similes habentur. Nemo igitur dubitauerit longè his se optimum genus Atticorum. In quo vt est aliqui id inter ipsos commune, id est iudicium acre, tersum q; : ita ingenia plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues, & lucidos, & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate, ac semper manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? Sit Lysias. hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur iam vsque ad Coccum & Antocidem remittemur. Interrogare tamen velim an Isocrates

crates atticè dixerit. Nihil enim tam est Lysiæ diuersum, Negabunt? At eius schola principes oratorum dedit. Quæratur similius aliquid. Hyperides Atticus? Certe. At plus indulsit voluptati. Transeo plurimos, Lycurgum, Aristogitona, & his priores, Isæum, Antiphontem: quos vt homines, inter se genere similes, differentes dixeris specie. quid ille, cuius modò secimus mentionem, Aeschines, nónne his latior, & audentior, & excelsior? Quid denique Demosthenes? non cunctos illos tenues & circunspectos, vi, sublimitate, impetu, cultu, compositione superauit? non insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat carentibus vocem? nõ illud iusiurãdum per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores reipublicæ, satis manifestò docet præceptorẽ eius Platonem fuisse? Quem ipsum num Asianum appellabimus, plerunq; instinctis diuino spiritu vatibus comparandum? Quid Periclea? similémne credimus Lysiacæ gracilitati, quem fulminibus & cælesti fragori comparant Comici, dum illi conuincitur? Quid est igitur cur in iis demum qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Quos ego existimo, siquod in his finibus vberius inuenerint solum, sertiliorémue segetem, negaturos Atticam esse, quòd plus quàm acceperit seminis reddat, quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. Itaque siquis nunc ad eas Demosthenis virtutes, quas ille summus orator habuit, tamen quæ desuisse ei, siue ipsius natura, siue lege ciuitatis videntur, adiecerit, vt affectus concitatius moueat, audiam dicentem non fecit hoc Demosthenes? & siquid exierit numeris aptius, fortasse non posit, sed tamen siquid exierit, nõ erit Atticũ? Melius de hoc nomine sentiant credantq; Atticè dicere, esse

Lege ciuitatis, qua orator vetabatur epilogo vti, ne affectus moueret.

optimè dicere. Atque in hac tamen opinione perseuerantes Græcos magis tulerim. Latina mihi facũdia, vt inuentione, dispositione, consilio, cæteris huius generis artibus
υ & ζ aut φ similis Græcæ ac prorsus discipula eius uidetur: ita circa rationem eloquendi uix habere imitationis locum. Nanque est ipsis statim sonis durior, quando & iucundissimas ex Græcis literas non habemus, uocalem alteram, alteram consonantem, quibus nullæ apud eos dulcius spirant: quas mutuari solemus quoties illorum nominibus vtimur. Quod cùm contingit, nescio quomodo velut hilarior protinus renidet oratio, vt in Zephyris & Zopyris, quæ si nostris literis scribantur, surdum quiddam & barbarum efficient, & uelut in locum earum succedent tristes & horridæ, quibus Græcia caret. Nam illa quæ sexta est nostrarum, pene
F non humana voce, vel omnino non voce potius, inter dentium scrimina efflanda est: quæ etiam cùm vocalem proximam accipit, quassa quodam modo, vtique quoties aliquam consonantium frangit, vt in hoc ipso frangit, multò fit horridior. Aeolicæ quoque literæ, qua seruum ceruumq; dicimus, etiam si forma à nobis repudiata est, vt
Q tamen nos ipsa persequitur. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est vtilis, alias superuacua, vt equos ac equum scribimus, cum ipsæ etiam hæ vocales duæ efficiant sonum qualis apud Græcos nullus est, idcoq; scribi illorum literis non potest. Quid
M quòd pleraque nos illa quasi mugiente litera cludimus M, qua nullum Græcæ verborum cadit? At illi v iucundam, &
N in fine præcipuè quasi tinnientem, illius loco ponunt, quæ est apud nos rarissima in clausulis. Quid quod syllabæ nostræ in B literam, & D innituntur? adeo asperè, vt plerique non antiquissimorum quidem, sed tamen veterum,
B D

mol

mollire tentauerint, non solùm auersa pro abuersis dicendo, sed & in præpositione B literæ absonam & ipsam S subiiciendo. Sed accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaues habemus, quia vltima syllaba nec acuta vnquam excitatur, nec flexa circunducitur sed in grauem, vel duas graues cadit semper. Itaque tanto est sermo Græcus Latino iucundior, vt nostri poetæ quoties dulce carmen esse voluerunt, illorum id nominibus exornent. His illa potentiora, quòd res plurimæ carent appellationibus, vt eas necesse sit transferre, aut circumire: etiam in iis quæ denominata sunt, summa paupertas in eadem nos frequentissime reuoluit: at illis non verborum modò, sed linguarum etiam inter se differentium copia est. Quare qui a Latinis exiget illam gratiam sermonis Attici, det mihi in eloquendo eandem iucunditatem, & parem copiam. Quod si negatum est, sententias aptabimus iis vocibus quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatem, vt non dicam pinguioribus, fortioribus certè miscebimus, ne virtus vtraque pereat ipsa confusione. Nam quo minus adiuuat sermo, rerum inuentione pugnandum est. Sensus sublimes variiq; eruantur. Permouendi omnes affectu erunt, oratio translationum nitore illuminanda. Non possumus esse tam graciles? simus fortiores. Subtilitate vincimur? valeamus pondere. Proprietas penes illos est certior? copia vincamus. Ingenia Græcorum etiam minora suos portus habent, nos plerunque maioribus velis mouemur: validior spiritus nostros sinus tendat. Nontamen alto semper feremur. nam & littora interim sequenda sunt. Illi facilis per quælibet vada accessus, ego aliquid non multo tamen altius, in quo mea cymba nõ sidat, inueniam. Neque enim si tenuiora hæc ac preßiora Ab, abs,

Græci melius, in eoq; vincimur solo, & ideo in comœdiis non contendimus, prorsus tamen omittenda pars hæc orationis, sed exigenda vt optimè possumus: possumus autem rerum & modo & iudicio esse similes: verborum gratia, quam in ipsis non habemus, extrinsecus condienda est. An non in priuatis & acutus, & non asper & non indistinctus & non supra modum elatus M. Tullius? non in M. Callido insignis hæc virtus? non Scipio, Lælius, Cato in eloquendo velut Attici Romanorum fuerunt? Cui porrò non satis est, quo nihil esse melius potest? At hoc quidam nullam esse naturalem putant eloquentiam, nisi quæ sit quotidiano sermoni simillima, quo cum amicis, coniugibus liberis, seruis loquamur, contenti promere animi voluntatem, nihilq; arcessiti & elaborati requirentes: quicquid huc sit adiectum id esse affectationis, & ambitiosæ in loquendo iactantiæ, remotum à veritate, fictumq; ipsorum gratia verborum, quibus solùm à natura sit officium attributum, seruire sensibus: sicut athletarum corpora etiam si validiora fiant exercitatione, & lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia, atque ab illa specie quæ sit concessa hominibus abhorrere. Quid enim, inquiunt, attinet circuitu res ostendere, & translationibus, id est, aut pluribus aut alienis verbis, cum sua cuique sint assignata nomina? Denique antiquissimum quenque maxime secundum naturam dixisse contendunt, mox poëtis similiores extitisse, etiam si pecius, simili tamē ratione falsa & impropria virtute dicentes. Qua in disputatione nōnihil veri est, ideoq; non tā procul, quam sit a quibusdam, recedendū a propriis atq; cōmunibus. Si quis tamē (vt in loco dixi compositionis) ad necessaria, quibus nihil minus est, aliquid melius adiecerit, nō erit hac calumnia reprehendendus. Nā mihi aliam quandā vir-

tur hi

tur habere naturam sermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio: qui si res iudicare modo satis esset, nihil vltra verborum proprietatem elaboraret, sed cum debeat delectare, mouere, in plurimas animum audientis species impellere, vtetur iis quoque adiutoriis, quæ ab eadem sunt nobis concessa natura. Nam & lacertos exercitatione constringere, & augere vires, & colorem trahere, naturale est: ideoq; in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & eloquendo dulcis magis. Quod si non eueniret, omnes pares essent, & idē omnes deceret. At loquuntur, & seruant personarū discrimen. ita quò quisque plus efficit dicendo, hoc magis secundum naturæ eloquentiam dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui dandum putant nonnihil esse tē poribus atque auribus nitidius aliquid atque affectatius postulantibus. Itaque non solùm ad priores Catonem Gracchosq;, sed ne ad hos quidem oratorem alligandum puto. Atque id feciſſe M. Tullium video, vt cùm omnia vtilitatī partem quandā delectationi daret, cùm & ipſam se rē agere diceret (agebat autem maximè) litigatoris. Nā hoc ipso proderat, quòd placebat. Ad cuius voluptates nihil equidē quod addi poſſit inuenio, niſi vt ſenſus non quidē dicamus plures. Neq; enim fieri poteſt ſalua tractatione cauſſæ & dicendi autoritate, ſi crebra hæc lumina & cōtinua fuerint, vt non inuicem offecerint. Sed me hactenus cedentem nemo inſequatur vltra. do tempori, ne craſſa toga ſit nō ſerica: ne intonſum caput, non in gradus atq; annulos totum comptum: cū in eo qui ſe non ad luxuriam ac libidinē referat, eadem ſpecioſiora quoq; ſint, quæ honeſtiora. Cæterū hoc quod vulgò ſententias vocamus (veteribus præcipueq; Græcis in vſu nō fuit, apud Ciceronē inuenio) lumē rē contineāt, & copia nō redundent, & ad victoriā ſpectent, quis

vtile neget? Feriunt animum, & vno ictu frequenter impellunt, & ipsa breuitate magis hærent, & dictione persuadent. Ac sunt qui hæc excitatiora lumina etiam si dicere permittant, à componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. Quocirca mihi ne hic quidem locus intactus est omittendus, quòd plures eruditorum aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi putauerunt: ideóque in agendo clarissimos quosdam, nihil posteritati mansurisq; mox literis reliquisse, vt Periclem & Demadem: rursus alios ad componendum optimos, actionibus idoneos non fuisse, vt Isocratem: præterea in agendo plus impetus posse plerunque, & petitas vel paulò licentius voluptates. Cõmouendos enim esse, docendos q; animos imperitorum. At quod libris dedicatur, & in exemplum editur, tersum ac limatum, & ad legem ac regulam compositum esse oportere: quia veniat in manus doctorum, & iudices artis habeat artifices. Quin illi subtiles, vt similes ac multi persuasores magistri, παράδειγμα dicendo, ἐνθύμημα scribendo esse altius tradiderunt. Mihi vnum atque idem videtur bene dicere, ac bene scribere: neque aliud esse oratio scripta, quam monumentum actionis habitæ. Itaque nullas non (vt opinior) debet habere virtutes dico, non vitia. Nam imperitis placere aliquando quæ vitiosa sunt, scio. Quo different igitur? Quòd si mihi des concilium iudicum sapientum, perquam multa recidam ex orationibus non Ciceronis modò, sed etiam eius qui est strictior multo, Demosthenis. Neque enim affectus omnino mouendi erunt, nec curæ delectatione mulcendæ cùm etiam proœmia superuacua esse apud tales, Aristoteles existimet. non enim trahentur his illi sapientes. proprie & significanter rem indicare, probatione colligere, satis est. Cùm verò iudex detur aut popu

Cic. In Brut.

populus, aut ex populo, laturiq; sententiam indocti sæpius, atque interim rustici: omnia quæ ad obtinendum quod intendimus, prodesse credemus, adhibēda sunt, eaq; etiam cùm dicemus, promenda, & cum scribemus vt doceamus quomodo dici oporteat. An Demosthenem mallem sic egisse vt scripsit, aut Ciceronem? aut eos præstantissimos oratores alio quam scriptis cognoscimus? Melius egerunt igitur, an peius? nam si peius, sic potius oportuit dici vt scripserūt: si melius, sic oportuit scribi vt dixerunt. Quid ergo? Semper sic aget orator vt scribit? Si licebit, semper. quod si impediant breuitate tempora a iudice data, multum ex eo quod potuit dici, recidetur: editio habebit omnia. Quæ autem secundum naturam iudicantium dicta sunt, non ita posteris tradantur, ne videantur propositi fuisse, non temporis. Nam id quoque plurimum refert, quo modo iudex audire velit: atque ei vultus sæpe ipse rectus est dicentis, vt Cicero præcepit. Ideóque instandum iis quæ placere intelexeris, resiliendum ab iis quæ non recipientur. Sermo ipse qui facilè iudicem doceat, optandus. Nec id mirum sit, cum etiam testium personis aliqua mutentur. Prudenter enim, qui cum interrogasset rusticum testem an Amphionam nosset, negante eo detraxit aspirationem, breuiauitq; secundam eius nominis syllabā, & ille eum sit optimè norat. Huiusmodi casus efficiunt vt aliquando dicatur aliter quam scribitur, cùm dicere quomodo scribendum est, non licet. Altera est diuisio, quæ in tres partes & ipsa discedit, quæ discerni posse etiam rectè dicendi genera inter se videntur. Nanque vnum subtile, quod ἰσχνὸν vocant. Alterum grande atque robustum, quod constituunt ἀνθηρόν. Tertium alij medium ex duobus: alij floridum, nanque id ἀνθηρὸν appellant, addiderunt, quorum tamen ea fere ratio est, vt primū

docendi, secundum mouendi, tertium illud vtrocunque nomine, delectandi, siue aliud interconciliandi præstare videtur officium. In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in mouendo grauitas videatur. Itaque illo subtili præcipuè ratio narrandi probandique consistet: sed quod etiam detractis cæteris virtutibus, suo genere plenum sit. Medius hic modus, & translationibus crebrior, & figuris erit iucūdior, egressionibus amœnus, compositione aptus, sententiis dulcis, lenior tamen, vt amnis lucidus quidam, & virētibus vtrinq; syluis inumbratus. At ille qui saxa deuoluat, & pontem indignetur, & ripas sibi faciat, multus & torrens iudicē vel nitentē contra, feret, cogētque ire quo
Pro Cælio. rapit. Hic orator & defunctos excitabit, vt Appiū Cæcū apud hunc & patria ipsa exclamabit, aliquémque (vt apud
Inuect. 1. Ciceronem in oratione contra Catilinam in senatu) alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationem, & vt
Philip. 2. superlationum quoque eriget: Quæ Charybdis tam vorax & , Oceanus medius fidius ipse. Nota sunt enim iam sed dioſis hæc lumina. Hic deos ipsos in congressum proferet
Pro Milo. sermonémque deducet, Vos enim Albani tumuli atq; lucus vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ, sacrorū populi Romani sociæ & æquales. Hic iram, hic misericordiam inseret, hic dicet, Te vidit, & fleuit, & appellauit. & per omnes affectus tractatur. Hinc itaque illuc sequetur, nec decoris deſiderabit. Quare si ex tribus his generibus necessario sit eligendum vnū, quis dubitet hoc præferre omnibus, & validissimum alioqui, & maximis quibusque causis accommodatissimum? Nam & Homerus breuem quidem eum animi iucūditate, & propriam, (id enim est nō errare verbis) & carentem superuacuis eloquentiam Menelao dedit,
Iliad. γ. quæ sunt virtutes generis illius primi. Et ex ore Nestoris
Iliad. α. dicit

dixit dulciorem melle profluere sermonem: qua certè delectatione nihil fingi maius potest. Sed summam aggressus, Iliad. γ. vt in Vlysse, facundiam, magnitudinem illi iunxit: cui orationem niuibus hybernis copia uerborum atque impetu parem tribuit. Cum hoc igitur nemo mortalium contendet: hunc vt deum homines intuebuntur. Hanc vim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes comparat: hæc est vera dicendi facultas. Sed neque his tribus quasi formis inclusa eloquētia est. Nam vt inter gracile validumque, tertiū aliquid constitutum est: ita horū interualla sunt. Atque inter hæc ipsa mistum quiddam ex duobus medium est eorum. Nam & subtili plenius aliquid atque subtilius, & vehementi remissius atque vehemētius inuenitur: vt illud lene aut ascendit ad fortiora, aut ad tenuiora summittitur: ac sic propè innumerabiles species reperiuntur, quæ vtiq; aliquo momento inter se differāt: sicut quatuor generaliter uentos à totidem mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medij eorum, varietate regionum ac fluminum proprie deprehendantur. Eademque musicis ratio est, qui cum in cithara quinque constituerunt sonos, plurima deinde varietate complent spatia illa neruorum, atque iis quos interposuerunt, inserunt alios, vt pauci illi transitus multos gradus habeant. Plures igitur etiam eloquētiæ facies, sed stultissimum quærere ad quam rectiurus se sit orator: cùm omnis species, quæ modò recta est, habeat vsum, atque id ipsum omne sit oratoris, quod vulgo genus dicendi vocant. Vtetur enim, vt res exiget, omnibus: nec pro caussa modò, sed & pro partibus caussæ. Nam ut nō eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis, & de interdictis ac spōsionibus, & de certa re credita dicet, sententiarū in senatu, & cōcionum, In Comœdia. In Nebulis.

& pri

& priuatorum consiliorum seruabit discrimina, vitam ex differentia personarum, locorum, temporúmque mutabit: ita in eadem oratione aliter conciliabit, non ex iisdem partibus iram & misericordiam petet: alias ad docēdum, alias ad mouendum adhibebit artes. Non vnus color proœmij, narrationis, argumentorum, egressionis, perorationis, seruabitur. Dicet idem grauiter, seuerè, acriter, vehementer, concitatè, copiosè, amarè, comiter, remissè, subtiliter, blandè, leniter, dulciter, breuiter, vrbanè, nō vbique simul, sed vbicunque par sit. sic fiet tum id propter quod maximè repertus est vsus orationis, ut dicat & vtiliter, & ad efficiendum quod intendit, potenter: tum laudem quoque nec doctorū modò, sed etiam uulgi consequetur. Fallūtur enim plurimùm, qui vitiosum & corruptum dicēdi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lasciuit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris, si leuiter excutiantur, floculis nitet, aut præcipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit: magis existimant populare atque plausibile. Quod quidem placere multis nec inficior, nec miror. Est enim iucundioris ac fauorabilis qualiscunque eloquentiæ, & ducit animos naturali voluptate vox omnis, neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli: quo minus mirum est quòd nulli non agentium parata uulgi corona est. Vbi verò quid exquisitius dictum accidit auribus imperitorum, quælecunque id, quod modò se ipsi posse desperent, habet admirationem: neque immeritò: nam ne illud quidē facile est: Sed euanescunt hæc atque emoriuntur cōparatione meliorum: vt lana tincta fuco citra purpuram placet: at si contuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruatur, vt Ouidius ait. Si uerò iudiciū his corruptis acrius adhibeas, ut

bucenis

buccinis purpuram: iam illud quod fefellerat, exuat mentitum colorem, & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat. Luceat igitur hæc citra ſolem, vt quædam* exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique mala multi probant, nemo improbat bona. Neque uerò omnia iſta de quibus locuti ſumus, orator optimè tãtùm, ſed etiam facillimè faciet. Neque enim vis ſumma dicendi eſt admiratione digna, ſi infelix vſque ad vltimum ſolicitudo perſequitur, ac oratorem macerat & coquit, ægrè verba uertentem, & perpendendis coagmentandisque eis intabeſcentem. Nitidus ille, & ſublimis, & locuples, circunfluentibus vndique eloquentiæ copiis imperat. Deſinit enim in aduerſa niti, qui peruenit in ſummum. Scãdenti, circa ima labor eſt: cæterùm quantum proceſſeris, mollietur dies & lætius ſolum. Et ſi hæc quoque iam leuius ſuprema perſeuerantibus ſtudiis euaſerit, inde fructus illaborati offerunt ſeſe, & omnia ſponte proueniunt: quæ tamen quotidie niſi decerpantur, areſcunt. Sed & copia habet modum, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt: & nitor ille cultum virilem, & inuentio iudicium. Sic erunt magna, non nimia: ſublimia, non abrupta: fortia, non temeraria: ſeuera, non triſtia: grauia, non tarda: læta, non luxurioſa: iucunda, non diſſoluta: plena, non tumida. Similis in cæteris ratio eſt. Tutiſſima ſerè per medium uia, quia vtriuſque vltimum vitium eſt.

* Lampyridas Græci vocant Horatius nocãtilucam, Cicero Nitendulam.

Quæ poſt finem ſtudia. CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Oratorem emeritum, & iam vel ætate vel alio incommodo ingraeſcentem, maturè ceſſare ab opere iubet: non ita tamen, vt ſe ocio dedat, ſed vt vel hiſtoriam ſcribat, aut præceptis eloquentiæ, formã-

diſque

dísque nouis oratoribus operam det, suo Ciceroníque exemplo. Deinde excusat præceptorum magnitudinem, & extenuat non in artibus tantùm ac rerum cognitione percipienda, sed etiam in moribus: & nos ingenij ac voluntatis nostræ admonet, in qua situm sit vt boni viri esse velimus, cùm ad virtutem & bonestatem nati simus. Ingenij vim immensam esse, modò in artibus discendis (quod ex solius adolescentiæ spatio fieri possit) rationem & ordinem & modum adhibeamus, nec indulgeamus vitiis quorundam præceptorum, & nos ipsi finem in scholis maturè faciamus. Rerum autem cognitionem, vsum nobis & lectionem allaturam esse, nec ita multo tempore, si studiis iis otium & horas vacuas impendamus. Id exemplis illustrium & doctissimorum virorum confirmat, quibus non spem eloquentiæ studiúmque capessendum hortatur, nec remittendum conatum, quo minus, si ad summa non poterimus, saltem ad aliquem locum perueniamus.

His dicendi virtutibus vsus orator in iudiciis, contiliis, cõcionibus, senatu, in omni denique officio boni ciuis, finem quoque dignum & optimo viro, & operę summę dignum faciet: non quia prodesse vnquam satis sit, & illa mente atque illa facultate prædito no cõueniat operis pulcherrimi quamlongissimum tempus, sed quia decet hoc quoque prospicere, ne quid peius quàm fecerit, faciat. Nec que enim scientia modò constat orator, quæ augetur annis, sed voce, laterum firmitate: quibus fractis aut imminutis ætate seu valetudine, cauẽdum est ne quid in oratore summo desideretur, ne interfistat fatigatus, ne quæ dicet, parum audiri sentiat, ne se queratur priorem. Vidi ego longe omnium quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem, Domitium Afrum, valde senem, quotidie aliquid ex ea quam meruerat autoritate perdentem, cùm agente illo quem principem fuisse quondam fori non erat dubium, alij (quod indignum videbatur) riderent, alij erubescerent. quæ occasio illis fuit dicendi, malle eum deficere quàm desinere. Neque erant illa qualiacunque mala, sed minora. Quare antequam in has ætatis veniat insidias recipi-

can-

canet, & in portum integra naue perueniet. Neque enim minores eum cùm id fecerit, studiorum fructus sequentur. Aut ille monumenta rerum posteris, aut, vt L. Crassus in libris Ciceronis destinabat, quærentibus tradet, aut eloquentiæ componet artem, aut pulcherrimis vitæ præceptis dignum os dabit. Frequentabunt verò eius domum optimi iuuenes more veterum, & veram dicendi uiam uelut ex oraculo petent. Hos ille formabit quasi eloquentiæ parens, & vt uetus gubernator, littora & portus, & quæ tempestatum signa, quid secundis flatibus, quid aduersis, ratis poscat, docebit: non humanitatis solùm communi ductus officio, sed amore quodam operis. Nemo enim minui velit id, in quo maximus fuit. Quid porrò est honestius, quàm docere quod optimè scias? Sic ad se Cælium deductum à patre Cicero profitetur. Sic Pansam, Hircium, Dolabellam in morem præceptoris exercuit, quotidie dicens, audiensque. Ac nescio an eum tunc beatissimum credi oporteat fore, cùm iam secretus & consecratus, liber inuidia, procul à contentionibus, famam in tuto collocarit, & sentiat viuus eam quæ post fata præstari magis solet, uenerationem, & quid apud posteros futurus sit videbit. Conscius sum mihi, quantum mediocritate valui, quæque antea scierim, quæ que operis huiusce gratia potuerim inquirere, candidè me atque simpliciter in notitiam eorum, siqui fortè cognoscere voluissent, protulisse. Atque id viro bono satis est docuisse quod scierit. Vereor tamen, ne aut magna nimium uidear exigere, qui eundem uirum bonum esse, & dicendi peritum uelim: aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis, morum quoque præcepta, & scientiam iuris ciuilis, præter ea quæ de eloquentia tradebantur, adiecerim: quique hæc operi nostro

De orat. 1.

Cicer. Epistol. Famil. 1x. & Sueto. de Rhetor. illust.

nostro necessaria esse crediderim, uelut pŏdus rei perhorrescant, ac desperent ante experimentum. Sed hi primum renuntient sibi, quanta sit humani ingenij vis, quàm potẽs efficiendi quæ velit, cùm maria transire, syderum cursus numerósque cognoscere, mundum ipsum penè dimetiri, minores sed difficiliores artes potuerint. Tum cogitent, quantam rem petant, quámque nullus sit hoc proposito præmio labor recusandus. Quod si mente conceperint, huic quoque parti facilius accedent, ut ipsum iter neque imperuium, neque saltem durum putẽt. Nam id quod prius quódque maius est, vt boni viri simus, voluntate maximè constat: quam qui uera fide induerit, facilè easdem quæ virtutem docent artes accipiet. Neque enim aut tam perplexa, aut tam numerosa sunt quæ premunt, vt non paucorum admodum annorum intentione discantur. Longam enim facit operam, quòd repugnamus. Breuis est institutio uitæ honestæ beatæq; , si credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeóque discere meliora uolentibus prŏptum est, ut uere intuenti mirum sit illud magis, malos esse tam multos. Nam vt aqua piscibus, vt sicca terrenis, circunfusus nobis spiritus uolucribus conuenit: ita certè facilius esse oportebat, secundum naturam, quàm contra eam uiuere. Cætera verò, etiam si ætatem nostram non spatio senectutis, sed tempore adolescentiæ metiamur, abunde multos ad discendum annos habent. Omnia enim breuiora reddet ordo, & ratio, & modus, sed culpa est in præceptoribus prima, libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quò difficilius sit quod pollicentur, partim etiam inscitia tradendi, uel negligentia: Proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, quàm discere quæ nondum scimus, me-

lius

lius putamus. Nam vt de nostris potissimum studiis dicã, quid attinet tam multis annis, quàm in more est plurimorum, (vt de his à quibus magna in hoc pars ætatis absumitur, taceam) declamitare in schola, & tantum laboris in rebus falsis consumere, cum satis sit modico tempore imaginem veri discriminis, & dicendi leges comperisse? Quod non dico quia sit vnquam omittenda dicendi exercitatio, sed quia non sit in vna eius specie consenescendum. Cognoscere enim, & præcepta viuendi perdiscere, & in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. Dicendi ratio talis, vt non multos annos poscat. Quælibet enim ex iis artibus quarum prius habui mentionem, in paucos libros conferri solet. adeò infinito spatio ac traditione opus non est. Reliqua est, quæ vires citò facit, consuetudo. Rerum cognitio quotidie crescit, & tamen multorum ad eas librorũ necessaria lectio est, quibus aut rerum exempla ab historiis, aut dicendi ab Oratoribus petuntur. Philosophorum quoque consultorúmque opiniones, sicuti alia, velimus legere necessarium est. Quæ quidem possumus omnia: sed breue nobis tempus nos facimus. Quantulum enim studiis impartimur? Alias horas vanus salutandi labor, alias datũ fabulis otium, alias spectacula, alias conuiuia trahunt. adhuc tot genera ludendi, & insanam corporis curam. Trahat indè peregrinatio, rura, calculorum anxiæ solicitudines, multæ causæ libidinum, & vinum, & flagitiosus omni genere voluptatum animus. Ne ea quidem tempora idonea, quæ supersunt. Quæ si omnia studiis impenderentur, tam nobis longa ætas, & abunde satis ad discendum spatia viderentur: & diurna tantum computantibus tempora, & noctes, quarum bona pars omni somno longior est, adiuuarent. Nunc computamus annos, non quibus studuimus

ſed quibus viximus. Nec verò ſi Geometræ, & Grammatici, cæterarúmque artium profeſſores omnem ſuam vitã, quamlibet longa fuerit, in ſingulis artibus conſumpſerũt, ſequitur vt plures quaſdam vitas ad plura diſcenda deſideremus. Neque illi didicerunt hæc vſque in ſenectutem, ſed ea ſola didiciſſe contenti fuerunt, ac tot annos in vtendo, non in percipiendo exhauſerunt. Cæterùm vt de Homero taceam, in quo nullius non artis aut perfecta aut certè non dubia veſtigia reperiuntur: vt Eleum Hippiam tranſeam, qui non liberalium modò diſciplinarum præ ſe ſcientiam tulit, ſed veſtem & annulum, crepidáſque, quæ omnia manu ſua fecerat, in vſu habuit, atque ita ſe præparauit, ne cuius alterius ope egeret, néue vllius rei: Gorgias quoque ſummæ ſenectutis, id quærere auditores, de quo quiſque vellet, iubebat. Quæ tandem ars digna literis Platonem defuit? Quot ſeculis Ariſtoteles didicit, vt non ſolùm quæ ad philoſophos atque Oratores pertinent, ſcientia compleƈteretur, ſed animalium ſatorúmque naturas omnes perquireret? Illis enim hæc inuenienda fuerunt, nobis cognoſcẽda ſunt. Tot nos præceptoribus, tot exemplis inſtruxit antiquitas, vt poßit videri nulla ſorte naſcendi ætas felicior, quam noſtra, cui docendæ priores elaborauerunt. Marcus Cenſorius Cato, idem orator, idem hiſtoriæ conditor, idem iuris, idem rerum ruſticarum peritiſſimus, inter tot operas militiæ, tantas domi contentiones, rudi ſeculo literas Græcas ætate iam declinata didicit, vt eſſet hominibus documento, ea quoque percipi poſſe, quæ ſenes concupiſſent. Quam multa, imò penè omnia tradidit Varro? Quod inſtrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? cum etiam Cornelius Celſus mediocri vir ingenio, non ſolùm de his omnibus conſcripſerit artibus, ſed amplius

plius rei militaris, & rusticæ etiam, & medicinæ præcepta reliquerit? dignus vel ipso proposito, vt eum scisse omnia illa credamus. At perficere tantum opus, arduum est, & nemo perfecit. Ante omnia sufficit ad exhortationem studiorum, non capere id rerum naturam, vt quicquid non est factum, ne fieri quidem possit: cum omnia quæ magna sunt atque admirabilia, tempus aliquod quo primùm efficerentur, habuerint. Quantum enim Poëtis ab Homero & Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene atque Cicerone. Denique quicquid est optimum, antè non fuerat. Verùm etiam si quis summa despe-
ret (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, facultas, præ-
ceptor, non deerunt?) tamen est (vt Cicero ait) pulchrum in secundis tertiisque consistere. Neque enim si quis Achillis gloriam in bellicis consequi non potest, Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur: neque qui Homeri, non Tyrtæi. Quinimo si hanc cogitationem homines habuissent, vt nemo se meliorem fore eo qui optimus fuisset, arbitraretur: ij ipsi qui sunt optimi, non fuissent: neque post Lucretium ac Macrum Virgilius, neque post Crassum & Hortensium Cicero, sed nec alij postea vicerint. Verùm vt
transeundi spes non sit, magna tamen est dignitas subsequendi. An Pollio & Messala, qui iam Cicerone arcem tenente eloquentiæ, agere cœperunt, parum in uita dignitatis habuerunt, parum ad posteros gloriæ tradiderunt? Alio qui pessimè de rebus humanis perductæ in summum artes mererentur, si quod optimum fuisset, defuisset. Adde quòd magnos modica quoque eloquentia parit fructus: ac siquis hæc studia vtilitate sola metiatur, penè illi perfectæ par est. Neque erat difficile, vel veteribus vel nouis exemplis

palam facere, non aliunde maiores honores, opes, amicitias, laudem præsentem futuram hominibus contigisse, si tamen dignum literis esset, ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atque ipsa possessio plenissimam studiis gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem, more eorum qui a se non virtutes, sed voluptatem quæ fit ex virtutibus, peti dicunt. Ipsam igitur orandi maiestatem, qua nihil dij immortales melius homini dederunt, & qua remota muta sunt omnia, & luce præsenti & memoria posteritatis carent, toto animo petamus, nitamurque semper ad optima: quod facientes, aut euademus in summum, aut certe multos infra nos videbimus.

Habes Marcelle Victori, quibus præcepta dicendi pro virili parte adiuuari posse per nos videbantur: quorum cognitio studiosis iuuenibus si non magnam vtilitatem afferet, at certe, quod magis petimus, bonam voluntatem.

M. FAB. QVINTIL. DE INSTITV-
tione oratoria ad Marcellum Victorium libri duodecimi & vltimi finis.

INDEX ALPHABETICVS IN XII. M. FAB. QVINTILIANI LIBROS DE INSTITVTIONE ORATORIA.

AB præpositio. 42
Abdicationum actiones & formæ. 426
Ablatiuo casu Græci carent. 40
Ablatiuo naturalis inest amphibolia. 439
Abstemius quomodo in scribendo diuidendum. 53
Abusio interdum necessaria. 452.492. vide κατάχρησις
Abusionis à translatione discrimen. 494
Accentus latinis minus suaues quàm Græcis. 740
Accentuum regula apud latinos, & variatio. 34
Accidentia claritatem orationi adferunt. 470
Accius Nauius cotem ferro incidit. 371
Accius poëta tragicus. 600
Accij tragœdi responsum cur causas non ageret. 324
Achillis hasta Pelias. 478
ἀκόλουθα, consequentia. 291
Acor in cibis interim iucundus. 539
Acre, ornatus genus. 473
Acumen in docendo adhibere oportet. 746
Acuminis in altercando vtilitas. 382
Accuratè non callidè videri dicere conandum. 218
Accusare quàm defendere facilius. 316
Accusatio defensionem præcedit. 147
Accusatio mutua, quæ & ἀντικατηγορία. 299. 407
Accusationeac defēsione quę constant, triplex coniecturæ genus habent. 403
in Accusatione concitandus aut indignatione complēdus iudex. 579
Accusatoris dictio animaduertenda. 316.321
Accusatoris munus aliquando capessendum. 723
Accusatorem cōciliātia. 342
Accusatoria vita & delatoria, latrocinio proxima. 724
Actio omnis in duas partes diuisa. 621
Actionis vires. 430
Actiones pœnariæ. 425
Actiones secundæ. 209
Actiua vox in patiendi verbis, & contra. 534
Actor ipse affectibus moueatur, vt alios moueat. 356
Actor vires suas metiatur. 349
Actoris in caussa quæ primo,

medio, ac nouissimo loco ponenda. 382
Actori & reo cõmunia. 34.
ἄκυρον, quòd & improprium 451
Acutæ syllabæ ratio apud latinos. 35
Ad, quomodo scribendũ. 51
Ad verbũ an ediscendũ. 662
ἀολλανόηλα quæ dicãtur. 454
Addictus, an seruus sit 288
Additio & abiectio figuris etiam annumerantur. 536
Adiectionis figuræ. 539
ab Adiunctis argumẽta. 391
Admirabile causſę genus quod dicatur. 215
Admirationis gestus. 683
Admirationi interrogatio cõuenit. 512
ἀδρὸν, id est grande & robustum dicendi genus. 746
Aduersæ partis momenta nõ minus quàm nostræ cogitanda. 390
Aduersæ partis patronus cõuitiis nõ lacessendus. 731
Aduersarius errans, trahendus, & longissime abducendus. 173
Aduersarij dictum quomodo refutari debeat, intuendũ 318
Aduersarij dicta aut responsa seu cogitata quomodo anteuertenda. 343
Aduersarij persona quomodo impugnanda. 211
Aduersario ac nobis siquid sit commune, quomodo id tractandum. 391
Aduersario aliquid minus interim dandum, vt maius eximatur. 385
Aduersariorum dicta quomodo referenda. 215
Aduersariorum obiecta quomodo tractanda. 386
Adulatio oratori indecora. 516
Adultera omnis, etiam veneficа. 301
Aduocatus quàm litigatoris ciuilius agit. 216
Aduocatus vir bonus esse creditur. 209
Aduocatus improbus, malæ causæ argumentum. 210
ex Aduocatis diuersæ partis, iudex non eligendus. 266
Aelius Stolo. 600
Aemulatio inter paruulos excitanda. 11
Aemulatio laude excitatur. 18
Aemulatio profectus in literis alit. 18
Aenigma, allegoria obscurior. 496
Aeolica lingua latinæ simillima. 48
Aequalitas pronuntiationis. 672
Aequitas in fine causſarum plerunque tractatur. 402
Aequitate & voluntate cõtra scriptum pugnandũ. 432
Aeschylus poëta tragicus. 593
Aeschines hypocrites orator an fuerit. 128

Aeschinis in Demosthenem locus. 344.666
Aeschines orator. 595.739
Aeschinis exilium. 738
Aesopi fabulę pueris primùm tradendæ. 60
Eius an hæ sint. 304
Aetas ad discendũ longa. 77
Ab ætate vt ducantur argumenta. 282
Affectatio maxime cauenda. 579
Affectatione nihil odiosius. 49
Affectuum damnatio. 258
Affectuum mouendorum difficultas. 351 summa. 356
Affectuum species duæ. 352
Affectus, alij veri, alij ficti. 676
Affectus Athenis mouere vetitum. 123.341
Affectus calor etiam imperitis verba extorquet. 630
Affectus licite aliquando mouentur. 130
Affectus etiam in narratione mouendi. 243
Affectus non vbique locum habent. 158
Affectus nonnunquã in scribendo sequendi. 616
Affectus philosophis vitia sunt. 641
Affectus quando mouendi. 254.349.
Affectus quò prosint. 355
Affectus risu soluuntur. 359
Afranius poëta. 600
Afri Domitij dictum. 374
Africanus prior tribu. pleb. cessit. 638. Eius in dicendo vires. 736
Africani oratores. 736
Agatharchus. 656
In agendo aliud alium decet. 696
Agendum neque pro solis potentibus neq; pro solis humilibus. 741
Agẽdúmne sẽper gratis. 741
Ager, quòd in eo aliquid agitur. 49
Aglaophon pictor. 735
Agnominatio. 545
Agnõ cõtra rhetoricam. 128
Ai, diphthõgi, & æ, ratio. 53
Aiax atonitus. 678
Aiax, vox ambigua. 137
Aiio gemino ij scribi placuit Ciceroni. 26
ἀσυμπερόητον quid. 304
αἰλιολογία. 551
κατ' αἴσθησιν status. 166
αἴλιον & αἰλία differunt. 201
Alacritatis signũ in pueris. 21
Albutius rhetor. 121
Albanus & albẽsis ab alba. 65
Alcamenes statuarius. 736
Alcæus poëta. 593
Alcidamas Eleates. 144
ἀλληγορία, quæ & inuersio 495. paruis quoque ingeniis seruit. 496
Allegoriæ vsus. 497
ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα quomodo tractanda. 292
ἀλλοίωσις. 550
Alexander Macedo Aristotelis discipulus. 11

Aliena iocis finguntur. 375
Aliena nemo diu plorat. 346
Alienum nemo probus desideret. 306
Alieno labore nemo diſertus. 442
Alienis fauemus, nobis inuidi. 41
Aliter dicere & aliter ſcribere an aliquando oratori liceat. 745
Aliud ex alio augetur. 477
ἄλογος τρίβη. 629
Altercatiõis cõſideratio. 380
Altercator iracũdiæ vitio careat. 382
Amantes de forma non iudicant. 352
Amarũ, ornatus genus. 473
Amat fieri, pro ſolet. 536
Amatorium. 419. 435. 485
Ambigui ſeu amphiboliæ cõſideratio 437
Ambiguitas, quæ & ἀμφιβολία. 168
Ambiguitas in primis vitanda. 454
Ambiguitas pluribus modis accidit. 437
Ambiguum ius & obſcurum differunt. 440
Ambitio, virtutis cauſſa. 18
Ambitioſi aduocati. 727
Ambitus duplex in cauſſis agendis vitandus. 724
Ambitus quõ refellẽdus. 224
Ambulatio voci confert. 643
Amicitiæ firmiſsimæ in ſcholis conciliantur. 18
Amictus mutatio. 691
Amictum à matre traditum ſolicitè cuſtodire, Græcorum adagium. 334
Amor cęcus. 352
Amoris prętextu inuidiã ferri. 353
ἀμφιβολία. 199. 437
Amphibolia vrbanitate prętiatur. 367
Amphiboliæ ſolutiones. 438
Amphibrachys. 568
Amphictyonũ iudiciũ. 297
ἀμφισβητοῦν cauſę genus. 215
Amphimacrus. 568
Amplificationis cõſideratio. 473
An, Aut, quõ vſurpentur. 38
An ſit, quid ſit, quale ſit, inuentus omnibus quęri. 283
ἀναγκαῖον. 531. 532
ἀναισχυντία. 340
Analogia maxime rationem præſtat. 43. Eius vſus, ibidem. non vbiq; locũ habet 44. quomodo inuenta. 45
ἀναμνησις. 531
Anapęſtus. 568
ἀναστευὴ καταστευὴ. 89
ἀνασροφὴ, quę & reuerſio. 37
Anaximenes rhetor. 152
Anceps cauſſę genus. 215
Andronicus hypocrites. 666
ἀνθυφαίρεσις actio. 219
Anima immortalis eſt. 330
Animalia irrationalia vnde dicta. 125
Animus diſcentis quomodo tractandus. 21
Animi coniectura quomodo tractanda. 413. 402

ab

ab Animi natura vt ducantur argumenta. 282
Animi præstantia, oratori necessaria. 720
Animorum tam multę quàm corporum formę 101
Animorum vitia. 181
Anno quoto ætatis incipiendum studere. 9
ἀνθηρὸν, id est floridum dicendi genus. 745
ἀνθυποφορὰ. 531.549
ἀνοικονόμητον. 467
ἀνταπόδοσις. similitudinis 471
ἀνταπόκλασις. 546
ἀντέγκλημα. 422
ab Antè dictis factísque vt ducantur argumenta. 283
Antidotorum compositio ex diuersis. 62
ἀντίθετον. 531.548
Antigerio, vetustũ verbũ. 482
ἀντικατηγορία. velut duæ lites. 199.403
ἀντίληψις. 422
Antimachus poëta. 591
ἀντιμετάβολη. 549
ἀντίνομία. 168.392. Eius consideratio. 434
Antipater Sidonius extẽpore le carmẽ edere poterat. 631
Antiphilus pictor. 736
Antiphon orator omniũ primus orationem scripsit. 144.739
ἀντίφρασις. 497
Antiquitas originis in laude ponitur. 180
Antiquitatis nimia affectatio cauenda. 97
Antiquos bonos ferè esse, legendósq; cum iudicio. 551
ἀντιρρησις. 531
ἀντίστασις. 423
Antocides orator. 739
ἀντωνομασία. 492
Antonius Rufus grammaticus. 37
Antonius Gnipho grammaticus. 48
Antonius orator. 116. Artis dissimulator. 125
Annulis ne impleatur manus. 68
Annuli iudicium. 659
Anxietas quærendi, iudicandi, comparandi quãdo adhibenda. 449
ἀπαγόρευσις. 532
ἀπάλαιστροι. 564
Apelles pictor. 113.736
Apertis in rebus non argumentandum. 311
ἀφέλεια. 472
ἄφοδος. 549
Aphricani ad Neronem dictum. 483
Apicis in scribendo apponendi ratio. 51
Apodixis quid sit. 279
ἀποδείξεις γραμμικαὶ. ibid.
Apollodorus Pergamenus. 145
Apollodori definitio rhetorices. 117
Apollodorei. 145
Apologatio. 305
Apologorum gratia. 374
Apollonius Molon rhetor. 145
Ciceronis præceptor. 723

Apollonius poëta. 591
ἀπόφασις. 520
ἀποφθεγματικὸν serium. 378
ἄπορον ἢ προληπτικὸν. 164
ἀποστόφησις. 472.522.544
ἀποσροφὴ. 219.518.537
Appoſita ſeu epitheta duo vni verbo non ferè iungũtur. 495
Apte dicẽdi cõſideratio. 633
Apud quem dicas, plurimum refert. 643
Aquam perdere. 647
Arator ex oratore. 546
Aratus poëta. 592
Archidemus rhetor. 165
Archilochus poëta. 592
Archimedis induſtria in Syracuſarum obſidione. 70
Architas. 65
Architectonice. 139
Areus rhetor. 121.145
Areopagitarum iudicium de puero coturnicum oculos configente. 275
Argumentum. 87.279
Argumentorum conſideratio. 278
Argumenta à perſona. 406
Argumentum aliud quàm argumentatio. 237
Argumẽta ex ſimili iure. 307
Argumenta in narratione ali quando ponenda, argumẽtandum nunquam. 242
Argumenta leuia, plura congerenda. 254
Argumenta quo ſermone tractanda. 334
Argumenta vbi reperiantur. 237
Argumenta vitioſa. 321
Argumenta vnde petantur. 281
Argumentorum genera. 295
Argumentorum loci. 218
Argumentorum numeri. 578
Argumentorum ordo aclocus. 583
Argumentorum pronuntiatio. 570.694
Argumentorum ſparſio. 268
Argumentorum vſus. 310
Argumentari, aliud quàm argumentum ponere. 248
Aridus præceptor pueris in primis vitandus. 87
Ariſtarchus & Ariſtophanes poëtarum iudices. 591
Ariſtippus philoſophus. 714
Ariſtophanes poëta comicus 592.593
Ariſtoteles Alexandri Macedonis pædagogus. 11
Ariſtotelis definitio rhetorices imperfecta. 117
Ariſtoteles æmulator gloriæ Iſocratis. 145
Ariſtotelis Rhetoricorum libri tres. 118
Ariſtogiton orator. 719
Ariſton rhetor Critolai Peripatetici diſcipulus. 118
Ariſtophanes comicus. grammaticus. 10
Armorum ſplẽdor ac terror. 587
Arma, virúmque cano, diſtinguitur. 670
ἁρμονία, diſſimilium concordia

dia. 64
Ars aute inuenta quàm docta. 441
Ars, artifex, opus. 114
Ars dicendi an occultanda. 218.245.580
Ars perit si apparet. 245
Ars quid præstet. 442
Ars vana. 136
Artis caput, decere quod facias. 696
Artis cognitio an necessaria sit. 103
Artis definitio. 131
Ars dicendi quibus constet. 113
Artis dicendi præcepta non repugnãt probitati & religioni. 601
Artis initiũ obseruatio. 147
Artis ostentatio veritati officit. 552
Artem decor semper comitetur. 554
Arte cur oratori opus. 707
Artes ad quid prosint. 299
Artes inutiles ingenio carentibus. 6
Artes nudæ succum ingenij bibunt. 6
Artes reliquæ, nẽpe liberales ac mathematicę, quatenus oratori necessariæ. 63
Artes sine experiẽtia parum prosunt. 97
Artium diuisio quomodo facta sit. 4.133
Artium inuentio Mineruæ tribuitur. 179
Artium inuentiones vt sint factæ. 298
Artium scriptores antiquissimi. 144
Artium scriptores diligentissimi ab eloquentia longissime abfuerunt. 444
Articulos Latini non desiderant. 27
Artifex rhetorices. 115
Artificialis probationis consideratio. 272
Aruspex quomodo in scribẽdo diuidendum. 52
ἀσχήμαλον. 467
ἀσχηματίς & oratio. 504
Asianum dicendi genus. 738
Asiani orãtores. 446
As syllabam finalem nominatiui in masculinis quidam in a vertebant. 40
Asinius Pollio orator. 210 601.610. is Liuij patauinitatem notauit. 450. Idẽ omnium horarum. 384
Asinus albus dictus Iunius Bassus. 378
Aspasia Xenophontis vxor. 306
Aspera auditu verba, rebus atrocibus conueniũt. 460
Asperitas mollienda. 651
Asperis iãbi conueniunt. 578
Aspirationis nota, & contraria. 25
Aspirationis ratio temporibus variata. 33
Assentatoribus iudex maxime fauet. 182
Assentio, assentior, idem. 32. 534

Assumptiua causſa 422
ἄτρωμος. 497
Astrologia. 133
ἀστωϑέλιτον. 543
in Asynderis oratio decresce re non debet. 558
Auersa pro abuersa veteres quidem dicebant. 741
At,& Ad,differunt. 51
Attacinus Varro poëta 597
ἀτεχνία. 135
ἄτεχνοι probationes. 259
Athenæus Hermagoræ æmulus 145
Athenis quàm Lacedæmone ſtudia literarum maiore in honore erant. 182
Athletæ forma. 669 458
Athletarum corpora nõ ſunt naturalia. 742
Athenarum ſapor, Atticiſmos. 378
Athenodorus Rhodius contra Rhetoricam. 108
Atrocitas vnde ducatur ac augeatur. 343
Atroci in cauſſa non iocandum. 372
Atrocitate crimina defendi indignum. 408
Attētio & beneuolentia principiis poſtulanda 214
Atticum dicendi genus optimum. 738
Attice nimium loqui, vitioſum deprehenſum. 449
Atticus orator. 145
Audacter,an audaciter. 45
Audiendi fitis. 362
Auditor qũo parandus. 209
Auditorum frequentia extẽporalis dicendi facultas ex citatur. 632
Auditorum tria genera. 161
Auditu iucũdior ſyllaba,quæ plus habet ſpiritus. 460
Auerſo pollice demonſtrare. 683
Augẽdæ orationis modi. 475
Auguſti epiſtolæ. 54
Auguſti facete dicta. 369
Aulœdi fiunt; qui citharœdi eſſe non poſſunt. 472
Aurium iudicium. 575
Autores à Quintiliano recẽſiti ex quibus verborum copia comparetur. 590
de Autoribus legendis opiniones. 589
Autoritas dicentis quantum habeat momenti. 245
Autoritas etiam in cauſſam adhibetur. 307
Autoritas in ſuaſoria & conſiliis multum valet. 186
Autoritas magnifico cultu paratur. 446
Autoritas quomodo emerenda, 244 tuenda 346
Autoritas vnde petenda. 43
Autoritatis veterum obſeruatio qualis eſſe debeat. 49
Autoritatis receptæ & notæ verecundiæ vim dicendi petulẽtia nõ laceſſendi. 365
Autoritati non nimis fidendum. 586
Autorum enarratio & prælectio,grammatici muneris. 59 95

Autorum quædam insignia maxime ediscenda. 100
Autorum virtutem inde cognoscimus, quòd imitari non possimus. 621
αὐτὸς ἔφα, ipse dixit. 640
Autumo, tolerabile vocabulum. 461
ἀυλησεις. 438
ἀξία. 169

B

B, litera in aliarum locum data. 26
B, & d, literæ asperæ in fine syllabarum. 741
B, in p f, & h, versum. 26
Bacchius. 568
Balare, factum verbum. 42
Balæna pro phalæna. 26
Barbam parum decoram existimantes. 313
Barbarissimus vbi committitur. 31. Eius species. 32
Bassus Aufidius historicus. 600
Beatitas, beatitudo. 462
Belli potestas Marti competit. 176
Bene dicere, ac bene scribere, vnũ atq; idem esse. 740
Bene scribẽdo fit vt citò scribamus, non contrà. 614
benevolentia vnde ducitur. 209
Benevolẽtia & attentio principiis postulanda. 216
Bibaculus poëta. 599
Bibere aut esse inter agendũ, indecorum. 689
Biennio omnia ferè loquuntur pueri. 75
Bipennis quid, & vnde. 26
Bis idẽ sæpius dicimus. 621
Bona dextra, mala sinistra. 366
Bona facilè in peius mutantur. 8
Bona nemo improbat, mala multi probant. 748
Bonitate sua fidem orator facit. 354
Brachia oratoris in actione qualia sint. 73
Βραχυλογία. 472 552 543
Breuis syllaba, vnius temporis. 562 in fine pro Lõga accipitur. 571
Breues syllabæ celerẽ ac mobilem orationem reddunt. 568 Vide Longa syllaba.
Breuium verborum multorũ contextus vitiosus. 562
Breuitas ac copia quo constet. 576
Breuis narratio quî fiat. 230
Breuitas nimia, vitiosa. 457
Breuitas nõ sit inornata. 31
Breuitatem obscuritas sequitur. 472
Breuitas Sallustiana vitanda. 231
Bruges pro Phryges olim. 26
Bruta quoque meminerunt. 656
Brutus philosophus. 604
Bruti in dicẽdo grauitas. 737
Eius epistolæ. 567
oratio pro Milone. 586 176
Brutorum etiam affectus signis quibusdam colliguntur.

tur. 677
Busyris ac Clytemnestræ laudes. 126

C

C, litera ad omnes vocales vim suam perfert. 52
C. Caius notat, Ɔ inuersa Caia. 52
C, litera scripta, nonnũquam G pronuntiatur ibidem
C, & T, in g, ac d, molliuntur. 71
Cæcilius rhetor. 145
Cæcilius poëta comicus. 599
Cacophaton, orationis vitium. 464
Cacozeliæ vicina hyperbole 466 500
Cædi an deceat pueros. 22
Cælibes vnde dicti. 49
Cælius orator. 602
Cælij asperitas. 610
Eius de virei, defensio. 644
indoles docendi. 737
Cæsar Augustus duodennis auiam pro Rostris laudauit. 721
C. Cæsar Catonem vituperauit. 183
C. Cæsar orator quãtus. 602
C. Cæsaris argutè dictũ 375
Cæsaris de analogia libri. 55
Cælatis dicendi vis. 610. 737
Cæsius Bassus poëta. 599
C. Artorius Proculus rhetor. 501
C. Carbo etiã in tabernaculo dicendo exercebatur. 632
C. Cassij dictum. 375
C. Gracchus orator concionans tonoria fistula vtebatur. 66 Eius vis pronuntiandi. 665
C. Lusius tribunus à milite cæsus. 202
Caius scriptum, Gaius pronunciatur. 54
C. Sicinius orator. 688
C. Valgius rhetor. 145
Calamis statuarius. 736
Calceos veteres non vendis quidẽ, sed emis, Iunij Bassi dicterium. 371
Callidius pro domo Ciceronis dixit. 586 Eius in dicendo subtilitas. 737
Calidum, an caldum, 45
Calliditas oratorum. 56
Calliditatis vitanda suspicio 245
Callimachus poëta elegus. 592
Calon statuarius. 736
Calor cogitationis. 615
Caluus orator. 603. 732 Eius in dicendo sanctitas. 737 Iudicium. 610
Canali pleniore fluere. 695
Canina eloquentia vitanda 737
Cano, medium verbum. 494
Canopitæ pro Canobitæ. 31
Canthus quid sit. 31
Cantum vocis, neruorum inciata concordia iuuat. 295
Capsis, vnde compositũ. 41
Caput quid significet. 205
Caput oratoris ac oculi nec alia corporis inclinationes dissideant. 71
Caput generale statũ voca-

Theodorus, vt ad quod referantur omnia. 163
Capita generalia, specialia. 201
Capitales causſæ accuratum dicendi genus exigũt. 459
Capitis gestus. 677
Cariæ rhetores cãtores. 675
Carmen prius ortũ est, quàm carminis obseruatio. 573
Carmẽ quomodo legendum. 57
Carmina etiam oratori scribenda. 623
Carminibus scribendis infelix Cicero. 639
Carneadis disputatio. 707
Casnar. 32
Cassellionis festiuum dictum. 374
Cassius Seuerus. 603
Cassij Seueri agendi formula Quintiliano improbata. 645
Castorem media longa quidam afferunt. 40
Casu non iure colliduntur leges. 433
à Casu quomodo ducantur argumenta. 286
Κατάχρησις, quæ & abusio, necessaria est nonnunquã. 452 493
Catius philosophus. 604
Cato eloquens senator. 642
à Cæsare vituperatus. 183
Catones oratores. 736
Catones sapientes. 724
Catonis iudicium de adultera. 308
Catonem vt tractet Cicero pro Muræna. 648
Catullus poëta. 599
Catullus & Lucullus, Ciceronis quidem libri. 599
Cauendi quàm ictum inferẽdi ratio prior. 218
Causſa, casſus, diuisſiones. 55
Causſa eadem diuerso ordine tractata. 390
Causſa in statu. 164
Causſa facti nõ in omnes cõtrouersſias cadit. 202
Causſa iniqua dimittẽda. 725
Causſa in agẽda quæ sint oratori obseruanda. 614
Causſa ipsa in re præsente cõsilium dat. 441
Causſa omnis aut simplex est aut coniuncta. 199
Causſa prius, an persona tractetur. 409
Causſa tota oratori familiariter cognoscenda. 266
Causſæ cardo semper in oculis habendus, 382. quomodo inuestigandus. 390
Causſæ definitio. 157
Causſæ totius œconomia. 441
Causſæ discendæ ratio. 726
Causſæ, plurimæ lites subiacent. 164
Causſæ non ab vltimo repetendæ. 292
Causſæ non plures suscipiendæ, quàm quibus par esſe possis. 732
Causſæ nullæ inuicem omnino similes. 388

Cauſſæ optimæ, ſæpe malis ſimiles. 709
Cauſſæ ſimplices. 175
Cauſſæ totæ familiariter noſcendæ. 381
Cauſſas agendi tempus quãdo incipiat. 721
Cauſſarũ conditio, genus dicendi mutat. 643
Cauſſarum genera quinque. 215
Cauſſarum paruarum ac priuatarum narrationis ſtylus qualis eſſe debeat. 244
Cauſſarũ tria eſſe genera. 151
Cauſſarum tyrocinium. 723
cauſsis à qualibus auſpicandum oratori. 722
Cauſsis bonis malis q; communia. 709
à Cauſsis factorum vel futurorum quomodo ducãtur argumenta. 283
Cauſsis in ſuſcipiendis oratori obſeruanda. 723
Cauſsis omnibus quadripertita ineſt ratio. 174
Cauſſas in ætate prima qui egerint. 721
Cauſſas non omnes in omnibus perſonis valere. 413
Cauſſas quibuſdã in crimini bus quæri nihil attinet. 410
Cauſsidicus. 705
Cedere expedit, vbi vinci neceſſe eſt. 388
Celeritatem ſcribendi cõſuetudo facit. 614
Cenſura veterum grammaticorum. 14
Centumuiri capitalia iudicia diſceptant. 211
Centũuirales cauſſæ in duas haſtas diuiſæ. 160
Cepaſiorum fabula apud Ciceronem. 348
Ceratinæ ac Crocodilinæ quæſtiones. 63
Ceres pro frumento. 491
Ceris ſcribendi ratio, pueris incommoda. 112. Earum in ſcribendo vſus. 611
Cerno, vox ambigua. 437
Certaminum ſacrorum cantus. 555
Ceruicis in actinoe geſtus. 72 680
Χαλκευτικὴ. 141
Χαλκεῶτοι verſus pueris pronũtiandi. 13
Chao geniti. 180
Χαρακτηρισμὸς. 561
Chariſij orationes. 278
Chironomia, lex geſtus. 72
oratori neceſſaria ibidem.
Choreus ſeu trochæus. 588
Χοριαμβος. 61
Chriarum genera plura. ibidem.
Χρόνος. 164
Chryſippus philoſophus. 8
Chryſippus cædi pueros permittit. 21
Chryſippi argutum dictum in Cæſarem. 369
Ciborum quorundã laudes. 179
Ciborum varietas ſtomachi reficit. 71

Cicero à Demosthene desciuit. 580
Cicero à quibusdam reprehensus. 564
Cicero ac Demosthenes lecti plus proderunt quàm præceptor declamans. 97. 589
Cicero circa compositionem maxime laborauit. 554
Cicero græcorum eminentissimos est secutus. 568
Cicero in Asiã ad disciplinas parandas nauigauit. 723
Cicero in rhetoricis Hermagoram sequitur. 203
Cicero in risu immodicus. 359
Cicero mirus repræsentandarum rerum artifex. 468
Cicero notatus in oratione pro Cluentio. 254
Cicero Platonis ac Xenophontis libros aliquot vertit. 620
Cicero quædam sua damnauit. 156. 171
Cicero sexagenarius Popiliã virginẽ ducẽs, irrisus. 372
Cicero sibi ipse pugnat. 203
Cicero triumuirali proscriptione consumptus. 737
Cicero vir bonus fuit. 704
Cicero vnde tantum eloquẽtiæ sibi pararit. 623
Ciceronis artificium. 181
Ciceronis autographa Quintiliani tempore adhuc extabant. 53
Ciceronis Demosthenísque comparatio. 601
Ciceronis discipuli. 751
Ciceronis iactãtia. 217. Eius defensio. ibidem
Ciceronis industria in caussis agendis. 647
Ciceronis iocularis libellus. 500
Ciceronis ioci & vrbanitates, in Accium astutum hominem 376 in Brutũ 365 in mortem Clodij 366 in Coci filium 366 in Curionem 372 ad Cereliam 380 apud Cæsarem 379 in Fabritium 364 in Isauricum 367 in Fabium Dolabellam 372 de Popilia virgine vxore sibi ducta 372 de Memmio homine prælongo 371 in M. Cælium 371 in Sex. Annalem 374 in Sex. Clodium testem 369 in Sphingem Hortẽsij 376 In querentem quòd vxor sua se suspendisset è ficu 375 in Vibium Curium 372. 375 in Vatinij nuntij mortem. 372 de Pompeio & Cæsare 378
Ciceronis laus. 475. 602. 700. 737 Eiúsq; vitia ibi.
Ciceronis perfectio. 755
Ciceronis præstantia in dicendo. 652
Ciceronis prosopopœię. 516
Ciceronis scurrilia dicta. 367
Ciceronis vrbane dictorum libri tres. 360
Ciceroni plus est quod adimas, quã quod addas. 704

Cinnæ Smyrna nouem annis scripta. 619
Cinctura oratoris. 689
Circunlocutio seu circuitus tropus. 498
Circunciſa expoſitio. 231
Circunſcriptio quid ſit. 550
à Circunſtantia argumenta. 296
Citharœdorũ induſtria multiplex. 74
Cito ſcribendo non fit vt bene ſcribamus, ſed contrà. 614
Ciuilis ſcientia, eadem ſapiẽtia. 121
Clamoſi indocti. 382
Claritas generis ac turpitudo. 186
Claſſis vnde dicta. 48
Claſſibus diſtributi pueri certabant Quintiliani tempore. 18
Clauſula quid ſit. 482
Clauſulæ pendentes. 566
Clauſulæ verſuum, clauſulis orationis non conueniũt. 567
Cleon orator primus Athenis femur percuſſit. 687
Clientes alij aliter defendendi. 642
Clitarchus hiſtoricus. 595
Cluentij Habiti cauſſa. 646
Clypeus Aiacis. 478
Clytemneſtra cur Agamemnonem occiderit. 201
Cn. Lentulus pronuntiatione plus opinionis conſecutus quàm eloquentia. 666
Cneus ſcriptum, non ita pronuntiatur. 54
Coaceruatio. 543
Coccus orator. 748
Cogitatio ac dictio non eundem habent ordinem. 198
Cogitatio nec tempore nec loco excluditur. 625
Cogitatio ſenſus plus afficit quàm fatigatio. 76
Cogitata ad verbum in agẽdo referentes. 616
Cognomẽ M. è familia Manliorum exemptum. 181
Cognomen ſolus homo liber habet. 418
Collationis ſtudiorum vtilitas. 37
Collationem ab exemplo ſeparat Cicero. 301
Collectio, qui & συλλογισμὸς. 531
Collocationis ambiguitas. 437
Color vnde dicatur. 239
Color deformibus dãdus. 191
Colore eodem vtraque pars vtatur. 241
Colorum figuræ. 504
Columa veteribus pro colũna ſcribebatur. 54
Colli in actione geſtus. 680
Comarum turbatio. 691
Commentarij Ciceronis, & aliorum. 633
Comici Latini. 601
Comici Græci 215
Comicorũ pronuntiatio. 106
Comœdia antiqua. 594
Comœdia quãdo legẽda. 57

Comœdiæ vmbram vix leuẽ assequimur. 600
Comœdiarum antiquarũ elegantia. 57
Comœdo tradendus orator pronuntiationis formandę ergò. 72
Comœdi in oratore formando officium. 72.73
Comœdiarum personæ 678
Comitiorũ facies quàm turbulenta. 420
Cõmonitio iudicis in media narratione. 189
Commune exordium vitiosum. 179
Communia & contraria vitanda. 498
Communia ferè generalia sunt. 394
Communia quomodo refutanda. 321
Communes loci à quibus primum tractati. 144
Communicatio 515
à Communis sensus consuetudine non abhorrendum. 449
Communibus exactis, propria tractanda. 394
Commotio quid sit 283
Comparatio causſarum quibus viis ducatur. 405
Comparatio criminis. 423
Comparatio figura non est. 531
Comparatio in controuersiis. 404
Comparationis ratio & species. 305.294
Comparationis vtilitas. 89
Comparatiuorum figuratus vsus. 536
Comparatiua quæ dicantur & argumenta. 293
Comparatiuum causſæ genus. 199
Complexio, quæ & συμπλοκὴ. 33
Complexionis ratio. 329
Cõploſio manuum, scenica. 687
Compoſitio Ciceroni maxime elaborata. 554
Compoſitio non delectat ſolum, ſed etiã affectus mouet. 555
Compoſitio pronuntiationi comparata. 579
Compoſitio qualis eſſe debeat. ibidem
Compoſitionis conſideratio. 565.579
Compoſitionis & diuiſionis in ediſcendo vtilitas. 660
Compoſitionis orationis duplex obſeruatio. 575
Compoſitionis ordo. 557
Compoſitioni omni tria neceſſaria. 557
Compoſitiones nominũ. 41
Conandi meliora ratio. 608
Concertatiua, quæ & ἀντικατηγορία. 403
Conceſſio. 521
Conciliatoria lenitatem requirunt. 746
Concionalis, quæ & deliberatiua. 151
Cõciliatio quibus cõſtet. 693

Concitatius dicendi genus in suasoriis exigit populus. 459
Conclusionis seu peroratio-Cinis consideratio. 340
à Conditione vt ducantur argumenta. 282
Connexionis ratio. 329
Confessio. 515.521
Confessio ipsa quoque lacrymas nonnunquam mouet. 237
Confessionis simulatio. 370
Confessione in iudicijs nihil peius. 318
Confessum ius. 434
Confirmatio vnde est. 273
Confirmatio narrationem sequitur. 247
Confutatio, vide Refutatio
Congiarium quid sit. 368
Coniectores. 165
Coniecturæ cõsideratio. 402
Eius diuisio ibidem
Coniectura duplex. 406
Coniectura ex maiore confirmatur, & minore & pari. 293
Coniectura inuestigantur & quãtitas & qualitas. 403
Coniectura vnde dicta. 165 407
Coniectura probationes extrinsecus adductas frequẽter habet. 425
Coniecturæ ordo, voluit, potuit, fecit. 407
Coniecturales causſæ. 238.
Conjscare. 460
à Coniugatis argumẽta. 291
Coniunctorum ambiguitas. 437
Coniunctis in verbis quid cõsiderandum. 450
Connexorum & consentientium ratio semper habenda. 413
Consecratis vtendum. 49
Consensio. 521
Consequens, quæ & ἐπακολούθησις 531
Consequentia, ἀκόλουθον 291
à Consequentibus quomodo argumẽta ducãtur. ibidem
Conscientia mille testes. 308
Consilium cũ necessitate non est. 188
Consilium in oratore præcipuum. 111
Consilium quid sit. 388
Eo in vita nihil prius. 386
Consilium scelera non habent. 410
Consilij momentum. 385
Consilia in criminibus spectanda. 410
Consonantiũ cõmissura. 560
dissimulatio. 670
Constitutio in quo est. 422
Cõsuetudo celeritatẽ dat. 613
Consuetudo, certissima loquendi magistra. 42
Cõsuetudo, deinde natura. 16
Consuetudo dicendi ac scribendi. 628
Consuetudo dicẽdi exercendíque, vires in literis facit. 752
Consuetudo in reprehensibilibus non dicitur. 50

Consuetudinis vis ac ratio. 51
Cõsuetudine lex aboletur. 53
Cõsuetudine difficultas omnis leuatur. 668
Consulere. 48
Consul vnde dictus. ibid.
Consules, olim Coss. scribebatur. 54
Consummatio, quæ & διαλλαγὴ. 531
Contemnẽda aduersariorum quædam. 320
Contextus orationis obscuritas. 453
Continens pro cõtento. 491
Contentũ pro cõtinẽte. ibid.
Continens quid dicatur. 203
Cõtradictiones aduersariorũ refellẽdæ 318. 323 & quo modo ponendæ. 325
Contrarium efficere quod aduersarius obiecerit, artis est. 318
Contrarij exemplum. 303
Contrario argumenta. 419
Contraria & communia vitanda 384 quomodo tractanda. 381
Contrariarum legum quæstio. 433
Contrariorum modi. 306
Contrariis quomodo argumenta ducantur. 290
Controuersia vbi incipiat, cõsiderandum. 382
Controuersiæ fictæ exemplum. 419
Controuersiæ figuratæ. 524
Contumeliam facere, Cicero damnat. 535
Contumeliis etiam nonnunquam locus est. 377
Conuentus scholarum, solitudini ac tenebris præferendus. 16
Conuersio ex Latinis in Græcum commoda. 620
Conuinctiones, quas alij coniunctiones dicunt. 27
Conuitiãdum aliquando 323 & maximè accusatoribus 354
Cõuitium nos, inuidia aduersarios inuisos facit. 354
Conuitio plus inuidia potest 354
Conuitiis abstinere debent aduocati. 310
Copia cũ iudicio paranda 583 vnde paretur. 620
Copiæ rerũ cõsideratio. 582
Copiarum alia locuples, alia floribus læta. 474
Corax & Tisias, artium scriptores antiquissimi. 144
Cornelia Gracchorum mater eloquens. 8
Cornelius Celsus philosophus 604 eius de statu cõstitutione opinio 162 eiusdem definitio rhetorices 136. 119. 146. 579 eiudẽ laus. 756
Cornelius Seuerus poëta. 597
Corneliorum nomen ac imperium. 283
Cornicũ oculos cõfigere. 461
Cornificius rhetor. 146
Corpus vultus, incessus fractus

ctus, muliebris vestis, parum viri signa. 276
Corporis motus suos numeros habet. 198
Corporis totius gestus. 686
Cratinus poëta comicus. 278
Credibilis quî fiat narratio 233
Credibilia etiam veris miscẽda. 244
Credibilium tria genera. 280
Creticus pes. 570
Criminis in alium trãslatio, seu remotio. 423
Criminum exaggeratio 521
Critici grammatici. 54
Critolaus contra rethoricen scripsit. 128
Critolai definitio rhetorices 119
Cubito pronuntiantes. 681
Cui, olim quoi scribebatur 74
Culpæ imminutio. 424
Culpam deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est. 382
Cultus effœminatus turpis. 447
Cultus magnificus autoritatem addit. ibidem
Cultus oratoris, splendidus sit & virilis. 689
Cultum proprie quid dicatur. 467
Cultu & sententiis carentes, Attici non sint. 609
Cum, quomodo scribẽdũ. 52
Cũctator dictus Fabius. 453
Cura odiosa est. 462
Cura sæpius deest quàm natura. 7
Curæ quãtum plurimum poteris semper afferat orator. 732
Cura nimia orationem nonnunquam fieri peiorẽ. 447
Curio pater, orator. 681
Curiosus à diligente differt. 467
Curiosè non loquendum, sed Latine. 451
Cyclopis Virgiliani magnitudo qũo ostensa. 478.479
Cyri memoria. 661

D

D, & T, literarum cognatio. 26
D, latinis veteribus multis in verbis vltima 52 Eiusdem asperitas. 740
Dactylus. 561
Debili memoriæ cõsiliũ. 661
Decet ferè, quod prodest, & contrà. 555.637
Decimi Læli orationes. 585
Decipiendi ratio iocosa. 393
Declamandi ratio & vtilitas. 104
Declamandi ratio apud græcos quando primùm exstiterit. 93
Declamantes quomodo affectibus vtantur. 645
Declamatio quid sit. 221
qualis esse debeat. 108
Declamatiões quomodo tractandæ, earúmque vtilitas. 633.634
Declamationũ materiæ sint ver-

verisimiles. 105
Declamatorum libertas. 228
Declamatoriū præceptū. 324
Declamatorum vitia in falsis caussis. 530
Declamatoribus maxime cō siderandum quid cuiq; cō ueniat. 193
Decor artem semper comitetur. 634. 637
Decorum ac expediens vbique spectandum. 112
Decor verborum affectatus ne fit. 447.
Decori habenda ratio. 637. 696
Decrescere non debet oratio in asyndetis. 558
Dedocēdi labor grauior quā docendi. 84
Defendenda quæ sint. 317
Defendēdi rationes optimæ. 174
Defendere difficilius quàm accusare. 317
Defendere quàm accusare honestius. 723
Defensio coniuncta quæ dicatur. 392
Defensio ex caussis facti. 422
Defensio ipsa facti in pœnæ iudicio potentissima. 421
Defensio in mutua accusatione prima esse debet. 406
Defensionis facti ratio. 421
Defensionis nō vna lex. 240
Defensoris pars tota in refutatione posita. 320
Defensoris partes in interrogando. 268
Deficere malle quàm desinere. 750
Definitio, vide Finitio.
Deformib⁹ color dādus. 206
Διάνοια 355. 473 531
Delectatiōis ergò figuræ fere orationi interserūtur. 552
Delectationi nonnihil etiam dandum in dicendo. 743
Delectatione capimur, admiratione auferimur. 458
Delectus rerum ac verborū habendus. 613
Deliberantium animi diuersi 296
Deliberatio quibus constet. 291. 292
Deliberatiuus sermo ab affectatione longissimè absit. 209
Delicati aduocati. 727
Demades nihil scriptum reliquit. 744. orator an idem fuerit. 128
Demetrius comœdiarum actor. 696
Demetrius statuarius. 736
Demetrius Phalereus orator. 596
Demonstratiua ad scribendū maximè idonea. 195
Demonstratiuum dicendi genus ornatum omnē exponit. 459. eius numeri. 577
Demosthenes ad clamosissimi littoris fremitus quare meditabatur. 617
Demosthenes ad speculum magnum actiones suas cō ponebat. 677

Demosthenes & Aeschines in eadem causa diuersum ordinem secuti. 389
Demosthenes in primis legendus, ac ediscendus potius. 601
Demosthenes oratorũ princeps 595. Platonis auditor 714. Vir bonus fuit. 703. Vrbanus nõ dicax. 363. Ciceroni dormitare videtur. 586. 704. Laus eius. 739. Fulmina. 564. Solitudo in meditãdo. 616. Philippicæ eiusdẽ. 195. Risus facultas ei defuit. 359. Δείνωσις eiusdem. 355. Iuuenis admodum causas égit. 721. Eloquentia eiusdem. 509
Demosthenis consiliũ laudatum. 385. eiusdem contra Eschinẽ locus. 219. 246. contra Midiam. 343
Demosthenis de pronuntiatione iudicium. 665
Demosthenis & Aeschinis inter se contrariæ actiones. 586. 695
Denuntiati testis interrogandi forma. 267
Deorum autoritas. 309. eorundem laus. 179
Deorũ honor ludis prætexitur. 189
Deponenda quædam apud iudicis memoriam. 523
Depositi quæstio quomodo tractanda. 411
Deprecatio in iudiciis rara, & quomodo tractãda. 316
Eius consideratio. 414
Desidiæ causis non indulgẽdum. 617
Desperandum non est quod fieri potest. 63
Desuescendis non immorandum. 196
Desperatũ sibi ac inimitabile, vulgus admiratur. 748
Destructio κατασκευὴ quomodo exercenda, eiúsque vtilitas. 89. 611
Deteriora facilius est imitari. 586
Deteriora pertinacius hærẽt. 8
Detractionis figuræ. 544
Deuorari dicitur homo cuius patrimonium consumitur. 491
Deus quid sit. 414
Διαίρεσις. 33
Dialectica cauillatrix, ac seruilis, iudiciis inutilis. 416
Dialectices materia. 140
Dialecticæ oratio cõcisa, ibidem partes. 712. Vis. 416.
Διάλεκτοι Græcorum. 35
Διαλλαγὴ. 544
Dialogi qui dicantur. 517
Διανοίας σχήματα. 504
Δικαιολογία. 551
Διασκευὴ schema nõ est. 532
Δικαιολογικὸς status, qui & in ficialis. 165
Dicacitas vnde dicatur. 362
Dicã faciã, dicẽ facie scribebat Cato Censorius. 542
Dicẽda oratori maximè sunt quibus ipse si iudex esset, potissi

potissimũ moueretur. 342
Dicendi ac scribendi an eadem sit ratio. 744
Dicendi color nimiis sententiis velut maculis conspergitur. 484
Dicendi facilitas vt paretur. 582.
Dicendi facultas si in malos incidit, ipsa etiam malum iudicanda est. 707
Dicendi facultate ad perniciem hominum abusi non nulli. 135
Dicenti facultate maximè homo à cæteris animalibus separatur. 124
Dicendi genus triplex. 745
Dicendi genus in homine come quale esse debet. 354
Dicendi genera varia. 464
Dicendi horrorem veterem quam nouam istam licentiam mallet Quintilianus. 485
Dicendi media via optima. 231.417
Dicendi peritus quæ nosse debeat. 710
Dicẽdi petulãtia noxia. 364
Dicendi primordia quę. 60
Dicendi sagina. 623
Dicendi varietas. 621
Dicendi vires. 62
Dicendi vis apud auditorem vnum torpescit. 19
Dicendum pro facultate. 607
Dicendum quoc die aliquid, & coram doctis. 632
Dicetis ac orãtis habitus. 72
Dicere ipsum, ante omnia est in oratoris officio. 583
Dicere ac facere docere debet præceptor. 85
Dicere quid sit. 508
Dichoreus. 572
Dicit ita quisq;, vt viuit. 601
Dictandę pueris materię. 89
Dicta quę dicantur. 361
Dictantium studium. 615
Dictio ac cogitatio nõ eundẽ habent ordinem, 198.393
Dicti pœnitentia. 522
Dictorum vrbanorum diuisio. 377
Dictu & factu, similiáq;. 29
Dictum, quàm amicum perdere, aut autoritatem minuere, malimus. 364
Dicturus caussam, quę considerare debeat. 216
Dicturi cura, auditurum iudicem delectat. 693
Dicuntur malè falsè, quæ in plures competunt. 364
Didymi historici obliuio. 59
Dies nullus tam occupatus, vt nihil discere possis. 63
Διέξοδος. 549
Differens quid dicatur. 287
Difficilia pronuntiatu pueris proponenda, vt sermonem melius forment. 14
à Difficiliore argumẽtũ. 294
Difficultas exercitationi vtilissima. 621
Difficultas pulcherrimo cuique operi proposita. 612
Digamma Aeolicum. 25.54
Digestio voci confert. 668

Digitorum gestus & vsus. 681
Digitorum ictus in numerorum interuallis notandis. 563
Dignitas rei quò profit. 408
Dignitatis magnæ homines quomodo litibus lacessendi. 648
Digressio. 522
Dilatio & repetitio. 523
Diligentia nimia omnibus respondendi, vitiosa. 323
Diligentia nimia orationem corrumpit. 447
Dilucida sit pronūtiatio. 668
Diluendū quid quo loco. 391
Diogenes Babylonius. 9
Dion dux astronomiæ peritus. 70
Dion rhetor. 149
Dionysius Corinthi. 496
Dionysius halicarnasseus 145
Dis, minime diues. 50
Discendum quod sit, serò nó discendum. 10
Discendáne sint omnia vno tempore. 74
Discendi studium voluntate constat. 21
Discentis animus quomodo tractandus. 22
Disciplinæ seueritas. 82
Discipuli quò duxeris, sequūtur. 445
Discipulorum instituendorū ratio. 444
Discipulorum iudicium præceptori tentandum. 104
Discipulorum officium erga præceptores. 114
Discursare & satagere, inep tum. 681
Disiunctio seu μείωνυμία 541
Disertissimus vir non continuò etiã bonus orator. 705
Disertus alieno labore nemo 442
Disponendi præcepta. 441
Dispositio quid. 583
Dispositio ac inuentio, prudentis hominis. 441
Dispositio in oratione necessaria. 141
Dispositio modicæ doctrinæ videri potest. 417
Dispositio partium. 441
Dispositionis laus ac comparatio. 387
Disputatione omni tria quæruntur. 171
Dissimile exemplum quomodo fiat. 301
Dissimilitudo ad probationis ornatum nonnunquam assumitur. 303
Dissimilitudo, vrbanitatis causam nonnunquam præstat. 377
à Dissimilibus argumēta. 418
Dissimilib. inesse simile 301
Dissimulatio. 534
Dissipata. 542
Dissolutio. 542
Distincta sit oratio. 671
Distinctio, quæ & διαζολὴ 541
Distinctionum orationis consideratio. 671
Distinguendi virtus. 671
Diuersæ partes tuendæ declama

clamatoribus, exercitationis gratia. 383
Diuersarum legum conflictatio. 433
Diuina testimonia. 271. 309
Diuinatio, lis de accusatore constituendo. 199. Eius actio. 426
Diuisio & compositio ediscendi studio vtiles. 660
Diuisio quid sit. 389
Diuisio, respiratione ac mora constat. 438
Diuisionis ad probandum & refellendum vtilitas. 289
Diuisionis inscribendo ratio. 50
Diuisionem festinatio perdit. 398
Diuisione finitionem adiuuari. 289
Dochimus pes. 568. 572 clausulis aptus. 572
Docilitas quo paretur. 214
Doctrina sine prudentia parum prodest. 386
Doctrina sine natura, inanis. 134
Δογματικοὶ sermones. 120
Dolor litigatorum interdum ipsis patronis assumendus. 357
Dolor semel cœptus, nusquã in agendo intermittendus. 645
Domi an in scholis melius puer erudiatur. 11
Domitiani nepotibus præfectus Quintilianus. 206
Dubium tutius fatearis aliquando quàm neges. 310
Dubia de re non semper dicit orator. 178
Dubiis caussis vtile. 324
Dubiis dubia non probãtur. 310
Dubitatio. 515. cui parti assignanda. 549
Dum dictionis varia significatio. 536
Duo interim aduersario proponenda, quorum vtrumlibet male eligat. 174
Duplices leges. 435
Dura, vsu molliuntur. 462
Duriorũ consonantium congressus vitandus. 669

E

E & I sonus confusus. 25
E plenior, i angustior. 560
Ediscendi ratio. 100. varietas 659. 661. vtilitas. 668
Educatio mollis. 15
ab Educatione vt ducantur argumenta. 282
ab Efficientibus & effectis argumenta. 292
Egressio, quæ & excessus. 197
Egressionis cõsideratio. 247 per totum. Eius pronuntiatio. 694
Egressiones quales esse decet. 694
Ei diphthongus græca quibus casibus ac numeris adderetur. 52. 53
ἦθος quid. 352
ἤθεσι vnde dicti. 48
ἐκβάσεις, id est exitus. 293

ἐγκυκλοπαιδεία. 62
ἔκλειψις. 491
ἔκλυσις. 27
Eleganter & lepidè dicta, vrbana. 377
Elegiaci poëtæ. 598
Elegia post grauia alia etiam legenda. 592
Elegia pueris amouenda. 57
ἐλεγκτικοὶ sermones. 120
Eleuandi ioci ratio. 372
Eliminare gradus, an satis latinum. 462
Elocutio difficilima. 646
Elocutio vbi spectatur. 450
Eloquendi obseruatio. 455
Eloquens nemo diserti multi 446
Eloquētia à Demosthene ac Cicerone fastigium sum accepit. 755
Eloquentia latos fines habet. 747
Eloquentia laudis & pudoris stimulis agitur. 630
Eloquentia naturalis. 742
Eloquentia, oratoris propria. 446
Eloquentiæ facies multiplex. 747
Eloquentiæ iactatio, odiosa. 638
Eloquentiæ laus. 124. 125
Eloquētiæ thesaurus memoria. 654
Eloqui quid sit. 446
ἤμερον, mansuetum. 189
Emendatè loquendi ac scribendi partes, grammaticorum sunt. 55
Emendate loquendi regula, prior grāmaticæ pars. 30
Emendatio in studis, & eius partes. 518
ἔμφασις. 512
Emphasis ad orationis ornatum referenda. 453
Emphaseos dūæ species. 472
Emphasis inter figuras. 524
Empedocles poëta philosophiæ plenus. 24. rhetoricè inter primos tractauit. 144
ἐναντίωσις. 532. 550
ἐνάργεια, quæ & euidentia. 357. 466 an narrationi necessaria. 235. 247
Encomiasticon & epidictico genus dicendi. 157
ἔνδεξον caulæ genus. 215
ἐνέργεια. 473
Enimuero. 498
Ennius vetustate sacer. 597
Enumerāda per capita, quomodo tractanda. 340
Enumeratio, quæ & ἀναπαλαίωσις. 340
Ens, essentia. 462
ἐνθύμημοι probationes. 272. 259
Enthymema quid significet 328 & eius species. 278 530. 482. 532
ἐπαγωγὴ, quæ & inductio. 290
ἐπακολούθησις, cōsequēs. 531
ἐπανάληψις. 466
ἐπανορθωσις, quæ & regressio. 538
ἐπεξεργασία. 473

Ephorus Isocratis discipulus 102. historicus. 595
Epicœnum genus. 15
ἐπιδεικτικὸν latius patet quàm demonstratiuũ. 152
Epicherema. 532. 278
Epicherema & syllogismus differunt. 331
Epicherematis partes. 329
ἐπιδιήγησις id est repetita narratio. 245
Epilogi maxima pars amplificatio. 350
Epilogi ac procœmij discrimen. 213
Epilogi pronuntiandi ratio. 579
Epilogorum pericula. 249
Epilogis pluribus vbi vtendum. 350
Epiphonema. 482
Epirhedium quod verbũ. 41
Epirheton interdum pro nomine ipso ponitur. 493
ἐπίθετον, quod & appositum. 494. 502
Epitheti in prosa vsus. 494
Epithetorũ proprietas. 452
Equi definitio. 414
Equi Troiani magnitudo. 472
Eratosthenes græcus autor. 10
Eriphylus Rhodius. 620
Eruditio longæ ætatis spatio paratur. 57
Erutius Antoniaster. 460
ἐρωτηματικὴ μέθη oratio. 504
Essentia, entia. 114
Essentia, quæ & οὐσία. 163
ἔκφρασις. 535
Ethice, quæ & moralis philosophia. 712
Ethici autores oratoribus euoluendi. 711
Etymologia quid sit. 47
Eius ratio ibidem.
Etymologiæ finitio. 287
Euathlus magna mercede rhetoricam didicit. 144
εὐχωλὴ, 152
Euersionis vrbis descriptio. 467
Euidentia an narrationi necessaria. 235
Euidentia & illustratio, quæ & ἐνάργεια. 357
εὐφανταστωτὸς. 357
εὐφωνία obseruanda. 31
Euphorion. 592
Euphranor pictor. 736
Eupolis comicus. 278
Euripides poëta tragicus. 594
εὐρυθμία. 66
εὐρύθμου vitandum. 667
Ex præpositio in cõpositione quomodo scribenda, 51
Exanimat, vetus verbũ. 465
Exceptores tardi. 615
Excerptorum quorundam inane studium, 608
Exclamant quidam in iudiciis 381
Exclamatio. 516. 551
Excursio qualis esse debet. 241
Excusatio facti siue purgatio. 423
Exemplũ Quintiliani in cau sa có

ſa occultiore agenda. 396
Exemplorũ cõſideratio. 297
Exempla poëtica etiã cauſsis vtilia. 304
Exempla præiudiciorũ. 260
Exemplorum ac rerũ cognitio ex hiſtoriis petẽda. 595
Exemplorũ confutatio. 320
Exemplorum vſus ſuaſoriæ maximè conuenit. 195
Exemplis abundare debet orator. 719
Exercitatio ac conſuetudo dicendi ac ſcribendi extemporalem facultatem maximè parat. 628
Exercitatio dicendi continua potentiſsimum dicendi genus. 128
Exercitatio rationi iungenda. 615
Exercitatione maximè alitur memoria. 13
ἐξεργασία 473
ἐξιτηριχόν cauſſę genus. 168
ἔξις 592
Exordium, quod & principiũ & græcis προοίμιον. 209
Exordi. diuiſio. 214
Exordij ratio quomodo tractanda. 217
Exordiorum vitia. 218
Expectorare veteres dicebant. 462
Experimenta plus quàm præcepta valent. 97
Expoſitio circunciſa. 231
Expoſitio attenta ſit. 248
Expoſitio, probationũ præparatio. 195
Extemporalis dicendi facultas. 627. quomodo paretur. 629. memoria maximè conſtat. 654
Extemporalis quæ videatur oratio, plus gratię habet. 218
Extra ad cauſſam pertinent, tempus, locus, habitus, &c. 213

F

F, literę vſus. 56 ſonus. 740
Fabrico & fabricor idẽ. 534
Fabula. 87
Fabulę Aeſopicę cauſsis viles. 304
Facere contumeliam, Cicero damnat. 531
Faciendi ratio circa quæ verſatur. 183
Facetiæ in narrando conſtant, dicacitas in iaciẽdo. 366
Facies dicentis recta ſit. 71
à Faciliori argumentum. 294
Facilitas dicendi. 581
Facilitas ſummi oratoris in dicendo. 741
Factitiæ voces. 495
Factum per ſe improbabile, quî tueamur. 421
Factum ipſum aliquando ſimplicem quæſtionem habet, aliquando duplicem. 403
Factum'ne ſit, iudicialiũ cauſarum prima quæſtio. 401
Factum prius negandum, ſi reus defendendus. 404
Facto ſolo controuerſo vnde petantur argumenta. 404

Factum quale sit plurimum interest. 428
Facto quod non defenditur, iure nitetur. 425
Factorum ac verborū in sceleribus consideratio. 411
Facultas paranda suum tempus habet. 88
à Facultate quomodo ducantur argumenta. 287
Facundiæ alimentum. 622
Fallendi ars dicta Athenæo rhetorice. 119
Fallēdi in hoc iudices, ne errent. 130
Falsarum narrationum duplex genus. 239
Falsum dicere ex bona ratione, turpe non est. 130
Falsum palam, negare sat est. 318
Falsi caussa quomodo tractāda. 412
Falsa excidere solent. 242
Falsis non ita assuescendum, vt ad vera caligemus. 623
Famæ ac rumoris consideratio. 263
Famæ formam Virgilius finxit. 518
Fasciæ currules. 691
Fatigati iudices quomodo tractandi. 669
Fatigatio. 668
Fatigatio ac sudor inter agēdum. 691
Fatigatio, scribendi diligentiæ obstat. 617
Fauces oratoris integræ sint. 668
Fauor, Ciceroni nouum erat vocabulum. 463
Fauorem conciliantia. 210 214
Fecerit'ne, quæstio, quomodo tractetur. 411
Femur ferire. 687
Ferrum pro gladio, etiam in prosa. 490
Ferrum veneno armare, elegans metaphora. 280
Feruere, media breui an dici possit. 44
Festinatio diuisionē perdit. 393
Festinatio puero cauenda. 13
Fictio etiam argumenta suppeditat. 294
Fictum aperte, ridiculū. 371
Ficta cito euanescunt. 345
Ficta & composita fidē amittunt. 447
Ficta siue nouata verba. 389 & dein. remediis quibusdam præmunienda 462
Fiduciam præ se ferat orator. 325. 694
Figura quid sit, & quot modis accipiatur. 502. 503
Figura quædam obtinentis, quæ probari non possint. 526
Figuram admittere, aliud quàm figuram esse. 505
Figuræ, & sententiarum, & verborum, & mentis. 504
Figuræ & variæ sint, & raræ. 538
Figuræ interdum necessariò excogitandæ. 620

Figuræ varię secundum diuersam multorum sentētiam. 531
Figuræ ne densę sint. 255 533. 552.
Figurarum cum tropis conuenientia. 502
Figurarum in compositione variatio. 575
Figurarum modus. 525
Figurarum vtilitas. 533
Figuris etiam in foro locum esse. 527
Figuras multas prius sibi probatas, postea Cicero damnauit. 550
Figuras non esse tot, quot affectus. 505
Figuras qui scriptores tractauerint. 550
à Figuris excludenda. 530
Figuris respondendi modus. 529
Figuris vtēdi ratio. 529. 552
Figurata oratio. 504. 524
Figuratę controuersiæ. 524
Fimbriarurit, figulaturit. 462
Fingendi & mentiendi cautelę. 239
Fingendi rationes. 517
Fingere aliena, & sua. 375
Fingere gręcis magis permissum. 462
Fingere in scholis licet, quę foro inepta sint. 348
Fingere in hypothesi. 294
Finis oratori prestādus. 736
Finitę quęstiones. 158
Finitionis consideratio. 414
Finitio caussę nostrę conueniat. 419
Finitio certa. 420
Finitio cui statui subiiciatur. 416
Finitionem vt rectè cōstituamus. 417
Finitio vitiosa, foro cauenda 417
Finitionis confirmatio quàm applicatio difficilior. 420
Finitionis euersio. ibidem
Finitioni subiecta. 286
à Finitione quomodo argumenta ducantur. 284
in Finitione voluntas nominis quęritur. 440
Filij sui mortem prēmaturā Quintilianus deplorat. 336
Firma in caussis sępius iteretur. 382
Firmamentum, quod & στοιχεῖον. 201
Firmum fideliter, à primis statim actionibus arripiendū. 382
Fistula tonorios Gracchi. 66
Flauius rhetor. 428
Flauius Virginiꝰ rhetor. 687
Fluctuatur, fluctuat, idē. 534
Fluctus concionum, allegoricōs 495
Fluctuum tempestates, bella ciuilia. 495
Focalia. 691
Fœcunditas in adolescēte se efferat. 88
Forum iudiciale sub dio. 613
Fori proprius quidam est profectus. 722
Foro destinati cura ac institutio

tutio. 102
Forma etiam persuadet. 116
Forma perfectissima, ea & capacissima. 68
Formæ puerorum lenociniũ. 313
Formæ fictæ. 518
Formula cadere. 172
Formularij ac legulei. 718
Forte & robustum dicendi genus vbi locum sibi vendicet. 746
Fortuita bona mores nostros arguunt. 180
Fortuita interim ad veniam faciunt, interim ad criminum probationem. 284
Fortuitorum laus in quo cõsistat. 180
Fortuna in scriptis quoq; & cogitatis locũ habet. 626
Fortunam frustra culpamus. 338.
à Fortuna vt ducantur argumenta. 282
Fratres gemini, ineptũ: cum dicendum sit, gemini fratres. 558
Frequentia gaudet optimus quisque præceptor. 16.19
Frons dicentis multis generibus peccat. 71
Fructiferáne an amœna pulchriora. 458
Frugalitas studiis necessaria. 613 & 701 vnde dicta. 47
Frugalitas voci confert. 668
Frugi non frugalis. 46
Fugiens ne respexeris. 372
Fulminibus comparata dicẽdi quædam facultas. 125. 747
Funebres laudationes. 458
Funis, masculinum. 43
Furti quæstio quomodo tractanda. 411

G

G, veteribus Latinis in multis dictionibus vltima. 52
Galbæ ioci. 370
Gallica multa vocabula Latinis recepta. 39
Gallio pater orator. 146. 529
Gallus poëta. 598
Gallus, vox ambigua. 437
Geminatio eiusdem verbi. 483. 538
Genarum gestus. 679
Generale caput, statũ Theodorus vocat. 160
Generales quæstiones infinitæ: speciales, finitæ. 154
Γένεσις, coniectura. 169
Genus ad probandam speciẽ inualidum est. 287
Genus in species diuisum, nihil habet proprium. 497
Generis dicendi consideratio. 610. 636. 735
Genere etiam in nominibus fiunt figuræ. 534
à Genere vt ducantur argumenta. 282
Genera causarum tria. 151
Gestus ac vultus dicentis ab oratione ne dissideãt. 677
Gestus momentum in actione. 677. 689
Gestus oratoris. 72
Gestúsne vitio solœcismus

committatur. 36
Geometria dialecticæ quàm rhetoricæ similior. 68
Geometria oratori necessaria. 69
Geometricæ ἀποδείξεις γραμμικαί. 279
Germanicus Augustus poëta 598
Gladij cruenti in iudiciũ prolati metus fictus. 349
Gladiatorum manus secũdæ, tertiæ & quartæ. 326
Glyco Spiridion. 347
Gloriari aperte tolerabilius, quàm peruersè se iactare 639
Glossa, lingua secretior. 13
Glossemata, voces minus vsitatæ. 59
Γνῶμαι, quæ & sententiæ. 480
Gorgias alius à Leõtino. 531
Gorgias Leõtinus Empedoclis discipulus. 144 Eius viuacitas. ibidem
Gorgias Platonicus. 115. 156 117 Eius de rhetorice differtatio digesta. 119
Gracchi oratores. 736 Eorum leges inuisæ. 182 mater eloquens. 8
Gradatio, quæ & κλῖμαξ. 543
Gradus eliminat, an satis Latinum. 462
Græca lingua vt Latinæ nihil officiat. 9
Græcus sermo Latino iucundior. 740
à Græco auspicandum. 9. 23
Græca nomina quomodo apud Latinos declinanda. 40
Græci, rerum & verborum & linguarum differẽtium copia abundant. 35. 620. 742
Græci nominibus fingendis felices. 35 componendis item. 41. 462
Græci præceptis, Romani Exemplis valent. 715
Græcorum fidem Cicero eleuat. 652
Græca nos mutuamur cum nostra desunt, & illi quoq; nostra. 39
Græca in Latinum vertere, vtilissimum ad bene scribendum. 620
Græcas literas Cato senex didicit. 755
Grammatice, literatura. 79
Grammaticæ paupertas & vbertas. 80
Grammatices amor. 58
Grammatices diuisio. 24 Ea ante omnia imbuendus puer. ibidem
Grammaticæ exactor asperrimus in filio Cicero. 55
Grammaticæ iucunditas, vtilitas ac necessitas. 24
Grammaticorum partes. 24 60. 78
Grammatici iudicium. 55
Grammaticorum veterũ autoritas. 24
Grammatice ac latine loqui differunt. 47
Grande dicẽdi genus vbi cõmodum. 746

Gratis an ſemper agat orator. 725
Grauia quædam per ſe videntur, quædam faciẽda ſunt. 355
Grauitas riſui commiſta. 363
Gryllus Ariſtotelis. 128
Gurdi qui dicantur. 39

H

H, aſpirationis vſus. 33
Habitus à cæteris diſſentiẽs, peſsimorum morum prętextus. 4
Habitus in argumentum trahitur. 282
Hendecaſyllaba pueris amouenda. 57
Herculis perſonam aut cothurnos infantibus aptare. 347
Here olim quod nũc heri. 54
Hermagoras rhetor. 117. 145
Herodotus hiſtoricus. 595 cõpoſitionis ſtudioſus. 556
Heroici carminis ſublimitas 57
Heſiodus an primus fabularum autor 304 eius ſtylus 591 Idem ſeptennes pueros aptos diſcendo ſtatuit. 10
Hexametri finis male orationem claudit. 567
Hinnire & balare vetuſtate autoritatem meruit. 42
Hippias Eleus 159 omnes artes complexus. 754
Hiſtoria ſeu hiſtorice 59. 187 carmen ſolutum 587 qũo oratori legenda ibid. eius lex 557 numeri. 57
Hiſtoria oratori legenda 87 196. 197. 623. ex hiſtoriis etiam vrbanitas petitur. 719. 376
Hiſtorici Græci licẽtioſi. 90
Hiſtorici Latini Græcis non inferiores. 700
Hiſtorici ſcriptores 595
Hiſtrionũ affectus ſerij. 357
Homerus eloquentię culmen & columẽ 590. 753. Horatio dormitare interim videtur. 586
Homeri autoritas 308 eius laudes, ac operum aliquot delibationes. 590
Homeri tẽporib. extitiſſe rhetorices certamina. 127. 146
Homo cęteris animãtibus ratiõe ac oratiõe pręſtat. 128
Homo, quia ab humo. 48
Hominum laus vnde ducatur. 180
Homonyma verba interpretanda. 453
Honeſta magis iuuant. 77
Honeſta maxime diſcẽda. 36
Honeſtorũ ac turpiũ nullum eſſe conſortium. 701
Horatius poëta. 57. 599
Hortenſij filia eloquens. 8
Hortẽſius à Cic. ſecũdus. 666
Hortenſius à Cicerone vrbanè irriſus. 376
Hortenſij pro Verre patrocinium. 586
Humani ingenij natura ac vis 5. 74
Humerorum in actione ge-

ſtus. 680.688
Humilia & ſordida vitanda 451.465
Hyberbaton. 498.537.550
Hyperbole. 499 quomodo fiat ibidem. an amplificationi adſcribenda. 479
Hyperides orator. 117. 596. 739 eius pro Phryne meretrice actio. 620

I

I, & V, literæ affinitas. 25
I, litera ſibi aliquando inſidit. 25
Eius ſonus. 560
Ii geminatum eſt aliquando. 25
I, vocalis tam longa quàm breuis apud Latinos. 51
Iactatio ſui, vitioſa omnis. 647.648
Iactulari de qbus dicatur. 452
Iambus. 562.568
Iâbi aſperis conueniunt. 578
Iambum verſus heroicus non recipit. 35
Iambici poëtæ. 599
ἰδιότης. 169
Idiotis grati ioci. 460
Igitur, vbi ponendum. 37
Ignaui pro innaui. 41
Ignorantiæ excuſatio. 423
Illuſtris oratio vt fiat. 464
Imagines in iudicio prolatæ. 346.347
Imagines in memorandi arte. 657
Imaginis rerum aut perſonarum in cauſſa ratio. 305
Imbecillitas, nonnunqnam probitas vocatur. 384
Imitamur libenter quibus fauemus. 81
Imitationis cõſideratio. 605 & dein. pronuntiatio. 694
Imitandi qui ſint. 590
In imitando ſpectanda. 611
Imitatio, artis eſt. 158
Imitatio quæ paruulis conueniat. 19
Imitatio vitioſa. 681
Imminutionis ratio. 479
Immunis quomodo ſcribendum. 52
Immutatio quid ſit. 37
Imparia exempla ad exhortationẽ maxime valẽt. 302
Imperatori exercitus oratorem comparat. 441
Imperiti iudicant. 130.745
Impius pro parricida. 494
Importuni ac clamoſi in iudiciis coërcendi. 381
Impoſsibile, non reformidat Quintilianus. 281
Improbitas iudici inuiſa. 382
Improprij vitium. 451
Imprudentibus nobis elapſa, ſi ſimulamus, venuſta creduntur. 363
Impudẽs actio, indecora. 640
Impudentiæ fortiter reſiſtendum. 381
Inartificiales probationes. 359
Inceſſus fractus. 276
Incipiendum à primis. 198
Inciſum qd dicatur. 575.576
Incrementum in amplificatione. 474
ab Incremẽtis argumẽta. 490

Incum.

Incumbere illi, in illum. 533
Index digitus. 682
Indiciū, quod & signū 275
Indignationi interrogatio cō uenit. 512. 513
Indocti cur vulgo ingeniosiores habeantur. 108
Indocti sæpe iudicāt. 130 323
Inductio Socratica 301
Indulgentia parentum. 15
Infantes à mutis nutricibus alti. 57
Infantia quomodo docēda. 9
Infantiæ in dicendo reprehensio. 323
Inficialis status. 161. 165
Inficiari quæ non possumus, lenienda. 216
Infinitæ quæstiones quæ dicantur. 159
Infinitum verbum pro nomine positum. 534
Infinitiuorum mediæ syllabæ quantitatis ratio. 44
Ingenium cui deest, artes nequatur. 6
Ingenium indomitum. 606
Ingenium humanum falso accusatur. 7
Ingenium in numerato. 379
Ingenij humani vis. 77. 751
Ingenio veloci ac mobili altercaturis opus est. 381
Ingenia tenera alenda. 444
Ingenia præcocia. 20
Ingenia puerilia quomodo dignoscantur ac tractentur. 20. 101
Ingeniorum ductus sequendus. ibidem
Ingeniorum monumēta. 184
Ingeniosum puerū in gloriā suam præceptor fouet. 17
Ingrati actio. 422
Inhumanitas quomodo refutanda. 319
Iniquorum etiam ratio noscenda. 192
ab Initio argumenta. 290
Initiis apti pedes. 611
Iniuriarum actio. 427
Inopia peior in puero quàm copia. 87
Inopinata delectant. 496
ex Inopinato sententiæ. 482
Inornatum id est, quod est improprium. 460. 463
Insectandi ratio. 323
Insignia orationis. 508
Insinuatio. 215. 216
Instandi ac vrgendi vis interrogationibus quî fiat. 512
Institutionis perplexæ atque numerosæ in pueris terror. 444
Instrumentū rhetorices. 141
Instrumenta in actione quædā bene dissimulātur. 382
Instrumenta naturalia. 720
Insulsitatis reprehensio. 323
Intellectu difficilia, vitanda. 454
Intelligentia ad rectam lectionem necessaria. 57
Intentio simplex quomodo tractanda 391 ex intentione lis. 430
Intercapedo. 465
Interfactionis distinctio. 232
Interiectio, quę & paren-

Interrogandi ratio vnde optime discatur. 270
Interrogandi sæpe discipuli. 96
Interrogatio qualis esse debeat. 274
Interrogationes stultæ, stultiores responsionibus quibusdam fiunt. 373
Interrogationum vis. 511
Interruptio. 521
Intro, intus. 38
Inuentio ac dispositio, prudentis hominis. 446.437
Inuentionis calor. 613
Inuentioni iudicium quidam subiiciunt. 144
Inuersio tropus. 494
Inuitis nihil facilè persuadetur. 248
Inuitè accusandum. 646
Iocus quis dicatur. 262
Iocorum eleuatio. 371
Iocorum materia ex nomine sæpe depromitur. 283
Iocosa quædam non satis vrbana. 378
ἰσοκωλισμὸς. 35
Iphigenia Timantis. 131
Ipse dixit. 640
Iræ pudor iudici iniiciendus. 649
Iracũda actio, indecora. 640
Iracundiæ mala ac incommoda. 381
Iracundiæ vitio careat altercator. 382
Ironia ioci genus. 370
Ironia, quæ & illusio. 354. 497.502
Isæus orator. 339
ἰσχνὸν, id est, subtile dicendi genus. 745
ἰσχνότης. 34
ἰσόκωλον. 548
Isocrates orator Gorgiæ auditor. 144.596.739. actionibus ineptus. 744
Isocratis de discipulis iudiciũ, ac solicitudo. 120. eiusdem panegyricus decẽnio scriptus. 519. eiusdem præstantia & viuacitas. 144
Isocraticorũ nimia cura. 560
Italica omnia pro Romanis habet Quintilianus. 39
Iubæ dictum festiuum. 375
Iucunda vt sit oratio. 449
Iucunditas an expositioni necessaria. 234
Iucunditas discentes allicit. 143
Iucunditas præceptores decet. 88
Iudex à miseratione auertendus, qua reus sit vsurus. 343.344
Iudex à quo appellaueris, quomodo placandus, si ad ipsum remittaris. 649
Iudex artem reformidat. 245
Iudex differendus nonnunquam. 258
Iudex ne omnino non possit Intelligere curãdũ est. 455
Iudex ne prorsus lædatur. 211
Iudex quomodo conciliandus. 198
Iudex attentus ac docilis faciendus. 274

Iudicis animus explorandus. 745
Iudicis auocandi ratio. 383
Iudicis memoriæ firmissima quæque inculcanda. 276
Iudicis natura noscenda. 248
Iudicis optio aduersario non permittenda. 264
Iudicis præparandi partes. 217
Iudicis vultus actori diligenter inspiciendus. 578
Iudici nota, sint ne narranda 228
Iudici opinio domo allata, excutienda. 212
Iudici veritatem auferre oratori licet. 707
Iudicem qualé esse volumus, tales ipsi simus. 356
Iudices alij aliud genus dicé di in patronis exigũt. 643
Iudices docendi quid rogantibus respondeant. 239
Iudices interdũ indocti. 741
Iudices quidam rerum suarum. 212
Iudices sorte dantur quibusdam iudiciis. 199
Iudicum animos quæ maxime alienent. 211
Iudicatio, seu κρινόμενον. 201
Iudicatorum cõsutatio. 300
Iudicium à consilio quid distet. 385. an inuentioni subiiciendũ ibid. & 148
Iudicium quomodo nobis auferatur. 585
Iudicium virorum doctorum est pro ratione. 43
Iudicia publica, & priuata. 199
Iudiciis aliorum componendæ nobis orationes. 333
Iudicialis generis partes quæ doque. 197
Iudicialium cõtrouersiarum genera. 199
Iugerum. 69
Iulius Africanus orator, 603
Iulius secundus Florus, eloquẽtiæ Galliarũ princeps, Quintiliani æqualis. 603
Iũctura compositionis. 559
Iunius Bassus contumeliosus 364. eius dicterium. 372
Iurare graui viro non licet. 530.
Iurisconsulti verborum proprietatis studiosissimi 334
Iurisiurandi cõsideratio. 263
Ius obscurum & ambiguum differunt. 440
Ius triplex, sacrum, publicũ, priuatum. 92
Iuris ac facti quæstiones eodem ordine tractãtur. 392
Iuris diuisio. 718
Iuris ciuilis scientia oratori necessaria. 716. & facilis. 718
Iuris obscuritas quæstiones parit. 431
Iuris quæstiones in quibus consistant. 783
Iuridicialis status. 165
Iustitiæ coniuncta est rhetorice. 121
Iustum latè patet. 92. 93
Iustũ natura continetur, aut constitutione. 422

Iuuenalis poëta. 601
Iuuenis foro destinatus, oratori alicui adhæreat. 623
Iuuenum dictio qualis esse debeat. 641

K

K, literæ ratio. 25.52
Kappa in numero tantũ manet. 25
Καιρος. 164
Κακοτεχνία quibusdam dicta rhetorice. 116. aliis μαιστεχνία. 136
Κακόζηλοι. 466
Κακοσύνθετοι. 467
Καπέπληξις, quæ & minimæ 531
Κατασκευὴ. 89
Κῶλα. 163
Κατάχρησις, quæ & abusio. 452
Καταπεπλασμένον. 71
Καθολικῶ. 113.481
Κλίμαξ, quæ & gradatio. 543
Κλασμος. 664. κοιλοσομία, 35
Κοινισμὸς. 674
Κῶλα. 557
Κόμματα. 557
Κριτομένον. 201
Κρίσεις, id est iudicia & iudicationes caussis etiam vtilia. 307

L

Λ litera succedit ρ literæ. 71
Laborem continuum nulla res ferat. 21
Labrorum dicẽtis gestus. 72
Lachrymæ, mentis indices. 679
Lacrymarum affectus vehementissimus. 348
Lælij, oratores. 733
Λαμβδακισμὸς. 35
Lapidare, de quibus rebus dicatur. 452
Latrare quosdam, non agere 145
Latro declamator. 529
Laticlaui ius. 690
Latina eloquentia, græce discipula. 740
Latina in græcum vertenda, & contrà. 620
Latina statim græca subsequi debent. 9
Latinus sermo, Aeolicę ratio ni simillimus. 48
Latinus sermo græco inferior. 459
Latinus sermo pluribus in vsu est. 9
Latine loqui, aliud quàm grámaticè loqui. 47
Latinī aduersus se iniqui iudices in nominum fictionibus. 459.492
Latini dicendi præceptores quando primum cœperint 94
Latini veteres plus ingenio quàm arte valuerunt. 57
Latinorum inopiæ quomodo medendum. 741
Latus clauus. 977
Latonæ progenies. 180
Laudari iuuenes appetunt. 314
Laudatiuum genus, quod & demonstratiuum. 452
Lauranius orator. 561

Laureati poſtes. 493
Laus diſcipulorum quatenus admittatur. 83
Laus eadem non vbique decet. 180.182
Laus & vituperatio ad iudiciorum momentum pertinent. 179
Laus & vituperatio quomodo puero tractandę. 90.91
Laus ſtimulos addit. 630
Laudis amor cupiditatem literarum acuit. 702
Laudis cupiditas in oratoribus. 144. ne ab vtilitate cauſſæ patronum abducat. 730
Laudis proprium. 179
Laudē homini quę parēt 180
Lectio pueri ab Homero ac Virgilio incipere debet. 54
Lectio pueri qualis eſſe debeat. 13
Lectionis vſus & ratio. 585
Lectione oratorum nihil minus laborioſum. 718
Lædi in iudiciis qui non debeant. 210
Legale genus νομικὸν. 159
Legales quæſtiones. 173
Legarum ſpecies plures. 175
Legationis male geſtæ iudicium. 427
Lex ad exules nulla pertinet. 399
Legis obſcuritas. 431. poteſtas. 434
Legis verba diligenter perpendenda. 432
Leges contrariæ, quæ & ἀντίνομία. 175.433
Leges duplices. 435
Leges pares. 434
Legū laus & vituperatio. 92
Lenas rhetor. 146
Lenas Popilius. 698
Lentiora plus affectus habent. 632
Lentulus Spinther. 369
Leonides Alexandri pedagogus. 9
Lepus epicœnum. 45. eius etymon. 48
Λέξις qu d ſit. 504
Libellis indoctorum non eſſe vtendum. 727
Liber & Ceres pro vino & pane licenter. 491
Liberalis facies pro pulchra. 364
Libertas in aliis, in aliis licentia. 192
Libertinus quis dicatur. 288
Licinius Archias poëta. 631
Lingua ſecretior, gloſſa. 13
Linguæ vitia. 35
Lis de quo ſit. 421
Literæ quædam aliter enuntiantur quàm ſcribātur. 54
Literæ, vnicum aduerſorum ſolatium. 338
Literarū ratio & poteſtas. 25 affinitas, & inuicem mutatio. 25.46.52
Literarum inuentio Minerę tribuitur. 179
Literarum pura voluptas, quando. 134
Literarū traditio qualis eſſe debeat. 11

Literarum vsus qui sit. 54
an memoriæ obstet. 655
Litigãtium personæ quomodo ponendæ. 246
Litigatoris persona quomodo tractanda. 211.354
Litigatori non semper mos gerendus. 528
Litigatores alij aliter tutandi. 643
Litigatores honestam rationem, atque adeò necessitatem prætexant. 210
Litigatores pro se olim ipsi agere cogebantur. 120
Littus quod dicatur. 334
Liuius cum Herodoto componendus. 600
Liuius & Sallustius pares magis quàm similes ibid.
Liuij epistola. 589. pataumitas. 39.450
Liuij vbertas lactea. 588
Loca in arte memorãdi qualia esse debent. 657
Localis memoria. 657
Locus secretis studiis aptus 616
Loci intellectus. 164
à Loco argumẽta quomodo ducantur. 284
Loci communes à Q. Hortensio, & item à Cicerone cõpositi. 80. à quo primùm tractati. 144
Loci communes testium & argumentorum. 91
Loci communes tractandi ei qui copiam affectet. 97
Loci communes virtutum & vitiorum. 91
Loci coniecturales, an voluerit, potuerit, fecerit. 407
Locorum communium vsus quatenus parandus. 91
Locorum descriptio. 519
Laus. 181
Locos argumentorum quot vocet Quintilianus. 281
Locuplex à locorũ copia 287
Locutio antiqua immutata. 533
Lodices masculæ exoletũ. 69
Λοξικὸς status. 155
Λοξοδιαίρετοι. 144
Λόγοι μυθικοὶ 304
Longa syllaba quæ sit. 561
ea optime clauditur oratio. 570. geminis vocalibus scribebatur. 52
Longarum syllabarum vsus vbi conueniat. 568.576
Longis syllabis longiores, & breuibus breuiores. 568
Longorum verborum contextus vitiosus. 561
Loquaces ac clamosi & obstreperi in iudiciis retundendi. 382
Loquendi ratio ac vices. 55. 382
Loquentibus sua est obseruatio. 43
Lucanus poëta. 598
Lucilius satyricus. ibid.
Lucilii præceptum de diphthongo ai & æ. 52
L. Cotta antiquitatis affectator. 666
L. Crassus orator. 446.736

eius temporibus cœpere latini dicendi præceptores. 94
L. Galbæ ioci. 370
Lucrecius. 597
Lucus, quia non luceat. 48
Ludus, quia procul à lusu. 48 368
Ludi Floralia. 39
Lupercalia, vnde compositū. 41
Lupus fœmina. 45
Lusu docendi pueri. 11
Luxuriatur, luxuriat, idē. 536
Lyciæ rhetores cātores. 675
Lycurgus legislator. 64
orator. 739
Lyricorum græcorum licentia. 57
Lyricorum nouem Pindarus princeps. 593
Lysias orator. 596. 739 cōpositionis studiosus. 556
optime hominibus orationes accommodabat. 193
rhetoricam obseruationē esse dicebat, non artē. 117
eius oratio pro Socrate reo. 637
Lysippus statuarius. 736

M

M, mugiens litera. 702
ea nullum græcum verbū finitur. ibidem
Militeræ ablatio seu obscuratio. 561
Macer poëta. 597. eius tetrastichon carmen. 376
Μακρολογία. 466
Magister aridus pueris maximè vitandus. 87
Magistri, vox ambigua 370
à Maiore argumentum. 26
Mala discenda, vt vitentur. 707
Malæ tractationis actiones. 426
Malefici scripti actio. 428
Malus idem & stultus. 701
Manilia lex. 92
Manus oratoris rusticæ ne sint. 72
Manuum gestus. 608
Mappa, pœnum vocabulū. 39
Marci cognomē è Manliorum familia exemptū. 181
M. Callidius orator. 742
M. Antonius orator neminē vidit eloquentē. 446. 704
M. Aquilij defensio. 116
M. Cato Censorius de rhetorica scripsit primus apud Rom. 145
M. Cato & iuris & dicendi peritissimus fuit. 718. 755
Margines librorum. 618
Mars pro bello. 491
Maris potestas Neptuno tribuitur. 180
Martialis poëta. 599
Mastruca. 32
Μαθηματικὸς. 135
Materia rhetorices quæ. 138
Materię pueris dictandæ. 89 99
Materiæ decorum seruandū. 610
Medea Ouidij. 481. 599
Media quædam verba sunt in translationibus. 493

Media via dicendi tenenda, quãtum opus eſt, & quantum ſatis. 231
Mediæ in verſibus dictiones quid artis poſtulent. 565
Mediæ ſyllabæ apud latinos accentus. 34
Medicinæ inuentio. 127
Apollini tribuitur. 179
Medidies an meridies. 47
Mediũ dicendi genus vbi requiritur. 746
Medium ſertum, quod apophthegmaticum. 378
Meditantium ac ſcribentium geſtus. 616
Meditãtibus commoda. 616
Meditatæ actiones inutilæ. 662
Meditatio etiam ex tempore dicentibus neceſſaria. 631
Meditatis diligenter, omnia tempora parata ſunt. 381
Μεγαλοπρέπεια, magnificentia. 234
Mehe olim pro me. 34
Μίμησις. 465
Melanthius pictor. 736
Melius quàm poſſis ne dicere velis. 611
Membranarum in ſcribendo vſus. 617
Membrũ quid dicatur in oratione. 576
Membrorum inciſorumque obſeruatio. 561
Memoriæ conſideratio. 654
Memoria, ingenij ſignũ. 662
Memoria oratori maxime neceſſaria. 13. 148
Memoriæ vires. 622. virtus duplex. 20
Menalcas Virgilium in Eclogis aliquãdo ſignificat. 495
Menander poëta cõicus. 594 iuſtiora poſterorum quam ſuæ ætatis iudicia inuenit. 180
Mendax, memor ſit. 249
Mendacium dicere ſapienti aliquando permiſſum. 130 707
Mendacium mendacio eluditur. 373
Mendatia refellenda. 380
Menelai ſermo. 746
Menenij Agrippæ fabula. 304
Mens luxurioſo cultu detegitur. 446
Mentis humanæ ſublimitas. 648
Mentis vis diſertos facit. 630
Menti in actione geſtus. 680
Mercurij inuentũ literæ. 180
Meretricis amor. 414
Meritorum genera. 424
Meſſala orator. 602. eius in dicendo dignitas. 755. 737 libri. 54. prooemia. 210
Mercedem oratori permittitur accipere. 725
Μετάβασις 538
Μεταβολὴ 540
Μετάληψις 168. 493
Metaleptica in ridiculorum ordine. 368
Metamorphoſis Ouidij. 121
Metaphoræ cõſideratio. 487
Metaphora continua allegoriam facit. 520

Μιτραπλασμὸς. 148
Μιτάξωσις 169. 508
Methodice. 59
Μιτωνυμία 491
Μέτρον, id est dimensio. 562
Metri conditio ac necessitas quædam variat. 35. 490
Metrici pedes in oratione. 565
Metrodorus insignis Zodiaci memorandi locos cõstituebat. 657. 658
Metus duplex. 355
Metus in peroratione ponẽdus. 342
Metus iudici amouẽdus. 211
adhibendus. ibidem.
Mihi, vnde dictum. 34
Miles Marianus C. Lusium tribunum iuterfecit. 202
Militum dictio qualis esse debeat. 641
Milites insectandi ratio. 652
Milonianæ orationis exordium excussum. 673
Μίμησις 522
Mimorum ridicula. 364
Minæ, quæ &, καλάπλαξις 531
Minerua Athenarum prestãtissima. 736
Minora minores facilius discunt. 11
à Minore argumentum. 193
Miseratio duplex. 696
Miseratio rectum etiam iudicem inclinat. 328. 211
Miseratio nonnunquam mouenda. 186. 347. discutiẽda. 347
Miseratio ne longa sit. 345
Miserationem accusator frequenter concitat. 343
Miserationem moturis quid agendum. 357
Misericordiæ laus in iudice. 424. Eius numen. 308
Mithridatis memoria. 663
Moderãdi rationes. 646. 353
Modus in actione tenendus. 721
Modus in omnibus maxime regnat. 111. 696
à Modo quomodo argumenta ducantur. 286
Modi verborum, qui & status, & qualitates. 37
Modorum musicorũ vis. 555
Molliendi formulæ. 235.
Mollis actio. 688
Molon Apollonius Ciceronis præceptor. 733
Molossus pes. 568. clausulæ conuenit. 572.
Monosyllaborum multorum & polysyllaborum continuitas vitiosa. 561. 566
Monstra, cõtra naturam. 8
Μονοτονία tonus. 672
Monosyllaba in fine versus inusitata. 460
Monotonia vitanda. 672
Mores iudicis noscendi. 211
Mores qui dicantur, indeq; Moralis philosophia. 352
Morum alienorum imitatio. 522
Morum disciplina quibus de beatur. 3
Morũ disciplina oratori per noscenda. 710

Morum prior vbique ratio. 8. 15
Moribus apta ætas, ad literas etiam pertinet. 10
Morositas odiosa. 610
Motus excitandi ratio. 356 693
Motus obseruatio. 684
Mouendi affectus ratio 693
Mucro gladius 490. 584
Mugitus, sibilus, murmur, factitiæ voces. 492
Mulieres eloquentes. 18
Munditiæ circa proprietatem significationemque. 472
Munerariũ Augustus primus dixit. 463
Musæ Plautino sermone locuturæ. 599
à Musis ac Gratiis indoctos abesse. 65
Musicæ, & eius laudes. 63
Musicę, grammaticis necessaria. 24
Musico rum sonorum diuersitas. 747
Mutæ res quomodo mouẽt. 345
Μυκτηρισμὸς. 497
Myron statuarius. 736
eius discobolos. 112

N

N, græcum iucundum & in fine quasi tinniens. 740
Nam quis, pro quisnam. 535
Nænia, carmen funebre. 452
Narrationis cõsideratio 189
Narratio priuatæ deliberationi non est necessaria. 186
Narratio sinuosa. 87
Narrationis numeri. 578
Narrationis cõpositio. 579
pronuntiatio ibidẽ & 694
Narrationum confirmatio & destructio. 89
Narrationũ species duæ. 225
Tres. 87
Narium decorum ac indecorum. 679
à Natione vt ducantur argumenta. 281
Nationes totæ non incessendæ. 364
Nationes exteras quomodo eleues. 652
Nati recens fletibus excipiũtur, defuncti cũ lætitia efferuntur apud quosdã .307
Natiua verba. 463
Natura dux sequenda. 6 101. 396
Natura pueri considerandæ. 101
Natura si desit, præceptis atq; arte nihil agas. 6
Naturæ maximum vbiq; momentum. 6. 134
Naturale maxime quid dicatur. 554
Naturalia instrumenta. 720
Naturalis eloquentia. 741
Naucrates Isocratis discipulus. 160
Ne, non, quomodo vsurpentur. 38
Necessarios lite prouocantiũ dictio qualis esse debeat. 646
Necessitas quæ dicatur. 181
Necessitas, virtutis laude honorata

norata in poëtis. 58
Necessitatis excusatio. 423
Necessitatibus ferè repugnamus. 21
Neganda quæ sint. 316
Negandi duplex forma. 317
Negare, fortissima se tuendi ratio. 174
Negligentes aduocati 726
Negligentiæ an locus esse in causis possit. 318. Eius confessio. 522
Negotialis, id est πραγματικὴ. 170. eius locus. 178
Negotij definitio. 157
Negotiorum gestorum iudicium. 427
Nescienti aliqua. 59
Nestoris dictio. 746
Nicander poëta. 592
Nigidius de gestu. 690
Nimium, vbique vitium est 448. 464. 652.
Nitor quidam citra reprehensionem in cultu victuque. 485. 489
Niues capitis, dura translatio. 489
Nocentes defendere Oratori permissum. 608
Noctis commoda. 617. 661
Νόημα quid significet. 482
Nomen & vocabulum differunt. 27
Nomen solus homo liber habet. 419
Νομικὸν & λογικὸν genus. 158
Nominis fictio. 492
à Nomine quomodo ducantur argumenta. 283
Nomina fœminina maribus conuenientia. 39
Nomina, iocorum materiam præbent. 369
Nominum origines inquirendæ. 32
Nominum compositiones. 41
in Nominibus per genus fiũt figuræ. 534
Nosse se quisque debet. 697
Nostra omnia dum nascũtur placent. 613
Notæ & signa in arte memoriæ, 657
Νῶθος quis dicatur græcis. 177
Noua verba. 42
Nouitas in eloquendo, grata 496
Nouitij difficilè sermonem latinum discunt. 75
Numerare digitis. 685
Numerorum oratoriorũ cõsideratio. 562
Numerus in fine dominatur & principio. 565
Numeri intellectus. 164
ex Numero ducta quæstio ex iure pendet. 429
Numero plurali ad vnum an rectè vtamur. 36
Numeri duplices. 65
Numeri in sermone etiam ac epistolis. 557
Numeri latinorum duo. 37
Numeri in oratione soluta dissimulandi. 557
Numerorum ac modorũ vis 555

Numerorũ libertas. 490. 559
Numeris ratio compositio nis cedit. 559
Nũerosus sermo quî fiat. 497
Nuncupare, vetustum verbũ. 461
Nutatio frequẽs vitiosa. 588
Nutrices mutæ mutos etiam infantes reddunt. 584
Nutrices quales esse debeãt. 8
Nutricibus triennium dat. Chrysippus. 10. & carmen assignat. 8
Nutus pro voce sæpe est. 677

O

O, litera apud Græcos interim longa, ac breuis. 52
Obiectũ quomodo quicque sit, in refutatione considerandum. 316
Obiecta aduersario, crimini cuius reus sit, conueniant. 47
Obiurgatio, verberũ loco. 22
Obliquæ allocutiones. 518
Obliquorum à rectis deflexio. 45 46
Obscœnitas & à verbis & à rebus absit oratori. 364 451. 463.
Obscuri, ac præcisi. 609
Obscuritas vitanda. 228. 323 eius modi ac species. 453
Obscurum aut corruptum in eloquentia ne sit. 385
Obscurũ ius & ambiguum ac manifestum. 433. 439
Obsecratio iudicum. 346
Obsequium à Terentio primùm dictum. 463
Obseruantia, idem quod obseruatio. 242
Obseruatio, artis initiũ. 147
Obticentia. 521
Obtineo, quomodo scribendum. 52
Obtinere quæ non possis. iis diu ne insistas. 382
Obuios interdũ nõ videmus, cogitatione occupati. 617
Occasio. 111. 164. 361
Oculorum gestus. 71
Oculorum sensus. 659 efficacia. 676
Occupanda quæ aduersarius aut dicturus aut facturus sit. 325. 344
Occupatio aduersariorũ. 215 216. 325
Odij ratio, 310. 311. 343
Oeconomia quid dicatur. 57
Offensa cauenda. 527
Οἶμος, via. 211
ὁμοιόπτωτον 547
ὁμοιοτέλευτον ibidem
ὁμοιολογία 466
ὁμωνυμία 437
ὀνομαλοποιία nominis fictio 492. 502 nobis concessa non est. 42
Opes ibi, vbi amici. 308
Opus rhetorices. 116
Oppidò, vetustum verbũ. 461
Opiniones diuersas tueri oratori permissum. 717
Optima præcipienda. 9
Optimi semper legendi, atq; etiam ex integro lecti, relegendi. 585

Optimos subsequendi dignitas. 755
Optimum quid sit. 652
Optumus maxumus olim per v, scribebatur. 53
Orandi origo. 147
Oratio euidens, morata cum dignitate. 234
Oratio ab homine disidens, vitiosa. 193
Oratio naturalis quæ. 554
Oratio non semper augenda, sed aliquando submittenda. 460
Oratio omnis quibus cõstet. 154
Oratio tẽporibus, locis, personis accommodãda. 386
Orationis contextus qualis esse debeat. 453
Orationis dispositio ac ordo. 313
Orationis genera duo. 136
Orationis lumina. 506
Orationis motus in quibus. 512
Orationis partes tres secundum Aristot. 140
Orationis partium singularum pronuntiatio. 578
Orationis vitia. 464
Orationum alia vincta, alia soluta. 557
Orator ad omnes casus paratus esse debet vt dicat. 627.733
Orator an nascatur. 666
Orator Ciceronis ad Brutũ, & Partitiones oratorię certiorem Ciceronis sententiam continent. 148.550
Orator futurus fortem ac virilem eloquentiam sectetur. 314
Orator futurus ne publicum formidet. 18
Orator in nullius sectæ leges iurat. 715
Orator nemo perfectus. 5. 62.607
Orator non scientia sola constat. 750
Orator perfectus Quintiliano instituitur. 3
Orator qualis esse debeat. 3. 5.9.701
Oratoris cultus. 689
Oratoris dicturi habitus. 682
Oratoris gestus. 72.73.364
Oratoris instrumenta. 720
Oratoris labor potentissimus. 352
Oratoris modestia. 732
Oratoris officium. 258.149
Oratoris opes quæ sint. 583
Oratoris peritia quanta esse debeat. 139
Oratori cogitanda. 693
Oratori etiam moralia necessaria. 4
Oratori interdum falsa dicere permissum. 707
Oratori permissum etiã verba fingere. 462
Oratores decem vna ætate Athenis. 595
Oratores Græci recensentur. 596
Oratores Latini uel cũ Græcis conferendi. 600

Oratores Quintiliani æquales. 737
Oratorum cum poëtis collatio. 587
Oratorum facta & actiones nõ ex seipsis, sed ex consiliis eorum æstimanda. 601
Oratorem cõmendantia. 643
Oratoriæ artis finis. 446
Oratoriæ vtilitas. 755
ad Oratoriã exhortatio. 600
Ordo fidem aut affert, aut detrahit. 413
Ordinis alicuius insectandi ratio. 651
Ordinis in oratione necessitas. 559
Ordinis in rerum natura necessitas. 388
Organorum soni. 555
Originis antiquitas laudem addit. 180
Ornate dicere, eloquentissimi proprium. 446
Ornatum, & eius gradus. 467
Ornatus consideratio. 457. 636
ὀρθοέπεια quid sit. 35. 46
Orthographiæ ratio. 51
Os oratoris. 670. 675
Oris inanitas. 71
Oris puerilis formatio. 13
Oris vitia. 35. 71. 671
Ore magis quàm labris loquendum. 680
Ostentatione nostra ne iudex soluatur, cauendum. 665.
Ouidius poëta. 597. Medea eiusdẽ. 48. Liber in malos poëtas. 375
οὐσία, quæ & essentia. 165
οὐσίας πέρι καὶ συμβεβηκότων status. 169

P

P, an B, in compositis scribẽdum. 52
Pacificator habitus. 686
Pacuuius poëta. 599
Pædagogi quales requirantur. 8
Pæon pes. 562. 572
παιδομαθεῖς qui dicantur. 75
Palæmo Quintiliani ætate. 28
Palæstricis vacandum. 72
Palæstrita qui esse nolit, nesit tamen ἀπαίλαιστος. 564
Palamedes rhetor. 144
Palimbacchius. 168
Pamphilus pictor. 736
Palpebrarum gestus. 679
Pamphilus rhetor. 165
Pancratiastes quomodo instituendus. 103
Panegyrici in quo genere ponantur. 153
Pantomimi Augusti. 370
Panyasis poëta. 591
à Pari argumentum. 332
παραβολὴ, quæ & collatio. 305
Parabolæ vsus. 305 & lex. 471
παράδειγμα. 301
παραδιαστολὴ. 545
παραδιήγησις. 532
Παρεγόμενα. 493
Παράδοξον cauillæ genus. 215
Παράδοξον, inopinatum 515
παρανεπικὴ στάσις. 168

Para

Paraphrasi quomodo ludendum. 620
Παραπλήσιον. 552
Παράληψις. 531
Παρέκβασις, quæ & egressio. 249
Parenthesis, seu interiectio. 453.537
Parentum cura & votum circa liberos. 7.651
Parrhasius pictor. 736
Παῤῥησία. 516.552
Pariambus, qui & Pyrrhichius. 567
Parricida quis dicatur. 493
Πάριτον. 547
Παροιμία. 304.497
Paroemia locum in iocis habet. 376
Παρομολογία. 552
Παρρησία. 518
Παρωνομασία. 545
Partium orationis numerus. 27
Partibus laborantes, vniuersitate pugnemus. 406
Participium nõnunquam pro verbo ponitur. 535
Participialia verba. 28
Partitionis cõsideratio. 197 232.153.157
Parua magnificis nominibus non efferenda. 462
Paruulorum ingenia vt tractanda. 19 eorum memoria. 11 indicia. 272
Passienus orator. 349
Pastor populi. 489
Patauinitas Liuij. 39
Παθητικαὶ probationes. 311
Πάθος quid. 355
Patiendi modo dicimus quædam quæ facimus. 534
Patientia iracundiæ præstat. 380
Patrare bellum. 464
à Patria vt ducantur argumenta. 282
Patrum aduersus liberos autoritas. 312
Patrocles rhetor. 118
Patronus aduersæ partis qualiter tractandus. 211
Patronus affectus quomodo mouebit. 345
Patronus incredulus in discẽdo, optimus. 729
Patronus iudicis personam in discenda causa sumere debet. ibidem
Patronus qualis esse credi debet. 247
Patroni acuti officium. 362 primum. 408 proximum. ibidem.
Patroni petulantiam litigator luit. 731
Patroni ambitiosi. 247
Patroni causas sibi agendas diligenter à litigatoribus discant. 727
Patronorum non esse iurare, sed testium. 530
Patronorum imperitorum redargutio. 397
Pectus disertos facit. 632
Pectoris latitudo. 600
Pecuniosus à pecorum copia 287

Pedestris oratio. 596
Pedo poëta. 598
Pes, temporum legem seruat. 74
Pedũ ratio in oratione. 565 579
Pedes in oratione soluta difficiliores 557. 565
Pedes inscite ne proferat orator. 73
Pedum gestus, & eorum vitia. 686
Pedum ictus in numerorum interuallis notandis. 563
Pedum in metris obseruatio. ibidem
Pedum proprietates notissimæ esse debent. 58
Pentametri medio latens tẽpus. 571
περιθημιμερὴς. 568
Pepigi, quam habeat primã positionem. 44
Percontari & interrogare indifferenter vtimur. 512
Peregrina verba. 39
Pericles Anaxagoræ auditor. 714 astronomiæ peritus. 69 orator. 739 nihil scriptum reliquit. 744 eius votum. 732 prior nemo scripsit quod ornatum oratorium habeat. 144
Periclitantis dictio qualis. 644
Periclitantem commendantia. 344
περιεργία. 464
περίοδος. 557 eius plura nomina. 576 eius loci. ibidem
Peripateticorum studia. 714
περίφρασις. 498. 551
περιστατολογία. 498
περίστασις, quæ & circunstantia. 296
Permissio. 516
Perorationis cõsideratio. 243 340 per totum.
Perpetua actio & concisa actio. 380
Persius satyricus. 559
Personæ consideratio. 164
Persona nonnunquam argumenta suppeditat. 282 405. 407
Personæ momentum in scenicis actoribus. 345. 685
Personarum coniunctarum inter se actiones. 353
Personarum commixtio ac confusio. 537
Personarum decorum. 641
Personarum magnarum in causis obstacula. 525
Personis litigatorum quę adiungantur. 283
Personas miserabiles induẽtes, earum etiam affectus assumamus. 357
Perspicuitatis consideratio. 451. per totum.
Perspicuitas, eloquentiæ prima virtus. 85
Perspicuitas, summa orationis virtus. 49
Perspicuitati euidentia subiicitur. 235
Persuadendi vis quo consistet 693
Persuasio aliis etiam rebus quàm

quàm oratione fit. 116
Pestilentiæ origo. 402
Pentoris arbitrio non dicendum. 390
Petoritum, gallicum vocabulum. 59
φαντασία. 356.473.630
Phidias statuarius. 735
Philemon, poëta comicus. 595
Philetas poëta elegiacus. 592
Philippicę Demosthenis. 195
Philistus historicus. 595
Philosophia oratori necessaria. 5. 24 eius partes tres. 711
Philosophia simulari potest, eloquētia non potest. 718
Philosophi cur nobis consulendi. 5
Philosophi Græci insignes. 596. Latini. 604
Philosophi quatenus legendi. 588
Philosoporum arrogantia ac vitia. 4. 718
Philosophorū quæ secta oratori maximè cōducat. 713
Philosophos velut repetūdarum agit Quintil. 3
Phœnix Homericus. 86
Phonascorum vox. 668
φράσις, quę & elocutio. 450
Physica etiā oratoris est. 51
Pictores clari. 735
Pictoria ars. 129
Pictorum artificium. 484
Picturæ vis. 677
Pignora quæ dicantur. 344
Pilarij scenici. 629
Pindarus lyricus. 595
Piratica an dicatur. 462
Pisander poëta. 592
πίστις quid significet. 279
Placendi cupido vim dicendi extemporalem auget. 630
Placidus, acidus. 368
Plagosos præceptores taxat. 22
Plancus philosophus. 604
πλατειασμὸς. 35
Plato. 64 76. 120. 138. 167. 599. 739. 754
Platonis peregrinatio. 76
Platonicę interrogationes. 270
Plaudite, Comicorum ac tragœdorum. 349
Plautus, quantus. 599
Plenum vini, vino. 533
πλεονάσμὸς. 37. 466. 542
Plinius orator. 146. 690
πλοκὴ. 540
Plotius insignis orator. 94
Ploxenum. 32
Plura eodem tempore simul disci an possint. 74
Plura quomodo simul aggrediamur. 318
Poëma quomodo inuentum. 574
Pœnę iudicium. 421. 425
Pœnitentia dicti. 522
Pœnitentię color. 650
Pœniturus, pœnitentiā acturus. 535
Poësis vnde fastigium suum acceperit. 755
Poëta, Homerus intelligitur. 483

Poëtę ad voluptatem omnia referunt. 489
Poëtæ canunt. 56
Poëtæ in oratione non imitandi, nec oratores in carmine. 610
Poëtæ recenſetur. 590.597
Poëtę oratoribus legẽdi. 565
Poëtarũ autoritas. 57.308. 566
Poëtarum etiã figmenta oratori noſcenda. 719
Poëtarum ſtudium. 57.566
Poëtas metri neceſſitas excuſat. 43.490.566
Poëtas primos puer legere aſſueſcat. 13. 56
Poëtica exempla etiam proſunt. 304
Poëtica themata quatenus tractanda. 105
ζωγραφικὴ ars pictura. 133
ποιότης & ποσότης. 424
Pollice auerſo demonſtrare. 673
Pollio & Meſſala Ciceronis temporibus agere cœperunt. 755
Pollio Patauinitatem in Liuio deprehendit. 39
Polycletus ſtatuarius. 736
Polygnotus pictor. 735
Polyhiſtores & polygraphi. 754.755
πολύγραφων. 540
πολυσύνθετον. 543
Pompeij in Ciceronem dictum. 778
Pomponius Secundus tragicus. 599
Pontificum commẽtarij. 453
Porcius latro declamator. 585
Portus pro pace. 495
Poſſibile, quod & δυνατὸν. 189
Poſſidonius grãmaticus. 166
Poſitio in pedum quantitate. 569
Potuerítne quis peccaſſe, quomodo tractetur. 410
πρακτικὴ ars. 133
Præcepta artis dicendi cum probitate & religione non pugnant. 707
Præcepta artis non tanquam myſteria traduntur. 112. 327
Præceptor familiariter amicus ſit. 17. & iucundus. 88
Præceptoris mores & officia. 9.15.81.441
Præceptoris vox, ſolis inſtar 17
Præceptoris vultus attendendus. 83
Præceptore optimo protinus vtendum. 83
Præcipiendi ratio. 444
Præciſio. 522
Prædictio. 515
Præexcuſatio in periculoſe fictis. 463
Præiudiciorum conſideratio 259.
Præiudicium de cauſſa ſua aduocatus afferens, iudici ingratus. 640
Prælectio autorum. 95
Præmiorum cõſideratio. 424

Prǽmiolis prouocandi pueri. 11
Præmunitio. 515
Prǽnomina, liberorum sunt. 419
Prǽparatio. 233
Prǽpositiones in compositione quem sonũ seruent. 52
Prǽpositionum immutatio. 546
Præpostera narratio. 239
Prǽscriptionis contentio 430
Prǽsumptio, quæ & πρόληψις 514. 515
Prǽuaricationum crimina. 394
πραγμα, id est res. 164
πραγματικὸς status. 165
πραγματικοι, iuris interpretes. 169
à Prauis quomodo ducantur argumenta. 283
πράξις. 164
Praxiteles statuarius. 135
Priapeia videntur Virgilio attribui. 402
Primùm ferè occurrit, quod vltimum dicendum. 198. 394
Principum dictio qualis. 641
Principium facile sit. 444
Principiorum orationis numerus. 565
Priuata iudicia. 199
Priuatarum caussarum affectus. 347
Priuatum cõsilium purus sermo decet. 459
Probabilia verba. 449
Probabilis oratio. 464
Probandum quod proposueris. 297
Probationum consideratio. 259. & dein. per totum.
Pronuntiatio. 694
Probationis ac refutationis in agendo ordo. 326. 385. 409
Probationes παθητικαὶ. 311
Probationes quę optimę. 133
Procurationis male gestæ iudicium. 427
Prodicus Ceius rhetor. 144
Proditionis caussa quomodo tractanda. 412
Productio ac correptio syllabæ, ambiguitatis caussa. 438
προείκθεσις quid sit. 321
προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. 463
Progenies genitiuo singulari caret. 47
πρόληψις, quę & prǽsumptio. 217. 514. 551
Proles ducenda, tragicum. 461
Promissa in actione, prǽstanda. 380
Pronuntiationis cõsideratio. 665. & dein. vsque ad finem xj.
Pronuntiandi ratio in dicendo potissima. 585
Pronuntiatio & actio, idem 148. eius necessitas. ibidem.
Pronuntiatio varietati verborum accommodanda. 696

Pronuntiatio, verborum vim variat. 695
Pronuntiationis gestus. 677
Pronuntiationis puerilis formandæ ratio. 14. 71
Proœmij consideratio. 209
Proœmij ac epilogi discrimẽ. 213
Proœmij & narrationis qui sit vsus. 258
Proœmij pronuntiatio. 578 694
Proœmio ac epilogo maxime mouendi affectus. 348 349
Propertius poëta. 598
Proponendus non vnus, sed plures, quos imiteris. 610. 714.
Proposita, quæ et themata. 390
Propositio & narratio se habent vt genus & species. 197
Propositio vbi ponẽda. ibidẽ
Propositionis consideratio. 250. & dein. eius pronuntiatio. 694
Propositione aduersarij aliquando vtendum. 395
Propria verba dignitatem ex antiquitate accipiunt. 461
Propria verba quæ sint. 41
Proprietas quomodo perpendenda. 451. 452
Proprietas rerum non auersanda, sed assectanda potius. 451. 742
Proprietatis species. 740
Proprietatis verborum studiosissimi iurisconsulti. 334
Proprietates rerum Aristoteles secundo rhetoricorum tractat. 281
Proprium quid dicatur. 281
Propriorum ac differentium vsus in approbanda refellendáque finitione. 411
Propriis confirmatur definitio, differentibus soluitur. 288
Prosa quæuis in versiculorum genera redigi potest. 561
Prosapia, exoletum verbum. 46
προσαπόδοσις. 551
Proscripturio. 491
προσηγορία vocabulúmne an appellatio vocetur. 7
προσῳδία id est accentus. 34
προσωμιλητικὴ. 151
προσωνομασία. 541
Prosopopœiæ. 56. 79. 191. 242. 345. 517. 551. 642.
Prostratio miserationem excitat. 347
Protagoras Abderites rhetor. 141
Protogenes pictor. 136
πρωτεπτικὴ τάσις. 168
Prouidentia an regatur mundus. 291
Proximũ esse, aliud est quàm secundum esse. 591
Prudentia quæ vocetur. 136
ψιθυρισμὸς. 68
Publicæ capitaléque causæ accuratius dicendi genus requirunt. 463
P. Varro poëta. 33

Pudor ad dicendum ſtimulos addit. 630
Pudor animum refringit. 10
Puer quando Rhetori tradendus. 78
Pueri adoleſcētibus commixti ne ſedeant. 82
Pueri cædendi non ſunt. 22
Pueri condiſcipuli oratoris futuri, quales eſſe debeant. 8
Pueri laborum tolerantiſſimi. 78
Puerorum docilitas. 218
Pueris in exemplum propoſita, otioſa ne ſint. 13
Pueris quæ legenda. 56
Pugnantia in actione aduerſarij arguere, artificis eſt. 322
Pullata turba. 381
Punitus es inimicos, pro puniſti 534
Puppis pro naui in proſa non ducitur. 490
Puſio. 460
Pyrrhichius, pariambus. 568
Pyrrhon philoſophus. 714
Pythagoras. 63. 66. 640. 704
Pythagoreorum in excitando à ſomno & ad ſomnū concedendo ritus. 555
Pyxis Cæliana. 363

Q

Q. nominum quorūdam nota. 25
Q. ſonus durior. 736
Quadrantaria Clytemneſtra 496.
Quadrupes pro equo in proſa non dicitur. 490
Quæſtio omnis aut in re aut in perſona eſt. 273
Quæſtio omnis, oratoris eſt. 713
Quæſtio quid ſit. 417. an hoc ſit. 419
Quæſtionis diuiſio. 154
Quæſtiones iuris quomodo tractandæ. 392
Quæſtiones occultiores quo modo inueniendæ. 396
Quæſtionibus quæ ſcripto conſtant, multa nouantur. 296
Qualitatis tractatio & conſideratio. 421
Quantitas duplex. 163
Quantitas etiā qualitati ſubiacet. 428
Quantitatis ſtatus. 423
Quantitate ſyllabę mutata verbi ſignificatio. 546
Quianam. 461
Quicquid, quomodo ſcribendum. 51
Quid ſit, quęſtionis, duplex opus. 417
Quiete non fraudanda natura. 616
Quincunx hortorum. 458
Quintilianus filij ſui mortem deplorat. 336. item & vxoris. ibid.
Quintiliani de inſtitutionibus ſuis oratoriis teſtimonium. 751
Quintiliani exemplū nobile in cauſſa agenda diligen-

ter tractatum. 396
Quintiliani experientia in causis forensibus. 259
Eius lacrymæ & pallor in agendo. 259
Quintil. liber de causis corruptæ eloquentiæ. 336. 500
Quintil. cura & mos in causis agendis. 348. 390. 394. 525
Quintiliani pater declamator. 547
Quintiliani probitas in exponendis etiam arcanis. 355. 624
Quintiliani scripta. 407
Q. Hortensius orator. 256. 736
Quiritare. 194
Quotidie, quomodo scribendum. 51

R

R, & S, literarum inter se cõmutatio. 26
ϱ, litera laborabat Demosthenes. 71
ρ, in λ, mutatur. ibid.
Rabirius poëta. 598
Ratio oratione proditur. 124
Eam velut participant & bruta. ibid.
Ratio quid sit. 200
Rationi maxime obstat ira. 381
Rationales status tres. 175
Ratiocinatio, quæ & syllogismus. 435
Ratiocinatio ab inductione differt. 301
Ratiocinatiuus status.
Reatum Messala primus
xit.
Recriminatio, seu ἀντίγρα
μα.
Redargutio iocosa.
Redditio in similitudine.
Refutare quàm obiicere
ficilius est.
Refutationis consideratio
316
Refutatio vrbana.
Regina rerum oratio.
77
Relatio.
Relegendum idem sæpe
585
Religio à superstitione
fert.
Remedia fictorũ verborum
460
Remedia melius adhibentur
quæ nocent nouit.
Remigium pennarum.
Reminiscentiæ vis.
Remissionis necessitas &
dus.
Reor, horridum vocabulum
461
Repercussio.
Repetendum sæpe idem
inculcandum puero.
Repetundarum reus quomodo crimen refellat.
Reprehensio.
Repræsentatio, quæ & ἐνάργεια.
Reprehensu facilia vitia.
Repudij actiones.
à Repugnantibus quomodo
arg

argumenta ducantur. 291
Res ipsa, argumenta in caussis præstat. 404
Res, causarum nerui. 446
Rei coniectura. 402
Reipublicæ læsæ actio. 417
Respublicæ tres. 189
Rei obseruatio quadruplex. 692
Res multæ appellationibus carent. 741
Rerum ac exemplorum cognitio ex historiis petenda. 603
Rerum ac verborum copia. 582. delectus. 613
Rerum imagines & circunstantiæ animo concipiendæ. 629
Rerum ordo an sequēdus in narratione. 283
Rerum vis vocabulis non mutatur. 503
Rebus accidentia. 283
à Rebus argumenta quomodo ducantur. 284
Rebus verba conueniāt. 460
Respirationis in oratione cōsideratio. 670
non Respondere ad proposita quando liceat. 323
Responsionis figuræ. 513
Responsionū difficultas. 324. vis. 372
Reticentia. 521
Reuertor, reuerto, idem. 534
Reus in defensione moderatus sit. 426
Rei capitis dictio qualis sit. 644
Rei in caussa quæ primò ponenda. 391
Rei nō semper defēsione, sed excusatione quoq; ac venia frequenter vtuntur. 426
Rheda, gallicum vocabulum. 39
Rhetorices definitio. 117 etymon & diuisio. 114. finis. 115. Materia. 138. & dein. Instrumentum. 141. Scriptores. 144. Origo. 146. Partes. 122. An sit vtilis. 148. An ars. 126. An virtus. 135. quid à Dialectica differat. 133. 148
Rhetorici Ciceronis quomodo compositi. 170
Rhetoricorū scriptores Græci & Romani. 144
Rhodiū dicendi genus. 738
ῥυθμοὶ qui & numeri. 562. eorū à metris differētia. ibid.
Ridendi modus seruandus. 364
Rideri captans puer, non est indolis bonæ. 20
Ridiculum. 360
Risus consideratio. 359. & dein. per. tot. eius mouendi difficultas. 360
Risus non procul à deriſu abest. 360
Risus in hyperbole. 500
Risus vis maxima. 361
Rixatores. 640
Robur corporis laudandum. 180
Romana videatur oratio, nō ciuita

ciuitate donatæ. 450
Romanus pudor. 463
Romanus sermo maxima ex parte ex græco conuersus. 39
Romanus sermo Venerē Atticam non recipit. 600
Romani scriptores rhetoricorum. 145
Romanorum exempla uirtutum. 715
Rubor in verecundia. 679
Rumoris ac famæ consideratio. 261
Rutilius Lupus rhetor 145 531

S

S, literæ consideratio. 26 561. 51. 53. 71
Sæuitia indoctorum pædagogorum. 9
Salcius Bassus poëta. 598
Saliorum carmina. 49
Saliorum versus carmen habent. 65
Salis condimentum. 362
Sallustiana breuitas vitanda. 231
Sallustius historicus. 600. 613
Salse dicendi ratio in quo sit sita. 371
Salsum quid dicatur. 362
Saltatio, πυρρίχη ars. 133
Saltationis vsus quatenus oratori necessarius. 73
Salutatio sine voce sæpe intelligitur. 677
Sanctitas ac virilitas ab antiquis petenda. 57
Santra orator. 738
Sapientia oratoris propria. 710
Sapiens perfectus nemodum repertus. 5
Sapientiæ præcepta versibus tradita. 24
Sapientum septem Græciæ elogia. 308
Sata, cœlo terraque mutatis degenerant. 738
Satagere, non agere, dictus quidam. 368
Satis nihil est quibusdã. 449 614
Satyrici poëtæ. 598
Σαρκασμός. 497
Scæuola iuris peritus facundus. 718 idem lusor memoriæ tenacis. 661
Scelera consiliũ nõ habẽt. 410
Scenica & scurrilis dicacitas oratorem non decet, 364
Scenicorum vis in agendo.
Schema quid. 39 665
Schema orationis. 504. 514
Schema quomodo damnetur. 39
Schemata quę & figure. 501 39
Σχήματα διανοίας. 371
Schemata λέξεως 533
Schemata omnia discenda. 58
Schematũ vtilitas. 529. 533
Σχηματισμός. 58. 514
Schematismi vsus. 514
Scholæ eligendæ. 17
Scholarum publicarum institutum & vtilitas. 14. 18
in Scholis an domi pueri melius

lius erudiantur. 15
Scio, quàm variè exprimatut. 584
Sciolorum arrogantia. 286
Scipio Serapion dictus. 369
Scipionis Africani putantur eæ comœdiæ quæ Terētij nomine inscribuntur. 600
Scopas. 656
Scribenda quæ sint præcipuè 618
Scribenda quædā, quæ nō dicenda: & contra. 745
Scribendi ac dicendi an eadē sit ratio. 744
Scribēdi maxima cura sit puetis. 100
Scribēdi ratio ac vtilitas. 612 & dein. & 615
Scribendi initium vt inueniatur. 615
Scribendi studium. 12
Scribendum ita quicq;, quomodo pronuntiatur. 54
Scripti & voluntatis quæstio. 431. & dein. 440
Scripti maleficij iudiciū. 427
Scripta quædam aliter, aliter enuntiantur. 54
Scripta nostra pluribus modis tractanda. 621
Scripto an semper standum. 440. & dein.
Scriptorum ambitio praua. 121
Scripturo puero quæ proponenda. 13
Scruporum duodecim lusus. 660
Sulptura & cælatura. 139
Scurrilitas oratori indecora. 640
Se nemo satis veretur. 747
Secessus studiis aptus. 616
Secreta studia. 17. 722
Secretus locus & silentium scribentibus commoda. 616
Securitas litigantis odiosa iudici. 218
Σημῶιον, tempus est vnū. 563
Σημεῖα. 275
Semiuocalium geminatio. 52
Senatus vnde dictus. 48
Senatusconsultorum deuitatio. 261
Seneca philosophus. 604. eius copia. 737. declamationes. 519
Senes etiam artes discere posse. 755
Senum autoritas. 719
Senum dictio qualis esse debeat. 641
Sensa & sensus. 480
Sensiculi minuti ac corrupti. 482
Sensus communis. 18
Sensus & sententię differunt. 480. & dein.
Sensus iacent, vbi verba laudantur. 449
Sensu etiam Cacophaton fieri. 463
Sensus auditus iudiciū. 460
Sententia quid sit. 480
Sententia eadem variis modis efferenda. 621
Sententiæ ambiguitate eludere. 487

Sententiæ & tropi differentia. 501
Sententiæ ne crebræ sint, &c. 481. 484
Sententiæ quos deceant. 481
Sententiæ orationum quales esse debeant. 464. 485
Sententiarum densitas inuicem obstat. 484
Sententiarum figuras quas tractet Quintilianus. 511
Sententiarum genera. 481
Sententiarum lumina. 531 noua genera. 482. ornamenta. 509. vtilitas. 744
Sententias omnino damnãtes. 485
Septennibus minores an literis instituendi. 10
Septentriones. 493
Septimus casus an apud nos. 28
Sergius Flauius. 462
Serio iocus contrarius. 362
Seriorum tria genera. 378
Sermo incompositus an magis naturalis. 554
Sermo nullꝰ sit negligẽs. 632
Sermo puerilis. 13
Sermo quibus constet. 43
Sermonis coniuncti ornatus ratio. 463
Sermonis suspensio. 492
Sermõis vis verbis inest. 558
Sermoni dediscendo ne puer assuescat. 8
Sermonem à natura accipimus. 147
Sermo nimis longus, hyperbaton. 453
Sermocinatrix. 152
Sermocinatio. 517
Serpente genitus Scipio. 90
Seruus vt definiatur. 288 418
Seruum esse, & seruire dixerunt. 288
Serui an honestè armentur. 189
Seruius Sulpitius orator 601
Seruilius Nonianus. 600
Seueritas dictis cõmista, gratiam magnam habet. 363
Seueritas emendationis, nimia ne sit. 88
Sextus casus an apud Græcos. 28
Sex. Clodius Phormio dictus 264
à Sexu vt ducantur argumenta. 282
Si cantas, malè cantas, &c. Cæsaris dictum. 56
Sibe & quase antiquitus. 54
Sibilus factitium nomen. 492
Sicarij qui dicantur. 584
Siciliæ tyranni. 500
Siciliæ laus. 181
Significanter ornateq; dicendi partes, rhetoris sunt. 55
Significatio ambigua, apicis appositione distinguenda. 51
Signorum consideratio. 274 & dein.
Signũ aut indiciũ quanquàm per se nõ cõuincit, aliis tamen adiutum, fidem facit. 123
Signa necessaria & non necessa

cessaria. 274
Signa sunt etiam parua magnorum & contrà. 276
Signorum bellicorum concētus. 555
Silentio an locus sit in causis. 317
Silentio malam caussam confitemur. 236
Simile difficilius facias, quàm idem. 607
Simile, plus & minus recipit. 306. 436
Simili ex iure argumenta ducuntur. 306
Similium cōfutatio. 320. qua duplex ratio. 547
Similium legum & contrariarum conflictatio. 434
à Similibus argumenta. 290
Similib⁹ inesse dissimile. 306
Similiter cadentia, desinentia & declinata si multa iungantur, vitiosum. 561
Similitudo amphiboliæ iungitur. 369
Similitudo proximas exempli vires habet. 304
Similitudo, quæ & exēplum. 301
Similitudinis ac metaphoræ discrimen. 488
Similitudinis, allegoriæ & translationis commistio. 491
Similitudinis omnimodæ in natura difficultas. 606
Similitudinum considerratio. 470 & dein. earum vsus, 471
Simonides poēta. 593. artem memoriæ primus ostendit. 656
Simplex intentio quomodo tractanda. 301
Simplices caussæ vnicum statum habent. 195
Simplicium verborum optima quæ dicantur. 460
Simulandi nescia ætas puerilis. 21
Simulatio. 616
Simulatio contra simulationem. 377
Simulatio iocū præstat. 369
Simulationis & dissimulationis discrimen. 374
Singula à singulis vinci, optimum, 407
Socrates ἰδιώτης dictus. 520. eius grauitas. 120. 637 laus 478
Socrates senex lyra institui non erubuit. 64
Socratis vita ironia quædam. 520
Socrati obiecta. 123
Socratica inductio. 301
Socraticæ interrogationes. 164. 306
Solea quid sit. 452
Solis puluinar. 52
Solicitudo ac tarditas initiorum sit. 613
Solicitudo nimia mala. ibidē
Solicitudo oratori simulanda. 693. 720
Solitatiæ vitæ pallor. 18
Solitaurilia vnde cōpositum. 41

Solœciſmi conſideratio. 36. 36
Somni & mortis laudes. 183
Somno quod ſupererit, ſtudiis impartiendum. 616
Soni definitio. 160
Sonis homines vt æra tinnitu dignoſcuntur. 670
Sonos, aures iudicant. 33
Sophocles poëta tragicus. 594
Sophron mimorum ſcriptor. 65
Sordes & ſquallores reorum ad quid proſint. 346
Sotadea pueris amouēda 57
Species inde accipitur, vnde & vires. 447
Speciē Cic. formā vocat. 288
Specioſiora quæ honeſtiora 743
Speculi vſus oratoribus. 677
Sperare dolorem, improprium. 451
Spes voluntatem facit. 286
Spem plurimorum etiam in pueris elucere. 8
Sphingem domi habes. 376
Spiritus vocis qualis eſſe debeat. 670. 674
Spiritus quo plus habet ſyllaba, eo auditu pulchrior. 671
Spiritus vnius duratio. 454
Spiculum, prælij ſignum. 654
Spondeus 568. eo plurimùm vſus Demoſthenes. 571
Spuitio crebra oratori fœda. 675
Spurij Melij ignominia. 181
Στάσιν græci ſtatum vocant. 160.
Statuarij inſignes. 735
Status ex ſcripto & voluntate. 431
Status oratoris indecorus ne ſit. 72. qualis eſſe debeat. 693
Status quid ſit. 160. eius conſideratio ibidem, & dein. in Status tres omnia recidūt. 175
Stella, luminis ſtilla. 48
Steſicorus poëta lyricus. 595
Stertinius orator. 146
Stoici philoſophi. 597. eorū argutiæ. 714
Stomachus Ciceronis. 379
Stratocles comœdiarū actor. 697
Studendum ſemper, & vbique 632
Studentibus commoda, & incommoda. 622. 616
Studium omnia ſuperat. 8
Studia contenta eſſe non poſſunt. 16. 17
Studia oratoris poſt finē quæ ſint. 751
Studiorum fatigatio. 16. 17
Studiorum fructus maximus ſui contemplatio. 151
Studiorum infantia. 11. vtilitas. 719
à Studiis vt ducantur argumenta. 282
Stulta, per ſe ridicula. 372
Stultitia contra vrbanitatē. 360
Stupratoris pœna. 428

Stupratoris pœna. 428
Styli consideratio. 13.348. 612.618.630.
Sua omnia quibusdam placent, aliis suum nihil. 614
Suadæ medulla, dura declinatio. 116
Suadendi partes. 188
Suadentis persona. 191
Suasoriarū seu deliberatiuarum consideratio. 185
Suasoriarum ornatus. 459. numeri. 577
Subcœnant alij, Galbæ dictum. 375
Subdititij libri. 26
Subiectio. 514.519
Subiectio sub oculos, seu hypotyposis, 519
Sublime dicendi genus. 462 746
Sublimitas vnde oriatur. 489
Subsequendi optimos, dignitas. 228
Subtile dicendi genus. 745
Suggestio seu subiectio. 514
Sullaturio, verbum. 462.493
Sulpitius Gallus orator. 69 620.633.718.737
Sulpitius Lōgus fœdissimus. 364
Summa rei cosideranda. 327
Summa si desperes, quid agas 755
Summissa quales pedes exigant. 579
Sūmum quomodo quid fiat. 474
Superbia quomodo refutanda. 320
Superciliorum habitus. 72 679
Superciliorum motus. 679
Supinitas omnis odiosa. 688
Suspicio, ioci materia. 374
Suspicionem iudicis vt vitemus. 522
Suspicione quoque carendum. 83
Sustentatio, quod & inexpectatum. 516
Sybaritis frugalitas odiosa. 182.
Συγκεῖσθαι, seu κεῖσθαι. 163
Syderum ratio grammaticis noscenda. 54
Syllaba correpta interdum producitur, & contrà. 34
Syllabæ extremæ ne intercidant. 71
Syllabæ omnes puero perdiscendæ. 12
Syllabarū aliæ clariores, aliæ obscuriores. 459
Syllabarum contextus. 560
Syllabarum non eadem quæ literarum ratio. 12
Syllabarum pluriū verba in fine periodi indecora. 565
Syllabarum similium incidētia. 560
Syllabas tres quod excedit, id ex pluribus est pedibus. 568
Συλλογισμὸς. 168. infirmior finitio. 415
Syllogismus oratorius, enthymema. 332
Syllogismi & ratiocinationis consideratio. 435.436

Sylua scriptorum quæ vocetur. 615
Syluæ ac nemora an scribentibus apta. 616
Σύμβολον, etymologia. 47
Συναίρεσις. 33
Συναλοιφή. 33.564. & 573
Συναθροισμός. 479
Synecdoches consideratio, eiúsque vsus. 498.544
Συνεζευγμένον. 544
Συνέχον. 200
Συνοικείωσις. 545
Synonyma ediscentium puerilis cura. 583
Συνωνυμία. 457
Συντελική φάσις. 168

T

T, & d, cognatio. 26
Tabularum cõsideratio. 262
Tã magis, Quàm magis. 116
Ταπείνωσις. 465
Tarditas ac solicitudo in oratorum initiis sit. 613
Tarditas vocis nimia, vitiosa. 674
Tarditatis ac temeritatis vitandæ notæ. 732
Taurus homonymum. 453
Ταυτολογία. 466
Tautologiam non vbiq; vitauit Cicero. ibidem
Ταυτολογίαι καὶ περισσολογίαι. 231
Τεκμήρια. 274
Tectum pro domo, etiam in prosa. 490
Tempus aliud, aliud dicendi genus postulat. 643
Tẽpus dolores mitigat. 345
Tempus nullum otiosum sit aut cura vacuum. 10
Tempus suscipiendarũ causarum quod sit. 721
Temporis in scribendo modus esse debet. 619
Temporis intellectus. 164
Tempus secretum studia postulant. 17
Tempore eodem an plura simul discipossint. 74
à Tempore quomodo ducitur argumenta. 285
Tempora tria. 250
Temporum iactura multiformis. 753
Temporum translatio, quæ & μετάφασις. 519
à Teneris assuescendum. 52
Tenorum, qui accentus, ratio. 64
Tentanda non sunt, quæ effici non possunt. 255
Terentius comicus. 599
Terent. Varro, doctissimus. 599
Terra vt cultu, sic animus disciplinis melior fit. 470
Terra orti. 182
Testamentarię actiones. 428
Testium consideratio. 265
Testium personis quędã mutantur. 745
de Testibus & argumentis loci communes. 90
Testimonia diuina. 270
Theatri vtilitas, & religio. 189
in Theatris sibi locum inueniũt quædam, quibus nullus

ſus eſt in bibliothecis. 665
Θέματα, quæ & propoſita. 337
Themata ſcholarum. 232
Themiſtocles lyræ imperitus, indoctior habitus. 65
Theocritus poëta. 592
Theodeſtes Ariſtotelicus. 117
Eius memoria. 663
Theodoti de pœna conſultatio. 194
Theon Samius pictor. 736
Theopompus hiſtoricus. 595
Iſocratis diſcipulus. 102
Theopompi Lacedæmonij actus. 128
Theophraſtus Philoſophus 597. Ariſtotelis diſcipulus. 145
Θεωρητικὴ 133
Theſaurus eloquentiæ, memoria. 654
Θέσις quid dicatur Græcis 159
Theſis à cauſſa quomodo diſtinguitur. 160
Theſes quæ dicantur. 160
Θέσεις, quibus Cicero exercebatur. 622
Traſybulus tyrannicida. 164
Thraſimachus Chalcedonius rhetor. 144
Thucydides hiſtoricus compoſitionis ſtudioſus. 556 595
Thucydides & Xenophon Ciceroni nō videntur oratori vtiles. 588
Thyeſtes Varij poëtæ. 599
Tibicen reus, quòd ſacrificantem in inſaniam cantu ſuo adegiſſet. 67
Tibullus poëta. 598
Timagenes hiſtoricus. 63. 595
Timāthes Cithnius pictor. 113
Timotheus muſicus. 84
Tiſias & Corax rhetoricæ artis præceptores antiquiſsimi. 127
T. Liuij iucunditas. 600
Tityus maximus. 372
Tityus, ſaltatiōis genus quod dam. 688
Toga delapſa, reponēda. 692
Toga, ne craſſa ſit, non ſerica. 743
Togæ forma. 699
Togati poëtæ. 600
Τόνοι, qui & accentus. 34
Tonores, qui & tenores ſeu accentus. ibid.
Τονόμος fiſtula. 66
Τοπογραφία. 519
Tormentorum ratio. 261
Totum minus eſt dicere quā omnia. 469
Trachallus orator 603 eius. dictum. 373. In dicendo vocalitas. 720. 737
Tractandi vt ſint quos offendere veremur. 652
Traductio. 546
Tragici poëtæ. 278. 283
Tragœdia pueris legēda. 56
Tragœdia Thyeſtes, ſolœciſmus non eſt. 39
Tragœdiarum antiquarum grauitas. 57
Tragœdias paruis litibus

mouere, indecorum. 347
Transferenda quæ sint. 317
Transgressiones longæ nimis. 559
Ttranslata quomodo probẽtur. 463
Translata verba quæ dicantur. 42
Translatorũ proprietas. 453
Translatio & abusio quo differant. 493
Translationis lex. 496
Translatio quando locũ habet. 317
Translationis, quæ & metaphora, consideratio. 487
Translationis vis quadruplex. 488
Translationis vsus in verbis aptandis. 451
Translationis vtilitas. 488
Translationem primus Hermagoras tradidit. 169
Translationum humilitas & deformitas vitanda. 489
Transsumptio, quæ & μετάλημψις. 493
Trebatius, iurisconsultus. 203
Trepidationis vitia. 686
Tres syllabas quod excedit, id ex pluribus est pedibus. 568
Τελεὴ quid sit. 119
Τελεὴ ἄλογον. 629
Tribrachys. 568
Tribũ solus liber habet. 419
Τείχωλα. 547
intra Triennium instituendi infantes. 10
Triquedra, an triquetra. 47
Tristis semper ac demissus puer spem de se nõ dat. 21
Trochæus. 568
Τρόπος, qui & modus. 286
Tropus quid sit. 489. 501
Tropus & figura sæpe in easdem sententias conueniũt. 502
Tropus quare dicitur fieri. 499
Τρόπος intellectus. 164
Tropi omnes puero discendi. 60
Troporum cõsideratio. 485 per totum. & 501
Troporum cum figuris conuenientia. 501
Tropos quidam motus vocant. 485
Tuberonis in Ligariũ actio. 586
Tuendi se, rationes. 174
Tullius, Tollius. 368
Tullius, vide Cicero.
Tumultuosa actio, indecora. 640
Tumultus quid sit. 418
Turba inanium verborum. 454
Turdi pisces. 452
Turpia laudandi ratio. 649
Turpia vt decora fiant. 646
Turpitudo ac deformitas, risus sedes. 360
Tuscanicæ statuæ. 736
Tussis crebra oratori fœda. 675
Tutelæ iudicia. 427
Tyberius Cæs. Theodori Gadarei rhetoris auditor. 145

Tydeus paruus, sed bellator. 180
Tyrannicidæ consideratio. 425
Tyrannidis affectatæ causſa quomodo tractanda. 412
Tyro Ciceronis libertus. 360 633
Tyrtæus poëta. 592. 755

V

V, & I, literæ medius quidam est sonus. 25
Vs finita nominatiuo, quomodo genitiuos faciãt. 45
Vu geminatum græci non habent. 741
Vacilatio in dextrum ac siniſtrũ latus, indecora. 687
Valeſij quondam, nunc Valerij. 26
Valerius Flaccus poëta. 598
Valerij coruus. 90
Varenus poëta vt quidam legunt. 598
Variandæ artis bona 672
Varietas animos reficit. 74
Varietas in pronuntiando. 672. 696
Varices Ciceronis. 691
Varietate res gaudent. 524
Varius poëta. 599
Vario marte pugnare, eruditus sermo. 491
Varro ac Lucretius poëtę philoſophi. 24. Diſciplinę eius 755. Etymologia. 48
Vatinius à Cicerone irriſus. 372
Vatinij rei dictum. 369
Vbertatis facile remediũ. 87
Vbi amici, ibi opes. 308
Vbi dicas, plurimum refert. 643.
Vbi quibus vtendum. 363
Vehementer. 34
Vel, in principio orationis. 535
Venales nouitij intelliguntur. 452
Veneno ferrum armare, elegans translatio. 489
Veneficus. 531
Ventilatores scenici. 629
Ventris gestus. 686
Venus cur apud Lacedæmonios armata. 91
Venus pro coitu. 491
Veneris abſtinentia voci cõfert. 668
Venuſtum quid dicatur. 362
Verbũ inſolens vitandũ. 218
Verbum pro nomine, item & pro participio poſitũ. 534
Verbi eiuſdẽ geminatio. 538
Verbi vnius lapſu, tota causſa cecidiſſe videmur. 417
Verbo claudenda oratio. 537
Verbo integro & diuiſo alia atque alia ſignificatio ineſt 437
Verbo populũ offendere Pericles verebatur. 732
Verba, ab aëre verberato. 48
Verba ab autoribus ius ſumunt. 24
Verba alia alios decent. 641
Verba alia pro aliis in tropis ponuntur. 502
Verba cur fint inuenta. 449
Verba maxime probabilia.

ibidem
Verba omnia suis locis aptata, optima. 584
Verba parum verecunda, ab oratione sint aliena ibidē.
Verba peregrina. 39
Verba propria quæ dicantur. 42
Verba rebus conueniāt. 460
Verba regionibus familiaria, aut artium propria. 453
Verba sensu tincta. 244
Verba vetusta. 69. reperta 463
Verbalia 29
Verborum ac factorū in sceleribus consideratio. 411
Verborum ac sententiarum idem significantiū congeries etiam amplificat. 478
Verborum cura cum rebus iū genda. 446
Verborum cura, rerum solicitudo. 447
Verborum delectus. 457
Verborū diuisio. 39. 52. 461 poëtis aliquando permissa, non item prosæ. 447
Verborum duntaxat causſa nihil nouandum. 449
Verborum duplex intellectus. 30
Verborum & appellationum consideratio. 28
Verborum figuræ. 533
Verborum geminatio. 507
Verborū humilitas nonnunquā vim rebus affert. 460
Verborum magnificentia an suasorias deceat. 195
Verborum mistura indecora. 453
Verborum modi, qui & status, & qualitates. 37
Verborum ne sis solicitus in arduis tebus. 457
Verborum pondus & autoritas. 464
Verborū proprietas ac differentia omnibus communis. 4
Verborum significatio, forma ac mensura ex multa lectione consequenda. 584
Verborum varietas ac vsus pronuntiando. 636
Verbis cuiusmodi vtendū. 49
Verbis an trupitudo etiam insit. 463
Verbis eleuanda quædam. 237
Verbis etiam figuræ fiunt. 534
Verbis in singulis quid considerandum. 449
Verbis non periclitandū. 417
Verbis omnibus in oratione locus est. 584
Verecundia nihil ad conciliandum gratius. 694
Verecundia vitium amabile. 720
Verecundiæ optima emendatio, fiducia. 720
Verecundiæ rubor. 679
Verres, quòd omnia verreret. 369
Verris irrisio. ibidem
Veriloquium dicta etymologia. 47

Veritas an narratione obscuranda. 235
Vero nemo eõtentus est. 500
Verruca saxea. 489
Versicolor Demetrij Phalerei vestis in dicendo. 588
Versicolor elocutio vitiosa. 447
Versificatio in poëmate, compositio in oratione. 574
Versus ab oratione abest. 567
Versus ad imitationem scribendi propositi, ociosi nesunto. 13
Versus etiam imprudentibus excidunt. 567
Versus finis orationi ineptus. 567
Versus non bene finitur pentasyllabis aut tetrasyllabis dictionibus. 566
Versus poëtarũ soluendi pueris, & paraphrasi vertendi. 60
Versuum initia, orationis iuncturis non cõueniunt, sed vltima. 567
Vertenda græca in latinum, & contra. 620
Vertex quid sit. 452
Vesperug. 52
Vetera, maiestate ac religione commendantur. 43
Veteres qui legendi, & qui fugiendi. 97. quid oratori profint. 588
Veterum poëmata cui vsui oratoribus fuerint. 57
Vetustas quæ censenda. 405
Vetustatis autoritas. 182
Vetustatis commendatio. 49
Vetustorum præstantia. 589
Vibius Crispus, orator. 603
Vibius Curius à Cicerone dicterio exceptus. 375
Victoriæ aureæ. 182
à Victu vt ducantur argumenta. 282
Video, verbum. 584
Vigintiuiratum Cicero repudiauit. 703
Vinci vbi necesse est, ibi cedẽdum est. 382
Vinctæ orationis partes. 552
Vini inuentio Libero tribuitur. 179
Vio, pro eo, infelix fictio. 493
Violentia non vis dicatur quam facit indoctus. 110
Vir, ac fœmina, non contrà. 552
Vir bonus esse debet orator. 701
Vir fortis optet quod volet. 393. 430
Vir quiuis spadone formosior. 313
Vir verè ciuilis. reip. vtilissimus, orator. 3
Virum Viri signa. 276
Virum bonum decentia. 642
Virorum clarorum dicta in exemplum pueris scribenda proponenda. 13
Vires suæ metiẽdæ. 348. 732
Virilisne magis sit oratio incomposita quàm composita. 554
Virilitatem etiam in oratione

ne optaret Quintilianus. 313
Virgilius primo à pueris legendus. 57
Virgilius vetustatis amator. 460. 535
Virgilij in scribendo tarditas. 597. Eius laus. 515
Virgilij manus, id est, autographum, Quintiliani tempore extabat. 53
Virginius rhetor. 146. Eius lapsus. 211
Virtus doctrina perficitur. 610
Virtus est vitium fugere. 535
Virtus etiam ipsa disciplina indiget. 609
Virtutis oratoriæ indicium. 621
Virtutes discēdi diuersæ. 652
Virtutes in quibusdam gratiam non habent. 697
Virtutes oratori necessariæ. 136. 137
Virtutum ac vitiorum vicinia. 109. 182. 458. 608
Virtutum & vitiorum loci cōmunes. 89
Virtutum semina nobis innata. 136
Vis δύναμις. 116
Vis oratoria mentes audientium alienat. 457. 458
Visellius rhetor. 531
Visiones, quæ & φαντασίαι. 356
Visurus, ad videndum missus 535
Vitæ anteactæ crimina primùm purgandæ. 391
Vitæ honestæ facilis institutio. 751
Vitam ad discendum satis esse longam. 751
Vitio carere, prima orationis virtus. 464
Vitia in bonum vix verteris. 8
Vitia ipsa in quibusdam delectant. 697
Vitia orationis 464
Vitia pueritiæ in virilem vsq; ætatem perdurant. 8
Vitia quædam puerorum ferenda. 87
Vitia quædam in quantitatibus, carmine excusantur. 34
Vitia reprehensu facilia. 321
Vitia virtutibus vicina. 458. 608
Vitiorum deriuatio ibidem
Vitiorum in oratione excusatio. 31
Vitiis carere, prius ac antiquius sit. 485
Vitiosum in oratione verbū quod dicatur. 466
Viua vox. 81
Viuendi consuetudo, consensus bonorum. 50
Viuentes inuidia sequitur, defunctos gloria. 146
Vt viuit quisque ita dicit. 640
Vltima syllaba indifferens. 570
Vlyssi, Achilli, & similia in genitiuo terminabant veteres grammatici. 40

Vlyſſis dicturi habitus. 693
Vmbra corpus arguit. 292
Vmbratilis vita. 17
Vnus quilibet è populo, populum totum repræſentat. 298
Vocabulum quid ſit. 27
Vocabulum & nomen differunt. ibidem.
Vocalitas obſeruanda. 31
Vocales an in conſonantium vim tranſeant. 25
Vocales iunctæ quam vim habeant. ibidem
Vocales quomodo in ſeipſas coëant, ac ſibi inſidant. ibidem.
Vocalium coitio. 670
Vocaliũ concurſus. 560 modicè hunc vitarunt Cicero & Demoſthenes. ibidem.
Vocalium geminatio in longis ſyllabis 71
Vocaliũ geminatione veteres apice vtebantur. 25
Volubilitas vocis nimia, vitioſa. 674
Voluntarij teſtis interrogandi ratio. 266
Voluptas audientis ad fidem multum adiuuat. 334
Voluptas oculorum ac auriũ cogitandi ſenſum aufert. 616
Voluptatem ac virtutem finxit Prodicus. 518
Vopiſcus. 28
Vortices & vorſus, vertices ac verſus facta. 54
Vox bona. 672
Vox fuſca. 667
Vox infinitam habet differẽtiam. 667
Vox nulla Latina ſine acuta. 35
Vox præceptoris ſolis inſtar eſt. 17
Vox non nimis vrgenda. 674
Vox oratoris qualis eſſe debeat. 667
Vox pro affectibus mutatur. 676 & dein.
Vox tot recipit mutationes, quot ipſa mens. ibidem.
Vox viua plenius alit 82
Vox vt feritur, ita ſonat. 676
Vocis cuiuſque vim intelligere, aut commune prudentum eſt, aut oratoris proprium. 717
Vocis cura. 667. & dein.
Vocis in agendo variatio. 65
Voci quãdo parcendum. 669
Vocis natura, quantitas, qualitas, ſpiritus. 667 & dein.
Voces factitiæ. 493
Vocum ambiguitas. 296
Vocum ſtudio, res non omittendæ. 447
Voluntas cogi non poteſt. 21
Vr finita nomina quomodo in genitiuo exeant. 46
Vrbanè dictorum à Cicerone libri tres. 360
Vrbanitas quid ſecundum Fabium. 377 378
Vrbanitas animos reficit. 230
Vrbanitas Ciceronis. 360
Vrbanitas quñ dicatur. 360

Vrbanitas rusticitati contraria. 362
Vrbanitas breuitatis. 367
Vrbanitatis cõmodum. 361
Vrbanitatis definitio. 377
Vrbanus, Ciceroni nouum erat verbum. 463
Vrbanus homo qui sit. 377
Vrbs Roma intelligitur. 377 452. 482
Vrbis captæ descriptio ac calamitas. 469
Vrbium laudes quomodo tractentur. 182
Vrbanitatis consideratio, vide caput de risu. 359
Vsitatis verbis tutius vtimur. 42
Vsus vis. 630
Vsu dura molliuntur. 42
Vsu trita, reformidanda non sunt. 451
Vsura mortis hostilis frui. 371
Vtendi voce, ratio. 668
Vtile an semper cum honesta te coniunctum. 185
Vtile cũ honesto an pugnet. 190
Vtilitas & tempore & natura discernitur. 93
Vtilitatis quæstio variat multipliciter. 190
Vtilitatis quæstiones. 190
Vulcanus pro igne. 491
Vulgare orationis genus nõ auersandum. 448
Vulgaris sermonis, & viri eloquentis orationis alia atque alia natura. 743
Vulgi etiam laus, non solum doctorum, captanda oratori. 748
Vulgo recepta fidem vndeha beant. 308
Vulgo persuasa, vtilia sunt testimoniis. 307
Vulpes, volipes. 48
Vultus dicẽtis supinus ne sit. 71
Vultus efficacia. 678
Vultus ingressus q;, animi habitum arguit. 677
Vultus mutatio. 552

X

X, carere potuimus. 25
Xenophon. 596 Eius ore musæ locutæ. 588
Y, & Z, literas non habemus. 740
ὑπαλλαγὴ. 491
ὑπαλλακτικὴ τάσις. 168
ὑπερβατὸν. 498
ὑποδιαστολὴ. 671
ὑποσιγμὴ. ibidem.
ὑπόλυσις 467
ὑποτύπωσις narratio non est habenda. 224

Z

Z, literæ dulcedo. 740
Zenon rhetoricen ac dialecticen coniungebat. 136 201
Ζήτημα. 535
Zeugma. 535
Zeusis pictor. 735
Zodiaci insignis, memorandi locos Metrodorus constituebat. 658
Zopyrus Clazomenius. 160

FINIS.

LVGDVNI,

EXCVDEBAT

BASILAEVS

BOQVETIVS.

1575.



M. FABII

QVINTILIANI

ORATORIS ELO-

QVENTISSI-

MI

DECLAMATIONES

VNDEVIGINTI,

Ad fidem vetustissimorum codicum recognitæ & restitutæ.



LVGDVNI,

Apud Ludouicum Cloquemin, Et
Stephanum Michaëlem.

1575.

DECLAMATIONVM

XIX INDEX.

I	Paries palmatus.	Pro cæco contra nouercam.
II	Cæcus in limine.	Pro cæco contra nouercam.
III	Miles Marianus.	Pro milite contra tribunum.
IIII	Mathematicus.	Pro filio contra patrem.
V	Aeger redemptus.	Pro patre contra filium.
VI	Corporis proiecti, seu Anus	Pro patre contra matrem.
VII	Tormenta pauperis. (cæcæ.	Pro paupere contra diuitem.
VIII	Gemini languentes.	Pro matre contra patrem.
IX	Gladiator.	Pro filio contra patrem.
X	Sepulcrum incantatum.	Pro vxore contra maritum.
XI	Diues accusatus proditionis.	Pro diuite contra pauperem.
XII	Pacti cadaueris.	Pro ciuibus contra legatum.
XIII	Apes pauperis.	Pro paupere contra diuitem.
XIIII	Odij potio I.	Pro iuuene contra meretricem.
XV	Odij potio II.	Pro meretrice contra iuuenem.
XVI	Amici vades.	Pro iuuene contra matrem.
XVII	Venenum effusum.	Pro filio contra patrem.
XVIII	Infamis in matrem I.	Pro vxore contra maritum.
XIX	Infamis in matrem II.	Pro viro contra vxorem.

MAR. FABII QVINTILIANI ORATORIS ELOQVENTISS. DECLAMATIONVM LIBER.

PARIES PALMATVS.

DECLAMATIO I.

ARGVMENTVM.

Quidam cui erat filius cæcus, quem hæredem instituerat, iaduxit illi nouercam, iuuenémque in secreta domus parte sepositit. Is nocturni in cubiculo cum vxore iaceret, occisus est: inuentúsque postero die habens gladium filij defixum in vulnere, pariete ab ipsius ad filij cubiculum vestigiis palmæ etuentato. Accusant se inuicem cæcus & nouerca.

Pro cæco contra nouercam.

SI iuuenis innocentissimus, iudices, vti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare vobis amissam cum oculis cogitationum omnium temeritatem: sed cùm ostendere innocentiam suã moribus malit, quàm aduersis: neque pietatis neque conscientiæ suæ grauem ferre contumeliam potest, vt parricidium non fecisse videatur beneficio cæcitatis. Quare non petit vt miserum putetis, nisi & innocens fuerit: non petit vt afflictum alleuetis, nisi & probauerit sese infeliciorem quòd patrem amisit, quàm quòd oculos. Aestimate iuuenẽ iis moribus, quibus videntem æstimaretis, vita, pudore, pietate. Quæ si omnia sibi, vt erunt promissa, constiterint, nullo terrebitur crimine. Nec quòd sceleratissima fœminarum calamitatem nostram cruentato pariete imitata est, expauescimus. Quò diligentior, quò solicitior fuit ne deprehenderetur, hòc magis indicauit sibi oculos non defuisse. Gratias agimus, quòd nimium auidæ suspicionis argumenta in nostram transtulit partem. non esse cæci scelus

difficilius probaretur, nisi omnia sic acta essent, vt fecisse cæcus videretur. Quare iudices, non improbè speraverim futurũ, vt suspecta sint vobis, quæ tam inconsideratè ficta sunt contra miseram cæcitatem. Primùm, quòd spatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita digesto cruore satiatum est vsque ad cubiculum miserrimi iuuenis, tanquam planè timuerit parricidâne non deprehenderetur. Deinde, sceleri nox potissimùm electa, quo tempore inueniri maritus sine vxore non posset. Tum in cæde, in qua nemo vtitur ferro, nisi alieno, gladius adolescentis, ne argumentum deesset nouercæ, relictus est. Postremò peractum vulnere vno scelus, quod obiiceretur manibus errantis. Et tamen contra tam multa incredibilia solùm aduocat nouerca testamentum, vúltque illud esse precium parricidij: vt rerum intellectu in diuersum coacto, occisum eò probet patrem, quòd non meruerit occidi. Nos verò istud (si crimen putatis) agnoscimus. Iuuenis hic patris sui hæres solus est. Hoc testamentum, si viuente adhuc miserrimo sene notum esse in domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci. Nam quòd inuisum fuisse filium patri iactat, crimen nouercæ erat, si confiteremur. Idque probari ex hoc putat, quòd secretum non filius accipit à patre, sed cæcitas. Quo loco dissimulare satis callidè conatur inuidiam suam. Pater qui filium cæcum in semota penatium parte sepositi, eripuit nouercæ oculis voluptatem. Nam; ista cùm inuasisse vacuos penates videretur, cùm patri filium cæcum hoc esse crederet, quod orbitatem, excogitauit indulgentissimus senex, quemadmodum hic miser patri suo in eadem domo esset, nouercæ in alia, accepit secretũ quod erat petiturus. Quod quo sit animo senis factum, potestis interrogare testamentum. Neque ego grauissimum patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, vt hæredem filium scriberet. Non est res quæ imputeturiustiũ magis oportet vel aliquo indicio, vel suspicione muliebri arcana mariti deprehendisse, & statim omnibus nuptiarũ renunciasse pignoribus. Nã cùm propter pecuniam ames, idem amoris & spei finis est. Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, siue antequam in hanc fortunam incideret paratum, siue quia cæcitatis miseræ solatium est habere rem videntium. Certè nunquam illum

pater

pater timuerat, nunquam nouerca obiecerat. Palàm positum est sub oculis omnium tota domo notissimum ferrum. Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia, quàm etiam extra suspicionem sit res sine vsu. Innocentia facit vt ferrum subtrahi possit etiam videnti. Siue igitur aliquis ex seruulis corruptus est, præsertim in tam facili occasione, siue ipsi nouercæ non defuit audacia ad ferendum, quod facere poterat & præsente priuigno, vtique (quod dubitari non potest, quod facit certum sceleris autorem) mauult in cæde alieno vti quam suo gladio quisquis illum reincturus est. Reliqua, iudices, si fieri possunt, facta æstimate. Dicitur cæcus sine rectore, sine duce, ex illa penatium parte secreta, & penè ex alia domo, per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes seruulos errasse cum ferro: cubiculum deinde patris ingressus, in neutram deflexisse partem, sed recto gradu sicut ducere oculi solent, ad lectulum accessisse leuiter, non in totum incidisse, non ante peruenisse quàm crederet. Vos, iudices, criminum tumultum ex rerum fide ducite. Dormiens senex, quem cæcus percussor quæreret, excitatus antè esset quàm inueniretur. Iungunt his multo incredibiliora, vt occiderit patrem, pepercerit nouercæ parricidium autem vno ictu explicuerit: quod fere vix etiam iis contingere solet, qui oculos manu sequuntur. Nulla ergo luminum virtus, sed homo ferrum missurus in casum, satis felix si percussisset quamcunque corporis partem, in ipsam protinus animam incidit, & an morti satisfecisset, intellexit. Officium, iudices, oculorum est renunciare manibus quid actum sit. Cæci percussoris vna securitas fuerat, sæpius ferire. Negat præterea quicquam se ex his nouerca sensisse, cùm iuxta iaceret: nec explicat vnde illud acciderit maximæ signum trepidationis. Si & pater vno ictu perierat, neque ita vigilabat, nunquam gladium reliquit percussor securus. Reliqua, iudices, nimium suspecta, improbè aisimulata. Spatiosissimus paries, & longissimum domus latus habuit notas sanguinis, quas reliquisse videretur manus reuertentis. O quam bene quicquid volunt imitantur oculi? stupeo, siqua est fides, omnia priuignum illa nocte fecisse. Dicitur ad votum nouercæ gladium in vulnere reliquisse, quem suum

negare non posset. Deinde per totum parietem quid aliud inscripsisse, quàm se parricidam sanguinem patris vsque ad cubiculum suum perduxisse, & viam sequentibus reliquisse? Hoc fecit aliquis negaturus? Gratulor tibi adolescens, si non potuisti parricidium illud admittere, nisi vt relinqueres argumentum cæcitatis, habuisti innocentiæ necessitatem. Causam igitur miserrimi adolescentis sic apud vos agere proposui, vt primùm ipsum defendam, quasi reus tantùm sit: deinde cùm esse securus de huius innocentia cœpero, tunc ingrediar nouercæ accusationem. Spectabitis vtrunque suis moribus, suis causis: eritque facilior via vestræ religionis. Quanquam duos indicia complexa sunt, vos tamen tanquam de singulis cognoueritis. Et primùm sic agam, tanquam iuuenis habeat oculos, tanquam impetus eius nulla corporis debilitate frangantur. Interrogabo quid antè perdite: quid flagitiosè, quid impiè fecerit, per quæ se parricidam sceleratum promiserit. Innocentia per gradus certos ab homine discedit: & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quò incredibile est peruenisse. Dicas necesse est quæ huic cum patre odia fuerint, quàm violenta dissensio inter sacrorum infinita nominum pignora. Crede mulier etiam tua causa. Nam si facile est filio occidere patrem, facilius est vxori maritum. Loquar nunc de infirmitate miseræ cæcitatis. Temeritas omnis animorum, calamitate corporum frangitur: & frigescunt impetus mentium, quos non explicant ministeria membrorum. Ad solum se alligat destituta mœrorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas ad quod ducibus oculis perueniatur. Cogitat semper errare & offendere, cogitat eundi redeundique difficultatem. Magna innocentiæ necessitas est, neminem facilius posse deprehendi. Semper se custodiunt miseri, ne esse miserabiles desinant: & quisquis amisit oculos, laborat ne meritò perdiderit. Quid aliud cæcitas discit, quàm rogare, blandiri? Odium omne adiuuant oculi, & hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt: nec leuis animis accedit insania, quoties quem execreris aspicias. Cæcus miserior est, quam vt inuisus sit, timidior est, quàm vt oderit. Præterea nocentibus liberis frequentissimas ad parricidium cau-

sas suggesit illud quod videbãt. Vitiis enim nostris in animum per oculos via est. Aliis tradidit in parentum sanguinem luxuria ferrum, luxuria videntium crimen: Aliis meretriculæ amor immodica poscentis: amor cui renuntiant oculi. Cæcus infelix patrẽ occidit? deinde cui manum porriget securior? cuius humeris leuior incumbet? Quis contumelias seruorum castigabit seuerius, quis calamitatem tam obnoxiam maiore reuerentia proteget? Inter felices alius est ordo votorum: Cæcus filius optat superstitem patentem. Volo nunc scire quemadmodum dicat explicitum tam difficile facinus. Cæcus parricidium cogitauit. cum quo? cuius se commisit oculis? iturus per totam domum, quem ducem elegit? Ille qui erat in cubiculo suo solus; secum (opinor) secum deliberat. Sufficit sibi: cum homine expeditissimo loquitur. Cur enim socium conscientiæ quærat? omnia potest scire. Primùm, nox quando sit. Deinde prospicere solicitè, an omnis familia dormiat. Gradu suspenso ponere certa vestigia, & in omnem timoris sui partem solicitum circumagere vultum. O quàm parum est in metu ipsos etiam oculos habere lita non iste sibi dixit, Occidere quidem patrem volo, sed quę sequentur hæ manus? Nocte solus egrediar, sed quando perueniam? Putas non iunctis habitare liminibus? domus inter patrem filiúmque media. Quantum erroris, quantum mo rælspatium ingens & vix metiendum. Cæcitas inconsulta quid agis? nox antè deficiet. Quid si deinde vterque vigilauerit? quid si nouerca? Age, limen inueniam, cardinem sine strepitu mouebo, dormientis cubiculum intrabo, quiescentem feriam patrem. semel satis erit, nec nouerca vigilabit. Securus egrediar, sciente nullo reuertar. Vota sunt ista, sed oculorum. Cæcus desperaret. etiamsi tam multa nox polliceretur. Hoc loco quæram necesse est, quę ratio fuerit vt iuuenis ad parricidium suo potissimùm gladio vteretur. Nimirum illud in mẽtem venit, quia erat relicturus. Nam si alienum & ignotum in vulnere patris gladium reliquisset, potuerat de percussore dubitari. Hic attulit suum, vt etiam si euasisset, tamen ferro suo teneretur. Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habueram semper, quia vsurus illo non eram. Ferrum ergo parricidio meo tot ante annos prę-

paraui, & secundum illum quem minabar patri, tandiu innocens fui? Ego eram ferro ac mente paratus, & tot abiere noctes? Antè gladium illum familiarem oculis tuis feci, antè omnibus seruulis notum. pependit in cubiculo tanquam testis conscientiæ meæ palàm in medio negligenter, sic vt subtrahi posset. Non illum conscientia trepida velauit: tam notus in cubiculo fuit, quàm ædicitas domini. Quisquis ferrum præparat sceleri, sic illud habet, vt possit suum negare. Ponite nunc ante oculos actum parricidij, deprehendetis difficultatem. Dono illud, dum à suo limine egreditur, dum illos quos accepit à patre seruulos, fallit. ecce cubiculum senis inuenit aliquando, ecce paries ille deficit, & percussoris manus subitò destituit, cessere fores sine strepitu: quid postea agit? Vtrùm ipsum cubiculi parietem circuit, an se committit in medium, & per spatia tenebrarum armatam manum iactat? Ecce patris lectulum tenet, & iam dormientium anhelitus imminens audit, vnde sciet quò dirigat ferium? quem potius feriat ex duobus? Tentauit ergo vultus, & pectus obiectum? breuissimam perituræ animæ viam quærit? & quantus erit sopor, qui ista nonsentiat? Dices, neque ego sensi. Ideo intelligis quàm malam caussam habeas, cuius & vna & incredibilis defensio est. Ita feritur in sinu tuo maritus, & tu nihil sentis? Ad latus tuum fata hominis peraguntur, tu taces tanquam te priuignus occiderit priorem? Ita non ille percussus est homo, quem cæcus occidit? Te verò (si nihil aliud) calens ille cruor denique suscitasset. Sed quàm manifesta est conscientia quæ te ad hanc compellit necessitatem, vt cùm occisum à priuigno tuo patrem videri velis, cogatis dicere nihil sensisse? Sufficit, vicimus, innocentes sumus. Cùm in eodem lectulo fueris, cum amplexa sis fortasse illum qui occisus est, tam incredibilem profiteris soporem? Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis manibus sanguinem tuum fortuna subtraxit? Certè dormiebas, certè nihil senseras. Ita priuignus te reliquit, qui deprehendi non timebat? Occidit ergo aliquis patrem, & nouercæ pepercit? Maximum omnium nefas fortiter fecit, minori sceleri statim par non fuit? Omnia humana sacra confudit, violare non est ausus pectus odiorum?

Incredi

Incredibile est, sine fide est, non occidere nouercam, cui imputes quòd patrem occidat. Quid ais adolescens? tùne circa illum sanguinem defecisti? Illa te blandius rogauit anima? perdidisti ergo, illud, quòd nihil senserat, quòd nox, quòd silentium, quòd tempus supererat sceleris alterius? Tu si facere parricidium posses, ideo patrem tantùm occidisses, vt tibi & nouercam liceret occidere. Non video cur, nisi videri velit relictam mulierem ideo tantum, vt videretur illud nefas illa fecisse. callidè satis. Sed hoc alio protinus argumento subuerteretur. Non est eiusdem consilij, nouercæ parcere vt substituat ream, & gladium relinquere quòd ipse deprehendatur. Sæpius vti necesse habeo argumento cæcitatis, & hoc etiam loco, quo de illo vulnere disputandum est. Mehercule si percussor intrasset qui videret, qui lumen præ se tulisset: non tamen tam feliciter librasset ictum, quem etiam si nullæ fallent tenebræ, metus & conscientia magni sceleris testes incertum fecissent. Rarò contingit semel ferire carnifici, quamuis componat ipse ceruicem, & exercitata manus homicidium nouissimè velut quoddam genus artis exerceat. Sic ergo librauit manum cæcus, vt ipsam protinus feriret animam? Ego mehercule etiam illud admiror, quod cùm patrem vellet, non nouercam percussit. Præter animum nihil virili habet parricidæ primus ictus: ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocentia proximus, ille præstat hoc solùm, vt sequens fortius ferat. Interrogare nunc volo quæ iuueni causa fuerit, vt reliquerit gladium. Scilicet noluit nouercam suam infamari. Abstulit sibi omnem defensionem, & se parricidam confessus est. ferrum in vulnere reliquit. Si nondum occisum putabat, iterum feriret. Si iam perfectum nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rem manifestissimam colligo? Si vultis, iudices, scire à quo sit gladius relictus, cogitate cui expedierit vt inueniretur. Sed paries vsque ad cubiculum priuigni vestigio manus cruentatus est. Cogitate, iudices, ante omnia, non esse incallidum hominem, neque consilij iacentis, qui cæcus explicare conetur facinus etiam oculis difficile. Ille ergo non existimat, cùm manum cruentam parieti applicat, vestigium à se parricidij sui relinqui? cùm dexteram qua duce vtebatur,

veſte tergere, atque ita abire ſine veſtigio poſſet, tot
parietem cruentabat, & vbique aliquid de patre miſe
relinquebat? Quid futurum eſſet poſtero die, quant
expectaret inuidiam ad lucem, non cogitabat: ſed diſp
nebat indicium certum, indubitatum, ſine errore, qu
nouerca ſequeretur vſque ad cubiculum ſuum, vſque
limen ipſum? O admirabilem caſum, nec cruor antè
fecit? Vtar hoc loco natura ipſius rei. Palmatus ſangui
paries inuentus ſic eſt, totam manum explicuit, omn
digitos diligenter expreſſit. Totum ergo ſanguinem
ſumeret intra prima veſtigia. Pone enim manum cruen
tam? atque adeò (vt iſtis etiam blandiar) madentem
ne menſuram itineris, ſpacium parietis: diu enim
cretam domus partem reuertendum eſt: debet proxi
pars à cubiculo patris habere plurimum ſanguinis,
quens minus, tertia minimum, vltima nihil. Nam cu
quoties admotus eſt, tranſit, aut in manu tardè repa
tis areſcit. Hoc quid eſſe dicamus, quòd circa cubicul
vtrunque ſanguinis iſtius veſtigium quaſi incipit? hinc
paries palmatus, & illinc? Quomodo pertulit manu
quod relinquebat? Nouerca illud, nouerca ſecuris com
poſuit oculis: illa miſerum dextera ſanguinem tuli, &
manum ſubinde renouauit. Palmatus paries habet di
ſtantiam, vacat aliquid loci, integrum vbique veſtigium
eſt, cæcus manus traxiſſet. Quæro nunc, vnde tantum
ſanguinis in manu? Tunc enim ex omni vulnere cruor
profluit & effunditur, cùm ferri recentem viam ſequitur.
At quoties eodem quo factum eſt cluditur telo, latet ta
ta mortis inuidia. Præterea cum manus ex parte qua pri
mare veſtigium poteſt, plicetur in caput, & ſe dum ta
occupat claudat, neceſſe eſt exteriore vt parte reſper
ſit. Tuus autem qui palmatus eſt paries, veſtigium ex
partis oſtendit, ad quam cruor peruenire non potuit. V
ſtrum eſt nunc omnia iſta comparare, perpendere. Cu
prudentior ſit iudex in deprehendêdo ſcelere, quam rea
in admittendo, hoc eſſe in cauſſa puto, quòd alter tan
tùm pro ſe cogitat, alter pro parte vtraque. Tuitus ſu
adoleſcentis miſerrimi cauſſam, nunc inſpicere volo qui
to certioribus argumentis nouerca teneatur. Tranſeo i
lua

lum vulgarem & omnibus notum de comparatione personarum locum. Alius diceret, maritum & vxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhærere. Ego illud potius dicam. Decepta est mulier expectatio tua. Veneras quasi in vacuam domum, & sine hærede. Expectaueras vt infelix iste iuuenis ab ipsis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auspiciis, extorrem, & inopem summoueret pater blando corruptus amplexu, & omnino summam calamitatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis vetaret. Inuenisti pium & deuotum vnico senem, & de omnibus coniugis tui desperasti ob id affectibus. Miserrimus est maritus quisquis inducit filio nouercam, quòd vxori non videtur posse vtrunq; amare. Quæro igitur ante omnia, vbi occisus est maritus? In cubiculo suo. hoc paulò antè priuigno defendum non fuit. Occisus est in cubiculo senex. Ita ille percussor non timuit vxorem? Audio secretum nuptiarum, & matrimonialis lectuli solitudinem occisurum intrare. Quem quæram? vbi relinquitur maritus ab vxore innocens? Noctem autem ad scelus quis elegit? Nox tuum tempus est. quid si accedit huic etiam sceleris occasio? Non venire debet ad secretam domus partem, nec tota tibi penatium sacra peragenda sunt. Tu non cogitas quemadmodum suspensa manu sonantem blandè cardinem flectas. Iaces secundum occasionem, & expeditum tibi in proximo facinus est. Non times, ne quis deprehendat. Ipsi quoque seruuli longius quiescunt: & præstatur grande secretum genio loci. Tibique ferire cùm velis, scire an dormiat licet. Nox & ferrum, & securus maritus, quidnam isto delicatius scelere? Occisum esse miserum senem cùm tu volueris scimus. Quomodo tamen, inquit, gladius peruenit in meam potestatem, qui priuigni fuit? Hæremus: hic difficilis expugnandus est locus. Quis credet mihi si dixero, Gladium cæcus ille perdidit, perpetua nocte clausæ genæ non custodierunt? fingere nimirum ad tempus videbor, & rem nimium manifestam impudenter complorare. Scilicet semper isti opposita capulo manus, & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, non decepisti trucem horridúmque latronem: nostri tibi occasionem præbuere

buere mores. Nam quòd vno ictu occisus est senex, adde suspicio magis respicit. Tu præparare corpus, illud ad ictus potes, dum videris amplecti. Tu blanda manu prætetare pectus, vbi assiduo viteeris pulsu nō quiescat animus vbi statim mors sit, vbi de spiritu sanguinis ictū explorare antè & cognoscere licet. potest & vno ictu mulier occidere. Venio nunc ad vestigia parietis cruentati, quibus refutis abundeque pressimus dum adolescentem defendimus. Hæc sunt tamen quæ contra te reseruata sunt. Cùm maritus tuus in cubiculo occideretur, sciebas nullum tibi relictum patrocinium, nisi aliquid cæcitati simile feciles. ideoque sanguinem in illam partem induxisti, in quam quam volebas, vt postero die omnis inuidia, sanguinis notas & vestigia præparata sequeretur. Infamas cæcum, consiliū et calamitate sumpsisti. Sciebas illum non aliter, si dux defecisset, ingredi posse, quàm, si vestigia parietis perpetuata dirigeret. Simulasti itaque cæcitatē, & ne quid scelerī impio deesset, mariti tui cruore lusisti. Omnia tibi compesta atque simulata sunt per ocium, & securitatem, tanquī scelus transferretur ingenio. Nunc enim tu innocens, quia priuigni gladius in vulnere, quia paries cruentatus. hoc sufficere vtrunque indicio putabas? Quàm facili momento caussæ fata vertuntur! quòd feciſſe etiam is scelus frequenter iuuētus est, qui obiiciebat. Sed causas, inquit, parricidij iste habuit, quem iratus pater in secretā domus partem relegauerat. Mulier illa fortitan ignominia felicioris videretur esse priuigni. Cæcitatis beneficium est, cum illi secretum datur. O præclarā senis optimi singularemque pietate! quàm blādē ille sepoluit miserum suū? quàm diligenter vxoris gaudentis excluſit oculos, quàm multo cæcum pudorem donauit? Si felicior, inquit, essem pater, ego tibi potius cederem domo tota. Nunc miser illam occupa partem, in qua nemo te videat, in quam solus ego veniam. sint circa te seruuli fideles. non gemitus tuos audiat quisquam, non flebili mœrore pascatur. Nihil est quod te solicitet cōuersatione nostri. Secretum quod cæcitati præstatur, ideo præstatur, vt minus oculi desiderentur. Aliquis odit filium cæcum, & hac tantùm vltione contentus est, vt illi assignet quietem, & sepositam, & meliorem domus partem? Ita ais, ego sic intelligebam, quasi abdicaret, quasi ex

si expelleret. Iratus igitur senex tenet iuuenem suum velut interiore complexu, & à limine obstat? Rogo, quòd duos separat media domo, te integram, sanam: illum infelicem, cæcum, contumeliæ opportunum, iniuriæ facilem, vtrum filio irascitur, an vxori? Nolo, inquit, iuuenis vtaris amœna domus parte, ne hæc quæ nitidioribus tectis elaborata sunt, pertineant ad oculos tuos. Quis tã stultè irascitur cæco, vt putet illius interesse vbi habitare iubeatur? Te potius ille submouet, tuis inuidiam facit oculis tibi dic t, Sufficiat, satis est, habes maiorem domus partem. absentem puta, misero in paternis ædibus aliquem angulum relinque. Pater qui filio sub nouerca assignat secretam domus partem. confitetur vxori se abdicare non posse. Transit ad aliud genus defensionis, Sibi causſam cædis non fuisse, cùm hic hæres inuentus sit omnium bonorum. Quis enim alius esse debeat, vt huic properandum fuerit ad hæreditatem? Filius scriptus non timet pœnitentiam testamenti. Omnium bonorum hæres relictus est, Non ergo irascebatur pater, cùm daret secretam domus partem. Non possunt tibi diuersa prodesse, eadem obiiceres reo si exhæredatus esset. Elige vtrum voles. Si sciuit se esse hæredem, amare magis patrem debuit: si ignorauit, non habuit quod speraret ex morte patris. Reliquum est vt iutueamur, ille qui periit, ab vtro magis vestrum desideretur. Te opinor hic grauius afficit dolor, impatientius hic luctus exanimat, tuque obsoletam protinus nubem, tempori accommodata lugubria flammeo reuertente mutabis: hic verò iuuenis, qui si fortunæ suæ mala cum præteritis comparet, cæcus cœpit esse nunc primùm: quid non miser in hoc sene perdidit? uiuebat illi magna pietas, aderant quocunq; iusserat de facie patris oculi. non illudere infelicibus tenebris contumaces seruuli poterant, nec (quod extremum contumeliarum genus est) vt dominum ageret rogabã. Nunc quanta dij boni ludibria sunt ineunda? Iunxere se pariter cæcitas & solitudo. Quid tibi nunc misserrime adolescens hæreditas prodest, quam tantum audis? quid enim circa te pecunia potest? quæ fruendi voluptates? quid aliud quàm spoliorum facilis occasio? Quàm bene ista omnia paterni oculi custodiebant? quàm facilè decipi, quàm facilè

facilè denudari, quàm sine labore falli potes? quàm citò inops fieri? Morte patris exhæredatus es. Quid nunc tibi nisi perpetuus imminet mœror, & execratio vitæ? Miser post omnia & lacrymas perdidit, nec dolentem adiuuat oculi. Incipit apud te gladius habere quod agat. Quærit, ecce quærit miser ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illi innocens donec habuit meas manus tantùm. si mori necesse est, illi potissimum incumbam. Hoc illa iam olim grauis & infelix anima querebatur. Vbi nunc mea virtus? vbi impetus? vbi dextra tam fortis? vno ictu puto ne me quidem ipsum mihi continget occidere.

CAECVS PRO LIMINE

DECLAM. II.

ARGVMENTVM.

Ex incendio domus adolescens patrem extulit. Dum matrem petiit, & ipsam & oculos amisit. Induxit illi pater nouercam. Quæ cognouit quodam tempore ad maritum, dixitque parari illi venenum, quod iuuenis in sinu haberet, & sibi promissam dimidiam partem bonorum si illud marito porrexisset. Intrauit ad cæcum pater, interrogauitque an hæc vera essent: ille negauit. exquisiuit, & inuenit in sinu venenum. Interrogauit cui parasset, ille tacuit. Recessit pater, & mutato testamento, nouercam fecit hæredem. Eadē nocte strepitus in domo fuit. Intrauit familia in cubiculum domini, inuenitque ipsum occisum, & nouercam iuxta cadauer dormienti similem, cæcum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub puluino cruentatum. Accusant se inuicem cæcus & nouerca.

Pro cæco contra nouercam.

SENTIO, iudices, pudori iuuenis, pro quo minimum est, quòd parricida non est, grauissimum videri quòd absoluendus est contra nouercam, & plurimum cæco de reuerentia deperire virtutum, cùm in patrocinio summæ pietatis auferatur quicquid alium defenderet innocentem. Hoc primùm itaque publicis allegamus affectibus, quòd pro se

se reus indignatur vti corporis probatione. Solus omnium non remittit sibi, vt incredibilior sit in parricidio cæcus, quàm fuit cùm videret. Homo omnium quos vnquam miseros fecere virtutes, innocentissimus, parricidium negauit antequam pater occideretur: & nequid hodiernæ solicitudini præstari putetis, fecit, quod est summum in rebus humanis nefas, ne vel in alio crederetur. Ignoscite per fidem, quòd indignatur se iuuenis in honorem tantùm calamitatis absolui. Filium qui patrem ex incendio sua cæcitate seruauit, facinus est hoc tantùm innocentem videri, quòd illum non potuerit occidere. Nam quod ad mulierem, iudices, pertinet, quæ defendi non potest nisi patrem cæcus occidit, tam impudentem delationis necessitatem malo, quàm si tantùm negaret. Viderit qui fiduciam veritatis putat, quòd cæco facinus obiectum est. Deprehensa mulieris audacia est, quæ non potest nisi incredibilium comparatione defendi: & quisquis cæcum inuicem accusat, solus est reus. Aliæ iudices, esse debuerunt aduersus hanc debilitatem probationes. Cæcus in parricidio non debet suspectus fieri, sed deprehendi. Quæso itaque, iudices, vt hæc prima propter causam iuuenis putetis, quæ contra illum nimia sunt. Nihil magis debet esse pro cæco, quàm quòd aduersus illum fuerunt multa fingenda. Et constat de pietate, de innocentia hominis, qui expugnandus fuit parricidij similitudine. Congesta sunt aduersus miseram debilitatem, ferrum, cruor, venenum, & quicquid non potest esse negligentiæ, nisi nescientis. Nemo, iudices, nemo diligentior debet esse ad facinus, quàm qui parricidium potuit facere cæcus. Iuuenis iste, de quo summa in rebus humanis monstra finguntur, eius fuit erga parentes semper affectus, quem nefas est optare de liberis. Cùm domus ignium septa violentia rapuisset miseris senibus, omne præsidium, illa festinatione qua fugimus, erumpimus in medium cucurrit incendium. In quanto tũc periculo fuit rerum naturæ pietas? Dum diu multumque attonitus hæret, dum ad vtrunque respicit, ad vtrunque discurrit, penè infelicissimos parentes perdidit pietatis æqualitas. Vt demum miserrimos senes cluserat iã propior ignis (audiat licet inuita pietas) patrem iuuenis elegit, & de pariter arden

ardentibus vices disposuit affectus. Vix dum posito sene cum illum quoque miraremur explicitum, iterum flammas aperuit, & vndique coëuntis incendij redditus globis arserat iuuenis, si tardius perdidisset oculos. Facinus est existimare, iudices, non hoc quoque maximis conatibus, vt seruaretur & mater. Minus tamen vtroque fecerat, nisi perdidisset oculos. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius salutem faciem vultusque consumpsit. Patri præstitit cæcitatem, cui amisit oculos, dum repetit quam reliquerat matrem. Nil expectatis, certum habeo, iudices, vt excusem quòd pater induxit cæco nouercam. Factum est eo tempore, quo constabat patrem filio senem soluendo non esse. Contenderim quinimmo iuuenis fuisse consilium, vt pater cui matrimonium filiumque abstulerat incendium, residua senectutis alia solaretur vxore: & vt domus quæ cæcum tantùm habebat & senem, acciperet ex contagio ministeria custodita. Facinus est, iudices, quòd bonos priuignos nouercæ facilius decipiunt, nec leuius oderunt. Quàm multis insidiis, quàm multis artibus putet cæcitas innocentis! Mulier cui spem inuadendæ hæreditatis præstabat debilitas priuigni, senectus marito intellexit hoc solùm deesse sceleris occasioni, vt prius infamaretur parricidij cæcus. Viso igitur hoc, quòd sibi iuuenis non videbatur esse priuignus, venenum quod in miseri sinu abdiderat, deprehensura, nunciauit patri, tanquam parricidium pararetur. Et quia mendacium poterat facilè nudari, si quem conscium nominasset, totam delationem sic ordinauit, vt sibi crederetur promissam dimidiam partem bonorum, si venenum seni voluisset ipsa porrigere. Videtis, iudices, qua præparatione nouerca ad testamentum patris accesserit. Mulierem quam credit maritus noluisse partem bonorum accipere pro scelere, necesse est sic remuneret, vt faciat hæredem. O quanto aliter probaretur parricidium, quod tam potest deprehendi! Mulier quæ se dicebat in conscientiam sceleris admissam, non hoc primum exegit à patre, vt quæreret quis parasset cæco venenum, quis dedisset: vndemaximè sciebat posse fieri quæstionis errore, instituit vt innocentissimus iuuenis interrogaretur repentè, subitò

infamatura velut deprehensi trepidationem, seu tacuisset cæcus, seu negasset. Adductus ad filium senex dixit iuueni quicquid audierat. Nunquam iudices, tam simplicis innocentiæ fuit facinus negare. Non esset ausus iuuenis coram ea muliere mẽtiri, quæ prodidit & sciuit vbi esset venenũ. Vt verò sensit infelix instanté nouercam, postulantémque vt sinus iuuenis exquireretur, tunc verò attonitus, hærens, & tota malorũ suorum cogitatione confusus, intellexit hoc argumentũ eius esse quæ parasset vt posset deprehendi. Igitur propere, festinãter omnia mẽbra pertractans, & mersis in sinũ manibus, dũ cuncta suspicionibus, dum tactu iuuenis explorat, venenũ primus inuenit. Laudo, iudices, innocentiã silentij, laudo fiduciam, quòd interrogatus cui parasset, non putauit sibi defendendũ venenum. Rem quinimmo fecit eius qui sciret patrem non crediturum, & (quæ maxima est innocentiæ contumacia) persuasionem senis nulla voluit excusatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita confessio. Quisquis habet venenum, habet & quod respondeat deprehensus. Fecit post hæc senex rem hominis quem non mouisset quicquid inuenerat. Non torsit ministeria cæci, & de scelere in quo solus nocens esse parricida non poterat, non explicuit ordinẽ quæstionis, sed quod plus est quàm absoluere, remisit iuueni defensionem. Vtrum deinde intellectis deterrimæ mulieris insidiis, filium paulisper voluerit exhæredatione protegere, & diligẽtius de patrimonio suo deliberaturus, interim captauerit, vt videretur mulieris cupiditati iam non obstare priuignus, an facillimum fuerit vt exhæredationem quoque impetraret nouerca cæci ab homine cui tam multa persuaserat, cogitationibus vestris relinquo. Hoc tantum dixisse contentus sum, Testamẽtum continuò mutauit. Et ne quis miretur hanc festinationem, statim subsequutum est vt periret. An interfuerit iudices, iuuenis huius, vt viueret pater, qui iam alio moriebatur hærede, vos æstimabitis. Certè nõ interfuit vt occideretur. Facinus iudices, quod illa nocte in cubiculo nouercæ, quod in lectulo factum est, domus tota persensit. Nemo non sibi visus est iuxtà fuisse. Excitari sola Nouerca nõ potuit illo in loco vnde venerat fragor. Concurrit familia quò solicitos atque trepidantes ducebat

strepitus, quem sequebantur. Inuenerunt senem occisum, nouercam iuxta cadauer sic iacentem, ne statim possent interrogare quis occidisset. Nunciatum est deinde facinus & cæco. Inuentus est (quod innocentiæ sufficit) non à scelere rediens, stans in limine cubiculi sui animo quo discurrebant videntes. Vt deinde ferrum iuuenis inquireretur, exegit eadem vtique quæ postulauerat de veneno. Quòd in lectulo gladius cruentatus inuentus est, non deprecor, iudices, quin contra cæcitatem non minus argumentum putetis, quàm quòd inueniri potuit venenum in parricidij suspicione. Gladius cruentatus nouissima probatio debet esse, non sola. Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. Defensionem iuuenis primùm lacrymis gemitúque prosequimur. Perdidit infelix patrem, perdidit & cæcitas illum senem, cuius oscula, cuius amplexum imponebat vulneribus oculorum, cui præstabat cæcus vt viueret. Misera ignorantia, misera debilitas, quòd te nouerca non sic potius decipere maluit, vt biberes venenum. Facinus est, iudices, comparationem fieri, vt incredibile sit parricidium. Idem vos putatis efficere noctium merita, & affectus oculis blanditiísque quæsitos, quod natalium pignorúmque reuerentias? Nullas ego facilius perire crediderim, quàm corporum charitates. Et licet matrimoniis paulatim reuerentia grauitatis accedat, possunt tamen distrahi facilitate qua coëunt. Vxor est, quam iungit, quam diducit vtilitas: cuius hæc sola reuerentia est, quòd videtur inuenta causa liberorum. Aspicimus matrimoniorum singula momenta rixantia: mutant quotidie domos, & per amplexus lectulósque discurrunt. Placet etiã post liberos alius maritus: & vnde deprehendas omnium scelerum facilitatem, possunt non amare viuentes. Quid si huic vxoriæ vtilitati nouercale nomen adiungas? Mulieri quæ post liberos inducitur, matrimonij non cõtingit tota reuerentia. Quãto alios præstat affectus, diligere vitæ lucisque authorem? Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quàm quo rerum natura, quo mundus ipse cõstrictus est. Quisquámne mortalium cõfodiet illud sacrum venerandúmq; corpus, quod potest ex ignibus rapi? pro quo bene consumuntur oculi? Non inuento, iudices, quemadmodum

possit

posit esse contra liberos salua reuerentia. Non est difficile vt maritum vxor occidat, si non est difficilius vt filius patrē. Non est iudices, quòd putetis inter mulierem & virum de scelere quæri: neq; est quòd se nouerca sexus occasione tueatur. Maior est cæcitatis infirmitas. Sunt & fœminis ad scelera vires, cùm habent causſas virorum. Quinimmo si interroges, facilius hæc pectora metus, odium, ira corrumpunt: & quoniam non habēt roboris tantum, vnde vitia mentium vincāt, plerunque facinus infirmitate fecerunt. Sanè tamen illis sceleribus sufficere nō possint, quæ discursum, quæ exigunt laborem: quod verò tā muliebre possis inuenire facinus, quàm occidere hominem iuxta te iacentem? aggredi senē, qui se tuis crediderit amplexibus? cuius somnos ipsa disponas? ipsa custodias? Omnis alius percussor deprehendi potest antequā feriat, vxor non sentitur nisi dum occidit. Non est iudices, incredibile vt occiderit mulier hominē, quem dicitur potuisse cæcus occidere. Facinus est iudices, si cęcos habere nō credimus nisi necessitatis innocentiam. Prima est infirmitas cæcitat's, vt nolit. Fallitur quisquis hanc calamitatē non animorū putat esse, sed corporum. Totius hominis debilitas est oculos perdidisse. Et si diligēter actus intuearis humanos, ministeria luminum sumus. Cæcus non irascitur, non odit, non concupiscit. Et cùm corpora nostra vigorem de luminibus accipiant, pereunt cum suis vitia causſis. Et ad quod erūpant manus, quæ proxima quæq; tandiu quęrūt, manus quæ sua quoq; ministeria non explicant? Audebit quicquā corpus illud quod ad singulos sibi videtur decidere motus? cui quicquid ante se est, donec exploretur, abruptū est? Facinus admittet, in quo nihil ipse facturus est? Facinus, quod totū credat alij? Quid si cæcitas sit quā fecerint ignes? Nemo in incēdio solos ex homine perdit oculos. Tūc facies sentit incendiū, cùm ambusti defecere greſſus, cū opponi non possunt pro oculis manus, & ad lumina nostra flāmas omniū membrorū vulneribus admittimus. Cæcū vel hoc faciet innocētē, q̄ licet virib⁹ licet sufficiat audacia, nō habet persuasionē hominis, q̄ possit imponere. Nefas est, iudices, hūc iuuenē reliquarū debilitatū ratione defendi. Quàm incredibile est vt occiderit patrē, qui pati non potuit vt perderet? Rogo quid opus est

gladio, qui veneno parricidæ? quantulũ fuit porius seruare matrem? Rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa peritura. Patricidiũ sic facere potuisti, vt optimus filius videreris. Quantum deinde putatis impatientissimis affectibus accessisset post cæcitatem? charior est pater cum in locum successit oculorum: & tunc est infinita pietas, cùm in illa debeas amare quod feceris. Quid dicitis iudices? Transferet in facinus hunc cæcitatis suæ iuuenis fauor, ad quem quotidie laudatura ciuitas coit, cui assident omnes liberi, omnes parentes? faciet se pietatis pariter & sceleris exemplum? Facilius est vt occidas patrem à quo sis ipse seruatus. Nullius vnquam iudices, patricidij magis debuistis excutere causas. Cupiditas, inquit, iuuenẽ egit in facinus. Hoc si credibile, si verum est, debet videri, mulier hæres maritum, an patrem cæcus exhæredatus occiderit. Habeant sanè, iudices, hanc nefariæ cupiditatis festinationem, quos vitiorum ardor, quos quotidie luxuria præcipitat. Quò cæco hæreditatem vel innocẽtem? Oculi sunt, oculi, per quos paupertatem ferre non possumus: oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Facilius impleas animi satietatem. Quò per fidem diuitias iuueni, apud quem omnium rerum diuersitas periit? Circundet licet hanc debilitatem fulgore, diuitiis: cæco tamen tunc magis cuncta desunt, cùm contigerunt: nec inuenias debilitatem cui magis cum paupertate conueniat. Homo in honorem parentum excæcatus, patrimonio sub patre melius vtetur. Et quod per fidẽ parricidij genus iuuenis elegit? Venenum, inquit, parauit. Cur per fidẽ, si sufficit, ferro facinus aggreditur, cui adhibere conscium, cui præstare debeat ministrum, cum maius habere possit in gladio parricida secretum? An postea iuueni succurrit quid possent facere manus, & se circa venenum deprehensa debilitas collegit in vires? Nemo, iudices, nemo nescit quemadmodũ possit occidere. Intellexit iudices, nouerca quàm incredibile esset vt videretur cæcus parasse venenum. Igitur adiecit tentatam se vt illud ipsa porrigeret. Date per fidem, iudices, operam inuenire verba. secretò priuignus & Nouerca de parricidio loquuntur. Ita se nõ putat vterque tẽtari? Quid cogitatis, quid dicitis iudices? Nullúmne

in tota

in tota domo quod corrumperet aliud parricida pectus inuenit? Difficilius hoc credas nouercæ, si te à nullo alio putes impetraturum. Non ergo iuuenis credit hoc omnes loqui cum patre? omnium blanditiarum primum esse sermonem? Nouercam timeas negantem. Non habet fidem ei credere parricidium, quem scias proditurum nisi impetraueris. Per fidem, iudices, diligenter attendite criminis diuersitatem. Tentatam se in parricidij conscientia mulier affirmat. Quis verò dubitet, nũquam hoc priuilegiũ fuisse facturum, si habere conscium potuisset alium? Atqui venenum iam parauit, emit. Et cùm hoc ipse facere nõ potuerit cæcus, quis est ille, cui parricidij tantùm instrumẽta creduntur? Cur non idem porrigit seni? vel si non potest decipi maritus nisi manibus vxoris, cur ante parricidium struitur, quàm sciat an nouerca promittat? Nã quòd vult videri promissam sibi partem bonorum, non est argumentum, nisi & ipsum probetur. Mulier quæ solicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit ne illam parricida decipiat? Et probationes prospicere debuit, seu facturà quod rogabatur, seu proditura. Adde quòd neque odit nouercam cæcus, cui parricidium credit: neque hæreditate corrumpitur, cuius contentus est parte dimidia. Nemo iudices, parricidium faciet, quo alius vtatur. Exigo igitur vt utud parricidium cæci, tu socia, tu conscia manifestius probes. Quid opus est, vt iam venenum iuuenis habeat? potius sermonibus vestris interpone testes, fac coram seruis loquatur, fac interstint amici, fac audiat pater. Facillimum est cæci decipere secretum. Vtere, mulier, homine qui se commisit oculis tuis. Vtere verbis, quæ regis manibus, quæ moues. Volo venenum ipse profetat, ipse porrigat. volo te rursus in facinus hortetur, volo plura promittat. Parricidium cæci deprehendi potest, dum tibi fatetur. Sed, inquit, inuentus est tenens venenũ. Exiguum argumentum nouerca, de magna facilitate fecisti. Non accusas cæcum, sed offendis. Homo expositus ad omnem occasionẽ, ad omne iudibrium, quem tactus, quem proxima quæque decipiunt, quid refert quid in sinu habeat? ille quem deprehendere possis, qualem relinquas? A quo modo nouerca digressa est, cuius ordinatas vestes, tetigit sinus, membra composuit, venenum po-

test habere sic vt nesciat, potest sic, vt aliud putet. Si mehercule volueris, tenebit palàm. si iusseris, accipiet coram seruulis, coram amicis: & si venenum non dices, hauriet, bibet. Nullo magis, iudices, argumento potest innocentia cæcitatis intelligi, quàm quòd videtur iuuenis deprehensus. Si parricida est, & exquiritur, hãc saltem sibi præstabit dissimulationẽ, ne teneat venenũ. Neminem, iudices, credo mirari, quòd iuuenis interrogatus cui paratum verba non habuit. Non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, venenũ iuuenis expauit. Auferunt nobis voces quæ fieri posse non credimus, & silentium est admiratus subita miserorum. Nescit tacere deprehẽsorum scelerum trepidatio: & statim respondet illa cũ suo sibi scelere parta defensio. Tacere facilius est deceptis, quàm deprehẽsis. Quid per fidem tacere vultis iuuenem, quẽ de parricidio consulit pater ille seruatus? Miror hercule nõ dixisse, Volui, sum veneficus, sum parricida. & inuidiã putarem si confessus esset. Bene quidẽ quòd nescit iuuenis quemadmodum parricidium neget, neque habet illa deprehensorum multa verba. Venenũ quod tenet cæcus, ipsius est, si illud excusset. Sed, inquit, exhæredatus est à patre. Poteram dices, secretum hoc senis profundúmque vocare consilium contra iuuenem tamen esse non debet, etiam vt de parricidio crediderit nouercæ. Notum hoc, iudices, ac vulgare facinus est, quòd plerunque cõtra liberos amantur vitricis, & sequentium matrimoniorum nõ aliunde quàm à damno pietatis affectus est. Genus infirmissimæ seruitutis est senex maritus, & vxoriæ charitatis ardorem facilius grantius frigidis concipimus affectibus. Quid quòd non cesse est impatientius amet maritus vxorem, qui sibi videtur filium iam perdidisse? Facillimum est de cæco parricidium credere, cùm hucusque erraueris, vt inquireres. Volo scire, iudices, quid fecerit homo senex, qui parricidam filium sciat. Non culeum parat, non illud porrigit venenum, non saltem abdicatione dimittit: testamentum tantummodo mutat, & parricida sola paupertate punitur. Rogo, quis præcipitat? vrget? adeóne non potest fieri in postero die? grauius hoc faciet pater, si nõ præstiterit vxori. Quid quòd hoc ipsum tam placidè, tam quietè facit quasi captet imponere? Quid dicitis miserorum parentum affectus

affectus? Exhæredaturus filiũ pater, non aduocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lacrymis tabulæ, nulla vociferatione complentur? Nescis senex, quata tibi opus sit ratione tabularum: exhæredas miserabilem parricidã. Non est iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogiũ, quia de scelere cõstaret. Nemo vnquam ideo non obiecit filio parricidium, quia crederetur. Per fidem iudices, duorũ inter quos de scelere quæritur, æstimemus mutato testamento proximam noctem. Iuuenis, seu innocens, seu parricida est, adhuc in suo silentio stupet: nec facilè dixerim, vnde maior trepidatio, si alienum tenuit, an suum venenum. Nouerca rem inter manus habet anxiam, trepidam. Nihil est difficilius quàm differre gaudium, quod scias te non mereri: & filio se esse prælatam, non est longa persuasio. Expectat nũc vt iuuenis agat caussam postero die, vt credulum senem propinqui, vt ciuitas vniuersa castiget, & se nouerca sensit vnius tantùm noctis hæredẽ. Non creditur testamẽto hominis, qui eadem nocte qua filium exhæredauit, occiditur. Tractemus nunc iudices, ipsius sceleris comparationẽ. Cæcus ignorat vbi iaceat senex, an iã quiescat. Et quàm difficile est vt credat illum, qui modò de parricidio suspicatus est, dormire patrem? Tu sentis quãdo senem vicerit lassitudo curarum. Cæco quis renunciat quod diei noctisue secretum? Scis pariter an vnà quiescentiũ fores vallauerit cura seruorum. Tu facere potes occasionem, vxor & domina. Cæco fortassis ad aliud limen errandum est: tibi hoc solũ restat, vt fenias. Cæcus necesse est quietem patris ipsa corporum electione confundat: tu iugulum, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. Nobis iterum casus redit, rursus incerta tentanda sunt: tibi restat vt statim membra componas, vt quiescas. Non sufficiũt facinus facturo solæ cogitationes, & vix tam multa pariter sciretis oculi. Per fidem, iudices, ab vtro credibilius est occisum senẽ? à nouerca, quæ prospexit vt alius posset esse suspectus: an à iuuene, cuius inuidia periturus erat, etiam vt illum alius occidat? Intuemini per fidem, iudices, procedentem parricidam. Quos nõ ista vestigia frangant rumpántq; somnos? Vestigia plura semper erantium, quæ non valent suspensis prætentatisque gressibus librare corpus, & quia diu

sunt incerta, nutantia necesse est grauius premant solum cui crediderint. Quanto ex hoc turbę plus accipiat necesse est illa nocturni silentij quies, quòd ambulātis cæci nec manus cessant, præmittuntur, explorant, & adesse se nunciant? Illa per quæ complexus veniunt, non sunt in potestate cæci, quibus toto se fateatur strepitu. Quicquid occurrit, nequaquam potest euitare cæcitas nisi offensa. Vt ambulare, vt ingredi nocte possimus, dies facit. Quàm multa deinde superfunt postquam ad patrem peruentum est? Exploretur necesse est pariter iacentium prima diuersitas, vultus, ora tractentur, detrahantur velamenta corporibus, quæratur vulneri locus. Ita ex duobus neutrum excitat? Grauior semper dexteræ tractatus errantis. Paulatim deinde admouendus est pectori mucro, & nequa confundatur ignorantia nimium liber ictus, præcedat oportet gladium manus. Vnde tantum virium cæco, vt in vno statim ictu mors tota peragatur? Incertum vulnus sit necesse est. cuius impetum non regitis oculis: nec possis custodire destinatum ferro locum, dum ad colligendum vulneris pondus, dextra redire permittitur. Vtrùm deinde iuuenis post vulnus vnum continuò fugit? Et quemadmodum scit an facinus expleuerit? an potius expectat vt de parricidio cadaueri credat? Eece iterum per eadem incerta redeundum est, omnia rursus periculosè tentanda venienti. Fidem vestram iudices, vt nobis prosit argumentum criminis nostri, cæcus sinec venire nec reuerti sine strepitu potest: neque sic occidere potuit, vt deciperet nouercā. Te, te hoc loco mulier interrogo, quæ tam grauis quies, vt te mors tam vicina non excitet? Paruulis noctiū turbamur offensis. Excitant nos exigui plerūque motus, vox incerta, longinqua, & aliquando ipsum silentium. Illorum sanè iuxta te suprema non sentias, quos senectus languoréq; dissoluunt? Hominis qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, & similis est repugnāti. Quid quòd necesse est, nulla mors inquietior sit, quàm quæ statim tota est? Nam quòd dormiens occisus est, nō est quòd sic æstimetis, tanquam per illam quietem trāsierit in mortem, sit aliquid necesse est inter soporem mortēmque mediū, nec potest iungi tāta diuersitas, cùm sit somnus ipse pars vitę. Non multum interest, quietem nostram ratio vitæ rūpat,

an mor

an mortis. Hominem qui dormiens, occiditur, ipsa mors excitat. Sanè non habuerit supremam vocem, habet vtique palpitationes, habet motus, & quicquid totus lectulus sciat. Et quando mulier seni tuo blādius implicita iacuisti? Siccine dormis, quæ modò turbasti totam domū? cuius priuignus parricida, miser est maritus? Ecce vitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, & fugiens per vulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. En iterum largus ille sanguis circa tuos duratur artus, stringeris deficientum rigore membrorum: non moueris, non expaueſcis, sed dormis per tot diuersitates? Nō relinquitur quid aliud simulare possit mulier, cui necesse est iuxta eū inueniri quem occidit. Non est iudices, quòd incredibile putetis, vt quis perferat dormiētis simulationē: nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari. Sic quidam cadauerum expressere pallorē, & contra verbera & experimenta telorum, mortiū pertulere patientiā. Quanto facilius est simulare rem cuius imitationi sufficit eluisse lumina, laxasse membra, dedisse suspiriis modum, & anhelitus negligenter egisse? Inter dormientem simulantémque non est nisi conscientia. Nā quòd ad tot vestigia, tot manus, tot proclamationes in eodem tenore durauit, nolite mirari: facilius excites dormientem. Et hæc est omnium natura rerum, ne quid diutius perferas, quàm quod imitaris. Simulare somnum habet & hanc facilitatē, quòd videtur similis excitato, qui deprehensus est. Quid hoc esse vis mulier, quòd te nō excitat res qua domus tota turbatur? Illam seruilis negligentiæ quietem, illos sine curis, sine affectibus somnos, illos qui nō statim primo timore prosiliūt, fragor noctis agitauit. Quātus deinde fremitus discurrentiū tota domo. Prima sunt euigilātiū præsidia clamores, nec potest quieta res esse noctis auxiliū. Minore strepitu cōmota es cū excitareris. Ecce cubiculi vestri fores trepidæ festinationis effringūtur impulsu, en lumen super lectulū ingerūt muitæ manus, & ad prostratorū corporū similitudinem cubiculum gemitu, vociferatione cōpletur. Tu iaces, & in cadaueris similitudinē vsq; resoluta es. Hoc tu quietē putas esse? Patientia est. Vestræ iudices, æstimandum relinquo prudentiæ, strepitum quē in cubiculo senis fuisse confessi sunt qui illo potissimum

concurrerunt, vtrũ putetis factum colluctatione morientis, an à peracta cæde referentis gladium mulieris fuisse discursum? An hoc quoq; inter artes nouerce, vt omnibus sceleris sui partibus sensim quieteque dispositis, ipsa ad excitandam familiam fecerit strepitum, cui hoc solum superarat, vt sic inueniretur? Fragor quo familia excitata est, si redeuntis cæci fuit, deprehensus iuuenis esset antequam gladium referret. Vt sciatis, iudices, neminem fuisse in domo, quem non fragor ille confuderit: cæcus quoque inuentus in limine est, sicut solet vltro citróque cõmeare. Iuuenis si inter suum patrisque cubiculũ facilè discurrit, quid adhuc in limine facit? Euasit, effugit, gladium iam reposuit. Et quanto facilius est cæco simulare somnos, vultum quietis imitari? Quod per fidem maius subitæ cõfusionis argumentũ est, quàm quòd cæcus exiluit, & stetit? Grauius necesse est expauescant, quibus de solitudine sua non renunciant oculi: & quorum cõclusus animus nõ exit in visus, non habet vnde timori suo par sit. Deprehẽsus est iuuenis vbi illum destituerat impetus timoris. Potest negligere cæcitas in cubiculo suo ducem, in quo dies omnes cunctásque noctes agit iter, quod iã multis offensis, multis edidicit erroribus. Extra limen cæcitas est, inde error, inde tenebræ. Nihil est innocẽtius cæco, qui nec in scelere deprehensus est, nec in dissimulatione. Proclamat hoc loco iuuenis. Vt primùm, inquit, mi pater, fragor me domus, & velut tui confudere gemitus, iterum tanquã te rapturus exiliui. Tunc primũ miser sensi facinus cęcitatis: steti, donec mihi renunciareris occisus, & in illa discurrẽtium trepidatione tenui miser otium timoris. O si numẽ aliquod paulisper accommodasset oculos, primus in cubiculum intrassem patris, inuenissem fortassis adhuc aliqua verba morientis, loqui & interrogare potuissem. Tarda & trepida sunt officia seruorũ. Ego te deprehẽdissem nouerca vigilantem. Sed, inquit, gladius cæci cruentatus inuentus est. Nõ est, iudices, cęcitatis audacia, de parricidio referre gladiũ: & homo cuius paulò antè exquisiti sunt sinus, non referret in cubiculũ suum ferrum, quod non tegere posset, non abscondere, & tamen cruentatum sciat. Quis hanc, iudices, impudentiam ferat? Negat cæco surripi potuisse gladium mulier, quæ se quietè defendit. Et

quanto

quanto facilius est somnos excipere miserorum? Grauior est quies, quibus ex lassitudine calamitatũ venit. Cæco verò facile est, etiam vigilãti surripere gladium. Quemadmodũ autem paratur argumentum? Quædam facere non potest negligentia, & facilius est vt cæcitatem imitentur occulti gladium cruentatum reponentes. Has tantùm causas habet qui occidit alieno. Sentio, iudices, iamdudum indignari miserimum iuuenẽ, quòd argumentis, quod probatione defenditur. reddẽda sunt maximo virorũ patrocinia tã piæ cæcitatis, & agẽda reliqua pars caussæ admiratione. Intueri mihi iudices, videor expeditionis illius incredibilẽ nouãq; faciem. Vadit rapto patre iuuenis per ardẽtes erescentesq; flãmas. Dicturũ me putatis, vt euadat, vt fugiat? Properat miser, vt reuertatur. En membra contactu stringuntur ignium. Pater tamen toto cooperitur amplexu, & ardentibus tunc quoq; penè luminibus, texerunt manus alterius oculos. Hoc me nũc putatis stupere, mirari, quòd huic iuuenis oneri per medios ignium globos & ruentia tecta sufficit? illud est cui vix habere possit mortalitas fidem. Visus est sibi feciſſe rem facilẽ. Quanta dij deæq; pietatis audacia est, ire rursus in flammas, illò vbi patrem pene perdideris? Iam non erat illud' penetrale, iam non erat domus, vbique tamẽ iuueni videbatur ardere mater. Iam miser vndique flagrentibus membris, cùm discurrentem clusisset ignis, quod solum supererat virium genus matrẽ quærebat oculis. Non fuit illud primum ignium, perire lumina candantia, non protexerunt flagrantem sua membra faciem, & oculi quærentibus matrem manibus arserunt. Rursus in felix totum tactu perlustrat incendium, & vnde maximus est collabẽtiũ culminum fragor, illò debilitas tanquam inuentura reuocatur. Solus omnium seruatus est beneficio cæcitatis. Protrahatur, iudices, si videtur, in medium reus, plurimum probationibus adiicere debent truces vultus, terribilis minaxq; facies. Hic est, iudices, qui dicitur tota nocte discurriſſe. Hic ille circunſpectus, hic ille felix parricida. Receſſerunt cuncta debilitatis officia, & hominis qui circum genua vestra ducẽdus est, non est qui dirigat gressus, non seruuli superſunt, non penates. Respondete per fidem, respondete mortales, vtrùm hic patrem occidit, an perdidit? Quid agis infelicis

licissime iuuenis? Rogandum est neque habes totas preces. perit ille vester ambitus, vestra miseratio: sed nefas est vt reatus iste sentiat debilitatis aduersa. Nos agedum iuuenis duc, immò nostris humeris, nostris manibus innitere: nos tibi preces, nos accommodamus oculos. Quid aduersaris infelix? Quid repugnas? Scimus te non rogari pro vita, sed dura miser, dura. saltem viue dum vincas. decet te hic quoque virtutum tuarum cumulus, decet vt digneris morituus absolui.

MILES MARIANVS,

DECLAM. III.

ARGVMENTVM.

Bello Cimbrico miles Marianus tribunum stuprum sibi inferre tentantem, propinquũ Marij occidit. Reus est cædis apud imperatorem.

Pro milite contra tribunum.

SATIS dedecoris atque flagitij castra ceperunt, cùm hæc furenti tribuno mens subiecta est, vt in medio belli Cimbrici strepitu, ante signa (tuis honor sit habitus sanctissimis auribus) iuberet prostare gladio cincti, & vim turpissimã ac nefariam tentaret inferre (ne quid aliud dicam) fortiori. Habet æternam labes illa memoriã & in exemplum, in quod facilimè vitia proficiunt, nouæ culpæ pernotuit. Et licèt impunita sit reo virtus sua tamen in hoc ruentis in deteriora seculi cursu, affirmo, plures erunt qui tribunum imitentur, quàm qui militem. Et si nihil minus conuenire videtur partibus aduocati, summæ imperator, quàm reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre: memor tamen pro quo, & apud quem loquar, audacter, atque vt spero, tutò profiteor militem tuum quicquid afferat casus hodie, sub ipso fortunæ minantis ictu stare securum. Aut enim absolues tanquam innocentem, aut punies tanquam virum. Fas est vita periclitari, qui natum se meminit lege pereundi. Neque in militiam grauissimo asperrimóque bello ita venit, vt nesciret sibi mortem in procinctu habendam: neque est tam imbel

imbellis, vt non forti pectore aduersa, dum non inhonesta, toleret. Affirmo tibi C. Mari, non sic nuper repugnasset, si illum tribunus voluisset occidere. Neque ignorauit quæ manerent eum pericula, cùm obscœnos furiosi corruptoris amplexus gladio diuelleret. Nec habeo sanè quid in milite præsertim tuo laudem, si pudicus est tantùm, quia expedit: nec si sit vitæ cupidissimus, pœnitere eum facti sui potest. De interfectore corruptoris fortasse dubites: illud vtique scio, de impudico milite non deliberasses. Hunc verò C. Mari (defendatur enim tam fortiter miles tuus, quàm vindicatus est) nec si damnaueris, pœnitebit. Si fors ita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu tam paratus mori pro pudicitia, quàm occidere: laudémque perpetuam fortissimi pudoris secum feret. Omnis licet delatorum vis ingruat, nunquam tamen effici poterit, vt miles tuus magis doleat quòd accusatus, quàm quòd appellatus est. Sed neque hoc Roma parens, nec signa militaria, aquilæque victrices, nec tua, summe imperator, diuina virtus sinat, vt tua quoque sententia quisquam vir & Romanus & miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est. Ecce cùm maximè hoc agitur, vt inter Romanarum legionum manipulos scorta deligere, & ad stuprum trahere sacramẽto rogatos posthac liceat ex decreto tuo: nec pudet accusatorem apud C. Marium (quod exemplum diuinitus nobis datum videtur, quid in homine virtus possit) assidentibus legatis præfectisque, & istis, illis prodigio dissimilis tribunis, toto armatorum iudicio obiicere militi q̃ vir sit: tantúmq; nõn durum ac rusticũ, sed parum meretriciis artibus queritur educatum. At ego, si qua est fides, pudicitiam in milite etiam laudare erubesco. Fœminarum est ista virtus. Aliter laudandus est vir fortis, idoneus bello, promptus ad pericula, præstantis animi, liberè dicam, dignior qui tribunus esset. Hoc enim propinquo Mari, non erubescerес. Pater huic emeritis bello stipendiis tum, cùm tota subnixum Numidia fregimus Iugurtham, exauctoratas armis manus agresti labore subegit. Prædura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus perusta, & in plerisque ruris operibus marito particeps, affirmo, quam nemo appellasset impunè. His ortus ipse, procul ab omni contactu recesserat, pueriles quo-

que

que annos aliquo semper opere durando, sequi pecora primò, arcere gregibus feras, aliquid semper audere maius annis. Ludus fuit rotare saxa, vibrare iactu fudes, saltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humum scindere, segnem futuris noualibus eruere syluam. Sic effectū est, vt (quemadmodum aliqui putant) posset citò militare. Interim ex vltimo littore oceani, & direpta frigoribus plaga, gens à rerum natura bene relegata, stolida viribus, indomita feritate, insolens successu, nec minus animorum immanitate, quàm corporum, beluis suis proxima, Italiam inundauit. Nec tamen tantum vi sua, quantum luxuria socordiúque nostrorum ducum elata, dum nos in bello quoque vitia pacis sequuntur, & delicati sumus etiā miseri, vastitatem agris, solitudinem iuuentuti, periculum imperio ac propè exitium attulit: apparuitque nunquam populo Rom. ad propulsandam perniciem magis vitis opus fuisse. Itaque cùm appareret soluta militiæ disciplina, & non minor nobis pugna cum moribus esset, quàm cum hostibus, ad vnicum C. Mari cum virtutis tuæ, tum sanctitatis seruitatisque præsidium confugimus. Et mehercule festinarunt parentes ad nomen liberos mittere quamuis asperrimo bello, velut occasionem complexi, vt sub te ponere rudimenta militiæ contingeret, cernere quotidie diuinæ virtutis exemplum, te hortatorem operum habere, te testem. Et cum hæc communis totius exercitus esset felicitas, dux Marius, tamen (ô facinus indignum) plus reliquis consecuti videbantur, quibus tribunum contigerat propinquus tuus. Quanta cura robora militum legeris imperator, vt hostibus propè humanas vires excedentibus opponeres parem delectum, vel ex eo manifestum est, quòd cùm scires non ex censu esse virtutem, præterita facultatum contemplatione, vires tantùm animosque spectasti. Quid prodest? en quanta delectui tuo fit inuidia: diceris aduersus Cimbros puerum probasse. Sed neque te militaris ætas fefellit: cuius certissima mensura est, posse fortites facere. Neque illa libido fuit saltem vitiis vsitata, quæ ad obscœnos Veneris impetus formæ cupidine incenditur, sed quidam perditus contumeliæ amor ac summa flagitiorum voluptas, inquinare honesta: hoc ipsum quòd primus ante signa procurrit, quòd veteranos tyro

tyro præcedit, quòd redit puluere & cruore concretus istud, istud quòd tam vir est. Vulgaria sunt irritamenta cupiditatis, forma, ætas: singularis res est fortis concubinus. Illas cicatrices, illa vulnera, illa tot eximiæ decora militiæ, quid exequar vltra? Imperator, pudet me quod in telligis. Transeo oblatam nolenti munerum vocationem & blandius quàm militiæ disciplina postulat, adulatum militi tribunum, imperatas asperrimas expeditiones vt re mitterentur, sæpe ordinis, sæpe affinitatis tuæ iactatâ gratiam. Confitemur C. Mari, diutius vixit obscœnus corruptor, dum ista miles non intelligit. Non audeo dicere imperator, concipe animo temporis illius habitum, reforma cogitationes tuas: in aliis forsitan causis permittatur indignitatem rei oratione exaggerare, de iniuria nostra latinè queri non possumus. parcendum verbis est. inhibenda magna ex parte veritas præuaricandum mihi est, si pudorem habeo. Collatis cum hoste grauissimo comminus castris, cum totum bellum quodam genere ad pedē veniisset, & omnium mentes imminentis pugnæ cogitatio impleisset, circunfremente vndique barbarico vlulatu, Romano militi pro vallo excubanti, meretriciam obscœne libidinis patientiam aliquis imperat? Suum quisque habeat fortasse iudiciū: mea sententia non satis pudicus est miles, qui armatus tantum negat. Hoc expositionis loco imperator malo accusatoribus credas. Illi narrarunt rem viro & Romano & milite tuo dignam, tantumq; non ardorem luminum, horrorem capillorum, fremitū indignationis ante oculos dicendo posuerunt. Ad primum statim obscœnæ libidinis sermonem, non aliter quàm si in hostē classicum ceciniisset, gladium illum quē à te pro pudicitia nostrarum coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit, & in latus vltra pedem. Si omnes milites tales habemus Mari, vicimus. Verebar equidem ne fugandi corruptoris caussa ferrum strinxisset, & (quod accidere interim solet) dum aliter receisurum putat aliter percussurum non putat, tam honestum opus casus feciisses. Neque enim (vt opinor) hoc quoque exigendum fuit, vt cùm cæcus amentia corruptor per vulnera ipsa rueret ad preudendo amplexus, miles etiam gladium reduceret. Ego verò parum viriliter istum indignatum puto, si in tanto dolore

lore tribunum potuit agnoscere. ipse nihil excusat. Percussi, inquit. Gratia Marti, signisque. Occidi, hausi noxium vltrice dextera sanguinem, siue licuit, siue non licuit. Atque vtinam plures mortes cepisset, vt impurum spiritum renascens pœna torqueret. Parum seuerè militarem reduentibus suppliciis disciplinam continemus, si tribuno post hoc factum bene cessit quòd occisus est. Reum ergo cædis non inficiatione defendam. Viro forti præsertim & innocenti nihil facere conuenit quod negandum sit. Non abnuo crimen: immò si accusatores tacerēt, ipse narrassem. Obiicite igitur, sed vt delatores decet totum. Verecundissimum enim militem apud sanctissimas imperatoris aures minus puder confiteri quàm queri. Parúmne dedecoris subimus, quòd non de honoribus fortissimi viri quæritur? & vt logissimè vota procedant, rem honestissimam militi fecisse, impunè erit? Damnetur etiam, & pudicitiam supplicio pendat. Conuenite legiones, intendite animo sancto contracta vndique auxilia. Lex dicitur castris, nec pauci sunt qui hoc nolint licere, illud velint. Non me hercule possunt tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? Tu si tribunus esses, hoc fecisses? Si miles esses, hoc tulisses? Date præcepta componite disciplinam. Miles hac contumelia percussus est. indignis verò vocibus contaminatus, nihil amplius aget, quàm renuet? Et quis non illum inter prostitutos habeat, si commiserit vt possit iterum appellati? Neget tamen, & vltionem iniuriæ suæ differat. Ita puto, cùm illuserit tribunus, queretur. Iniicitur manus, & ab assignata statione miles abducitur, vt stuprum patiatur. Vos interrogo accusatores, quid faciet? feret libidinosas manus vulnera sua tractantes? deponet arma, an reponet? Vir est enim, autorem habet, hoc primi ordines iubent. Aequū est tribuno militem parere: in diem sperare etiam processus potest. pro hoc merito accipiet fortasse vicem, ordines ducet, & sub illo alij militabunt. Si hæc conditio caussæ est, si defensio sui non permittitur, indicate, prædicite, si corruptorem non licet feriri, feret. non enim potest nuda manu repelli. Mementote, corruptor armatus est. Implicitus tamen infando nexu, cogitate quid sibi fecisset vtrum id, si plura dispiciat, immò, si videtur, quò

quò iustius queri possit, patiatur. Istud verò flagitium in conatu pereat. Nam si libido ad votum obscœni corruptoris processerit, duo occidendi erunt. Liberè itaque dixerim C. Mari, quam de fortissimo milite sententiam feras, magis tua interest. Huius quidem gloriæ nihil plus adiici potest, quàm si pro re tam honesta moriatur: hunc mirabitur sola virtutem incorrupta testis vetustas, hoc factum patres liberis vel post pœnam præcipient. Tu cogita quid te sensisse homines sciant. Hoc exemplum in neutram partem potest taceri. Cogitare certum est id quenque cum iudicat, probere quid in re simili ipse fecisset. Omnibus enim ad virile robur per pueritiam iter est, & iam contra libidinem maturuisse non prodest. Recognosce incrementa tua, & honestam tantæ magnitudini memoriam pristinæ tenuitatis. Sine dubio te ad tot consulatus, & actos aut destinatos triumphos diuina virtus tua sustulit. Memento tamen, & tu sub tribuno militasti, nec ad hoc fastigium dignitatis tam breui tibi venire cõtigisset, si serò cœpisses. Dicam nunc ego præcipuam semper curam Romanis moribus pudicitiæ fuisse? Referam Lucretiam, quæ condito in viscera sua ferro, pœnam à se nefandæ libidinis exegit, & vt quamprimum pudicus animus à polluto corpore separaretur, se ipsa percussit, quia corruptorem non potuit occidere? Si nunc placet tibi miles, quid ego Virginium narrem, qui filiæ virginitatem, qua sola poterat, morte defendit, raptúmque de proximo ferrum non recusanti puellæ immersit? Diuisit illi solum Appium, quem tamen populus Romanus secessione à patribus, & propè ciuili bello persecutus, in vincula duci coëgit: neque vlla res tum magis indignationem plebis commouit, quàm quòd pudicitiam auferre tentauerat filiæ militis. Hæc sunt honesta, hæc narranda fœminarum exempla. Nam virorum quæ pudicitia est, nisi non corrumpere? Non sit mihi forsitan querendum auersis auribus seculi in tantum vitia regnare, vt obscœnis cupiditatibus natura cesserit, vt pollutis in fœmineam vsque patientiam maribus, incurrat iam libido in sexum suum. Finem tamen aliquem sibi vitia ipsa exceperunt, vltimúmque ad hoc huius flagitij crimen fuit, corrupisse futurum virum. Hoc verò cuius dementiæ est? In concubinatum

iuniores legantur, & in muliebrem patientiam vocatur fortasse iam maritus. Ego verò gratulor militari disciplinæ, gratulor opinioni castrorum, si huius mētis tribunus in hunc primum incidit. Itáne tandem (iuuat enim velut præsentis insequi furorem) scorta tua stipendium merentur, & sub signis exoletos trahis? Ideo meretrices ab exercitu summouentur, intrare castra fœminis non licet? Ita puto, non opus est: militem, hoc est pluſquam virū, iamiámque in acie staturum, cui pro virili portione salutē suam patria commisit, appellas. Fortasse classico sonante ideo stationes circuis, ideo vigilias ambis. En quē tribunum faceres, cùm prætextati militabant? Non hic profusus est furor? non manifesta dementia est? Vides munitum gladio latus, loricam ferro asperam, clausam galeæ faciem, & ad terrorem belli cristas minantes, inscriptum in scuto C. Marij nomen, totum denique virum Martio habitu horrentem. Hic tibi cultus prostituti videtur? Appellabis de stupro? vim afferes? Quid deinde expectas? vt ille te tribunum putet, cùm tu illum non putes militem? Vacat enim vitiis nostris, & ad omne votum fluente fortuna lasciuit ocium, aut in eo saltem statu respub. est, vt ad resistendam eam satis sit milites impudicos non esse. Non de prolatando tibi imperio res est, nec transmissas (vt nuper) prouincias petimus: de Italiæ possessione certatur, pro aris focisque cōstitimus: an hæc omnia igni ferróque vastentur, an nobis caput barbarus hostis excidat, an Cimbricè loquendum sit. Vita omnium nostrūm & salus (pati nanque aliud ne sub hoste quidem viri timemus) in vltimum discrimen adducitur. Influxit Italiæ inaudita multitudo, quam ne ea quidem potuit sustinere terra, quæ genuit: inusitata corporum magnitudo, moreti etiam Germanis feri. Strage nostrorum campi latent. Ille fugatorum Carbonis atque Syllani sub comparatione felix militia est. Iacet post amissum Scaurus exercitum. Seruilij Manliique bina cum tot legionibus castra perdidimus. Gens maiorem terrarum partem victoriis peruagata, tantùm in Mario stetit. Libenter te imperator interrogo, in hoc rerum statu tales milites habere malis, an tales tribunos? In tanto belli discursu, ne concessæ quidem veneri dares veniam. Nam quo ad altiorem quisque honorum

honorum gradum extenditur, magis in exemplum ſpectantibus patet. Cùm alij excubent armati, alij clauſtra portarum tueantur, alij vallum foſſásque ſcutis innixi cingant, cibum ipſum ſtantes capiant, tribunus inter ſcorta volutabitur? & has ſolas vigilias aget? ac ne ideo quidem breuem ſaltem frugalitatis perferet ſimulationem, ne hæc illum facere milites ſciant? Age porrò ſi viueret trib. & hoc ad te factum imperator, deferremus, circunſtaret vniuerſus exercitus, nec hanc militis contumeliam, ſed militiæ putaret, quid ageres? quid conſtitueres? Beneficium accepiſti Mari, beneficium: non habes neceſſe propinquum tuum occidere. Nam ſi verè æſtimemus, imperium pop. Rom. ad hanc diem militari diſciplina ſtetit. Non enim nobis aut multitudo maior eſt, quàm cæteris gentibus, aut vehementiora corpora, quàm vel his ecce Cimbris, aut maiores opes quàm locupletiſsimis regnis, aut mortis contemptus facilior quàm pleriſque barbaris cauſſam vitæ non habẽtibus. Principes nos facit ſeueritas inſtitutorum, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatione aſsidua belli meditatio. Itaq; plura penè moribus quàm viribus vicimus, cùm captiuæ quoq; ſanctè habebantur, & eõtumelia etiam hoſti aberat. Quæ omnia longa ſuperbæ nobilitatis intermiſſa luxuria, tui nobis mores retulerunt. Dij profectò magnitudinem tuã curant imperator, ac dirigunt, qui tibi ſuper cæteras laudes obtulerunt tam honeſtæ ſentẽtiæ occaſionem. Quòd miles fortiter fecit, ſi abſoluis, tuum exemplum eſt. Niſi fortè hoc me perturbari putatis, quòd tribunus fuit. Ideo hercle turpior ideo morte omni dignior. Hæc enim conditio ſuperiorũ eſt, vt quicquid faciunt, præcipere videãtur: & pernicioſiſsimus eſt malæ rei maximus quiſq; autor. Quis continebit militiam? Quis caſtrenſis diſciplinæ præcipiet ſeueritatẽ? Quis te imperator maioribus curis diſtricto, delicta militum coërcebit? Tribuni corpus & peccatum corriget? Ad quem confugiam: cui querar? Sic fit vt neceſſe habeamus ipſi nos vindicare. Tribunus fuit, & hic miles fuit, tribunus. Hoc dicis, cui parere caligatum lex iubet, qui non ſolùm militibus, ſed centurionibus præpoſitus, partem quandam imperatoriæ poteſtatis obtinet. Ita, opinor, contra iura caſtrorũ fecerat miles,

etiam si tantùm negasset. Nescit quod istius honoris fastigiũ, quæ potestas ordinis: tyro est. Agè si ad te C. Mari aliquis impudicum militem deferre dicentem, tribunus me iussit? Quòd si par in vtraque parte delictum est, hoc tamen crimen militem saltem decet. Tribunus fuit. Videor mehercle imperator, oblitus mediocritatis meæ, cùm vix vnius defensioni sufficiam, quædam pro vniuerso dicturus exercitu. Omnes has quæ circunstetere legiones, florem Italiæ, ciuium, sociorúmque robora, vna voce proclamare apud tribunal existima. Non ignominię tribuni parere possumus, nemo nostrũm recusat itinerum laborem, nec inuisum super arma fascem, non æstiui solis ardorem, nec sub pellibus actam hyemen. ferienda sit fatigato fossa, pro vallo portisque vigilandum, fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude pensabimus, mors erit ignominia potior. Quicquid in pugna patimur, vitorum est. Imperet asperas trib. expeditiones, si quo vertice montis hostis pellendus est, si inter infestos armatis saltus speculandum: sæuiat denique in terga verberibus, exigat seruilem plagarum patientiam, leno etiam, leno etiam seruis excipitur, fortasse hac lege captiuos vendes. Si meretricia imperatur necessitas, si aduersus obscœnam vim corruptoris arma tantum contumeliæ caussa habemus, potius castra capiantur, & vim tribuni interpellet Cimber. Nihil tale nouere Germani, & sanctius viuitur ad Oceanum. Quid futurum est imperator, si ad pudicitiam militum pertinet vinci? An ignoramus imperator quanta quondam populi Romani exarserit seditio, cùm ex domo fœneratoris addictus lacero verberibus tergo prorupisset in publicum, & illas suppliciorum notas tulisse se quereretur, quòd vim corruptoris pati noluisset? Et ille tamen quanquam hoc flagitium conatus in addicto ac penè seruo, videbatur & vix libero, aliquatenus memor fuisse Romanæ sanctitatis, qui vim obscœnissimam non tentauerat nisi aduersus alligatas manus: eò tamen vsque populi Romani vindicta processit, vt ardentibus bello finibus, ad delectum nemo respõderet, nisi & pœna corruptoris, & abrogatione legis satisfactum esset. Nolebant militare, quanuis hanc iniuriã non miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum

cognita

cognita domi causſa necauit? Iamiam commilito quicũque casus manet, etiam si te imperator damnaturus est, habes solatium, satius est quàm à patre occidi. At propinquus C. Marij fuit. Corrumpitis iudicẽ, & animo alioqui leui gratiæ pondus imponitis. Propinquus tuus fuit. O rem omnibus narrãdam, eũm absolueris. Nam si quid tibi iudicandi fides tua causſa facere permittit, cogitas profectò quãtum tibi hoc ipsum apud æmulos, quos virtutibus offendis, allaturum sit inuidiæ, cùm videberis aut corruptorem militis iudicare innocentem aut propinquũ tuum etiam vindicare nocentem. Olim iam imperator inter fulgentes virtutes tuas huor locum quærit, & natura quidem omnibus nouitatis incrementis aduersa nobilitas, tuis tamen laudibus pressa & obruta rimatur occasionem criminum. Quòd si bene inuidiam noui, hoc quo que tibi obiicietur, quòd saltem propinquus tuus peccauit. Quare abdicandus & eiurandus est non tuus sanguis. Certè nihil minus committẽdum, quàm vt vlciscaris hoc flagitium in eo præsertim, qui apud malignos poterit videri te permittente feciſſe. An ille si vnquam dogitasset se esse propinquum tuum, non has virtutes tuas, inter quas fortuna tua minima est, cùm ei velut propius cõtemplari licuisset, toto pectore haurire debuerat? Non huic affinitatis suæ felicitati referre gratiam? Milites te melius imitantur. Quòd si post hanc mentem viueret tribunus, necessarium forsitan erat hac quoque eum premi inuidia, quòd ista feciſſet Marij propinquus, quòd ex ipsa stirpe virtutum sustuliſſet te flagitij soboles. Nam cùm bene sit liberata probrò familia, quid attinet illud subinde Mario obicere? Optimum fuerat non habuiſſe talem proximum, aut libenter perdidiſſe.

Perorata imperator, vt mediocritas ingenij mei tulit, causſa, scio commendationis partes esse reliquas: sed has superuacuas facit sanctitas tua. Quid enim vereat ne noceat reo humilitas apud te, cui vel gratior potest esse nuda virtus, apud quem maximum est ex se cœpisse? Commendem tibi ordinem caligati militis, quem velut incrementorum tuorum natalem libenter ab alto respicis? Adhuc fortasse patricium valuerit genus, sed ductum eius longa serie dignitatis ordinem ipsa virtutum conditione

meliorem feciſti. Nondum potuit altius procedere vir adhuc huius ætatis. Tamen cùm virum fortem, cùm digni tuis caſtris, tuis auſpiciis probarim, commendo tibi quicquid melius miles fieri poteſt. Hoc quidem profectò non expectas, vt in extrema actione miſerabili fletu, & humili obteſtatione vitã genu nixus petat: nec tu rogari ab inocẽte exigis, nec viro forti opus eſt precari abſolutionem. Vnũ rogat, vt ſi quid de cauſſa illius dubitas, des dilationem vſque ad proximum prælio. Pone in prima acie: pone ante ſigna (fortiter dixerim) non inter tyrones, vbi plus periculi, quò maximus hoſtiũ globus ingruet: ſpectabis pugnantem. affirmo, tũc minus ignoſces tribuno. Liceat ire in aciem, congredi cum hoſtibus. Si perire debet, rogate, imperator, miles tuus, opera mortis ſuę vtaris felicius.

MATHEMATICVS,

DECLAM. IIII.

ARGVMENTVM.

Vir fortis optet præmium quod volet. Qui cauſſas voluntariæ mortis in ſenatu non reddiderit, inſepultus abiiciatur. Quidam de partu vxoris mathematicum conſuluit. Is reſpondit virum fieri futurum qui naſceretur, deinde parricidam. Cùm adoleuiſſet qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit. Reddit cauſſas voluntariæ mortis. Pater contradicit.

Pro filio contra patrem.

POSITVS, P. C. in ea conditione triſtiſſimæ ſortis, vt nec morte dignus ſim, niſi me parricidam putetis: nec præmio, niſi innocẽtem adeóque ludibrijs miſeræ diuerſitatis vel neceſsitatis implicitus, vt impetrandũ à vobis habeã odij mei fauorẽ: quæſo prę̃ter omnia, quę ante hoc tẽpus circa nos ordo prędictę veritatis explicuit, attuliſſe me credatis vrgentium malorum probationem. De parricidio venit, quòd occidere me poſſum: de fato, quòd mihi nõ licet mori. Nõ ſolus mathematicus ſeculo tẽporibusq; prædixit has manus, ſed & ego me parricidiũ credo factũrũ: plus quàm reſponſum, quàm ſacræ artis prælagium, triſte eſt, quod mihi ſic minatur animus meus. Nõ habeo infeli-

infelix in cogitationibus meis, vnde non timeam, & facinus, quod sibi pro me pietas patris, quódq; singulorũ innocẽtia rogat, sentio, patior, agnosco. Ne quis me tamen laborare putet miseræ persuasionis errore, accipite cur nõ possim dubitare de fato. Parricidium credit, qui facturus est: non timet, qui periturus est. Ante omnia igitur à grauitate publica peto, ne pro tota innocentia mea contenti sitis hoc, quòd volo mori. Nec quia videor contendere cum mathematico, vincere necessitates, expugnare fatũ, ideo mihi bene credi putetis & vitã. Aliud est, facinus non esse facturũ, aliud mori velle ne facias. Quinimmo (si qua est fides) hoc quod vos constantiã putatis, infirmitas est: quòd ad suprema confugio, animum meum noui. Nouissima victæ mentis integritas est in mea potestate, breui nõ habebo nec mortem. Fidem vestram P.C. ne quid amplius de misera pietate speretis. Qui mori volo ne parricidium admittam, non inuenio quemadmodum illud possim non facere victurus. Nam quod ad patrem pertinet, qui me retinet viuere nolentẽ, non miror, quòd adhuc recenti gloriæ nostræ gaudio stupet, & in opera mea totus oculis animoq; cõuersus, parricidã non videt per virũ fortẽ. Hic est animus, quo me quãuis denũciatũ prædictumq; seruauit: & cùm incertis adhuc dubiisq; virtutibus præstiterit vt viuerẽ, præitat meritis actisq; ne moriar. Nũc ille, ꝙ pietate, ꝙ videor ipsius perire reuerentia, vocat parricidium suum: & in orbitate, quã facere sibi videtur, nõ remedium meũ, sed suũ spectat affectũ. Filius qui vult mori ne parricida sit, aliter sibi videtur remunerari nõ posse, quàm vt ipse moriatur. Meritò prorsus, meritò miserũ senẽ tristes solicitudines & præscij metus ad mathematicũ & respõsa miserũt. Debui vir fortis nũciari, parricida prædici. Siue enim misere cõiugis ꝓdigiosa fœcũditas tumultuosis pulsibus maritales inquietauit amplexus, siue ꝑ anxias noctes diросq; somnos feralibus senex imaginibus agitatus dicitur ad notissimũ sacræ artis antistitẽ, nõ spes, non auida vota, sed suspiria, metus, & præsagiũ magni nescio cuius incerti detulisse palloreꝫ: quid aliud hoc esse vultis P.C. quàm primam fatalis instinctus necessitatẽ? De partu vxoris non potuit nõ interrogare, deinde non credidit. Referam nunc P.C. cuius artis, cuius fuisse dicatur autoritatis,

ritatis, quem putauit adeundum, qui sic timebat. Hom
qui, quod certum habeo, plurimis meruerat experim
tis, vt ad illum velut ad oracula deorum, plenúmque fac
spiritu pectus, hominum solicitudines metúsque consp
rent: dicitur inspecta totius ratione cæli, digestis fide
ribus in numeros, ad publici priuatique fati stupuisse m
spectum: & tanta prosperorum tristiúmque congerie r
gis ipso consultore perterritus, diu non commisisse v
bis, quod videbat. Sed, ô virum grauitatis antiquæ, a
gnúmque cui se fatorum arcana nudarent. Cùm pa
de quo quærebatur, multa præstaret propiora pros
lætos incipientes annos, non fuit contentus meliora p
dicere, sed (quæ certissima est vera proferentium fi
quicquid deprehenderat, protulit in medium, & pro
mauit futurum virum fortem, deinde parricidam. Q
vnquam P.C. fiducia maiore respondit? Cùm summ
facinus denunciaret, antè se dixit probaturum. Fec
profectò P.C. interrogando mathematicum pater
non educaturi si quid tristius cõperisset, nisi hoc prim
de fato fuisset vt viuerem. Sed nec mathematici fides m
momentũ aliquémve cessauit ordinem: non numeru
fellit, non sexus in partu, non iuuẽta, non robur. Illa q
que quæ velut extrinsecus cõsentiebãt, affuere respo
bellum hostis, acies, ad illam ipsam qua fortiter facer
teramus, ætatẽ. Pater verò periculi sui denunciatione
territus, arma mihi, prò tristis necessitas, arma ipse cu
dedit, & suis ad pugnam manibus aptauit, tanquã mat
matico iam credidisset. Quis miretur quòd respõsum
contempserit, dum sperabat vt fortiter facerem? Mori
non vult, & iam non supereſt nisi parricidium. O mors
danda fortibus, expetenda miseris, non recusanda feli
bus, quãtum te quæsiuimus in bello? Tuli enim (deos
stor) in aciem, tuli non virtum iactationẽ, non gloriæ c
piditatem, sed vt patriæ præstaret aliquid vtilitas mei:
hunc mihi deploratum spiritum, hoc destinatum dam
túmq; corpus, publicarum vtilitatum vsus absumeret. Il
primùm miser didici quàm multa nescientes, quàm mu
ta faceremus inuiti. In medios hostiũ globos perditus p
gnator exilij, cessit acies. Densissima quæque certam
solus inuasi, resistere nemo sustinuit. Obuius ictibus m
bra

bra nudaui, & ad incurrens vbiq; ferrũ vitalia parata circuntuli: vacua circa me tela ceciderunt. Miserum me decepta cogitationis euẽtu, fortiter feci, dum mereor occidi, Recedite gratulantes, abite laudantes, non circumeo templa, non reddo vota numinibus: ad parricidiũ veni. Quem ego pauloantè passus sum miseræ conscientiæ pudorem? Ad patrem arma non retuli. Timui quinimo ne mihi dum reuertor, occurreret, ne in oscula mea plenâsq; adhuc victricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quã tunc inter cæteras exclamationes deducẽtis exercitus vocem, quod circunstantis populi murmur excepi? Magnum felicémque iuuenem, si subitò moreretur. Adiuuate diij pariter atque homines, dum perire concupisco, dum volo: miseremini, ne hunc ardorem fugientis animæ dilatione laxetis. Proclamo, testor, in nouissimo fati stamus abrupto, prope est vt occidat patrẽ parricida prædictus, cùm est mori paratus. Quid me pater adhuc detines? Quid moraris abeuntem? Melius quidem fuerat hunc spiritum aut in ipsa maternorum viscerum sede comprimere, aut vt primùm contactu suo cælum terrásque polluerat, festinata morte dimittere. Sanè tamen charitas patriæ priuatos vicerit metus, & in honorẽ virtutum scelera nutrita sint: quicquid est propter quod educari me tanti fuit, explicitum peractumq; est. Restat vna pars fati, vltimũ solumq; facinus. Frustra me consolaris æquanimitate patientiaq; tua. Non idem vtriusque nostrum discrimen agitur. Tu mori periclitaris, ego patrem inuitus occidere. Hoc primùm itaq; excuso vobis P. C. quòd præmium peto satis sit hactenus viri fortis nomen agnoscere, hucusque authoritatem sacræ legis attingere, vt illam in aduocationem sacræ mortis adducam. Relaturum me putatis illa optionum verba solennia, non capere magnorum precia meritorum solas æquitates: tanta remunerandum benignitate quòd fortiter fecit aliquis, quanta solicitaretis vt faceret? Nemini vnquam minus soluẽdo ciuitas fuit. præstiti post quod mori continuò deberem. Sed securi estote de auiditate summæ potestatis: illud infinitũ, illud immodicum, quod nobis voluerunt licere leges, intra se consumit ille qui meruit. Titulos, imagines, honores, seruate victuris: mihi præstare salutem patris, innocen-

tiam meam, temporum pudorem. Quæso ne mihi ideo præmium negetis, quia fortasis & hoc debeatis odisse, quòd fortiter feci. Extra inuidiã est optio, cùm id exigam, quod impetrare potuissem etiam antequam fortiter facerem. Nam quòd obiter optionis reddo rationem, quæso nequis ideo me parum aut præmio fidere credat, aut cautis, quia vtriusque iuris miscui preces. Ignoscite ardori perire cupientis, quòd pariter imploro quæ singula sufficere potuissent. Fidem quinimmo vestram, siqua adiuuat lex est quæ adiuuare possit mori volentem, commodate, conferte. Est vtriusq; iuris & autoritas, quod in mea morte tribuatis. Præstate cautsis vt moriar, præmio vt sepeliar. Sentio P.C. hoc primũ ab affectibus publicis petẽdum ne quis ideo mori me velle non credat, quia potiar caussas ac verba confugi, quia à vobis malui petere quicquid ab his potui manibus accipere. Merui fateor malignas interpretationes, vir fortis vt morerer. à bello redeuntis arma posui, populi fauorem, gaudia ciuitatis intrans. Sed siue hoc est sepulturæ suæ magna reuerentia, pectoribusque additæ pectoribus humanis infirmitates, vt etiã quod timeret, qui nõ timet mortem: siue decuit innocentiæ amore pereuntem tranquillitas magna pereundi. Ignoscite quæso cunctationi, patientiæ, moræ. Si me contumax occidissem, tanquam parricida moriebar. Neque est P.C. quòd excludi præmium putetis cõtradictione patris. Etenim us per magnorum operum reuerentiam de necessitate parendi, & aut interim nobis magna venit contra nominis huius potentiam de virtutum fauore libertas, aut obsequia peracta demum optione repetemus. Non est quod vos resistentis moueat autoritas. Neminem inuenias mori volentem, qui non habeat aliquem vetantem. Ille enim præsto non sunt pignora charitatis, lacrymis tamen audientium, & consolationibus, & promptissima semper exhortatione retinetur. Parentibus verò circa liberos vnus affectus est, fauere vitæ, timere mortem. Non habent patientiam nec iustæ orbitatis, & inter supplicia licet pœnásque, omnes tamen illis innocentes, omnes miseri sumus. Ego P.C. communem hanc impatientiam senis accendo pietate, reuerentia. Fieri non potest vt se mori debere persuadeat patri filius, propter quem se videtur occidere.

cidere. Hactenus leges, haetenus merita virtutum: veniamus ad neceſſitates. Mori volo, mori volo, ita vt reddidi cauſſas. Ita non ex hac deſtinatione ſentitis quicquid dici non poteſt? Videritis, quid nos hucuſque protulerit, hinc incipit ratio. Quod volo, fingite vnum ex populo turbáque petere, ius præmiorum. Non debet hoc vetari, quoties habet cauſſas: nõ poteſt, quoties non habet. Scilicet enim verendum eſt, ne ad hoc inconſultè, ne temere leuitas humana proſiliat: & credibile eſt, vt quicquid apud hominem pro vita dici poteſt, ipſa ſibi vita non dixerit. Abite gratulationes, ſilete blanditiæ, quoties iam putatis noluiſſe me, mori? Primũ, hoc maximũ, quod pro incolumitate hominis natura commenta eſt, vt periremus inuiti: & contra tot aduerſos caſus, patientiæ nobis æquanimitate ſuccurreret. Inde eſt quòd inter luctus & deſperationes fœda viuacitate duramus. An vos me moueri non creditis quòd iuuenis ſum? quòd modò vitæ voluptates, modò gaudia lucis ingreſſus ſum? Quantopere mihi blanditur, quòd publicis ex acie reportatus humeris lætitiam ciuitatis impleui? Quoties mehercule hæc vulnera, & rorantia hoſtili cruore arma complexus, animum ſupra neceſſitates erigo, ſupra fatũ pono. Sed omnia mihi iam diſcuſſa, conſumpta ſunt, & honeſta pereuntis ratione victa ceſſerunt. Quid mihi amplius cum corpore, quod oderunt oculi ſui? cum quo quotidie properans anima rixatur? Non ſunt mea membra, quæ poſsim velut hoſtis alicuius lacerare, confodere. Homini qui ſemel renuntiauit rebus humanis, non redditur vita, ſed tempus: & ipſa cupiditas ratioque pereundi, hoc ipſo quo vetamur, accreſcit. Felicior mehercle qui moritur antequam debeat, antequam velit. Penè ſerò renuntiat vitæ, quiſquis ſic ad exitum peruenit, vt hoc illum facere nemo miretur. Ei tantum debet mors negari, de quo non ſufficit hoc pœnæ genus, vt ipſe ſe potius occidat. Nam quòd lex iuſsit vt moriturus redderet cauſſas, quòd inſepultum voluit abiici, ſi ſic properaſſet erumpere, vt non nunciaret hoc prius, non fateretur: fallitur quiſquis ideo factum putat, vt teneremur inuiti. Illa verò non timet pereundi temeritatem, nec ſecretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter auſuros proferre

ferre cauſſas, quos ſceleris conſcientia, quos maioris cruciatus metus in ſuprema compelleret. Igitur ne ſupplicia properato lucrarentur obitu, rurſus in pœnam nocentis inſepulti corporis reuocauit iniuria. Lex placida, mitis cauſſas mortis reddi voluit, non æſtimari. Poſſum igitur P.C. publica quadã voce generis humani reſpondere quærẽtibus cauſſas mortis interrogatus. At ego difficilius reddere vitæ. Quid iuuat ô miſera mortalitas animã per tot annos, etiam, ſi natura patiatur, per infinita temporũ ſpatia triſtiſſimo corporis retinere complexu? Si cuncta gaudia noſtra, ſi voluptates, & quæcunque ex hac vniuerſitate mundi vel ſolicitant aſpectu, vel blandiuntur vſu, diligenter excutias, tota vita hominis vnus eſt dies. Humiles prorſus abiectæque mentes, quas non implẽt hæc eadem ſemperque redeuntia: vt qui honeſtis operatus artibus ſciat quis finis bonorum, quæ vera felicitas, nunquam ſibi videbitur præmatura morte periturus: & lucis cauſſas ad animum mentemque referentium neminem quotidie vita non ſatiat. Relaturum me nunc putatis, quanto plura ſint in hac æui breuitate fugienda: comparaturum gaudiis, proſperis, metus, calamitates? Illa illa æſtimemus propter quæ fatigamus votis deos, propter quæ breuem querimur ætatem. Nempe ſunt vanitas, cupido, luxuria, libido. Non pudet propter hæc ferre debilitates, luctus, ſpatia morborum? & cũm liceat euadere, malle pati? Finge tibi velut ipſam proclamare naturam. Receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumque conſortium, & per ſucce dentium vices in ordinem mortalitatis natus bona noſtra vidiſti: admitte poſteros, cede venientibus. Neſcis te quanto diutius vixeris, tanto magis impatientiam parere? Quantumlibet prorogentur tempora, iungantur ætates, quandoque tamen non poteſt non exitu perire miſeri, qui moritur inuitus. Miraris quòd ſuprema mea ipſe præcipitem? Nunquid enim non hoc agunt ſinguli dies? Omnis noſtra hora per tacitos fallentesque curſus applicat fato, & in hac turpiſſima perpetuitatis cogitatione diſtricti, per exigua feſtinantis æui momenta præmorimur. Faciamus potius de fine remedium, de neceſſitate ſolatium: exeamus ſponte, conſilio, pleni ſecuritatis, gratias agentes. Solus vixit quoad voluit, qui mori maluit. Indulgete quæſo læ-

uæti

næ tristesque causſæ, indulgete virtutes, vt mori tanquam magno animo velim. Ita non sufficit ad maturandos exitus, quod fortiter feci? Infirmæ prorsus terrenæque mentis est, vt numeretis annos: ego (quæ felicissima vel lassitudo vel satietas est) virtute consenui. Quid adhuc inter accidentiam fragilesque casus ago? Homo receptus in publicas gratulationes, præsentiæ hūilitate decresco. Minores fiant necesse diuturnitate, quorum initia confirmauere successus: cùm iam, nec operibus, nec felicitati possit accedere. Cum fortuna ruere dementia est, & ætatem trahere pereuntem. Nullos ego senes degere turpius puto, quàm qui fortissimi fuerunt. Vultis expectem vt putres artus fœdet pudenda canities? vt sanguine membra vacuata vix nitantur ad gressus? vt hæ laudatæ manus, nec ad quotidianæ vitæ ministeria sufficiant? Quàm miserum, quàm deforme est meminisse quod fueris! referre cicatricum tuarum redundationes, & frigidam præteritorum memoriam! cum iam fidem membra non habeant, supra sua facta rideri! Festinatò exire de seculo debeo, dum alacre corpus, dum spiritus viget, dum teneor, dum d[illegible]ideror: & hoc volo deberi manibus meis, animo meo. Fauete dij pariter atque homines: mortem vir fortis inueni. Est hæc communis mihi cum multis fortasse causſa, sed veniamus ad meam. Si mihi mathematicus denunciasset damna membrorum, grauem corporis perpetuumque languorem, ignoscerem tanta mala vel incerta fugienti. Plus est quod expauesco, quod timeo. Minatus est mihi manus meas, meos animos: nullumque voluit esse momentum, quo securus intrepidusque requiescerem. Iussus sum vitā per anhelitus metusque consumere. Quis inter hæc spei, quis cōsolationis est locus? Mori debeo tanquam nocēs, si mathematicus verum dixit: tanquàm miser, si mentitus est. Quid, quòd me futurum dixit parricidam? Ecquem mittamus in experimentum, cui credamus? Placet pòst futurorum incertam tractare rationem. quid ad diuersas suasiones, & ad loquaciſſima humanorum pectorum ingenia variaris? Parricidium dictus sum facturus: si possum posthac viuere, non sum innocens, etiam si non fecero. Interrogare mehercle hic libet vos omnes liberi, omnes parentes, quem mihi post hanc denuntiationem assignetis animum

mum. Homo sum, cuius corpus iratum fortasse seculo numem, velut aptissimam facinori videtur elegisse materiam, cui in primis continuò natalibus assignata est virtus pariter & facinus, omnium incredibilium diuersorúmque pariter capax, omnibus difficultatibus nouitatibusque sufficiens, sceleribus miser, & sine morte sua nocens, in quo debeatis ipsas quoque odisse virtutes. Nescio quæ me prodigiosa feritas in patrem velut telum aliquod casurumque pondus librat, impingit. Facinus me manet, quod contra fidem est, quod profuturum mihi negatur & nolim: cuius non tempus, non locus non causa prædicitur. An mori debeam, vos æstimabitis: non debui nasci. Sentit pater quãta sit prędicti sceleris immanitas: & ideo tentat efficere, vt mathematicam artem non putetis: at modò contendit non esse fatum, & cuncta casu fortunaque decurrere: modò etiam vt prouidentia regantur, non posse tamen humana scientia deprehendi. Dum vtrumque colligo, interim apud grauitatem vestram depono sensisse aliquid patrem etiam cùm metuit. Ego mathematicum probaui dixisse verum: ille credit esse quod dixit verum. Casúne tibi pater hæc diuersitas videtur in corpus vnum dissentientibus solidata primordiis, vt summo vertice locatus igneus vigor cuncta leuia calidi spiritus ardore suspenderet: profundus humor ad ima diuersus, vnde quotidie superpositi caloris alimenta traherentur, terrenum pondus in medio quanto supernè spiritu, tanta penitus inanitate subnixũ librata mole consideret, vt seculorum infinita series, per assiduas temporum vices sua lege fluat? Quid hæc fulgentium siderũ veneranda facies? quid quædam velut infixa ac cohærentia perpetua semelque data sede collucent, alia toto sparsa cælo vagos cursus certis emetiuntur erroribus? Ista credis passim fortuitoque dispositа? Rogo, quid melius ratio fecisset? Deus hæc deus fabricator operis vniuersi, ex illa rudi primaque caligine protractum posuit in vultũ, digessit in partes. Postquam dederat vniuersitati parem dignamque faciem, spiritum desuper quo pariter animarentur, immisit. Inde est quòd quicquid nascitur, consociata numini proprietate signatur, & in totam æui sui breuitatem compositum firmatumque sic accipit futura, quasi vitam. Hæc credo pa-

ter ter

ter terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationē cō-
sumpta nouitate meruisse. Paulatim deinde hoc quod stu-
pemus, animus ausus diligenter attendere, in arcana natu
ræ sacrum misit ingeniū, & ex assiduis obseruationibus
notisque redeuntibus latentium ratione collecta, perue-
nit ad causas. Miraris fatum hominis posse prædici? Dese
ctiones siderum laboresque narrantur, nunciatur origo
tempestatum, lasitudo ventorum, quod sidus immodicos
solis ardores, quod seueras minetur hyemes, quid signifi-
cent sparsi longius crines, quid ardētius solito iubar, quid
excussa flamma sideribus. Non inuenio quid possit esse
certius veræ artis ingenio, quàm dicere quid futurum sit,
fieri deinde quod dixerit. Quòd si esse artem mathemati-
cam probant natura, ratio, experimēta, pater quoque qui
credidit consulendum, superest, vt ostendamus verum di-
xisse de futuris, quem de præteritis non possumus proba-
re mentitum. Accipite primam certissimæ scientiæ proba-
tionem. Homo qui de partu consulebatur, non confudit
turbauitque responsum, nec per varias ambages indepre-
hensibilem sparsit errorem: nihil ita locutus est, vt illud au
dientium interpretatio traheret dirigeretque quò mallet.
Atqui in eo tota ratio fallendi est, non dare consulentibus
quod deposcant, sed caligine magnaque promissorum va
rietate suspensos sic dimittere, vt quicquid casus attulerit
putent esse prædictum. An scilicet hæc fuerit ratio fingen-
di, quòd dicebat vsitata, communia, quæ futura pater fa-
lè crederet, libenter audiret? Fortiter, inquit, faciet filius
tuus. Rogo, vbi magis desinit, qui mentitur? Sed quibus il-
le, dij deæque, signis, quibus impletus est notis, qui de par
ricida dissimulare non potuit, cùm quæreret pater? Attem
tantùm mirari me pater putas? Ego miror animū, stupeo
cōstantiam. Erit, inquit, vir fortis, & parricida. Rogo, quæ
ratio fallendi est, ea dicere propter quæ nec prioribus de-
beat credi? In parricidio, quod prospiciebat mathemati-
cus, hæc sola ratio fuit mendacij, ne prædiceretur. Fero
tamen, vt quis in aliis consultationibus decipi possit aut
errare: de futuro parricida non magis mathematicus po-
test, quàm pater interrogare. Omnes, sicuti apud sacræ ar-
tis antistites satis constat animæ proprietates, & futuras
mentium corporumque formas, ex illorum siderum qua-

litate

litate, quibus in ortu suo cuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis vagi numinis errore perstrictus est, vitam transiget illic discursibus. Placida conceptum stella signauit, erit modesta lenitate conspicuus. ardēs nascentis horam sidus accendit, viribus pariter moribusque flagrabit. Languidi & iam vergentis in procliue mundi, hebescentibus tardior membris, similis senectæ iuuenta pigrescit. Iam si cui principalium deorum fulgor illuxerit, in populi consurget imperium. Credo mehercle in illum natalem meum monstri diem, iratorum numinum cospirasse violentiam, sedēque prodigiosi spiritus collato pariter igne pressisse. Si verum est, post vetusta secula, & innūerabiles annos reddi rursus aliis corporibus animas, fortasis in me renatus sit aliquis ex illis, quorum scelere violatus dies mundum subitò mutauit, quos per maria terrasque fugientes, furiales faces, & vltricum dearum terror agitauit. Necesse est vt maiores notas ventura promittant, quæ non temere nascūtur. Sic futuras tempestates, pelagi fragor, & consciũ nemorum murmur enunciat: sic perituroru fata populorum ardentes cælo faces, & crinita siderum flamma præcurrit. Prædicebat bello, monstrabat armis, agebat ante se ventura feritas publicas calamitates, & omnium malorū cōsummatione parricida ponebar. At nunc ista putet aliquis fortuitò, nō arte sentiri, posit fortasse casu euenire quod futurum sit, non potest casu fieri quod prædictum est. Equando vnquàm pater explicuit manifestius vllius fatine cessitatem totus ordo responsi? Vir, inquit, nascetur: euenit. Educabitur, quamuis parricidium prædictum sit: accidit. Perueniet ad iuuentæ robur. adoleui. Viribus erit conspicuus, & nimis. Aderunt bella: venerunt. Ibit in aciem te volente, missusque fortiter faciet: feci. Erit parricida, si vixero. Si pater, tam secretæ profundæque artis ratio reddi da est, nonne habere tibi grande consortium prædicti videtur ipsa diuersitas? Virum fortem dixit, & parricidam. Vicina sunt hæc, etiam vt dissimilia: paria viribus, etiam vt mente dissentiant. Quid enim me aliud notabilem facit in bello, quàm quòd non parco cædibus; cruore nō satior exultans super stratorū corporum strages, palpitantibus adhuc cadaueribus alacer insisto? Virtutis sunt ista cum hostis contigit. Pax est quæ nos deprehendit: & cum insta

gra

grassandi materia consumpta est, in facinus necesse est ociosus ardor erumpat. Ecce iam reipublicæ præbita est quies, mihi tamen plurimum est cum gladio meo. totis diebus tracto ferrum, ad arma respicio, tela mea laudo, admiror, alloquor. Crede pater, & parricidium tam facile est, quàm fortiter facere, cùm vtrunque de fato est. Sed quousque ratione colligam, quod exitu iam probatum est? quod nullis mathematicus dixit ambagibus? nullis dissimulari artibus potest? Partem respõsi futuram in alio opere iam vidisti, &, quod præcipuè torquet animũ, fides sceleris virtus fuit. Explicata est autoritas responsi, cũ de duobus prædictis vnum factum est. Nec possis de veritate dubitare, quoties cum incertis experimenta consentiunt. In responso cui cuncta cesserunt, fieri non potest vt hoc solum falsum sit, quod nouissimum est. Nõ potest, inquit, fieri parricidium. Vis mirer pater, si nõ creditur futurum, quod etiam cùm factum est, vix creditur? Falleris si aduersus prædictas necessitates sufficere credis quòd ego bonus filius sum, quòd tu optimus pater. Tu non mereris scire, credo ego vtique nolle me scire. Quid est ergo fatũ, nisi quod fit, & non habet caussas? Quemadmodũ ergo, inquit, istud vitari potest, si fieri necesse est? Scilicet hac sola ratione, vt mors inter facinus hominémque ponatur. Vincitur pater, fatum si resistas: vincit, si contẽpseris. Ago quinimmo gratias hoc solo nomine crudelissimis fatis, quòd maximũ facinus non in prima æui mei parte posuerunt, quòd præmissæ sunt antè virtutes, magnoúmque operũ prior ordo defluxit. Potest putò caueri parricidiũ, quod & prædicitur, & nouissimum est. Fingamus pater, mathematicũ de hac sola vitæ meæ parte mentitum: quid tanti est vt credam ista, & viuam? Occidi pater nõ potest. Sed quid refert si difficultas ista nõ est salua animo meo? Excedit omnem calamitatẽ, innocentiæ suæ nõ credere, diebus ac noctibus timere, suspectũ habere animum suũ, calumniari manus, incursare visus, & parricidalem agere cogitationem. Maior mihi ratio moriendi est, si parricidium fieri non potest, & ego me credo facturũ. Quem tu mihi pater imperas laborem? quam asperã exigis patientiam? Horreo oscula tua, ne seniles artus nimium grauis amplexus elidat. Nõ sustineo eosdem expetere cõuictus,

ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Timeo eiusdem peregrinationis adire comitatum. Omne fugio secretum, ne quid fortuna, ne quid afferat casus. Quousque timebitur animus? Mors mihi præstare potest ne parricidium faciam, mors vt videar nec fuisse facturus. Sed me infelicem quàm multa sunt quæ timere debeam etiam contra animum meum? Vnde scio an expulsum me repentè sensibus meis, aliqua magni discriminis imago raptura sit? Probabo libo fortasse tanquam sequar classici vocantis instinctu, tanquam me ruentis patriæ fragor, & vociferatio captæ ciuitatis exciuerint. Me sanè interdiu custodire possum, sed vnde scio quid afferat nox, casus, error? Mathematicus hoc nō futurum dixit vt vellem, sed vt occiderem. Tu quoque pater, quanto grauiores passurus es ex ipsa dissimulatione cruciatus? Felicius prorsus est, palàm occidat quem timeas. Cùm bene in oculis meis amplexibusque requieſcas, subeat necesse est tacitas cogitationes præacti periculi metus: & licet componatur ad fortem superbámq; constantiam, naturalis tamen hominis infirmitas potest tam percussorem timere, quàm mortem. Exple nos pater, tam misero tristiq; complexu, & longissimas solicitudines breui recide patientia. Minus indignum est vt moriar, si innocens futurus sum, quàm vt viuam parricida. Denuncio tibi pater, & de suprema necessitate confiteor. Iam non sunt meæ potestatis hæ manus: nō regent dexteram, non retinere sufficio. Venit ille nescio quis furor, non sentio, non intuentur oculi. Tūc omnia incogniti scire, cùm gesta sunt, Quid? tu me lacertorum virium beneficio strauisse nuper hostes putas? Quantum dicis narrasse captiui? nescio quem in me monstrosi vultus horruere conspectum. non tela iaciebam, nō iaculabar ictus furialibus miser facibus ardebam, & pectus istud non lorica, non ferrum, sed diri serpentum clausserant nexus. Non fuit illud pugna, non acies. in bello parricida vincebam: excesserunt opera mea humanarum virium meritatem. quicquid factum est, rabies, insania fuit. Præco, protestor, non ego parricidiū faciam, non ego feci. Quòd si vlla ratione casuue effici potest, vt præsint non fiant, fidem vestram P. C. vt mihi potius innocentia quàm fato debeatur: ego dicar expugnasse constitutionis fragilis

fregisse vincula necessitatis: mea pietas, mea laudetur integritas. Dij non sinant, vt inter me responsúmque decernat exitus. Mathematicum vincere malo, quàm reprehẽdere. Quid nunc agam P. C. quemadmodum me vir fortis ad preces, quemadmodum parricida componam? Dicam, miseremini? dicam, succurrite? Sic rogari contra mortem solet. Nouo mihi inauditóque opus est ambitu malorum. Nisi morior, periclitor. Ideo videor causas reddidisse, vt contradiceret pater: & si bene noui malignas interpretationes, non exitum captasse dicar, sed excusationem. Explicare per fidem miseri pudoris æstum, nunquam videbitur mori voluisse parricida, si vixerit. Ad tua nunc genua porrigo, optime pater, has ad scelus tantum fortes manus. Per ego, si fas est, quicquid feci, per hanc ipsam mei charitatem, qua me nondum timere cœpisti, miserere, filium pietate pereuntem ne velis exitum facere parricidæ. Præsta mihi patientiam, qua me modò bello credidisti. Finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse cõplexu: confectúmque magnis vulneribus cadauer efferri. Relinquo tibi pro me omnes parentes: hunc quo nos retinere voluisses, in suprema mea transfer affectum: tuis manibus compone corpus, extrue rogos, funeri iusta persolue. Deinde cum iam nouissimis osculis, supremóque discedens satiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublatis ad cælum manibus proclamare, Mathematice, mentitus es. Reddidimus causas, peregimus preces. reliqua vos manus, vos adiuuate ciues, non vt liceat mihi mori. licet istud etiam vt negetis. Vir fortis commendo vobis exitũ meum, si non continuò letale vulnus impressero: si non cum sanguine totam animam properans ictus egesserit, adiuuate dexteram, deprimite telum, & ante omnia detinete patrem. Nescio quàm longè manum sparsurus sit fugientis animæ dolor, quò cadat extractus mucro vlceribus, in quem se collabentis corporis ruina præcipitet. Vultis scire quantum debeam timere victurus? Metuo ne patrem, dum morior, occidam.

ÆGER REDEMPTVS,

DECLAM. V.

ARGVMENTVM.

Liberi parentes in egestate aut alant, aut vinciantur. Quidam duos filios habebat, frugi, & luxuriosum. Peregre profecti sunt, cum à piratis luxuriosus languere cœpit. Ambo de redemptione scripserunt. Pater vniuersis bonis in vnum redactis profectus est. Dixerunt illi prædones, non attulisse illum nisi vnius pretium, & eligeret vtrum vellet. Aegrum redemit. Qui dum reuertitur, mortuus est. Alter rupto vinculis fugit. Alimenta poscit pater. contradicit filius.

Pro patre contra filium.

QVAMVIS, iudices, in tanta malorum meorum continuatione iam poterã nihil ex accidentium meorũ nouitate mirari, nullúmq; mihi relinquerint impatientiæ genus aduersa, quæ de solatiis remediisq; creuerunt: confiteor tamen hoc solum me prospicere nullo metu, nulla tristium recordatione potuisse, vt post piratas, orbitatem, famem, hinc quoq; calamitatibus nostris pondus accederet, quòd reuersus est filius meus. Viuebam miser, vt hunc viderem, soláque superstitis expectatione suspensus, auidissimam moriendi cupiditatem contentiosa mẽdicitate fallebam. Pudet persuasionis rediisse se iuuenis affirmat vt vindicaretur morte fratris, vt patris orbitate gauderet: nec intelligit maiorem se factis meis autoritatem hac indignatione conferre. Nunc magis sentio, quantum facinus fuerit ægrum non redimere. Queritur se relictum, qui potuit euadere. Vtcunque igitur, iudices, poteram redemptionis illius reddere de præsenti iuuenis impietate rationem, & mihi crudelitas ista præstabat, vt filium viderer elegisse meliorem. Non vtor tamen occasionis huius inuidia, nec quicquid miseræ pietatis impatientia feci, querela malo defendere. Ego verò tunc non mores liberorum, mentésque tractaui, nec mihi in illa tristissima conditione succurrit de comparatione cõfilium. Sola, quid facerem, necessitas, sola iuuenum meorũ aduersa suaserunt. Ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit ægrũ. Illud plane, iudices, vltra omnem malorum meorũ fateor esse

tristitiam

tristitiam, quòd hac asperitate iuuenis, hoc inopiæ squalo risq; despectu famam oprimi fratris incesit. Hominẽ qui piraticum carcerem, qui prædonũ vincula discusserat, decuerat ne voluisset aliter reuerti. Ex quo se nobis tanto virium labore restituit, poterat eius quoque admirationẽ mereri, qui pretio paulò antè cessisset. Dij immortales, quàm laudem, quem gloriæ fauorem impleuerat! si pasceret patrem, redemerat fratrem. Relaturus vobis, iudices, ordine malorũ meorum euentum, quem nemo tã crudelis, nemo tam sæuus audiet, vt me non pascat, hunc ante omnia, qui se queritur in fratris cõparatione damnatum secreti doloris indignatione cõuenio. Quid agis impotẽs superbe? Tu nescis vtrum fuerim redempturus ex duobus sanis, ex duobus ægris. Habui enim, iudices, filios diuersissima mentium corporúmq; qualitate compositos: & sicut mox probauit sæua captiuitas, in totam dissimilitudinem, vitę quoq; genere diductos. Hic nanq; robustus ac patiens, non molliri prosperis facilè, non accidentibus frangi: & quem de voluptatum gaudiorúmq; contemptu scires parem quandoq; fortunis, traxerat ex firmitate mẽtis magnam protinus & in membra constantiam. Ille vetò pariter in lætitiam metúsq; resolutus, alienus à curis, solicitudinibus impar, delicatus, impatiens, & iam similis ægro. Sed apud patris affectus hæc ipsa liberos dissimilitudo iungebat, & erat quædam inæqualitate charitatis æqualitas, quòd hunc seriò, laudatúmque semper, illum iam quadam miseratione diligerem. Quid profuit indiuidua pietas? Erat etiam me nolẽte manifestum vtrius magis colloquiis, magis lætarer aspectu. Velit nolit, iudices, ipsa quoque querela iuuenis, quid de patris fateatur animo, probat. Irasci quòd nõ sit fratri prælatus ægro, impatientia est hominis qui magis ametur. Accipite, iudices, maiorem pietatis æquæ probationem. filium nec peregre dimissurus elegi, iunxi fratrem, aptaui comitem, & vtroque patris latere nudato, visus sum mihi magis habiturus vtrunque mecum, si pariter essent. Hanc apud me iuuenum æqualitatem, etiam in calamitatibus fortuna seruauit. Vterque captus est, ambo de redemptione scripserunt. Dissimules licet, iterum tamen & inter aduersa persuasionẽ charioris inuenio. In captiuitate communi puto

minus sperauit ille de patre, qui langore cœpit. Tu mihi nunc impotentissime iuuenis, tu quæso respondе. Quid aliud facere debuerit pater duos redempturus? Cunctas facultates in precia collegi: rus, seruulos, penates, & omnia vtiliora properanti festinatione parentis addixi, & vltrà quàm nō potest excogitare summus affectus, nihil senectuti meæ, nihil dubiis casibus (prò inconsulta pietas) nihil neque illi reseruari, quem redemissem. Quantum, iudices, ad piratas tulerim, scire potestis ex hac fame. Fuerit precium licet exiguum, paruúmq; dum totum: fingite quanlibet diuitem, quanlibet paupertina patrem nemo vnquā plus pro liberis dedit, quàm qui sibi nihil reliquit. Vtrúmne igitur, iud. ces, nemo mortalium habet precium plurimum liberorum? An piraticæ feritatis ingenium est, in captiuorum taxatione solos æstimare redimentes? Dij immortales, quàm arrogans me pirata, quàm superbus excepit? Parum, inquit, attulisti senex, languet alter. Quid ego à diis hominibúsq; merui, quòd mihi non redditurus vtrunq;, non ipse potius elegit? Sæuus, & humani doloris artifex, negauit à me duos posse redimi. Deinde vt hoc tristius, vt difficilius esset, redditurū se dixit vtrū maluissem. Vides iuuenis quantum pietati meæ testimonium reddiderit ipsa crudelitas. Conditio non ponitur nisi duos redempturo. Expectatis, certum habeo, iudices, vt in tristissimæ necessitatis positus abrupto, ad ægrū continuò properauerim. Quis non putet audita cōditione, vincula me statim detraxisse languenti? Oderitis licet confessionem meam, deliberaui. Tenuit inter illos inexplicabiles doloris æstus, perquam longū pietas misera cōsilium: & quod nunquam satis manibus filij, nunquā satis excusabo conscientiæ meæ, non statim mihi ille deficiens vnicus fuit. Dissimules licet orbitas, ego mihi plurimum videor adeciisse languori cunctationis mora, & sensit infelix quid in electionis huius necessitate fuerim neutro languente lacturus. Tādem, quod solum habebat ambitus genus, desperatione præualuit. Accepi fateor illū qui solutus quoque non sequebatur, quem non gaudium redemptionis, nō lætitia prælati, non hortātis erexit patris amplexus. Si esset in rebus humanis vlla clementia, merueram etiam de piratis vt mihi duo redderentur. Vtinam, iudices, iuuenis

uenis illius vita præstaret, vt videretur non periculi miseratione, sed charitate prælatus. Me infelicem, quòd bonam habeo caussam. Explicuit iustitiam comparationis, qui decessit etiam redẽptus, & in perituro filio nihil aliud electum est. In quo fui miser famæ periculo? Filius meus languore defunctus est. Tamen pater occideret ægrum, si reliquisset. Videram continuò, iudices, in carcere illo quantum promitteret constantia hominis, quem non captiuitas, non expectatio patris, non fratris fregisset infirmitas. Nec immeritò de fortissimo iuuene cuncta speraui, si fuisset ad omnes conatus explicato languente liberior. Tandem miseros fortuna respexit, & putò contra prædonum commenta feritatem, ipsa consensit, vt nobis quem negauerant, non abstulissent. Non quidem mihi, iudices, arrogo temporis illius prouidẽtiã, nihil me fateor fecisse consilio: potest tamen vtriusque iuuenis exitus necessitatibus meis assignare rationem. Periit quem redemi, reuersus est quem reliqui. Inueniſſe te putas iuuenis patrem cibos & alimenta poscẽtem? Quærebam precium tuum, testor clementiã mitissimæ ciuitatis: hæ preces, hic rogantis ambitus fuit: Miseremini, date stipes, indulgete, conferte, repetendus est ille qui redimi maluit fratrẽ. Sed & hac te decebat reuersum proclamare voce, Erige vultus pater, attolle tristissimã faciẽ: vindicati de sæuissimis prædonibus sumus, duos redemisti. alimenta posco, poteram non adiicere, filiũ pater, sed mẽdicus hominẽ, sed iuuenẽ senex. Quis enim magis ex ipsis rerũ naturæ sacris venerandisq; primordiis defeẽdit affectus? Quid etiã inter liberos ac parẽtes tam cõmune, tã publicũ, quã vt alicuius famẽ ꝓximus quisq; depellat? Voluit nos ille mortalitatis artifex deus in cõmune succurrere, & ꝑ mutuas auxiliorũ vices in altero quẽq; quod pro se timeret asserere. Nondum hæc charitas est, nec personis impensa reuerẽtia: sed similiũ accidentium prouidi metus, & communiũ fortuitorum religiosus horror. In aliena fame sui quisque miseretur. Sic cibos obsidio partitur, sic inopiam pariter nauigantiũ frequenter vnius alimenta pauerunt. Hinc & ille venit affectus, ꝙ ignotis cadaueribus humũ congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, vt non quantulocunque veneretur aggestu. Pa

ſtu. Parétibus verò liberi non præſtatis alimenta, ſed redditis: quanto, dij deæque, breuiora, quãto minora pro tot infantiæ, tot pueritiæ ſumptibus, tam variis vel abſtinentiſsimæ iuuẽtutis impendiis? Si mehercule hoc quoq; officij genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid & vita veſtra deperderet, iterumq; ex illa quam traxiſtis anima portio breuis in ſuum rediret autorem. Vultis ſcire quantus nomini noſtro debeatur affectus? quãta veneratio? Non eſt beneficium quòd paſcitis: ſed eſt facinus quòd negatis. Liberi parentes alant. Pudet ſacrorum nominũ, pudet religionis humanæ. Hæc ergo lex erit? Quid imprecer homini, qui primus fecit vt pietate iuuaremur? Liberi parentes alant. O crudele factum. O nunquam triſtior fames: ita paſcit ille qui cogitur? Non meruiſti, inquit accipere. Diſcede pietas, quieſce pauliſper: infirmitas remuneranda ſit. Primùm lex ſeueriſsima eſt, vt fortius alimenta poſcantur. Perdiderunt pulchritudinem ſanctitatémq; naturæ, qui putant illis parentibus iura ſuccurrere, quibus apud liberos ſalua eſt de mutua charitate reuerentia. colliſis proſpexere pignoribus, & inter tam venerabiles affectus hoc quoque dignum prouidentia fuit, vt aliquid & odia præſtarent. Quereris, iraſceris, & ideo iuberis. Expectandum eſt videlicet vt liberorũ parentumq; concordiam præferant totius merita vitæ, & vt pietas, natura, ſanguis accipiant quotidie tanquã amicitiæ nexum: & niſi nos promeruerimus obſequiis, adulatione, patientia, natales ortus & pignora prima perierunt? Si vultis, iudices, vt huic nomini ſalua ſit in omni perſonarum diuerſitate veneratio: bonorum patrem filius alat, lex malum. Non faciam hanc contumeliã rerum naturæ, non faciam legi, vt excuſem vel peſsimum patrẽ, vt ſacro nomini tentem gratiam petere de venia. Sim licet crudelis ac ſæuus, filium tamen diutius amaui. Clauſerim paternos penates, de teſtamẽto, de ſpe ſucceſsionis expulerim, onerauerim vinculis manus, fœdauerim membra verberibus: perſolui gratia non poteſt nec malo patri. Arrogãs, impotẽs ſum, nolo quotidie mereri quicquid mihi deberi cœpit primo die. Facilis, mitis, indulgens, vocabula ſunt iſta minoris affectus: propter hæc aleretur amicus, paſceretur extraneus. Veſtrum quinimmo crimen eſt, quòd interdũ aliud

ſumus:

sumus:& (vnde manifestum est diuersitatem nostram venire de moribus liberorum) non innenias asperum patrem, nisi iam peccantis ætatis. Quid ais? rigidus, immitis sum: ideo pasce, tantum pasce, non vltrà malo pro reuerétia nominis nostri. Quicquid præstatis inuiti, & cum alitur pater quem quereris indignum, accipere mihi videntur omnes parentes. Si vis, affectum debes: sin minus, necessitate seruitutem, patientiam. Non tanquam pater alitur, qui tanquam bonus amatur. Sepone iuuenis, differ querelas, tunc irascaris, tunc obiicies mihi, cum prosperitatum, cum secundorum officia deposcam. Non talis ad tua genua prouoluor, vt extimendus sim. Nulli malus est pater, cùm esse cœpit infelix. Aspicis collapsum, & ex omni calamitatum genere miserum, & vltra quod accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum. Riget squallidi capitis concreta canities, vigor pristini vultus vacuis luminibus intabuit, & per obstantium crinium illuuiem tenuis arentium iactus oculorum. Hæret astricta nudatis ossibus cutis, & in fame sua homine consumpro, iam membra sine corpore. Iterum bonus sum: in pristinam religionem de calamitatum horrore restituor. Adeóne non habet hæc ipsa supplicia pœnas, quòd posco, quòd rogo, quòd mendicus sum filij mei? Et quàm multa dij, deæ q; non possunt pro nobis impetrare leges? Quãto plura sunt quæ negãtur cùm præstant inuiti? Non exigo vt tuis manibus porrigas cibos, vt cõsoleris, vt foueas: proiice quod rapiam, abiice quod colligam. Genus vltionis est pascere, nec miserei. Si tamen, iudices, fas est impietatis huius vllas accipere cauſſas, & filium qui nõ alit, putatis reddere posse rationem, æstimate per fidem quod sit facinus illud, cuius vltionem debeat exigere aliquis de fame patris. Captum me, inquit, non redemisti. Quis non putet queri de filio patrem? Quenquámne dicétem feras, nihil tibi debeo qui mihi vitæ lucisque beneficium semel præstitiiti, quia hunc spiritum, hoc corpus non exindulgentia tua rursus accepi? Iniquissima magnorum conditio meritorum est, si quicquid non fuerit adiectum, de prioribus perit, & pessimo exemplo gratiam præteritis auferunt reliqua cessantia. Non redimi. non tamen ideo minus est quòd in hunc te diuinorum humanorúmque

conſpectum de noſtra protulimus anima. Maria tenſ
que, & infatigabiles ſiderum curſus, & cuncta ſacro
gore lucentia nos vt fruereris ottendimus. Has quas
trahis manus, hæc verba quæ negant, de meo ſpiri
de meis viſceribus hauſiſti. Gaude potius, exulta qu
tibi patris aſperitas præſtat boni filij iactationem. S
lus habet quod imputet patri, qui queritur, & pat
Quàm multa, iudices, huic querelæ reſpondere p
teram, propter quæ filium ſalua pietate non redim
ſem? Quis non acciperet excuſationem, ſi dicer
Impediit quamuis properantem ſenectus inopia, la
guor? Pretium non tam feſtinanter inueni. Explo
re non potui nauigationem iuuenibus quoque fortib
que difficilem. Solus ac ſenex non illa qua ſperaueri p
ſperitate direxi? Per quos metus, per quæ peregrinatio
incerta properaui? Remoue iuuenis indignationem,
hil plus pro filio factum eſt quem recepi. Non fortun
tibi debeo, ſed affectum: non exitum, ſed voluntat
Pro duobus precia contraxi, pro duobus maria conſc
di, pro duobus genua tenui. Rogo vter magis amare
ſi mihi piratæ duos reddidiſſent? Age tu nunc iuueni
faciendam inopiæ patris inuidiam (ſi videtur) excu
Famem obtendis, ad quam luxuria, prodigarúmque
luptatum continuatione veniſti: exhauſiſti ſener
ſus in precia meretricum, quanquam & huic iubetur
ceſſitati pietas veſtra ſuccurrere, & lex quæ inopt
quæ patrem nominare contenta eſt, filium non rete
ad cauſſas. Quid verò ſi in educationem, in diſcurſu
precia vacuatus ſum? Excedit omnem ſcelerum com
rationem, patrem mendicum facere, nec paſcere. To
tat iudices hoc, quòd non eſt redemptus, ampliare
iuuenis inuidia. Fratrem, inquit, mihi prætuliſti. Fate
mur pauliſper hoc crimen, agnoſcamus hoc nefas. In
pudentiſſime generis humani, tu non feres vt frater tu
vel magis ametur? Vides enim, prælatus eſt tibi nec
quis affectus, poſſident charitatis tuæ locum pigno
de minoribus ſumpta nominibus. Illum nempe, cui
æquè ſpiritus de viſceribus his trahebat ortum: qui p
trem vel ſolus impleret. Peſsimus eſt mortalium, q
amari fratrem ſuum ſine ſui charitate putat. Tu cui

dies vtrum frequentius oſculer, vtrum ſtringam magis arctiore complexu? Non eſt hoc impatientia, nec circa patris affectus ſacra de pietatis contentione rixa. Eum tã tum fratrem putas amari magis quem non ames? Falleris iuuenis, longeque te ab intellectu rerum naturæ ſepoſuit praua perſuaſio, qui putas ex paternis affectibus filio perire, quicquid in altero de neceſsitate præponderat. Par eſt in omnes liberos, eadẽque pietas, ſed habet in aliquo plerunque proprias indulgentiæ cauſſas, & ſalua charitatis æqualitate, eſt quiddam per quod tacito mentis inſtinctu ſingulos rurſus tanquam vnicos amemus. Hunc primus naſcendi locus, illum gratiorem præfecit infantia, alium lætior vultus, & blandior oſculis amplexibusque facies, quoſdam magis ſeueritas probitasque commendat inquibuſdam diliguntur impatientius calamitates. Et dãna corporum, debilitatesque membrorum notabilius miſeratione complectimur. Saiua eſt tamen vniuerſitas, cum quicquid in alio ceſſare creditur, in altero reſtituit alter affectus. Securus ſis, non intercidunt iſta non pereunt, ſed inuicem vincunt, prævalent, cedunt. Filio non poteſt præferri niſi filius. Blandiar, iudices, paul: ſper calamitatibus meis, & ſic agam tanquam apud piratas inuenerim vtrunque ſanum. Attuli ſine dubio precium duorum, ſed vtrunque prædo non reddit. offert electionem, ſuadete quid faciam. Quid dicitis? Iſta pietas eſt, abire, diſcedere, iraſci ſcilicet, queri, & inuidiam facere piratis? Vos interrogo liberi, vos parentes, Non ergo facinus eſt, ideo neutrum redimere, quia vtrunque non poſsis? Egregia pietas, æquare liberos iuſtitia deſperationis, & ex hoc quòd ſuccurrere non contingit duobus orbitatem facere totam. Tu verò ſenectus accipe quicquid datur, accipe quicquid offertur, dum hoc ſaltem feritati libet, antequam in patientiam tã ſæua decreſcat, immanitas. Interim mu ta poſſunt afferre caſus: ſperare licet, repetere, ſperare pater, fortaſsis euadat. Quæcunque explicari coaceruatione non poſſunt, per partes vices que ſeruantur: & facilius eſt diuiſa ſubtrahere, quorum magnitudo laborat in ſolido. Quantum intelligo, iudices, huius, cui profuturum non erat vt eligerem, hoc ſolum ferre non poteſt, quòd redemptus eſt frater. Quis hanc, iudices, impudentiam ferat? Obiicit mihi

quòd

quòd vllum de liberis meis potuerim facere diſcrimen. Deinde queritur non ſe potius electum, & cum fratre potter eiuſdem nominis par ac ſimile conſortium reuerentiæ quoque languoris acceſſerit, indignatur apud affectus patris non eam prætuliſſe partem, in qua tantum filius erat. Non inuenio, iudices, quemadmodum effugere potuerim criminis huius inuidiam, ſi hûc potius recepiſſem. Patri, cui, vtrunque pirata reddere nolebat, redimendus fuit aut æger aut neuter. Quid, quòd inquit, etiam furioſum prætuliſti? Parce iuuenis maledictis, parce conuitiis. Reliquiſtis hæc nomina, domi erunt iſta vitia, domi erunt iſtæ virtutes, ſed cum fueritis reuerſi. Interim nihil aliud eſtis quàm fratres, qui liberi mei, duo captiui, ambo miſeri, & diuerſitas veſtra de calamitatum ſocietate conſumpta eſt. Vides quàm nefas ſit alterum ex vobis mihi eſſe viliorem? Piratarum non intereſt vter eligatur. Dignum hunc dereliquiſti, luxurioſum redemiſti. Comparatione veſtra iuuenis circa patrimonium honoreſue contenderes, & ego proclamabo, viciſſes. Sed ventum eſt ad vbi non probitas, non mores æſtimantur, & de corporibus ſola taxatio eſt. Vnde triſtes toleraret caſus, horridas ſordes vinculorum, piraticam famen iuuenis, quem torquere ſolebat noſtra frugalitas? vnde in illa ſolitudine ceteris duret animus conuictibus ſemper comitatibuſque lætatus? Expecta tu quem decet honeſta patientia, laudabilis labor, qui tibi difficultatum reddis ipſe rationem. Tu differris, luxurioſus redimitur. Quid vis? Prætuli illum de quo ſoli tibi querebar: quem cum vellem caſtigare, reprehendere, te ſolebam laudare, mirari. Exaggera quantas voles vitia fratris: luxurioſum, perditum voca, dum ſimul te ſic magis probare non animum fuiſſe patris, ſed de calamitate rationem. Ille eligit, qui recipit antè meliorem. Sed parce quæſo iuuenis aduerſorum interpretationi. Non eſt electio, alterum recipere, cùm precium attuleris duorum diſcrimen illud non ego, ſed pirata commentus eſt. Quicquid inter vos in alterutro fecero, affectus eſt, quo duos amo. Et homo apud quem filius ſola præualuit gratia calamitatis, non fratrem tibi prætuli, ſed quod in te fratrem prætuliſſem. Cõſilium hoc putas fuiſſe patris? Fortunæ eſt qua capti pariter eſtis, qua decubuit alter, qua non con-

uulſus

ualuit redemptus. Cùm propter duos venerim, quod in altero mihi pirata concesſit, idem eſt ac ſi mihi neutrum reddidiſſet. Sed quouſque facti mei diſsimulabo ratione? Aeger electus eſt, reſpondete nunc, ſi videtur. Luxurioſus perditus fuit. Parcamus quæſo memoriæ, reuereamur ſuprema cineris, pœniteret me fortaſſe ſi viueret. Iterum ac ſæpius (quod neceſſe eſt) ipſa criminis mei voce defendar, Aegrum redemi. Non habent profectò, non habent diſcrimen liberi, niſi de calamitate: & inter homines quos natura pietatis æquauit, differentiam niſi de dolore non explices. Non cum vſu nunc veſtro, non cum moribus loquor. Ille anhelat, illius ſunt laſſa ſuſpiria, ad illum ſerius veni. Excogitaſti rurſus fortuna & ſupercreſceret charitati, quod poſſet ſacris nominibus accedere. Hic ſolus maior affectus eſt quàm filios amare, filij miſereri. Me quidé iudices, ſi quis interroget, conditio illa non fuit vera, non ſimplex, habuitque piraticæ feritatis ingenium. Aegrum mihi non licuit relinquere, licuit eligere. An fas fuiſſe credis, vt iuxta moriturum tu reddereris? & homines eius immanitatis, vt poſſent liberos cum patre partiri, paterentur eum ſibi relinqui, quem periturum ex hoc probabant, quòd illum pater non eligebat? Tétata eſt miſera pietas, & placuit hoc quoque addi calamitatibus noſtris vt onerarer pudorem conditionis partes non habentis. Cum in comparatione ſani æger offertur, ideo ponitur, vt eligatur. Supereſt, niſi fallor, iudices, vt cum ſibi prælatum fratrem queratur: æſtimetis vtri tunc magis debuerit pietas noſtra ſuecurrere. Eſt quidem, iudices, humanæ infirmitatis iſta natura, vt ex omnibus accidentibus grauiſsimum putet quiſque quod patitur: & cùm aliena cogitationibus noſtra dolore tractentur, neceſſe eſt apud impatientiam ſuam vel minora præualeant. Languor eſt tamen, languor cui meritò ceſſerint cunctæ calamitates, in cuius comparatione conſolari ſe poteſt genus omne miſerorum. Stringat licet manus ſæua captiuitas, profunda carceris nocte membra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus: & habet aliquid æquanimitatis, cum pœna ſua poſſe rixari. Sæuiunt regna tormentis, bella vulneribus, ſed leuius afficit quicquid viribus feras: & cum in plenum adhuc ſanguinem aduerſa ceciderunt, repu-

gnan

gnantis roboris colluctatione vincuntur. Quos cruciatus compares, quem, dolorem, cum penitus viſceribus immiſſa tabes cotidie aliquid ex homine præmittit in mortem? cū cibos, hauſtus, & omnia blandimenta vitæ fames fugadit. & poſcit? deſiderare aſſidentium officia, dehinc ferre non poſſe? grauari quos appetieris attactus? per totum cubile corpus velut ſuper ardētes exagitare flammas? Lux fatigatis luminibus grauis, vox ſola de gemitu. Cū ex duobus captiuis languet alter, vna eſt inæqualitas patris eligere ſanum. Retuli, iudices, vſque adhuc in penatibus ſuis iuxta parentes propinquosque languentem. O carcer, ô morbi, quem vos non facitis ægrum? Et non ille carcer, quem ſeueritas legum, quem poteſtatum iuſtitia commēta eſt. Non poſſunt humani metus, humanarum cogitationum ingenia ſatis abūdeque concipere quæ vidi. Iacet ſub immenſæ rupis abrupto triſtis, & vltra naturalem profundæ caliginis noctem merſus piraticis artibus ſpecus, quem tota circunfuſi vaſtitas maris, & vndique minantibus ſcopulis illiſa tempeſtas terrore ruituræ molis exuberat. Horrent cuncta crucibus, ſqualent circūiecta naufragiis, nullus niſi in ſupplicia mortesque proſpectus: ad infelicium captiuorum metum præmiſſus de ſimili exemplo dolor. Spiritus ſolus intus viuit, quem victorum trahunt redduntque gemitus, quē tot contulere languentes. Hic erat vbi iacebat æger, illud tot annorum ex quo cœpit piratica graſſari, idem cubile. Corpus quid grauaretur aſſiduitium ſedulas manus, iacet inter vincula, quibus inſtringebat adhuc recentem pirata captiuum: & quamuis tenuata in nexibus membra labantur, rurſus in modum ſtringentium tenent, quæ nullo ſuſpenſa nixu velut victo homine ſedibus ruunt. Qualis erat ille ſub ferro, cuius exangues manus vix leuia velamenta transferrent? Quis inter complorationum gemitus ſomnus, quē vix ſilentia ſolicita præſtaret? Ad quæ colloquia triſtitia reſpiraret? Vndiq; pares ſimilesq; miſeri, & veteribus captiui adiectus cotidie nouus aliquis impatiens. Compara, ſi videtur, huic ægro captiuitatem tantum tuam. Tu quereris quòd cibos pirata non præſtet, ille remittit oblatos. Te nuda humus, nudum cubile frangit: ille ad ſingulos ardētis corporis motus in ſua vincula verſatur: & quocunque membra laſſata dolore tranſtulerit,

rit, in supplicium redditæ renouata patientia. Breuiter sæuissimi languoris definienda mensura est. Non potest ex illo sanari, nec quem redemerit pater. Insta nunc, si videtur, ac subinde iuuenis interroga, cur ægrum potius elegerim. Reddi à me posse rationem cur hoc fecerim, putas? Ego vero non possem nec si te redemissem. Quid enim si respondere iubeas orbitatem, cur in exequias toros egerat census? Quid sibi velit ille funebrium longus ordo pomparum? Cur super flagrantes iaceant rogos? Cur ardenti nõ diuellantur amplexu? Et ego dico, proclamo, fateor, erroris aut dementiæ furor est cum feceris. Hoc est ergo, inquit, quod de te præcipuè queror, moriturum mihi prætulisti. Quæso iuuenis, ne nobis putes tantum inesse feritatis, vt illum potuerimus existimare moriturum. Vis non sperem victurum filium, quem tunc primùm aspicio, complector ægrum, quem pirata non recusat sibi relinqui? Si persuasionem patris interroges, quicquid est quod miser torquetur, afficitur: non languorem credo, sed impatientiam, desiderium, dolorem. Hominis qui apud piratas lãguet, vnum remedium putes, vt redimatur. Sed non est, quæso iuuenis, quòd hoc patrocinium de tam calamitosa pietate concipiam, vt dicam, victurum putaui. Exaggero quinimo inuidiam criminis mei. Redemi fateor illum, qui dilationes, qui moras ferre non poterat in quo mihi pirata vendebat breuia oscula, paucos dies. Si me hercle vterque fuisset æger illum redemissem, qui prior languere cœpisset. Si duos pariter naufragia raperent, illi porrigerẽ manum, quem iam membrorum contentione lassatum fluctus hauriret. Si vulneribus confectos remisisset acies, properantius ei clauderem plagas, per quem animam largior sanguis egereret. Ignoscite dij pariter atque homines, non possum de liberis, possum eligere de miseris. Gratias quinimo fortunæ: gratias ago, quòd adhuc æger sentit, inteligit. Alioqui cadauer acceperam, & precia duorum pro funere tantùm supremísque persolueram. Nescis quantum pudori, quantum adiiciat affectibus meis inter tam impares æquata conditio. Aeger qui tantundem est piratis, plus est patri. Velis tamen nolis infelix senectus, fatendum est quod meritò, quod summa pietate factum est, quàm difficile fecerimus.

Quæ

Quæ tunc mihi cogitationes, quis temporis illius animus fuit, cum inter duos liberos incerta miser electione discurrerem? Hunc diutius osculabar, illum putabam desperatione moriturum. Lacrymas ad languentem gemitusq; transtuleram, & tu mihi videbaris futurus æger. Quoties catenas tuas soluturus inuasi? sed mihi cũmendabat relictum, quòd te prætulissem. Quam frequenter iam laxata misero vincula rursus imposui, dum mihi tua potius sanitas placet? Dissimulare non possum conditionis illius secretas difficultates. Redimi debebat æger, ego te volebã. Ponere vos, iudices, velut in illa necessitatis meæ præsentia volo. Ecce infelix ad primum aspectum patris conatus assurgere, illius pallentes sordibus manus paululum tanquã amplexus daturus erexit: nec vsque in ceruices meas spiritum iam deficientem perlatas, in suum miser iterum cubile deiecit. Totus ille circa nos carceris populos obticuit: & ne colloquiis nostris terribilis catenarum stridor obstreperet, lassatos artus in sua tenuere patientia. Ego serius grauis, hinc, si videtur, incipiam. Luxurioſe, meministi. Ignorat profectò paterni dolores æstus, quisquis solatium putat vt de languente filio queratur, vt moribus mẽtique maledicat. Abite virtutes, ignosce probitas, charior est ex liberis ille qui moritur. Mihi verò fateor hinc aliqua lãguente filio venisse solatia, quòd vixit infelix quẽadmodum voluit, quòd fuit hilaris ac læta breuis ætas. Crede iuuenis, & pro te iam maluissem vt luxuriosus esset. Cui tu tempori, cui dolori rigorem vltionis, frontem castigantis iniungis? Impatientissima res est perdere filium cui videaris iratsci. Corruptum me precibus putatis, ambituque lacrymarum? Hoc vicit æger, quòd non rogabat. Assidebam misero, demittebat oculos, interroganti respõsum de lacrymis tantum gemituque reddebat. agebat me deliberante iam victum, cum repentè miseras manus velut recidentis amplexus posuit in sinu meo. Et cum lassi suspiria per ardẽtes anhelitus egestis sæpe visceribus, cum diu collatis vterque singultibus miscuissemus lassas sine voce lacrymas, tandem spiritu vix in paucissima verba collecto, Tibi quidẽ, inquit, gratias ago pater, quòd redempturus vtrunque veniſti: non adeò tamen sensus meos languor hebetauit, vt exitum conditionis huius ignorem.

ego

ego luxuriosus, ego perditus, nunc verò super infamiam nominis huius immorior. Vtinam hoc saltem mihi serò fata præstarent, vt residuum laborantis animæ in tuo poneremus amplexu. Sed si mora est longior properantibus expectare pereuntem, ite superstites, ite felices: has tantũ reliquias cõmendate piratis, ne mersus profundo, & proiectus in fluctus, exitum faciam hominis ad quem non venerit pater. Vnde enim sperare possum, vt reuertaris, vt facias? Tunc super abrupta verba tota defectione conticuit, strictisque vitalibus circa dolorem suum membra riguerunt. Exclamaui fateor, quid agis infelix? cur desperatione collaberis? Attolle paulisper oculos, cõfirma, dura, te frater elegit. Visa est post hanc vocem meam peracta cõditio, cõtinuò pirata detraxit catenas, vincula laxauit. Vultis elegisse me negem? Vultis in lucem diémq; productus, carceri suo reddatur æger? Ego verò nõ habui verba, quibus me deliberare, quibus nolle contenderem. Vultis scire quid pater, quid pirata præstiterit? Ego duos redemi, sed alterum accepi. Vt scias, inquit, ægrum redimi nõ debuisse, defunctus est. Crudelissime generis humani, qui nos putas precium tuum perdidisse, audi quàm multa nobis in morituro filio pirata reddiderit. Frater ille tuus inter vincula catenásq; deficiens, respirauit aliquid in toro, tandémq; liberas vinculis manus per totius lectuli spatia iactauit, post impias carceris sordes illum cum ferali veste squallorem exuit, paulisper æger vidit propinquos, allocutus est amicos, mandauit, exegit: & quamuis suprema sorte collabens, prius tamen luce cœli libera satiatus est. Contulit mihi grãde velit nolit fortuna in orbitate solatium, filium qui relictus mea fuit moriturus inuidia, non occidi, sed perdidi. Quid ais iuuenis? Ita si moriturũ filiũ redimere nõ debui, nõ sufficit hæc tibi de me pœna, quod ille decessit? Irasci patri tantũ fortasse fas esset, si viueret frater: tũc aliméta quærẽti respõdere posses, Posce prælatũ. Quantũ intelligo, qui de médicitate patris vindicaris, ægri es redempti iuuenis inimicus? Nescis quid sit inuidiã facere patri. Melior erat tua caussa, si mei misereris. At quanto, dij dèæque, alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus! Nuncio enim, & audiẽte & tota ciuitate teste proclamo. Tibi gratias agebat ille dũ moreretur. Credo me-

hercle hoc miserũ dolore cõsumptũ, quod sibi videbam pretium suum mihi perdidisse. Nõ aliter igitur quàm si præsente deficeret, Per illud, inquit, frater optime, natalium nostrorum sacrum venerandúmque consortium, per socias peregrinationes, per aduersa communia, per hoc quod & tu languere potuisti, si te vel tua quandoque virtus, vel satietas secura prædonũ piratico carcere emisset, commendo tibi senem quem facimus vterque mẽdicum. Testor immortalia numina, & infernarum sedium deos, pascerem patrem si te redemisset. Ego tamen, inquit, nihil debeo, quòd reuersus sum. Non quidem quicquam velim iuuenis de virtutum tuarum admiratione detractum, audias tamẽ necesse est in hac pietate verum. Euasisse te pietas ingrate? Dimissus es. Mea pietas istud, mea fecit actio. Vnde enim euenit quicquid antè captiuitas tua potuit? Iacta quantum voles effractum carcerem, ruptas catenas: vis scire quid negligentes fecerint curósque piratas? Acceperant precium duorum. Imo agit, iudices, & ipse iuuenis, non esse se calamitatum nostrarum iustitiæ parem, & sic agit, tanquam alere nolle debeat. Itaque transfert in hoc defensionem, vt posse neget. Quid dicitis, iudices? Feretis hoc dicentem iuuenem corpore atque ætate robustum. Non habes opes, sed membra, sed vires? Nam neque ego laborem, nec difficiles posco conatus, cõtentus sum iuuenis, vt velis. Cibos mendicare putas? Humeros posco quibus incumbam, manus quas elisо pectori apponam, sinus in quos egeram extrema rerum reliquias lacrymarum: vt sepelias, vt hæc cum miseri illius membris ossa componas. Non alimenta quæro, sed filium. Quid, quòd nec graue longúmque supremæ pietatis exigimus officium? Non diu viuerem, etiam si duo pascerentis. Securus sis, breui te gemitus mei liberabunt, assiduis planctibus euerberata vitalia. Quid me remittis ad turbam? Quid facis rursus omnibus grauem? Consumpsi fletus, clementiam ciuitatis exhausi. Non populus hominem quem pascere filius debet. Quid illi vult hæc aliena calamitatibus nostris, aliena virtutibus tuis, iuuenis, asperitas? Abstuliſti mihi malorum quorumeorum verecundiam. Quicquid faciebam, mendicitas est ex quo reuersus es. Durat in suscepto rigore iuuenis &

ad misericordiam non memoria fratris, non patris cõtemplatione deflectitur. Exclamaret alius hoc loco, Ex tua fide dignus quidem eras impotentissime generis humani, quem in tormenta mea dolorémque redeuntem, vincula rursus ac pœna carceris exciperet. Et insultes huic confessioni licet, allegare non possum. Quid mihi miseras vltiones, quid triste monstratis auxilium? Faceret hoc pater qui redimere noluisset. Agè nunc viuacissima senectus, redeamus ad preces, quod solùm vis paternæ pietatis agnoscit, hîc quoque rogemus. Per ego te iuuenis illos meos de quibus nunc quereris, annos, per expertos tibi notósque humanorum accidentium casus, per infelicis illius manes, cui nec hoc saltem contigit, vt te reuerso, te præsente moreretur: pasce nunc quòd te redimere volui, pasce quòd fratrem tuum redemi. Non ego lassitudinem tuam posco, nunquam ocium meum: nec vt ipse securus quietúsque transigam diem, tuas operibus manus, tuum laboribus assigno sudorem. Iungamus mutuæ pietatis officia, par flebile, par omnibus ætatibus nominibúsque reuerendum est nobis negocium cum ciuitate mitissima. Quanto libentius dabunt, cùm viderint pariter, vnáque miseros mutua sustentatione connexos? Et ego quidem rogabo, qui soleo, sed in tuos sinus populus congerat stipes. Quicquid preces, quicquid impetrauerint lacrymæ meæ, accipe, tuere, dispensa pro tua fama, pro tua sum pietate solicitus. Ego mendicabo, tu pasces.

CORPORIS PROIECTI, Ipsa est anus CXCÆ.

DECLAM. VI.

ARGVMENTVM.

Qui in calamitate parentes deseruerit, insepultus abiiciatur. Qui habebat vxorem & filium, captus à piratis scripsit domum de redemptione. Vxor fiendo oculos amisit, filius retinente matre profectus vicarius manibus redemit patrem. Idem in vinculis decessit. Abiectus in mare, & appulsus ad littus patrium, est eiectus. vult illum quidam lire patet, mater prohibet.

Pro patre contra matrem.

ETIAMSI, iudices, in hac asperrima cõditione fragilitatis humanę, in qua nemo propè mortalium impunè viuit, hæc omnibus natura est, vt sua cuiq; calamitas præcipuè misera atque intolerãda videatur: inter omnes tamen hoc constet necesse est, infelicitatem meã tantum cæteras supergressam, vt prorsus hæc sit quæ fieri debeat vsque ad cęcitatem. Quid enim passus sum tam leue, vt nõ comparatio mei felices aliorum etiam miserias faciat? Graue est à piratis alligari, magis dicat hoc qui sciat quàm citò capti moriantur. Alligatus sum, sed tamen miser magis queror quod solutus sum. Indigna est impietas in suos, quæ quanta versetur in hoc iudicio, videtis. Sed mihi hoc quoque querendum est, quòd me & vxor nimiũ dilexit, & filius. Quid ego putarem in rerum natura posse reperiri quod orbitate acerbius videretur? Non contingit mihi, quod cæteris miserrimum est, filium efferre. Parum est quòd iuueni singularis exempli caussa mortis fui, & tã preciosa redemptus anima, senex odiosus morte filij mei viuo. Parum est quòd mihi luctum meum fluctus nunciarunt, & aliud agenti patri subitò ad littus orbitas appulsa est, quòd miserrimum iuuenem toto iactatum mari, etiã si nemo interpellasset, serò sepelirẽ: adhuc supremo prohibeor officio, & ne quid solatij contingat, perdo etiam matris misericordiam. Iniicit erranti corpori manum mulier, & piratis & tempestate crudelior: atque vt accedat dolori meo cumulus, quæ hoc facit, vxor mea est. Ne quis tamen erret ignotus, non est filij mei nouerca, sed mater. O facinus, ò cladibus nostris mutata natura. Mater ignẽ vltimum filio negat, & mulier quæ maritum quoque suũ debilitata desiderat. Quis hoc de ista credat? Filiũ non flet funditus euersa. fulmen hoc gladiũmque nõ sentit. Comparet dolorem, quãto minore caussa excæcata est? Huius, iudices, pœnæ ab ipsa morte repetite crimen. Ego sum, ego & alligaui filium meum, & infamaui: & ne non accedat grauissimi dolioris comes pœnitentia, in illum mortiferũ carcerem mersi. Quo fato parẽtes miser sortitus est, vt illi vitam pater, sepulturam mater auferret? Nã vt pietatem

tatem filij mei semel indicem, patrē redemit. Si quòd ego redierim, vxor irascitur, reddat rationem cur acceptis literis meis fleuerit. Atqui miserrimus iuuenis quomodo magis temperare potuit officia? Lex parētibus in calamitate ferre opem iubebat, vterque parens erat calamitate deuinctus, vnus autem succurrere vtrique nō poterat, inuenit tamen ingeniosa pietas, & vtrique subuenit dispendio sui. Ipse venit ad patrem, me remisit ad matrem. Hoc si defendendum est, agnosco partes meas, causſam plāctibus agam. flere enim certè per legē licet. Alioqui diu laudare non expedit. Diligenter defendere contrarium est actioni nostræ: vt impetremus, funus moramur: dum nos litigamus, dum circa cadauer nostrum orbi rixamur, dum agitur causſa defuncti, dum sepulcro lege præscribitur, dū dantur legitima dicentibus tempora, putrescit interim corpus, nec totum in sicco iacet. Cadauer ab incursu auiū feraūmque tantùm miserantium corona custodit. Conuenerunt etiam alieni parentes, totus in spectaculum populus effusus est, & ignoto quoque corpori publica humanitas quasi quasdam fecit exequias. Deflent omnes homines, dolent: plurimorum tamen illa vox est, Iuuenis insepultus iacet. Miser, nec patrem habet fortaſſe, nec matrē. Iam hominis figuram vetustas penè consumpsit. Iam lēta tabes in terram defluxit. Iam soluta cute ossa nudantur. Quanlibet duraueris animo, nō ferres tamen istā si videres. Sed audire certe potes. Ille est filius noster, cuius spes ipsas amauimus, quem apud omnia tēpla & surdos votis deos superstitē precati sumus, à quo sepeliri optauimus. Ille amabilis infans, ille blandus puer, ille iuuenis etiam ante hoc crimen piissimus. Ille dum par fortuna parētum fuit, propensus in amorem tui. Mentior, nisi cùm peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cum matre. Me per omnia maria volitantem, vt plus filio relinquerem, circūuenit sæuius ipso mari latrocinium. Describam nunc ego pendentem fluctibus carcerem, & catenas macie mea laxatas, & detritam lateribus meis cōsciam malorum carinam, & obrutam perennibus tenebris feralis loci cruentam cæcitatem? Ista verò, siquid pudoris habeo, tacenda sunt. Alioqui quis mihi ignoscet quòd vicarium accepi? Eiā scripsisse pœnitet. O literæ fletibus tremulæ. O parū

alligatæ manus. O deleda vxoris oculis epistola. Cur indicaui, cur scripsi quod vxor ac filius vltimum legerent? Vt incertum sit vtrum me carius redimāt, an lugeant. Cognita clade, rarissimi vxor exempli, & prorsus talis filii mater totos effleuit oculos, fontemque illum perennium lacrymarum tātum excitas clusit. Si non tenuisset, filium vicerat. Continuus inde planctus, incredibilis mœstitia, assidua lamentatio fuit. Iuuenem nescio in me magis an in te futurum impium, si non redemisset, quem tu sic deplorabas. Ergo profectionem apparat, vt quoniā reddere matri non poterat oculos, redderet vitum oculis contrariorem. Sed videlicet est quædam vltima calamitatū rabies, & nouissimè in furorem vota ipsa vertuntur. Retinuit iuuenem, & epistolis meis legem opposuit. O vanæ figurationes, & pectora hominum alto errore conclusa! Nemo illam non putabat timere de filio. Itaque iuuenem quod ad solatium pertinere credidit, commendauit amicis custodiam matris, substituit vici curæ suæ propinquo. Neque enim aliter vsque ad reditum meum cæca vmbra. Quicquid humana ratio valet, contulit. Si potuisset, nimirum oculos matris qua pietate fuit, vicarios suos addidisset. Ipse profectus est solo comitatus animo, nec aquauit ire sine precio, quamuis ad piratas ferret inane nomen. Dicat aliquis, adeò domi nihil reliqueras? adeò longæ ætate sic vixeras, vt ne precium quidem tui parauerit? Si hoc ita esset, testor deos, de redemptione literas non misissem. Fuit vnde redimi possem, iudices, fuit: sed iuuentum filius matri reliquit. Nauigat ergo per horridos fluctus, & gementia littora, & spumantes scopulos, & quocunq; miser relatus est inauspicatum metiens iter, prosus ominosè retentus, peruersis etiam votis, qui optabat alligari à piratis quos vitare quoque miserum est. Quæ hæc omnia impius ille filius propter parentes, quod præstitisset frater fratri, non vxor viro. Quid differt vltra? Non pater filio. Dij immortales, cæli maris, interrum præsides, vni mihi adhuc omnes malè experti, vni men solos habeo testes, quàm inuitus redemptus sim ferum me, periit qui sciebat. Nam vt primū peruenit nis ad piratas, afferens redemptionis meæ se precium feriali nauicula auidus exiliit, vicarias oblaturus

stravit se ad genua singulorū, & vt cupiditas fecerat blā-
dum obsecrauit omnibus p̄cibus, miserabili plāctu, & la-
crymis penè maternis: nemo vnquā sic vt solueretur roga
uit. Nec sanè difficile fuit impetrare à piratis captiuita-
tē, maior illi pugna mecū fuit. Nō dignū illud spectaculū
latronibus erat, cùm pater filiusq; de vinculis cōtēderet,
& sibi quisq; carcerē vindicaret. Ego iam vsu defendebam
meum, & in his annis iam maturā mortē asserebā. At ille
cōtrā, Ego te in calamitate deserā? ego alligatū relinquā?
Et quomodo ad matrē redibo, q̄ misera desiderio tui dies
noctesq; flectibus iūgit? q̄ viuere sine te non potest? Non
dicebat tamē omnia: & cùm assiduos plāctus & irrequie-
tas diceret lacrymas, adiiciebat, Iam penè cęca est, fortas-
sis redieris, videbit. In sūma nō recedo. Fas est mihi etiā
inuitis parētibus piè facere. Nō recedo, si pseueras, demus
piratis luerū. Aut vicarius ero, aut comes. Quantū inter
hæc fleuit? quādiu cecidit oculos suos? Si pseuerasse, duos
exercuerā. Obstupuerūt pietate tāta etiā latrones, & per
immobiles antè vultus fletus cucurrit. Nō tenuissent for-
tasse iuuenē, nisi redēpturos parētes talē filiū credidissēt.
Ipse in se transtulit ferreos nexus, & hilarior alligatus est
huius, quàm solutus est pater. Supremum tamē, & nefas in
æternū, me iam catenatis manibus amplexus, postquàm
mei cura discesserat, Matrem, inquit, tibi per hæc merita
cōmēdo. Tu illā tuere, defende, ama, ne relinquet: sic paria
faciemus. Illic tu eris vicarius meus, si hæc feceris: nō ira-
scetur mihi fortasse mater quòd ab illa recessi. Sic in na-
uem filij mei malè permutatus vector imponor, & quà
vltimum oculi dederunt, ad piratas è puppe prospecto: cur-
ua littora, & immensum sideribus fretum, & turritos vr-
bium scopulos retrolego. Miserum me, quandiu à piratis
etiam nauigatur? Mandata tamen tua fili perago, assi-
deo, sustento. Immo me hercle tu assides fili, tu sustines,
propter quem mihi etiam huius propensior cura est.
Dum recedere ab vxore nolo, filium non redemi. At
illum interim cotidie situs carceris strangulat, insidunt
oculis catenæ, exemplum seculi in myoparone moritur.
Mater, iam satis est. habes pœnas super legem. Sepelis-
sent talem virum etiam ipsi piratæ, nisi eos conscientia
scelerum, metúsque pœnarum ab omni littore arceret.

Quod vnum poterant, secundis proiicere ventis. Excepit mitior mater tempestas, & (si qua dici potest calamitatum felicitas) prospero cursu cadauer tantùm nostri ad ipsa maiorum sepulcra depositum est. Narretur res seculo nostro diuersa, & nescio vtra parte mirabilior. Filij corpus matri maria retulerunt, mater mari. Magnâ quidem partem agnosco culpæ meæ. Ego vxorem adduxi, & ne miseram dolore fraudarem, ipse meis humeris aduersariam meam vsque ad littora tuli. Et sanè aduersus eum prima verba, orbitatis animo æstimantè fefellerunt. Qui autem non dolentis affectum putasset, cum diceret defuncto filio mater, Quid enim nauigasti? Quid maria ingressus es? Quid piratas petisti? Nam illa quidem vulgatissima orbitatis vox est, Fili, cui me reliquisti? Etiam cùm toto iam per corpus incubuit, amplexam putaui. Etiam cùm inter tollentibus manum. Et hoc inquam solet facere mater, vt funus morentur. At ista legem recitat, & in cadauer filij perorat, Tace, tace misera, ita tu istud optasti? Sola scilicet calamitatibus nostris adhuc defuit culpa, vt cum iuuitia nimiæ quoque felicitatis turpis sit, procedat inanimum antea monstrum. misera, crudelis, si quid irati dij reliquerunt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus videre cupiat. Detracta est fortunæ inuidia, quâdo suo quoque iudicio mater post amissum filium parum misera est. Lactymas ipsas nouissimè perdo, inanis domi libitinæ gitur, derisus designator redit, refertur rogus. Interhæc omnia non gemitus vllus matris, non lacrymæ, non questus. Putes appulsum ad littus aliquem esse piratam. Vnde hunc illi animum? Si mala sua ideo non sentit quia non videt, & hoc boni cæcitas habet, eruat aliqs oculos meos. Sed tenebræ corporis affectibus non obstant. Est'ne hæc vxor mea? est'ne ille filius noster? Liceat dubitare, si fieri potest, & sanè vix iam dignoscêdâ speciê vetustas reliquit: sed attritæ manus, & tumida vestigia vinculorum, & tetra longæ captiuitatis macies, infelicia argumenta, consentiunt. Miserum me, certus luctus est. Filium agnosco, vxorem non agnosco. Ergo quoniam de iure longior pugna est, & nobis festinandum: sint primæ precum partes. Adeste vniuersi vtriusque sexus parentes, dum matrem in exequias filij rogo. Per matrimonium vetus, & per mutuam

chari

charitatem quæ vtrique nostrum magno constat, adiicio, per commune pignus, per annos pariter actos, & beneficio filij plures, per meum in te obsequium, iam mei miserere, cuius soles. Crede mihi, hoc quod patior, carcere pejus est, captiuitate crudelius. Mea ista pœna est. Quid tibi tantum mali feci? Quid offendi? Certè ego te non reliqui. Iam si totum affectum in hunc consumpsisti virū, & omnis per oculos misericordia effluxit, tulerit sanè filius noster merito pœnas, dederit spiritū supplicio, nihil de præteritis loquamur, quòd postulauit Cicero etiam ab illo crudelissimo Siciliæ tyranno, mors sit extrema malorum. Quod quidem cum permissum non esset pernoctabant ante ostium carceris precio redimentes sepeliendi potestatem. Quid? tādem hoc Marcus Tullius, patres matresque, promeruit: tu vende saltem, quod sub Verre crudelissimum fuit. Certè ego filium redimam, nec mihi pretium diu quærendum est, habeo manus. Nihil moueris nunc, & debilitatem tuā iactas. Singulare fœminis exemplum ostendi narrariq; desideras, sepulturam filij maritus à te impetrare non potuit. Vade hercule, si libet, & corpus in fluctus repelle. Aut si parum celebri loco videtur abiectum, iniice manum, & ne minus te satiet alienum ministerium, ipsa potissimùm trahe. alteram manum cadaueri impone, altera duc qua frequentissimum rotis iter est, & nigra limo via. Proterat miserum onustum vehiculū, & sanctissimum pectus vngulæ rumpant. Ipsa quoniam deficeris oculis, elisum caput, & oppressa ponderibus præcordia manibus tuis pertracta: si quidē audeas, istis etiam lacera dentibus. Litigamus, consistimus, in diuersum abimus. Nempe cùm viceris, omnia paria habebimus præter animum. Non sepelies? vide quæso, vide ne dum litigas, arenam fluctus aggeret, iniiciat humum misericors populus. Obstas? si cuius clementia tumultum fecerit, effode: & cùm talis sis mater, aude indignari, & exclama, Magis amauit patrem. Cruces succiduntur, percussos sepelire carnifex non verat. Ipsi piratæ nihil amplius quàm proiiciunt. Mater (quanquam hoc nomē profanari nefas est) si perseuerat esse filij sui nouerca, vt hac crudelitate videatur digna, quæ orbitatem suam non intelligit, si vltra hostium affectum, qui cæsos acie sæpe tumularunt, vltra ty-

rannos, vltra latrones, parũ habet non sepelire, nisi alio-
rum quoque officia præciderit, & tantùm non petita ex
fluctibus aqua restinguit ignem, si adeò non genuit fi-
lium, sed effudit, & illo infelici partu ingratum vteri pon-
dus exposuit: licet imputet nobis vt volet, quod tueri non
potest, singulare mariti desiderium, dicam tamen quod
sentio, excusatius odisset virum quàm filium. Quanquam
in hoc mutuæ charitatis affectu paria fecimus: illa ocul
propter matrimonium neglexit, ego filium: vicem ęcun-
tis orbitate persolui: tamen, quod inter hæc quoque mi
priuatim doleam necesse est, omnem illam quam contra-
xerat, perdit opinionem. Iam inimici mei triumphãt, ia
passim loquuntur, Illa exempli mulier, illa seculi decu
virum redimi noluit, nec filium sepeliri. Equidem, iudi
ces, vt sentio neminem non mortalium fauere homi
sepulturæ conuenit, quia hæc vna res est, cuius exempl
ad omnes pertineat. Ideoque non nisi ab vltimo parrici
dio exigitur pœna trans hominem. Etiam si qua sunt in
quæ obtent, si tamen angustus saltem detur accessus, p
quem intrare humanitas possit, vera clementia occasio
contenta est. Siue omnis in defunctis sensus perit, ad
operiendam fœditatem subtrahendámque dolori ma
riam: mortui viuentium caussa sepeliuntur: seu cùm ad
fernas sedes anima migrauit, vnus hic luce viduis hom
& à suprema face (vt vates ferunt) petitam vlteriorispa
stationẽ cõtingunt, quæ vera esse & credo miser, & opti
citò iturus ad filium. Certè rerum natura vt in genera
alendis sq; hominibus quæ necessaria erãt, ex se ipsa pro
spexit, ita cùm rursus opus suum resoluit, corpora nostr
quamprimùm reducere ad principia festinat, vt defer
etiam locis circa cadauer tracta imbribus terra conc
scit, aggerant puluerem venti, & liquefacta multa d
membra paulatim humus bibit, etiam si nullus operit. A
ipsa longo tempore in terram ossa desidunt. Nobis ver
aduersus exanimes genuit non solùm miserationem, q
cogitationi nostræ subit, sed etiam religionem. Ind
ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum co
latitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus. Facin
indignum, cùm hæc ita sint sepultus esset filius meus, n
incidisset in matrem. Et hæc, iudices, non ideo ego dic
vt a

vt affectu iura corrumpam, neq; vobis præcipio, sed aduersariæ exprobo. Legem quidem istam quidni horream, cum id vnum miserrimo iuueni sit obiectum, quod in calamitate non deseruerit patrem? Sed quatenus luctus nostri in ius vocantur, & flenti disputandum est, & orbitati, suæ mater irascitur: superemus quam exorare non possumus. Equando duorum hominum miseriora vota vidistis, vt de his pater si vicerit, filium suum efferat: mater si vicerit, abiiciat? Quæ tamen lex est? Qui parentes in calamitate deseruerit, insepultus abiiciatur. Omnis nobis in hac prius causa, iudices, de scripto & intellectu legis contentio est, vtrum verborum ambiguitate, an voluntatis fide standum sit. Pars enim aduersa id nititur, parentem fuisse in calamitate, eam quæ deserta sit: cuius rei pœna est, abiici insepultum. Quid tum fuerit in causa, quid sit postea consecutum, quomodo legem intelligere conueniat, subterfugit dicere, neque à vestigio scripti recedit, sed nuda recitatione contenta est. Nos neque omnibus personis, neque omnibus casis scriptam esse legem, & iniuriam iustas ac necessarias recedendi causas: & cui rei semper ius satis plenum est, bonum animum fuisse, postremò non hoc esse deserere contendimus, atque eò causam dimittimus, vt non sit absoluendus adolescens, nisi etiam laudandus. Qui autem dubitat an scripti voluntatem lequi conueniat, is mihi videtur quæstionem tentare incertus qua de re. Ideo pauciora adiiciam, quod nobis quoq; (ita pergitis) afferet quandam cauillationem ista firmo nis ambiguitas: ac videri poterit omnem actionem partis aduersæ prima statim recitatione subuertere. Nam lex cum dicit, Qui parentes in calamitate deseruerit: rursus q; cum dicit, insepultus abiiciatur, non vtique id significat, vt non liceat cum sepeliri postquam proiectus est. Quare aut mihi quoque permittite sic agere quomodo volo, aut (quod magis vestram religione decet) indignam sanctissimis auribus verborum captionem ex vtraque parte præcidite: & cum filium singularis exẽpli probauero, fortiter sentite nullam vnquam à maioribus nostris pœnam scriptam esse pietati. Atque in eo quod primum posueram, non ad hanc rem pertinere legem, non diu versabor, neque dubitatione, quam non habet, afferam moram. Neq;

enim

enim puto si ætas impediet infantem, valetudo ægrum, respub. legatum, dux militem, nihilominus obstricta crudelitas non accipiet rationem necessitatis: & cùm semel apparuerit patere in eiusmodi caussis defensionem, potero planè esse securus: nec timebo ne teneri videatur filius meus, si non potuit omnibus succurrere, dum in ipsa lege occupatus est. Pater alligatus est, mater cæca est, vnus vtrique filius, magna locorum distantia, habet lex in medio debitorem. Duc ad vtrum mauis, ad vtrunque non potes, nisi hanc conditionem misero imponimus, vt quicquid secerit, proiiciendus sit. Si exierit, mater sepeliri vetabit: si remanserit, pater. Non dubito fore dubium, quin ius in hac lege fuerit & mihi, nisi fortè (vt omnia iniquè iniusteque conquiritis) hic quoque vnius occasione verbi aliud putatis iuuare parentes, aliud non deserere. Id est, de hoc dubitare vultis, vtrum parentibus vbique ferri oporteat auxilia, vt ego existimo: an verò non mereatur adiutorii nisi qui præsente filio miser est. Nam si deserere in calamitate, nihil aliud putamus esse, quàm à misero discedere duo simul scelera permittimus. Primum illud, vt etiam si aderit, possit impunè nihil præstare, si quidam absolutus est hac lege qui secundùm miserum stetit. Quo quidem modo non adiutores, calamitosis parentibus filios damus, sed spectatores. Dehinc accidit illud vel grauius, quod cùm rerum necessitas quotidie nos diuidat, si quæ dam fortuna parentes nos deprehenderit, quamuis exiguo diuisus spatio impunè opem non feret, non succurret, vt hoc saltem se calumnia defendat, Non reliqui, non abscessi neque pede, quod aiunt, vno à parente discessi. Solutus est omni auxiliandi necessitate, quandò vestra interpretatione, absentia, impietatis occasio est. Hoc voluisse legumlatorem putamus, vt natus ex nobismetipsis in rebus aduersis præsidium parenti labore atque præstantia solueret, lucis vsuram vbicunque, nisi fortè non sumus parentes nisi palàm. Quid est ergo non deserere? Opem ferre, non deesse. Omnia hæc enim eò spectant, vt auxilio liberorum tuti sint parentes. Quod cùm ita sit, tam ad me lex ista pertinuit quàm ad matrem. Duo vnum vocabamus, videamus, quò ire debuerit. Poteram quidem fortiter dicere, Pater iussi. Hoc nomen omni lege maius est. Tribunos deduci-

mus

mus, candidatos ferimus. Ius nobis vitæ necisque concessum est. Si non fecerit quod iubeo, non deferam illum ad sepulturam. Necesse habuit parére. Non deseruit, sed abductus est. Crede, non contemptu tui venit in carcerem. Sint sanè iura paria, sedeatque medius inter duos iudex: non comparabo personas, quanuis apud omnes gentes plus iuris habeat pater: sit sanè natura communis, non impurabo quòd nomen dedi, quòd familiam, quòd impensas, quòd dum illi acquiro, captus sum. Non indulgentiæ discrimen excutiã, de qua iam lite concessum est. Fuerint quidem ista facienda, sed ego ius meum reprimo. inter duos parentes cæcus affectus est. Exorabit qui prior rogauerit. Tempore certè vinco: antè miser esse cœpi. Tu ad huc integra es, ego iam alligatus sum. Tu sana in domo, ego iam penè defunctus in carcere. Tibi adhuc non opus est filio, ego iam rogo, Nempe calamitas tua nata est post epistolam meam. nisi te flentem consolari filius voluisset, ante cæcitatem tuam exisset. Noli mirari si te gratia vinco antè etoraui filium, quàm tu rogares. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, fortuna quæso absit cuius tãta calamitas fuit. Abstulerat quidẽ tibi oculos nimius affectus, & de quinq; rerum sensibus pars vna cessabat, & tenebras etiã saluis luminib. alternãs cõtinua nox duxerat. Maius est tamẽ malũ quod sic fletur. Nã vt meritò queri possit ablatas videndi voluptates, impeditos rerũ actus: tamẽ si non iniqui iudices sumus, nec ambitione miseri sunt qui mederi possint, referã non solùm quà vincenda mihi, sed magis etiam quà consolanda est. Nam quando omne tormentum corporis abest, dolorque membrorum, qui totam cogitationem in se rapit, feliciter cessat: supereſt vt cruciet nimium ocium, & assidua quies, res si non sint necessitate iucundæ. Nam visus damnum sarciunt reliquæ voluptates, odor, gustus, tactus, auditus: quibus tametsi deesse summam fatendum est, non est tamen maximæ calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certè propria, lectusque genialis, conuentus propinquorum, sermo amicorum, ipsa (quod ratò contingit) honesta calamitas, & in quacunque fortuna beata libertas, tot voluptates obruere possunt vnum dolorem. Nam lucis desiderium si malis meis compares

pares, etiam delicatum est. Non enim aliquid rerum nat
ra genitura est spectaculo nostro nouum, ac non quicquid
speciosissimum pulcherimumque visuri sumus, vidimus.
Nempe cotidie nox oritur, & æquam tẽporum portionẽ
inuoluit obscuritas, & ex parte sui ipsa quodammodo cæ
ca natura est. Cui alienis oculis vti licet, audire, imperare,
cuius ministeriis officia non desunt (non ei defuerunt, nisi
se erigit, & fortunæ suæ rationem reddit) miser non est,
præsertim in tam bona cæcitatis conscientia, animi vitio
miser est. Non debet dolere quippiam qui potest gloriari
quanquam cuiuslibet & quacunque caussa hunc incertum
passæ leuius est tamen malum fœminæ. Non enim nauga
tis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione
variatis aspectus: non militaris vos non forensis ratio de
ducit. Alioqui semper estis intra domum, vno pluriumue
in loco, leuibus officiis affixæ. Tuum quidem affectum
bene noui, nulla magis caussa cæcitatem doluisti, quam
quòd ad redimendum maritum ire non posses. Hæc
calamitas erat, æstimemus meam. Nulli quidem grauior
visa est quàm tibi. audi tamen quàm multa in illis epi
lis non scripserim. O fili, in quibus te malis reliqui? Im
illa principalis ac maxima dono deûm concessa libera
nec hominum solùm, sed ferarum volucrumque lenitas
fixa & ingenita, primum spolium fuit. Me ipse perdidi
neor venale mancipium, & ciuis Romanus merces ho
libertatem senex dediscо, & natus ingenuus vænire opo
minimum est, habitamus in fluctibus. hyberni nos fremi
venti. non statio, non sedes, non quies, sed quod malorum
meorum maxima portio est, tam miseri sunt etiam domi
ni mei. Sed citò prætereunda est memoria propter
vxori grauius, mihi propter filium. Trãseo hirsutos ho
vultus: & immanium barbarorum feros fremitus, tantis
mihi cotidie esse metuendum, quantum pati captus, ca
re pirata potuisset. Nihil est desiderio suorum grauius
mui ne quem ex meis viderem. Nihil tempestate minaci
cotidie naufragium optaui. nam mortem, confiteboꝛ
nili inertia vna caussa minus cupiebam, ne defunctum
mo sepeliret. Quam vestem relictam captiuo putas,
quæ præda non erat? quales epulas cibosque præbeat
qui ipsi rapto viuunt? Nam illa quidam satis digna qua

rerit, vdum carcerem inundatam sentina nauiculam, & impositum nuda trabe irrequietum latus, reuinctas post tergum manus, alligatos tanquam esset quà fugeremus, pedes? Solæ in carcere tenebræ iuuabant. Sæpe de auribus questus sum, quæ sonum flagelorum, gemitumq; cæsorum, quamuis impexis obrutæ comis acciperent, dura metus sui exempla. Miserum me fili, nempe morbo peristi. Compara terram mari, domum naui, lectulum carceri, libertatem seruituti, desiderium oculorum totius corporis damno. Quid nos longius ducit calamitatũ nostrarum misera contentio? Cæci etiam litigare possunt, captiui nec viuere. Verùm hæc etiam si in æquo ponerentur, multum tamen in alteram partem debuissent habere momenti, quòd plus mihi poterant prodesse quàm tibi. Et laborii incumbere oportet, vbi affectus promittitur. Stulta cura est, quæ spem non habet. Ego redimi poteram, tu sanari non poteras. Qualiscunque ista calamitas, inemendabilis cæcitas: non remedium accipere, non vicariũ potest. Assedisset scilicet lectulo inefficax sedulitas, & acceptis epistolis meis iuuenis filius nihil aliud quàm cum matre fleuisset. Quia profectus est, alterius tamen parentis calamitas emendata est. Si remansisset, & matrem cæcam haberet, & patrem captiuum. Adiicio quòd tibi non necessaria filij præsentia fuit. Assidere enim, cibos ministrare, manum porrigere quilibet poterat. Mentior nisi factum est: me ab illis captum, tam dura conditione venalem, quod vtique in confesso est, nemo alius redemisset, quàm filius meus. Et ego sic ago tanquam hæc tãtùm filius propter me fecerit, quanquam in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti: & quanquam id agas, vt merita tua iniuria vincas, & quanq; nouũ induisti rigorẽ, nõ prohibeo tamẽ testimoniũ. Ad redemptionem meã filium ipsa misisti cùm sic plangeres, cùm mortem præcareris, cùm te omni viduatam voluptate clamares, cùm sæpius gemeres captiuitatem meam, quàm cæcitatem tuam. Non erat illi ferreum pectus, nec cor silice concretum, vt hæc pati posset æquo animo. Tu filium prima docuisti sibi non parcere potius quàm plus flere, potius quàm ipsam rescindere cæcitatem. Profectus est, maritum tibi reddidit. O crimen graue. Si hoc antè feciſſet, videres. At retinere

non

non potuisti. Non dicam tibi, habet pietas impetum sui, nec vllum dominum nouit affectus: nec ille te potuit retinere ne fleres. Audi quod est verius, aliud putauit. Non erat credibile obstare te redemptioni meæ: interpretatus est maternum metum, & maris domui nostræ male experti periculum credidit, timens ne si tibi non paruisset, nemo non vos putasset colludere. Cæterùm me poterat non redimere, cùm tu clamares, Cæca sum, oculos desidero, viri perdidi, solitudinem ferre non possum. Ita ille ad redemptionem meam excusatius profectus esset, si meus desideratisse? Dubitatur an tua causa fecerit? & filium & virum habere non poteras: reddidit tibi quem magis amabas. Siste iam lacrymas, maritum reducem & incolumem accipe. Quid irascaris? Quæ tanta mutatio est? quis hoc crederet? Quereris discessisse quem odisti, cùm etiam rediisse nolis quem diligis. Atqui si (vt suprà probauimus) parentes in calamitate deserit, qui opem non fert, & (vt nunc ostendemus) optimus filius corpore suo adiutor matri redemit, profectò opem tulit, id est non defuit. Nam si, vt antè dixi, ne vestigio quidem abiisse à miseris licet, ne ipsorum quidem causa qui adiuuantur, discessus fas erit, nec cibos saltem petere, aut alia vsibus necessaria parare continget. Si verò dum adiuuatur parens, nihil refert vbi sit ille qui adiuuat, quia præsens cura exhibetur. quicquid tibi ego præstiti, ad authorem muneris, id est, ad redemptorem meum transferendum est. Non assedi, non consolatus sum, non ministraui, non tuli, non denique totus tibi rediui. Verum fatendum est, si desertam te putas, mea culpa est. Sed iam tempus est ista quæ non excusata debent videri, verùm pulchra atque magnifica, animo maiore defendere, & cùm iudicium agatur exempli, tandem causam suam intelligere. Hoc saltem habebis miserrime fili, quod honoratis contingere funeribus solet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc reuocemus præterita, & ad canendas vnius laudes vniuersorum vatum scriptorumque ora consentiant, vincet tamen res ista mille linguas, ipsamque, si sit aliqua corpore vno facundiam materia superabit, etiam si nihil dixero nisi quod obiecti est. Lucem libertatemque patri filius reddidit, & (quod antè inauditum est) magis me amauit quàm vellem. Ingre-

gressus est maria, in quibus iam minimum periculi tempestas habet: & quod inter ista difficillimum est, amore mei vicit etiam matrem suam. Tace nefaria lingua, ergo tu ista laudas? Obtulit se captiuitati, quia sciebat graue esse alligari, malis patris succesſit. Subit libens pœnam pietas etiam sceleribus grauem. Tu melius vxor, quæ futurum retinebas. Comparate nunc, siquis patrem per hostes solus tulit, qui cùm venientia in patrem tela excepisset, simplici tamē morte defunctus est. Vnum legimus, qui vicarias pro patre nō quidem piratis aut mari manus obtulerit, sed vbi redimi posset. Me miserum, dicendum est quòd hoc ipso admoneor exemplo, in honorem pietatis etiam damnati sepeliuntur. Hæc alij laudant, ego queror. Te quidem iuuenis, omnia secula loquentur, & admirabile exemplum tenaci memoriæ traditum, in ipsa astra sublimem pennata virtus feret. Sed mihi ista laus tua chare constat. Non erat satius lectulo matris incumbere, & in huius ministeriis deditum secura ocia impendere? Soli tibi contigerat vt posses patrem excusare, non redimere. Me interim, vt cœperat, tabes lenta cōsumere. Me, quæ debebat sola, senem mors redemisset: & cùm exanime corpus in fluctus esset abiectum, si contigisset similis tempestas, quod æquius erat, tu me fili sepelisses. Fefellit te ingenitus honestis animis gloriæ amor: spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Vbi virtus? vbi pietas? Peristi, miser, & malè audis. Non morienti pater assedi, non ægri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutaui, nō spiritum excepi. Absens, extinctus, euersus, mortem tuam inueni. Nemo ægro vincula laxauit, nemo manus ferro sordidas ad accipiendos remisit cibos. Tantùm catenarum causſa solutus es, neglectus, delpectus. Quidni vilis senis vicarius? Inter tot ardentissima febrium desideria, nō habuisti quem posceres. quomodo te vincula composuerant, iacuisti: matrem, patrem, propinquos tantùm cogitasti. Nunquid indulgeo mihi, quòd te puto expirasse in carcere meo? Nondum matri satisfactum est. Quoniam pœnas à cadaueribus exigis, audi sequentia tempora. Mors ipsa filij tui naufragium fecit. per tot fluctus volutatum corpus intumuit, tot illisum scopulis, tam spatiosis tractum arenis, nunquam tamē infelicius, quàm

cùm venit in terram. O quam graue est mori, quãto grauius, quòd ego viuo superstes filij mei. Viuo omnibus diis hominibúsque, sed ante omnes mihi & inuisus, & infestus: & vxoris quoque pietatem perdo. In funere filij diuortium fecit. Video hæc rerum naturæ bona, quæ filio abstuli. Omnis me ætas mei admonet luctus: senectus, ad quam non peruenit: misera pueritia, quam nũc transiuit: adolescentia, in qua periit. Superfum, vt si felicissimè cesserit, rogum meum videam, & edaces circa corpus filij mei flammas. Si hoc non contigerit, nigrum cadauer, & deforme etiam ignotis spectaculum. Inter hæc mala credetis puto si dixero, Vellem oculos non habere. Quid nunc amplius? Ad te vxor preces conuertam irritas, malè tentatas? Tu verò perge, & bono tuo vtere: felicem te, & in hac fortuna tua irascere. Ad hos confugiendum est. Per communes casus, per calamitatem meam, humanæ calamitatis exemplar, ita vos coniuges vestræ ament, non sic desiderent, ita hoc orbitatis meæ vltimum exemplum sit, ita vobis habere tam pios filios, non necesse sit, miseremini. Si vicarium accipitis, me proiicite. Non inuitæ preces sunt, nihilominus impero. Non læta sententiam vestram sequetur gratulatio, non ad templa deducet, sed ad sepulcra. Etiam cùm vicero, flendum est. Si verò vincimur, ibo in littus miser: planctibus aues abigam, aut me corpori filij mei velut tumulum imponam. Iacebimus duo insepulta cadauera. me feris obiiciam, aut circa singulorum domus ad genua prætereuntium ibo: & recepto iam miseris more supplex, non cibos petam, non stipem: mihi dicabo terram, & collatas miserantium manu glebas: aut (quod certè licet) filium in mare proiiciam. Iam crudelis aquæ, & venti malè secundi, reddo vobis vestrum beneficium. Ferte quò libet, licet ad barbaros, licet ad hostes, licet ad piratas. Fortasse aliquis iubebit sepeliri, certè (quod sciam) nemo prohibebit.

***

TOR

TORMENTA PAVPERIS,

DECLAM. VII.

ARGVMENTVM.

Liberum hominem torqueri ne liceat. Pauper & diues inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio reuertebatur. Interfectus est adolescens. Offert se pauper in tormenta, dicens à diuite eum interemptum. Diues contradicit ex lege.

Pro paupere contra diuitem.

SENTIO, iudices, plurimum detrahi calamitatibus meis miserationis, quòd ad vos detulisse videor nimium sortem dolorem: & tristissimæ orbitatis inde quoque accessisse nouitatem, quòd cùm aduersus me tam grauia & crudelia deposcam, patior inuidiam hominis exigentis aliena tormenta. Non possum tamen vel in nobis approbare quid patiar, quòd mihi non est relicta miseri patris infirmitas. Percussorem filij mei vidi, & miserior sum quàm si nescirem quis occidisset. Fateor igitur, iudices, ipse miror vnde ad hoc probationis genus repentè confugerim. Veneram tanquam nunciaturus indubia, manifesta: nec alium expectaueram publicarum suspicionum de filij mei morte consensum, quàm si percussorem videretis omnes, Hîc, hîc vt torquerer inueni. Postquam satis non videbantur explicare verba quod videram, confugi ad fidem doloris. Quid faciam, si temeritates quoque nostras conscientia reorum non potest pati? Intellexi miseratione factum, qui vt torquerer exegeram, et quo me diues non putat aliud in quæstione dicturum. Neque ego, iudices, quenquam vestrûm dubitare crediderim, ex qua conscientia, qua trepidatione descendat, vt quis torqueri nolit inimicum. Quos nunc putatis cruciatus diuitem pati, quem dolorem, quòd hoc mihi negat? quàm vellet ideò tantum filium meum non occidisse, vt mihi posset indulgere tormenta? An hoc creditis, iudices, diuitem facere legum libertatisque re-

spectu, & reum pro exemplo esse solicitum? Ille verò non
laceratur, & sic magis nostro dolore fruitur. Operæpre
cium est inimico negare tormenta, cum feceris vt ne
ipse torqueri. Illud igitur à vobis, iudices, infelicissimi
omnium mortalium peto, ne cùm inaudita, incredibilia
passus sim, misereri velitis corporis mei: crudelius & ma
gnius est quàm torqueri, nõ impetrare tormenta. Est
uersorum meorum & ista nouitas, quod necesse habe
ea mihi ratione succurrere, qua odisse tis alium. nec qui
quam est homine infelicius, pro quo tormenta sunt ha
cussorem à me filij mei visum esse contendo. Facinus
hoc vos non deprehendere, si mẽdacium est. Facinus
me non probare, si verum est. Quod ad me quidem, ne
ces, pertinet, orbitatis meæ repeto præsentiam, & noctis
illam rursus ante oculos meos cogitationes reponunt.
mihi videor & in tormentis esse cõfessus. Filium, iudices
habui sicut erecti ac sublimis animi, ita qui nondum
haberet inimicos, & quem nemo adhuc nisi caussa tris
mei doloris occideret. O parentum misera cõditio, ne
nouis inusitatisque patemus insidiis! Nos exasperan
nos offendimus, inimici tamen liberos nostros odere
Quis hoc vnquam, iudices, simulatum timuisset impia
vt eodem aliquis excogitaret animo & quòd parat
quòd occidit? Reliqua, iudices, non debeo nisi in quibus
ne narrare. Felices illos in mei comparatione patrei
periisse liberos suos nunciis credunt. Ego sum inanis
malorum nouitate perculsus, cuius vnicus ideo tarda
occisus est, vt viderem. Reuertebamur nocte pariter, fa
omnia nos vitæ ministeria iungebant: & homines qui
non seruos præstabat fortuna custodes, tuebamur pare
rem mutua pietate comitatum, inuicem sustinentes, ar
cem innixi, nec nisi magna percussoris diligentia sepa
di: cum dies medio noctis horrore stricto mucrone p
siliit, & stupentibus attonitisque miseris confodit illu
fortiorem: illum, qui fortasis aliquid in mea morte fe
set. Confiteor, iudices, nihil tunc oculorum meorum
ligentia, nihil egit cura miseri patris. Percussor vo
agnosci. Vos nunc ciues, vos omnes humani generis a
fectus, miserrimus interrogo pater. Suadete quid faciam
Hunc quem videtis circa me sanguinem, de filij mei vi
nec i

heribus accepi. His manibus labentis vnici membra sustinui. In oculis meis adhuc vultus illius morientis hæret, auribus verba super cadauer habita inimici exultantis. Fidem tormentorum, quousque percussoris filij mei conscius ero? Aperite pectus istud, & totū de visceribus meis latronis egerite secretum. Vidi, & mihi non creditur. Vidi, ita posim & in tormentis idem dicere. Aut si compono, fingo, vrar, lacerer, & non probem. Si videtur, torquendus tum, iudices, vt hoc desinam dicere. Nec me, iudices, fallit quàtam molem accusationis etiám in manifesta veritate susceperim. Diuitem detuli reum pauper inimicus, occili pater: & postulo vt mihi credatur testimonium in mea orbitate dicenti. Itaque nō deprecor quò minus mihi velitis irasci donec probem. torquete tanquam mentientem. Lex, inquit, Liberum hominem torqueri vetat. Per fidem, iudices, quis non hoc eum respondere credat, cuius tormenta poscantur? Nemini, iudices, credo dubium, legem quæ torqueri liberum hominem vetat, hoc prospexisse tantùm, ne quis torqueretur inuitus: & iura quæ nos à seruilium corporum conditione secernunt, impatientiæ tantum succurrisse nolentium. Omnium beneficiorum ista natura est, vt non sit necessitas, sed potestas. Quicquid in honorem alicuius inuentum est, desinet priuilegium vocari posse, si cogas. Cuncta, si videtur, iura peruertite: nusquam adeò pro nobis solicita lex est, vt quod præstat, extorqueat. Dedit cæco talionis actionem, non manus recusantis impellit. Iniuriarum cædis agere permisit, sed non cogit inuitos. Adeò pene leuius est vltionem perire, quàm potestatem. Genus seruitutis est coacta libertas, & eadem iniquitas, quicquid de inuito homine facias. Vis scire quid lex ista prospexerit? Non exigo vt torquearis. Quàm multa diu deæque non minus sunt iusta quàm lex exigit, quarundam inuidia rerum, vt virtutis magnitudo patiatur? & quicquid accidisse mireris, tantundem posset in vltione nouitatis. Filius in conspectu patris occisus est, torquete securi. nihil iniquius fieri potest. Ignoscant persuasiones, si facinus istud omnium illicitarum rerum consumpsit inuidiam. Et vnde tormenta saluæ iustitiæ est, plus est de quo quæritur, quàm quo modo quærendum est. Nullum debet inimicum videri

genus probationis esse quod solum est. Et quicquid tuit prodesse seueritati, nunquam nocuit exemplo. cit libertatis reuerentiæ, quòd torquetis inuiti, quòd tra me non alius inuenit. Liberum torqueri non Hoc est, iudices, propter quod filium meum diues co me non timuit occidere. Filium igitur meum in co ctu meo occisum esse contendo Quid dicis? Iu erat contra proclamationis huius fidem, si nunc p possem quietum modestúmque miserum? Vultis, cui viderim, tantum testimonium dicam? Mirum here scindo vestes, nudo corpus, ignes, flagella depolce niat necesse est pater, cum solus hoc sciat. Fallitur ces, quisquis hoc quod postulo, contemptum, qu audaciam vocat. Filius vrit, exagitat, & inter tor fugio dolorem. Si mentientis est velle torqueri, tu quid facere debeat qui verum dicit, & non probat tiris, inquit. Bene quòd & tu fateris non esse mi quæstione credendum. Et quas per fidem mendacia causas diues assignas? Ignoro percussorem. Dem potissimũ de quo quererer elegi. An scio, & simul nostris occasionem orbitatis indulgeo? Decipi potuisse manifestum est. Filius meus, cum patrem nus, occisus est. An dignoscere percussorẽ nocte tui, cũ percussor potuerit eligere, fugere? Quid ait meũ alius occidit, & tu mihi solatiũ vltionis imple accuso scilicet, vt interim nescio quis ille effugiat, Quod tu mihi genus furoris assignas, vt maximi vltio pereat falsæ accusationis incerto? Homo qui m disse contendo cùm occideres filium meũ, nisi de dicor, non reliqui mihi vt hoc de aliis probarem. O tra omnes humanorum pectorum affectus inimice situm, nunc quis me putas posse mentiri? Perdidi illum charissimum pauperibus affectum. Succurrere putas quod aliquando diligimus? Falleris, decipe minis cuius occisus est filius, vnus inimicus est. Sane fit aliquis hanc doloris dissimulationem mendacio ferre verborum, torqueri volo. Nihil est tanti rum. Videlicet inter ignes ac flagella sufficit mihi si ro, hic est inimicus animæ, qui nobis subinde male hic ille contumeliosus, ille impotens. Ego nescio

li posit in quæstione sufficere quòd vidi, & quòd inimicus me contendit ideo velle torqueri. Tormenta postulo. An ad quod confugiat homo qui se sciat posse mentiri. Nulla est ratio quæstionum relicta mortalibus, si adiuuant contra veritatem, & sublata est de rebus humanis nec vllitatis huius vtilitas, si iam tuetur vltro, explicátq; fingentibus. Hucusque durant artis ingenia mortalium: & licet sit aliquis secreti firmitate compositus, hominem tamen vltrà non sequitur animus. Non vacat asserere quæ finxeris, tunc cùm vix prodest & verú fateri. Et nemo non contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. Non refert, cuius ad equuleum nominis persuasionem, quas silentij afferas causas. In quæstionibus tantùm corpora sumus, & nemo non contra aliquem torquetur affectũ. Exigam quæstionem, an recusem? Quid interest tormentis breui futurus similis homini qui fateatur inuitus? Nouum iudices, inauditúmque rebus humanis aperitur exemplũ. Nemo vnquam ideo torqueri non debuit, quia mentiretur. Sed si fas est, iudices, dubitare de fide quæstionum, alius debet esse suspectus, ille scilicet in quo seruilium pectorum recessus, in quo verniles excutiuntur artus. Quoties tortori est rixa cum membris, tum cruciatus agnoscit assiduis suppliciis durata patientia, & homini non est noua res dolor corporis appliciti, quod scissa laceráque vestc primum ferre non potest pudorem, quod nescit ad flagellorum vices membra componere, nec vllo verbera frangit occursu. Nos inquam sumus quos leges superuacuum putauere torqueri. Vnde nobis interuasecretum? In tormẽtis libero homini opus est patientia, vt verum dicat. Sed, inquit, ideo torqueri non debes, quia exigis vt torquearis, Aliud sunt inimice tormenta, aliud velle torqueri. Felices illos qui recusare voluerunt. Meretur clementiam & fauorem quisquis ad illa tremens exanimisque perducitur, quem vix à genibus tortor abducit, cui iam scissas quoq; difficilè possis eripere vestes. Ego quemadmodum vult s deprecer, qui videor prouocasse tortorem? Ille, ille sine vlla miseratione laceratur, cui ad singulos ictus dicitur, Ipse voluisti. quem non decet rogare, qui creditur fingere proclamationes, simulare

gemitus: de quo primùm videntur vindicanda tormenta. Non inuenio, iudices, quid sperare possit qui mentitur, & exigit quæstionẽ. Homini qui vult torqueri, diu non creditur nec verũ dicenti. Nec est, iudices, quòd putetis adeò mihi tristissimam orbitatem omnes humanorum pectorum rapuisse sensus, vt nõ intelligam petere me, quòd dubitues possit euadere, & penè magis pro percussore torqueri. Sed quid me facere vultis? Nõ debeo videri posse mentiri, homo, qui cùm filius meus occideretur, interfui. Veritati tantùm præsto patientiam, exigo quæstionem, in qua quid dicturus sim nescio: quid debeam dicere, vidi, scio. Vultis post hoc argumentis, suspicionibus agam? Breuiora tormenta sunt. Non inuenio, iudices, cur renuat tamdiu pere quæstionem, postquam supersunt adhuc incerta ac dubia. Facinus est tamen me non torqueri, si mihi torto vtiq; credendum est. Quousq; me crudelissime mortalium metus simulatione deludis? Ego magis qui posilo tormenta, timeo: ego qui nihil facere potui cùm videtur. Suspecta tibi est nostra patientia. Vides enim, homtur nos contra dolorem primæ robur ætatis, solidum pectus, corpus. Quàm facilis, quã expedita res est torqueri miserum? Affero ad quæstionem iam planctibus meis liuentia. Quantum animæ, quantum sanguinis orbitas traxit? Quanto imbecilliora sunt hæc quotidianis lamentationibus euerberata vitalia? Quicquã ergo fingere potest hic pallor, hæc macies, & iam torto similis infirmitas? Adde hice quòd nihil minus in quęstione diu possis dicere lineamentis, quàm quod oculis scias: & breuissimum confessionis est genus dixisse quod videris. Felices, diues, quos tortor interrogat, qui non habent in sua potestate credẽtes. Impatientissima res est, posse cùm velis desinere torqueri. Quin potius, inquit, probas? Fiduciã hominis, qui sciat hoc me vidisse solum. Sine dubio diues multa te poterant argumenta cõuincere, si deferret alius: & eras manifestissimus reus, si mihi percussor quærendus esset. Quis enim credibilior in cęde pauperis, quàm diues inimicus? Aut de quo facilius constare posset scelere, quod causam nõ habet nisi de sola vltione? Non inuenit multa verba, vidisse. Nec mihi debet perire probatio ista, quia poteras & accusari. Exigit probationes, cum facinus sic disposuerit, ne

posit

possit probari. Quem mihi nox testem, quos præstare potuit oculos nuda semper & incomitata paupertas? Tibi seruus à conscientia sceleris summouendus fuit: & ista ratione quis interesset: quem putares posse torqueri? Et totum facinus in has angustias redegisti, vt illud soli scirēt, qui faciebant, & cui non crederetur. Nunquid dubitaretis quærere, si alius sciret hoc scelus? Facinus est ideo filij mei perire vindictā, quia pater vidi. Ego verò, iudices, & ex hoc quòd recusat diues quæstionem, partem probationis impleuit. Accusatoris tormenta nunquam timebit reus, nisi de quo credi potest & ante tormenta. Cur, inquit, si mihi causæ sceleris simultates nostræ erant, non te potius occidissem? Verè crudelis, ego te hoc maximè argumento percussorem probo, quòd mihi pepercisti. Tuum fuit hoc inimice commentum, occiso filio seruare patrem. Parcendi tamen mihi vel hæc fuit ratio, quòd defendi non poteras, si duo perissemus. Audire mehercle mihi videor illas cogitationes, illa scelerum secreta consilia: Quid mihi cum vulneribus, quid cum cruore consumptæ & iam penè abeuntis animæ? Occidatur potius ille iam iuuenis, iam inimicus, de sene vindicabitis me patri oculi. Vis mirer quòd me nolueris occidere? Queri mehercule te puto, quòd in senectute magni doloris vita breuis est. Pepercisti mihi, quomodo excogitant artes detinere supplicia, & de pereuntibus magis sæuitia eruitur dolore suspenso. Agnosco noctis illius clementiam inimice. quòd me torqueri non vis, ex hoc euenit, quòd neque occidisti. Tentat, iudices, efficere diues, vt incredibile videatur quòd occisum ab eo contendo filium. Dicturum nunc putatis magis interesse securitatis, vt quis facinus sibi tantummodo credat, & id tutius esse inimico patre quàm conscio. Plus est quod affirmo. Filium in conspectu patris occidere sic operęprecium est, si illud ipse facias. Perdit plurimam de sceleribus voluptatem, qui mandat, & minus gratiæ rebus ex nuncio venit. Occidet alius te iubente, sed vulneribus illis non fruentur oculi: sed plus est vt singultibus abeuntis animæ, vt cruore satieris, vt collapsum palpitantémque videas, vt me vidente. Conuenit, iudices, quòd ipsa diues hoc fecit, & quòd ego vidi: ratio sæuitiæ est, vt aliquis coram me occidatur,

propter quem occiditur. Fidem vestram, iudices, ne m
ideo non putetis vidisse, quia nihil feci. Seruulorum ib
libertorúmque dolor est, occiso homine statim scire qu
facias, exclamare, procurrere, fidem deorum hominúm
testari, postea cum lacrymis venire. Vultis percussore
inuadam? Vultis fugientem sequar? Interim deficient
quis excipiet? cui se morientis imponet infirmitas? Sc
profectò percussor facinus ordinare, disponere. filium o
cidere coram patre, secretum est. Miserimini, iudices, ig
tur, vt hinc quoque velitis æstimare diuitis conscientia
quòd contentus est ne de scelere quæratur, non habet
duciam hominis qui me sciat mētiri? &, quod non min
debetis attēdere quàm si fateretur, non putat sibi salu
vt iterum neget. Dissimules licet, non est innocentiæ m
tus, cùm timentur aliena tormenta. Quid ait dives? O
bitatem meam in tale genus vsumque conuertet, si p
terni doloris autoritas facinus impingit alienum? Deini
non ipse affers equuleos, non ipse disponis ignes. Di
res mehercle te velle torqueri: ego scindo vestes, tu inm
miscis. ego ad flagella nudo corpus te facit pallor era
mem. ego equuleos, ego posco flammas, tu non habe
meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret qui
cidisset? Quid nunc agam miser? Gratiam confessio
ante tormenta consumpsi. Scio quanto credibilius fuit
si hoc statim inter ignes, inter flagella dixissem. & nu
tum de autoritate primæ proclamationis amisi. Non d
tamen quòd superuacua putetis esse tormenta, quia quæ
dixerim quicquid sciebam. Habeo adhuc ex illo multa n
ferre secreto, quæ argumenta faciet dolor. Non refera
me vidisse dixerim, tormentis hoc probaturus sum, a
buisse mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc m
mice torqueris, quòd te coram iudicibus interrogo, qu
hoc non potes mihi fateri. Sed si bene gaudij tui per
cio secretum, non potes te negare, quia vidi. Arrogan
sime percussorum enasisse te putabas, quòd illud duo tan
tum sciebamus? Meis, meis hoc ignibus nega, & dum m
per singulos artus tortor interrogat, perfer saltem o
credendi patientiam, cum ego me vidisse proclamem, n
nullam afferas innocentiæ probationem. Non potest a
ter absolui, quàm vt illud ego negem. Nec tamē, iudex
pote

putetis solo me calamitatum ambitu petere quæstionem, dabo propter quod torqueatis irati. Filium meum illum singulis vobis vniuersisque laudandum, iuxta quem felix, iuxta quem arrogans eram, occidit. Mea nimia l bertas, ita ego te non equuleo efferam, non super ardentes eximam flammas? Nunc me vindicas, nūc tueris. Modò, modò coram me filium meum diues occidit fiducia tui. concurrite omnes liberi, omnes parentes, vrite, lacerate hos primùm patris oculos, distrahite has manus, quæ nihil pro pereunte fecerunt: hoc corpus, hæc membra, quæ de complexu latronis vulnera nulla retulerunt. Siue hoc pœnam, siue vultis esse clementiam, debeo tam miser esse dum probo, quàm cùm viderem. Miserum me, si fas est in quæstione mentiri. Sine dubio diues hoc captauit recusando quæstionem, ne crederetur. Sed dura parumper anime, vidisti. Nunc infelix ad nos miseros pietas redi: quod fieri in ipsa orbitate non potuit, & vires quas improuisus abstulit dolor, probatio restituet. Cùm flammis vrentur nuda viscera, nox illa occurrat: cùm membra fidiculæ flagella laxauerint, rursus ante oculos sit morientis vnici vultus, hæreant verba percussoris, mandata pereuntis. Filium spectasse morientem, longa præsentia est. Nescis infelix senectus quanta tibi opus sit veritatis contentione, vt pœniteat diuitem quòd non duos occidit. Iam nunc tamen vobis, iudices, infirmitatem meam allego, commendo. Si me fortè fidiculæ flagella mutauerint, ego tamen vidi. Si vocem in equuleis ignibúsque perdidero, ego tamen vidi. Si totus vndique dolor pariter admotus occiderit, ego tamen vidi. Alioqui nisi hoc animo meo, nisi licuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me posse torqueri.

GEMINI LANGVENTES,

DECLAM. VIII.

ARGVMENTVM.

Gemini quibus erant pater & mater, ægrotare cœperunt. Consuli medici dixerunt eundem esse languorē. Desperantibus reliquis promisit vnus se alterum sanaturū, si alterius vitalia inspexisset. Permittente patre execuit infantem, & vitalia inspexit. Sanato vno, accusatur pater ab vxore malæ tractationis.

Pro matre contra patrem.

QVAMVIS, iudices, plurimum infelicissimæ matris aduersis miserationis abstulerit, quòd ex duobus liberis pari desperatione languentibus alter euasit, & plerisque maximum dolorem prima fronte tractantibus videatur auiditas gaudiorum, vt modò ad totius orbitatis redacta patientiam, iam non sit vnius salute contenta: non possumus tamen affectibus vestris non hanc primam tristissimæ calamitatis allegare mensuram, quæ ex ipsa quoque solatij sui conditione descendit. Minus misera quereretur de marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. Nunc infelix par non est dolori, nunc non inuenit vlla solatia, ex quo sibi videtur filium perdidisse victurum. Super impatientiam tristissimæ orbitatis increscit, quòd intelligit illum non sine sanitate fuisse languorem: nec persuaderi miseræ potest perituro laborasse fato, in quo inuentum est quòd sanaret alium. Captet licet crudelissimus senex parricidij immanitatem metu maiore protegere, non inuenio vnde colligi possit vtrunque fuisse moriturum. Ex duobus ægris non periit, nisi qui occisus est. Ante omnia igitur illud à vobis infelicissima mater petit, ne maximi sceleris ideo decrescat inuidia, quia pati videtur & reus ex orbitate tantundem. Non perdidit filium quisquis occidit. Explicat à dolore patrem, quòd sibi videtur feciſſe rem maximam, & in locum iuuenis amissi substituit de vanitate solatium. Alia est, alia conditio matris, quæ medico non credidit, apud quam sæuissimæ conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi. Pro vtroque timuit, pro vtroque sperauit. Facinus est enim

maioris pietatis videri, qui de morte filij putauit alterius vel certa salute transigere. Sic debetis odisse patrem, tanquam duos occiderit, cuius nō interfuit vter occideretur. Est tamen, sanctissimi iudices, quod de crudelissimo parricida queri possit non sola mater. Adiecit humanis calamitatibus ipsam sanitatem, & morborum languorisque violētiā medicinæ cōcessit Filiū occidit (si ipsi creditis) fortasse morituru: & hominem cuius charitas debuerat ipsa desperatione creuisse, in hoc solū impendit, vt tantūdē supereset incerti. Nō exonerat, iudices, immanitatē sæuissimi patris, quòd hac ratione credidit de languente filio rem inauditam, rem facere crudelem. Vnam rationem habet, si ipse sanetur. O tristior indignioréque semper mensura calamitatum magna felicitas. Húnccine fecit exitum illa modò ciuitate tota conspicua mater? ille indiscretus ab vtroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorum? Quid mihi mortem nunciatis vnius? Perdidit misera geminos. Falsi sunt enim languorem miserrimi iuuenes: sine dubio pariter vnaque, non fraternitate, non animæ corporumque consortio, sed conditione fragilitatis humanæ, qua sic extranei quoque duo languere potuissent. Non negauerim morbum terribilem, grauem, & parentibus vtique metuēdum: de cuius tamen adhuc, vt parcissimè dixerim, remedio quæreretur. Quid refert an medici consenserint vtrunque periturum, cum eundem dixerint esse languorem? Manifestum est de duobus non dixisse verum, quos de altero constat esse mentitos. Iam tamē, iudices, de tam perdita pronunciatione non querimur, quòd ægros quos sibi videbantur explicare non posse, parentibus crediderunt innocentior est simplicitas, desperare, si remedia non noueris: & hanc ignorantiæ malo probitatem, vt languorem quem nescias, tantùm neges posse sanari. Maximi tamen virorum, & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis, & illud non indicare voluerunt. Vultis & illos mentitos breuiter probem? Desperauerunt de languore, cuius remedium (si patri creditis) alius inuenit. Siue enim, iudices, vanissimus nescientium vidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamque patientiam, & hominem in filiorum languorem solicitum de remedio generis humani: si

ni: siue captauit ex hoc vultu quandam artis mutationem imitari, quandò sanare non poterat, & ignorantiæ pudorem tegere magno tentauit incerto: siue vt aliud videretur dixisse quàm reliqui: verba desperationis incredibili vanitate variauit, magnaque miseros parentes ambage suspendens, tutissimum putauit promittere, quod deberet nemo experiri. Caussas quidem se dixit ignorare morborum, sed salutem spopondit vnius, si licuisset alterum occidere, lacerare, perspicere. En cui pietas patris, cui credere solicitudo debuerit: dixi se scire remedium, quod nesciebat. Vultus intelligere, iudices, nihil impatientia charitatis fecisse patrem? Non retulit ad matrem, adacta ea morte filij vel sanitate discedere. Non propinquos consuluit, non amicos, sed sua tantum persuasione medicinæ contentus, quod nocentius est quàm si ipse occidisset, alterutrum potuit eligere. Dicat nũc parricida, quid fecerit illud quòd etiam de similibus tam paribus ægris in alterã desperatio illa præualuit? Si medici non interfuit vtrum occideret, constabit viuere vtrunque potuisse: si interfuit, cõstabit non eundem fuisse languorem. Qualis fuerit ista curatio, quid passus sit iuuenis in morte qua medicum rabatur, omniũ cogitationibus liquere crediderim. Longaque parcimus auribus matris, Breuiter tamen longam delitatis explicanda sæuitia est. Ex homnibus quæ pertulit, leuissimum fuit quòd occisus est. Non est quòd veniã tristissimæ curationis paret, quòd videtur in alio frustra plicata promissio. An alterum medicus sanauerit, fortuna viderit: quod negari non potest, alterum medicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, & tota libertate proclamat. Redde mihi, inquit, marite filium, quem tibi patrem modicoque commisi. Hic est ille vester insanabilis, recipe quem mihi credidisti. hic ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. Vides quid profecerint anxia vota pietatis, solicitæ preces. Dum iam frigidi pectoris calorem superpositis reuocamus vberius, dum frigentia membra continuis osculis, & spiritu trepidæ matris animamus, dum labentes oculi ad nostras exclamationes nostrosque planctus admissa paulatim luce laxantur, dum respexit ad vitam, conualuit, euasit. Non tamen iacto potestatem, nõ arrogo mihi prosperæ curationis euentũ. Quid hunc

hunc sanauerit, vis scire breuiter? quod potuit vtrunque sanare. Pudeat vos ô iura legesque, quòd miserrimi sexus dolorem his clausisti augustiis. Ita maritum, quòd occisus est filius, malæ tractationis vsor accusat? Perdiderunt legis huius autoritatem, quæ ad illas vxorias querelas matrimonium solent deferre delitias. Ego illam datam miseris tantùm matribus puto potestatem, ab iniquo coniuge explicare diuortium: & contra maritales tuetur iniurias, vbi nolis præstare patientiam. Illis succurrit quas nefas est ab viro discedere, quas in pessimi coniungij durum perpetuumque complexum, communium pignorum nexus arctauit, quæ malos maritos pariter & patres nec relinquere nec ferre sufficiunt. Facinus est ideo euadere maritū, quia dānaretur, si de illo minore dolore quereretur. Itaque impudenter, facit, quòd pro detracto matrona cultu, negatoque comitatu, fastiditis noctibus, pulsataque facie filium complorat occisum. Sileo adhuc illa per quæ parricidij creuit immanitas. Occisum filium obiicio, putate luxuriosum, perditum nocentem: fingite hoc patrem ira, indignatione fecisse: quantum facinus sit filium occidere, nemo magis fatetur, quàm qui vult videri se illud fecisse pro filio. Ecquid, iudices? vel ex hoc totus animus mariti, tota tristissimæ coniungis calamitas perspici potest, quòd senegat matri communium liberorum debere rationem? Placet ergo mortales, vt de hominibus in quos plus ex harum sanguine ex harū tranſit anima, non habeant partem nisi tantum doloris? Solos ergo communicabit miseria planctus, & ab omnibus consiliis quibus ordinatur iuuenta, vita disponitur, extranea, vtilitate sepositā, circa mœrores tantum lacrymarumque consortium orbitate iungetur? Si mehercle fas est æstimare vtri plus parenti debeatur ex liberis, non improbè totam potestatē sibi vindicabit affectus, qui decem mensibus ante vestram incipit diligere notitiam: & cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, antè sunt conscientia matres. Facinus est ideo tantum illis minus licere, quia minus facere sufficiūt. Vos estis qui crescentes adhuc in peregrinationes, qui iā adultos in castra magnorum parentū vanitate dimittitis. Erubescitis desideriis tanquam infirmitate, & vnde velocissimus transitus est in rigorem, liberos vultis amare patientia

tientia. Quàm multa ideo tantum de filiis facitis, quia l
eet: & frequentius poteſtatis veſtræ iactatione tantum
aliquo grauitatis genere delinquitis. Non habet orbit
veſtra lacrymas, ſuper ardentes rogos tenetis inconc
ſam rigidamque faciem, itis obuiam cõſolationibus, a
quod omnẽ modum feritatis excedit, captatis in mag
calamitate laudari. Quicquam ergo erit quod de comm
nibus pignoribus, non pari mente, pari impatientia, v
neceſsitas poſtulet, pari rigore faciatis? Mali tantum p
tris intereſt vt matri minus liceat. Sanè cedat vobis c
regẽdas communium pignorum mentes ſexus infirm
vos mores, vos vitæ genus, vos matrimonia, cæteros
actus veſtra perſuaſione firmetis: nunquid arrogans co
ſortium, nunquid impotens ſocietas eſt, liberos comm
nes eſſe languentes? Si quis immo pudor eſt, cede nunc
ta poteſtate matri, illius ſit in ægri toro proximus loc
hæc adhibeat fomenta, porrigat cibos: ſi quid impatie
tia, ſi quid flagrantium viſcerum poſcit infirmitas, m
neget, mater indulgeat. Illas quas immodicus ardor di
tit veſtes, hæc ſuper fatigatos reponat artus: illa iacẽ
toto lectulo manus ſedulò contineat affectu. Fruſtra
ptas videri vltionem magnæ charitatis, ab omni cura
tione ſepoſitus, Cùm circa curationes liberorum non
ſentiunt parentes, curationis eſt culpa, non matris. Qui
quòd filium occidit innocentem, cui nihil obiicere, n
poterat iraſci? Filium (ſi ipſi creditis) pro fratre mor
ratum, cuius ſuprema ferre non poterat. Nouum, iudic
& incognitum rebus humanis audite facinus. Iam pa
cidium pietas, charitas, & impatientia orbitatis admi
Malo odium, querelas, execrationes, quàm vt quis li
ros affectu quo ſeruantur occidat. Quid refert an per
alterius filij anima redimatur? Si parricidium fas eſt vi
accipere cauſſas, filius propter ſe tantum debet occ
Adiicite, iudices, immanitati, quòd occidit ægrum. O
nibus equidem mortalibus maiorem crediderim de la
guore venire reuerentiam: & illorum quoque quos in
ſupplicia pereuntes auido ſpectamus aſſenſu, iuxta va
tudines tamen morborumque violentiam quodam in
centiæ fauore miſeremur. In carceribus, & in illa pro
da nocte pœnarum, irreligioſus ille anheli pectoris pa

inspicitur, non sic confundunt obuios grauibus catenis colla stridentia, & diutino squallore concreta facies, vt ille quem ad singulos conatus gressúsque labentem vix trahit impellítque longus ordo victorum, & inter tot destinatos, tótque perituros, omnium tamẽ in se retorquet oculos vnus æger. Quid ais? tu illum quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cuius auribus parcere debuerũt seuiora verba, si quid negares, videreris occidere, ferro, vulneribus aggrederis? Nõ potest hinc tibi venire defensio, vt hoc sis pro alterius salute commentus. Inter duos liberos pari desperatione languentes, da bonum patrem, non præponderabit alterutrum, non eliget. sed vt incertũ orbitatis euadat ipse morietur. Tentat hoc loco, iudices, crudelissimus senex excusationem temeritatis suæ de medicorum trahere consensu. Desperauerant, inquit, de duobus. Sed vt incertum orbitatis euadat, sepono paulisper immanitatem patris, qui credidit: & de arrogantissimæ persuasionis hominibus queri, de totius generis humani nomine volo. Quàm multas artes misera mortaliũ solicitudo fecit! Fato viuimus, languemus, conualescimus, morimur: medicina quid præstas, nisi vt iuxta te nemo desperet? Dicturum me putas, non credo renuncianibus, non accedo cùm deserunt relinquúntque languentes. Ego verò medicis non credo sperantibus. Aspicite maiorem partem generis humani, & si me interroges, illam robustiorem, illam adhuc in prima rerum naturæ veritate viuentem, nullos artis huius nouit antistites: nec minus tamen bellorũ vulneribus, morborúmq; medetur incursibus, non disputationum vanitate solerti, sed experimẽtis: & inuicem per similes dissimiléque casus obseruatione ducente, tradita ratione tuc urrit. Non medicina sanat, sed quicquid videtur sanasse, medicina est. Quo vultis animo feram, quòd ars (quantum dicitis) inuenta pro vita, si diis placet, autoritatem formámque captat, vt lógè ventura suprema prospiciat? vt adesse fata denunciet, quæ nec timentur? & maxima scientiæ pars esse cœpit, sanare non posse. Quisquámne ab homine qui adhuc loquitur, spirat, intelligit, sic recedet, quemadmodum relinquitur exanime corpus? & ibi finem vitæ putabit, vbicunque scientiæ substiterit infirmitas? Si fragilitatem mortalita-

tis, incertósque velimus æstimare casus, tantúdé periculi habet omnis æger. Inquisitissimum est desperationem vocari, quoties remedium medicina nō inuenit: & angustiæ fiue artis, siue mentis humanæ, ad inuidiam referre errorum. Nihil magis interesse omnium puto, quàm vt ipse pro homine tam longa quàm vita sit. Vnde putatis inter tos tardos funerum apparatus? Vnde quòd exequias p ctibus, ploratu, magnóque semper inquietamus vla quàm quòd facinus videtur credere tam facile vel mor Vidimus igitur frequenter ad vitam post conclamat premia redeuntes. Plerique conualuerūt negligentiā no, quosdam explicuit quicquid alios fortasis occid Hos indulgentiæ temeritas, illos adiuuit desperat audacia. Datur fortasis huic arti perspicere morbos, futura meditari, sed vnde sciet quantum inter viscera, tentésque pectoris sinus, vnicuique animæ natura cesserit? quam proprietatem spiritus, quam corpus perit? Non tam variæ mortalibus formæ, nec in vul nostris sedet tanta diuersitas, quanta latet in ipsis dis litudo vitalibus. Inenarrabile, indeprehēsibile est q nos elementorum varia compago formauit. Et pl nos plura seu rariora de terrenis seminibus cælest coierunt, ita vel duramur tacita ratione, vel soluim desperantibus credi debuerit, vos æstimabitis. qui n runt ægros posse sanari, nec in hoc probauerunt qu sit, nec in illo quem non languor occidit. Iustas meh haberet mulier causas querelarum, si noua incogni ratione vel vtrunque seruasses. Nunquam ex magno affectu incredibilia vel profutura tentasse: & in plus de incerto habet, temeritas experimenti solam bat desperationis audaciam. Quid refert cuius sit co tionis æger, quantum adhuc spei, quantum videatur bere de vita? Sacrosancti sint parentum metus. Di finant vt ex liberis vilior incipiat esse periturus. M desperauerunt. Quid istud ad patrem? Spera tu, iube tare matrem: tuis potius affectibus, tuis crede vot hoc de parricidij facilitate est, circa filiorum langu ad desperantes potius accedere. Fidem habes hom bus, quos mentiri alius affirmat, contra quos it credis vni præsertim? Pessimè hercle de tua feritate

tirem, si in quacunque filij curatione non adhiberes propinquos, non interrogares amicos, non respiceres ad matris animum, non hanc primam impatientiam, non hunc consulis timorem. De nullo filio minus debet soli sibi permittere pater, quàm qui videtur vtique moriturus. Fratres, inquit, & gemini erant, ideó que credibile est illis eundem fuisse languorem. Rogo, quis in vllo mortalium ferat ignorantiam pariter & affirmationem? quisquis nescit quod genus languoris sit, non potest scire an idem sit. Nihil, iudices, in rebus humanis voluit esse rerum natura tam simile, quod non aliqua proprietate secerneret. Quid refert an ex iisdem prima illa duorum corporum animorúmque compago seminibus oriatur? Sibi quisque firmatur, sibi quisque componitur, & duo pluréve fratres nascuntur fato singulorum. Hanc ipsam indifferentiam quam mirantur occursus, stupent ciuitatis oculi, parentũ tamen agnitio dignoscit, separat notitia nutricum, & fallentibus notis, est rursus quod faciat ipsa similitudo dissimile. In plerisque quamuis sit indiscreta facies, inuenitur tamen alius oris sonus, habitus, incessus: & vt ipsa consentiant, diuersa mens, contrarij mores, & vitæ genera tuantia. Quid quòd non eandem esse naturam geminorum probat etiam fortuna dissimilis? Hunc pressit paupertate perpetua, illum insperatis opibus excoluit. Illius per titulos & honores, huius per ignobiles obscuráque sordes totam duxit ætatem. Simile est quicquid accipiunt ex homine gemini, dissimile quicquid ex fato. Nec enim tam pariter in lucem de maternis exiluere visceribus, vt illos eadem origo signauerit. Quantum putas interfuisse temporis, dum primum vteri pondus egeritur? dum paturnper exonerata vitalia, altero rursus homine laxantur? Breue fortassis exiguúmque videatur mortalibus oculis: sed si terrena mente perspicere velis orbis huius vastitatem, scies multum esse quod inter duas transcurrat animas. Voluitur super nos hæc cæli siderúmque compago, & præcipiti per procliue decursu, totius diei noctisque breuitate emensus orientis occidentisque cursus, diuersorum siderum in primo statim ortu, rotato se rursus axe consequitur. Hoc tu paruum credis esse spatium, quod diuersis pariter rebus impletur? Quantũ inter illa transcur-

rentis horæ momenta nascitur, perit? Igitur quando vnquam peregrinati sunt vnà, militauere pariter? quid non diducti separatique fecerunt? quando illos languor, quãdo suprema iunxerunt? Et quandoque sit necesse est aliter, ex geminis quod pariter languerunt, non sic accidit quomodo fratribus, sed quomodo duobus. Non eodem fato languere geminos, quemadmodum vultis breuius probem, quàm quod nec vterque occisus est, nec vterque sanatus? Sed fingamus hoc esse verum, quod desperauerunt medici: relinque nobis pater innocentiam calamitatis, salua solatia sint de liberis, quos tibi videris non perdidisse nisi faro. Quis ex parentibus nescit hac se mortalitatis procreare lege? Sed indigni exitus supra orbitatem sunt. Ideo magis flemus illos quos bella rapuerunt, hausit incendium, naufragia merserunt. Fortius feras inter assidentium manus, inter suorum officia labentes, cum se inuicem oscula, cum se satiauere sermones, cũ data suprema mãdata sunt, & se scit pietas omnia fecisse pro vita. Igitur verum dixerim, illos mori credimus, hos perire. Non inuenio quemadmodum excusationem pater de consensu possit accipere medicorum. Hoc est quod omnem cõparationem feritatis excedit. Filium pater propter hominẽ quem non putauit posse sanari, occidit. quod tu monstri portentique genus es? Habes parricidij patientiã, non habes orbitatis. Ita demum potes ferre filij mortẽ, si facinus adieceris? Tu occidis, quia desperauere medici? Quereter meherele si reliquisses, si quid de continuatione curæ solicitudo laxasset. Nihil ergo plus facies, quàm illi qui nunc plures fortasis circũeunt ægros, quos detrahit, quos auocat alia curatio. Filios saltem cõmitte vel matri, de fortuna queratur. diis faciat inuidiã. Mulieri quæ ferre nõ potest quod videris desperasse, nunquã ex hoc ratione reddas, quòd occideris. Quis hãc, iudices, impudentiã ferat? tentat pater vt & huic rei credatis, quòd desperauerunt omnes, & quòd sperauit vnus. Nostræ quidẽ querelæ sufficit nõ cõueniisse medicis: & cũ inuẽtus sit qui cõtra sensum desperantiũ genus aliquod sanitatis afferret, fas erat, iudices, vt adhuc inueniretur alius q lætiora & vtiliora promitteret. Hoc nunc me queri putatis, & in re de qua credere nec omnibus debuisset, accesit vni. Non interest an

supersit remedium quod tentare non debeas: & vbi tantùdem periculi speres quantum desperatio habet, melior exitus est qui facit miseros innocentes. Quid inuidiâ prioribus medicis paramus? Nemo magis desperat, quâ qui se negat nosse lãguorem. Quid ais pater? Ita tecum quisquã sic audet agere de duobus filiis, tãquam de duobus ægris? Tu ex geminis alterum occidendum dabis? Non ferrem si separare expositurus auderes, si contentus esses educaturus alterutrum: non ferrem à piratis captum filiũ alterius vicaria seruitute redimẽtem. Tu de orbitate facies vices? & casum singulorum per vtrunque diffundes? Parricidiũ vocarem, si promittente medico quòd sanaret vnum, posses eligere periturũ. Penè crudelius est geminos diuidere quam perdere. En scientia cui debeat credi. negat se scire causas languoris, deinde promittit quicquid licere non deberet nec intelligẽtibus. Occidam, inquit, deinde sanabo. Memineris pater in hac conditione prius esse vt occidas. Non est tanta pietas seruare filium, quantum facinus occidere. Tu nunc hoc putas profundæ artis esse secretũ? Verbatãtùm desperationis inuoluit, & homo cautissimæ vanitatis captat illam nouissimam circumire breuitatem. Vides quanta promissum suũ experimentúmque caligine medicus inuoluerit? nunquam constabit an fuerit languore moriturus æger, qui aliter occiditur. Non noui, inquit, languoris genus. Posit hanc vocẽ mehercle non deberes committere ægros, etiam si vellet experiri potionis haustus, ciborum fomentorúmq; nouitates. Nescio, inquit: sed si permiseris alterius aperire vitalia, pectus effringere, remedium fortasis inuenia. Iam excusatus es medice matri, sperasti ne tibi crederetur. Differo paulisper quod de fratribus, quòd de geminis, quòd pater hoc facit non cõsentiente matre: publico potius mortalitatis contendo nomine, non debere genus istud curationis admitti. Actũ est velut de genere humano, si nobis pro salute ægri opus est morte hominis alterius: & penè ratio sanitatis intercidit, si consumit medicina tantundem. Ego quenquam dicentem feram, Vt inueniam valetudinis causas, date mihi aliud corpus, alia vitalia: occidam: deinde salutaria quæram, profutura meditabor? Ita non facilius est nosse languorem? Quæ hæc est impudentia crudelissimæ vi-

litatis? Aegrum placuit occidere, vt inueniretur cur non debuisset occidi. Nullum, sanctissimi iudices, natura morborum genus solis visceribus abscondit. & quicquid causas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. Inde facies, quod ad interiorem dolorem superposita consentiunt. Non inuenio cur hominem vulneribus exquiras, cur remedia quoque vitalibus per corpus immittas, & illatentes meatus per hæc quibus tegimur, medicina defendat. Cur ergo non eadem ratione languor admittat intellectum sui, qua tam tacitum prodit? Abditos profundósque morbos, aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborantis animæ iudicat. Crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis: & ipsos de quibus agitur, modò singulos, modò pariter interroga, cui potissimum parti graue tacitæ pectis pondus insederit, vnde prorumpat in gemitus conscius dolor. Medicus qui per hæc non potest inuenire languorem, non inuenit nec remedium. Quid si aliquid sanato medicina potest præstare ratione? Sufficit quòd aliquando iam facta ex vnius hominis inspectione, ad totius intellectum naturæ medicina profecit. Quid allaturus huic ægroto es, quod non tot oculorum, tot languentium experimenta deprehendent? Vis tu potius hac audacia, qua secreta languoris exquis, remedia tentare? Breuior via sanitatis humanæ, propatnoitræ salutis vtilitas est. Si viscerum nimius ardor intus circa se membra duraùit, adhibe remedia laxantia. Si intestat nimis æger humoribus, præsto sint per quæ pressis clausísq; venis in nouas vires corpus arescat. Si parum prodest abstinentia, rursus ciborum qualitate foueatur. Si spiritus receptis premitur alimentis, ad puriores meatus retunsa famésque tenuetur. Contigit tibi magna experimentorum materia medice, ægri duo, & languor idem. Non est opus vt expectes quando se per vnius hominis patientiam explicet profuturorum magna diuersitas. potes experiri pariter eadem consentanea, diuersa, pugnantia. Nulla ratio est vulnerum, sanguinis, supremorum. Quemadmodum sanari debeat alius æger, scire non possis nisi ex altero orto. Quid, quod etiam vt idem sit valetudinis genus, necesse est tamen duorum corporum diuersitate variet tui? Nunquam in alienis visceribus inuenias totum quod de altero quæ-

ris

ro quæras, & alius languor est, alius æger. Cur maximum nefas alterius filij salute defendis? Homo in quo sola quæritur caussa languoris, propter medicum occiditur. Adiice quòd nec deprehendi ex non sanato potest vllius caussa languoris. Quicquid nos in vitia morborum à naturali sanitate commutat, facit aut nimij sanguinis pondus exæstuans, aut superfluus calor, aut vltra naturalem modum humor exundans, aut spiritus per tacitos meatus non solita laxitate discurrēs. Quid horum, si vitalia ferro vulneribusque resecentur, saluum potest esse languentibus, cum compressi spiritus laborem protinus ille reserati pectoris meatus emittat, sanguis iisdem paritur deprehēdatur egrediaturque vulneribus? An fas putatis vt suam seruent viscera nudata faciem? vt nihil perdat ex priore natura illud pectoris vitæque secretum, cum admisit oculos? Plurimum in nobis etiam timore mutatur. Quantum assert solicitudo, gaudium, dolor, & aliquis subitus affectus? Quoties dum ad curationem præparatus ager, dum componitur ad sua remedia corpus, medentium manus anima destituit? Iam verò ad singulos ictus, & longissimas vulnerum moras, quantum ex toto homine conuertitur clamore, gemitu? Necesse est omneis perire quibus continetur vita, caussas vita ipsa consumitur: & cū homine qui propter intellectum languoris occiditur, ipse quoque paulatim languor emoritur. Differ saltem pater hanc crudelitatem: quicquid ex filio facis, facies ex cadauere. Si potest deprehendi languor dum occidit, facilius cum occiderit. Interrogare mehercle hoc loco libet, vtrúmne periturum pater, an medicus elegerit? Negauit sua interesse quem occideret. hoc si & alter periisset, probauerat vtrunque fuisse periturum: cum conualuit, probat vtrunque victurum. Ad sæuissimam curationem potuit ægrum facilius mehercle explicare, si esset vnici pater. Sufficit ergo comparare decernere, nū iterū ille tibi preciosior, ille melior incipiet esse victuro. Vbi est impatientia patris, qua vix dimittitur cadauer in rogos? qua corpus exanime detinetur amplexu? Dij immortales, quàm læua, quàm crudelis est illa cunctatio! dū deliberas, dū vnumquenq; detrectas, parricidiū in vtroq; cōsumis. Duorū vtilitate fit, vt ex frātribus possit alteruter occi-

cidi. Nunquam, iudices, res tam horribilis inauditæ ferocitatis admissa est. Filiũ pater propter eum occidit, quem etiam ipsum poterat occidere. Transfert, iudices, reus in medicum electionis inuidiam. Ille, inquit, æstimauit, hic decreuit. Ergo manifestum est non parem fuisse languorem. Ex duobus ægris plus habuit spei, propter quem duobus alter occidi. Recede paulisper mulier infelix, filij nobis referenda curatio est. Felices ægri, qui lãguore mortiuntur, qui supremos anhelitus inter suorum amplexus iuter suorum alloquia posuerunt. Vt erat iuuenis primo ipso comparationis incerto, mox electione cruciatus, adacta est à perituro prima mater, & modò sedula ministeria seruorum, repentè mutata sunt in mortis officia. Detrahuntur trementibus velamenta membris, & vt grassaturas manus totum corpus admitteret, nudatur mitibus ac defienda macies. Toto deinde tenditur toro, & adamantinam rigidámque patientiam per omnia lectuli spatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quod dextra statim totum vulnus imprimeret, sed quod leuiter paulatimque descendens, animam in confinio mortis & vitæ librato dolore suspenderet. Hæc exhortatio, hoc perituri iuuenis alloquium. Fortiter dura, patienter omitte, sanabitur frater. Non est quòd examineris in dolore deficias. Caue viscera exclamatione ne lasses anhelitu gemitúque concutias, ne remedium pereat tuum. Passus est miser discurrentem per omnia referati pectus improbum vagæ artis errorem. Contentum fuisse medicum toto homine discentem primo putatis aspectu? Ipsa sæpe vitalia, pertractata, diducta sunt: fecerunt mala plura quam ferrum. Stat iuxta medicum pater apertis visceribus inhians, stillantem animæ sedem cruentis manibus agitantem ne settinet hortatur, iubet altius diligentiúsque scrutari: interrogat, dubitat, contendit, affirmat, & accipit de filij morte rationem. At mulier infelix cinis adoluta foribus, cruentúmque secretum toto corpore effringens, velut super busta tumulósque clamabat. Audi miserrime iuuenis, siquis adhuc tibi superest sensus, audi. non permisit hoc mater, crede orbitati meæ, crede lacrymis, nec frater hac vellet ratione sanari. Inter hæc ciebatur miser haustibus, detinebatur alloquiis, cõprimebatur

batur residuus cruor, cludebãtur aperta vitalia. Nemo vnquam tam noua pertulit commenta sæuitiæ: tanquam sanaretur, occisus est. Ite nunc & quærite an potuerit medico sanante viuere, qui tandiu vixit dum occiditur. Vos tũc putatis illius tãtum languoris medicum quæsisse causas? quæsiuit quicquid nesciebat: & vsus occasione rarissima, in omnem voluit proficere nouitatem. Dij immortales, quantum infelix iuuenis animæ, quantũ sanguinis, quantum habuit ex vita, qui pertulit ordinem longissimæ curationis? Vix ægrè misero licuit mori, vix à cruciatibus suis anima dimissa est. Inuentum putatis esse languorem? Inuentum est illum potuisse sanari. Agedum cõmento tuo senex superbus exulta, habes quod liberis, quod parentibus, quod imputare seculo possis, fecisti medicum parricidã meliorem. Libet mehercle intueri par illud, Aegrum videres hominem, qualem non salutares medentium manus, non ars inuenta pro vita, sed diri ferarum rabidíque morsus, & auiũ fames satiata destituit, hinc aliũ in nouas vires recensque robur reddito vigore surgentẽ. Vultis scire, iudices, vnde venerit tanta diuersitas? Illũ pater curauit, tunc mater. Quãtum, inquit, misera pertuli laborem, dum tã magnam foueo tristitiã? Non fuit mihi rixa cum morbis, nec cum repugnantis valetudinis rigore contentio. Totus in lacrymas mœroremque resolutus oderat lucem, respuebat cibos, fastidiebat haustus, & vitam parricidij pudore fugiebat. In omni proclamatione gemitúque, frater: ille diebus ac noctibus cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus tu ægris impotentissima medicamenta mentita es? Non fuit, non fuit solo languore perituros, quem non potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur, inquit, miserrima fœminarum, sequissime senex ex hac recordatione tristissimę orbitatis ad hos vultus, faciémq; conuerteris? Sine dubio filius est, & post grauissimas denunciationes redditus vitæ. Sed ignoscat natura, pietas, non est solatiũ matri vnus ex geminis. Felicior ille dolor est, qui trãsigi saltem cum oculis potest, renouatur, accenditur, & in his vultibus illum quotidie putat videre pereũtem. Sed & ipse gaudio redditæ vitæ lætitiáque non fruitur, nec se credere potest charitate prælatum, quem medicus elegit. Sentit infelix cuius orbitatis vnicus sit,

quibus lacrymis perfundantur oscula, quàm magnis fundísque suspiriis concutiantur amplexus. Miserandia sanitatis ingratæ, precium sibi videtur fratricisi. Conuertitur hoc loco, iudices, mulier infelix, & ad quandam præsentiam amissi iuuenis, Siue, inquit, dem securitate mortis explicitus, in aliquo sedis arcem pudore requiescis, siue exclusus ac vagus, & inter fata sa supplicia metuendus adhuc laceratione, per stupe horrentéque manes vmbra discurris, audi miserrimatris iniquissimam complorationem. Non quidem li mihi in illud cubiculum conditorium tuæ mortis im pere, nec super charissima membra prostratæ meis vi ra tua tegere viscera: quod solum tamen potui, co quod medicus, quod reliquerat pater, hoc sinu misere legi, ac vacuum pectus frigidis abiectis q; viscera sus impleui, sparsos artus amplexibus iunxi, membra ducta composui, & de tristi terribilique facie tãdem cadauer imitata sum. Hoc est tamen quod de tristissi orbitate præcipuè ferre non possum: propter fratrem deris occisus, nec tamen vnquam constare poterit sanaueris fratrem.


GLADIATOR,

DECLAM. IX.

ARGVMENTVM.

Abdicare & recusare licebat. Pauperis & diuitis inimicorum iuuenes amici erant. Filius diuitis cum in piratas incidisset, Patri de redemptione. Filio morante profectus pauperis filius cum apud piratas non inuenisset, quia lanistæ vænierat, peruenit ciuitatem in qua munus parabatur, sub tempus ipsum quo pugnarus erat diuitis filius. Pactus est cum muneratio pauper adolesc vt vicarius operis redimeret amicum, pertitque vt si egeret pauper ter, alimenta ei præstaret. Ipse in pugna occisus est. Diuitis filius uersus egentem inuenit pauperem, palàm cœpit alere. abdicatur.

Pro filio contra patrem.



EMINEM vnquam, iudices, intra tam breue ætatis suæ spatium plura terra mari que perpessum, quàm quæ proxima peregrinatione vel tuli, vel timui, vel vidi, facilis, vt opinor, fides est, cum ex omnibus

quos

quos nouimus mortalibus vnus nominari me miserior possit, quem infelicem ego feci. Tamen in hac quoque omnia excogitantis in me fortunæ violentia, confiteor nunquam hunc me concepisse animo metum, ne post redemptum per alienas manus filium, displiceret patri meo misericordia. Illas verebar magis iam non tacitas vulgi opiniones, quibus crudelitatis atque saeuitiæ reus peragor apud plerosque sanctos & graues homines. Nondum excusare potui quòd redemptus sum. Obiicitur mihi orbatus senex, & ille qui modò saluo filio etiam contra diuitem steterat, amissis in vno iuuene omnibus bonis inimicæ domus supplex. Licet enim totas aduocemus in odia fortunæ vires, & egentem vnum senem vniuersa grauitate mole accumulemus, confitendum est tamen, plus amici nocumus quam inimici. Quin ipsa prorogatæ quotidiana stipe infelicis animæ videtur quodámodo maligna clementia. Quod enim beneficium est efficere vt viuat orbus? Vnum tamen vel grauius crimen infelix hæc abdicationis meæ fortuna defendit, quòd vix ad sustinendum spiritum sufficientes, cibos, prosus tantum mortis impedimenta, auara manu dederim. Puto iam ignoscetis omnes, si plus præstare non potui inuito patre. Quanquam, iudices, obortitur animo meo nonnunquam, & illa suspicio, quòd patrem non alimenta vni seni parcè viuere assueto, nec liberaliter data, nec diu danda, in offensam meam compulerint. Quantum est enim facultatibus diuitis, quod sub patre iam tenaci filio familiæ superest? Ac si foret maius fortè momentum, quis tamen parens tam durus est, vt propter aliquam impensam carere filio velit, quòd ipse celatus sit, quòd nō suæ misericordiæ pauperem commiserim, non rogauerim præsertim qui quicquid vnquam petijt à patre, exorauit? Sed neque hæc vltimo fulmine caligari meruit in differendis precibus verecunda cunctatio. Quidum tempus opportunum, faciles aditus hilariorem animum capto, interim volui superesse cui ignoscerem. Neque inficior tamen fuisse me lentiorem quam oportuit: tametsi hoc præcipuè habere videor patris simile. Sed si vlla emendatio pœnitentia est, hic in publico vobis adhibitis rogabo. Non ego æs alienum luxuria cōtraxi, nec profusus in vitia fortuna nostra malè vsus sum. Redemptionis meæ præcium debeo.

Si ita

Si impetro, intelligam verum esse quod quidam opinantur, ambitiosum patrem publicare voluisse domus suæ miseri cordiam, ne viderentur pauperes tantum vitam inimicis suis dedisse. Si perseuerat vt porrectos agenti cibos mea fame rependat, & expulsum omnibus bonis filium similem faciat inimico, vereor ne iniquis æstimatoribus inexpiabilis illius & sæpe reprehensi odij culpa videatur penes patrem, qui tam facilè irascitur. Verum enim sic placeat, fortunæ magis moribus dissidere, quàm suis. nam & paupertatis est proprium, quando alia deficiunt: exercere libertatem: & dum contemptus fama vitatur, potentiores vel ambitiosè offendere: & nacta bonam conscientiam magna fortuna, indignius imparem aduersarium patitur. Ergo conseruit, vt solet, casus duratura longius à paruis initiis odia, dum contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas grauius. Neque vlla fuit æmulatio (quæ enim esse inter impares potest?) sed fato quodam similis ex diuersis causis, contẽtio. Hic irascendo pertinax erat ille incendendo contumax. Quanquam nisi vltimam exprimere confessionem victi vtique placuisset, multa iamprídem signa dederant veniæ, finemque pugnæ petentis. Nam quòd pertinuisse credimus, quòd pauper adolescens relictis omnibus solum me quem coleret, quem amaret, elegerat? Sine dubio à primis ætatis annis iunxerat nos potentissimus amor ille puerilis, dum aut nulla erant inter parentes odia, aut à nobis non intelligebantur. Post diductas tamẽ domos perseuerauit, immo impensius laborauit. Et si quid mihi in eo satis perspectum est, nihil horum fecit inuito patre. Quantum intelligere potui, pauper sine dubio pudore cedendi, ne damnasse causam suam videretur, simul quòd nulla ipsi dabatur gratiæ via, stare visus in suscepto circuitu, tamen quosdam molliores tentauit aditus, & dissirma tandem pax impetraretur, filium nobis obsidem dedit. Ac ne meus quidem offendi visus est pater, certè nunquam reprehendit, nunquam prohibuit. nec clàm feci, nec contumacem aduersus patris imperia vnquam fuisse me vel ipse rerum declarat ordo. Nam quamuis infestum latronibus mare iussus intraui. Neque dissimulauerim magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret, quod ipse facere nõ potuerat: ego etsi nesciebam, non interro-

gaui;

gauit: satis plena ratio fuit patrem velle. Felix nauigantium conditio qui procellas modò, & sæuos tempestatis incursus, & albentes fluctibus scopulos, aliaque pericula tantũ maris pertulerunt: ego miser naufragis inuideo, captus barbaris manibus: nec tã nexu catenarum vinctus, quàm pondere, inundatam carcerem tuli, & vincula macie laxaui. Quis non ignosceret omnibus qui post hoc exemplum nauigare timuissent? Ergo qua vna spe misera trahebatur anima, literas de redemptione scripsi patri (testor deos) soli. Quid enim sentire viderer de parentis affectu, si hoc incolumi redemptionem ab alio petiuissem? Nam quod vnum mihi secundum patrem fortuna videbatur parasse præsidium, hoc sperare in illa sorte non poteram. Quid attinebat amico scribere, quem sciebam non habere vnde redimeret? Nunquámne mihi dabitur liberum tempus cõquerendi apud patrem de amicis suis, qui proficisci volentem retinere tentarunt? qui piæ festinationi attulerunt moras? Profectus esset tamen vel inuitis omnibus (quis enim non hoc præstaret filio pater?) nisi quòd interim amicus antecessit. Illum non pericula maris, non infesti latronibus sinus, nõ vicinum meæ fortunæ documentum prohibuit. Minus hæc miror de amico: illud est quod patri nullis beneficiis possit, proficiscentem non retinuit pater: immo si quid in subsidia vitæ sepositum habuerat parca frugalitas, id omne in impensas itineris contraxit, & contulit. Infelicissime senex, sic egere cœpisti. Dicam nunc ego per quos iuuenis præstãtissimus nauigauerit fluctus, quos accesserit scopulos, quantos lustrauerit sinus? Faciliora ista putant qui nunquam nauigauerunt. In omnia præceps, sine respectu sui, quem iam tum apparebat vitæ nõ parcere, adiit, explorauit, & tamen ille quoque qui tanto opere festinabat, serò peruenit. Audite, iudices, nouam ca etiam querelam. iam miser apud piratas non eram. Alebat deuotum corpus grauior omni fame sagina, & inter debitas noxæ mancipia contemptissimus tyro gladiator, vt nõ vltimè perderem calamitatis meæ innocentiam, discebam quotidie scelus. Hæc tamẽ omnia sustinui, tuli adeò difficile est etiam sua causa mori. Et iam dies aderat, iamque ad spectaculum supplicij nostri populus conuenerat, iam ostentata per arenam perituroru corpora mortis

suæ

ſuæ pompam duxerant. ſedebat ſanguine noſtro fauorabilis dominus, cùm me, cuius, vt interfecto mari, non fortunam quiſquam noſſe, non natales, non patrem poterat, vna tamen res faceret apud quoſdam miſerabilem, quòd videbar iniquè comparatus. Certa enim arenæ deſtinabar victima, nemo munerario vilius ſteterat. Fremebant vbique omnia apparatu mortis. hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas: hinc virgæ, inde flagella afferebantur. omnes piratas putares. Sonabant clangore feralitubæ, illatisque libitinæ toris ducebatur funus ante monē. Vbique vulnera, gemitus, cruor totum in oculis periculū. Si quid eſt in me abdicatione dignum, iudices, vnum crimen agnoſco, quòd in hæc amicum meum miſi. Eſt quidē felicibus difficilis miſerarum vera æſtimatio, figuratenmen poteſtis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Nanque & natura redit in extremis triſtis præteritæ voluptatis recordatio & mihi cum generis conſcientia, cum fortunæ conſcius aliquando fulgor, cum liberales artes, cùm omnia quondam honeſtiora munerario meo idem familia, amici, cæteraque nunquam videda in victoria mortis expectatione ſuccurrerēt tenenti ſeruilia arma, & igne miniosa morte perituro. tum (ſi vlla miſeris eſt fides) horum omnium ignari agerent propinqui, nihil ſcius de fortuna mea ſuſpicantes, quàm quod ſcripſeram illud tamen grauiſsimum, quòd patrem qui tandiu non veniret, captum putabam. Ergo tota cogitatione intentus in mortem, expectabam cruentum illum confectorē. Quis enim dubitet quid futurum fuerit ſi ego pugnaſſem: Ille quoque occiſus eſt, qui inter nos, vt apparet, fortior fuit. His cogitationibus attonito, & in mortem iam penè demerſo, repinata ſubitò amici mei ſpecies effulſit. Obſtupui, totumque corpus percurrit frigidus pauor, neque aliter quàm vna obiiceretur oculis imago, mente captus ſteti. Vbi primùm lux rediit, laxatumque eſt iter voci, Quid rei in quo caſu peruenisti huc miſer? Nunquid & te vendidere piratæ? At ille cōplexus ceruices meas, effuſis in pectus meum lacrymis, ſolutus, intercepto propè iam ſpiritu, ſerò, iam trepidante me, primam vocem & diu ſolam edidit. Satis vixi. Vt verò cauſſas itineris reddidit. & veniſſe ſe redimendum indicauit, & vnde inquam tibi pecunia

tedisti in gratiam, & te pater meus mihi? Audite gentes, audite populi, non solita iudicium nostrum corona circũsteret: sed si patitur natura rerum, totus ad cognitionem talis exempli orbis circunfluat. Tacete priora secula, in quibus tamen à primordio generis humani pauciſsima amicitiæ paria admirabiliora fecerat longa temporibus nostris fides intercepta: quicquid historiæ tradiderunt, carmina finxerunt, fabulæ adiecerunt, sub hac comparatione taceant. Quis crederet (si dubitari posset) inter duos amicos, quorum alterum immunem malorum omnium fortuna fecerat, alterum piratis ac laniſtæ tradiderat, meliorem conditionem fuiſſe captiui? Si diues eſſem, inquit, pecuniam pro te attuliſſem. quod vnum pauperibus præſidium eſt manus habeo, has piratis daturus fui, has pro te in pugnam vicarias dabo. Ignoſce pater, quòd nimia contentione affectus, penè tibi orbitatis vulnus impreſſerim. Teſtor deos non per me ſtetiſſe quòd viuo. Neque enim ita me effecerat ludus, aut in tantum durauerat animum cædis longa meditatio, vt eum amicum vellem occidi, qui pro me mori poterat. Vindicabam mihi fortunam meam, & adhuc neceſsitatis gladiator depugnare etiã volebam, neque vllis precibus poteram euinci, quanquam ſe non ſuperfuturum alioqui minabatur, idque vnum affirmabat intereſſe, vtrum vicarium mallem habere mortis, an comitem. Non vici. Quid igitur actum ſit quæritis? Duxit me ad munerarium, iudices. Quas ego illius preces, quã pertinaces lacrymas, quàm miſerabilem obteſtationem vidi! Nemo vnquam ſic rogauit miſsionem. Transferuntur in illum detracta corpori meo arma, & malè aptatis inſignibus feſtinatum par producitur. Quid me admonetis ſupremarum amici mei precum, quibus hæc alimenta carò empta, inopi dratris ſenectuti petita? adiutorium hoc ac cauſſam putatis? Me pudet quòd rogatus ſum. Per hanc, inquit mihi lucem vltimam, per notiſsimam amoris noſtri fidem non ſinas mendicare parentem meum. Suſtineas, adiuues, præſtes affectum, ſi mereor: tu ſis illi vicarius meus. Nec plura dicendi tempus fuit: iamque ſuprema per galeam deferam oſcula, digreſsisque in diuerſum miniſtris permiſſus Mars erat. O quàm ſolicitus ſpectaui! quàm attonita mente! quàm ſimili corporis motu! Quoties ad infeſtum

mucro

mucronem, quasi ipse peterer, me summisi? Quoties ad eu
natus erectus sum! O misera cogitatio, ò crudelis natura
metus, meritò tu amice pugnare maluisti. Facinus indi-
gnũ illũ animum, illum ardorẽ non cõtigisse castris, non
bellicis certaminibus, vbi vera virtus, nulla pugnandi le-
ge præmium scribitur. Qua vi prælium inuaserat, ita tu
etiamnum tanquam aduersario meo, ad omnes impetu
excipiebatur calidè veterani gladiatoris astu, omnes cou
tus contra se erant. Nec difficilem tamen sub illo præse
tim autoramento habuisset missionem, sed noluit gladia-
tor viuere. Igitur iam nudum corpus vulneribus offerens,
vt totam propè mercedem semel solueret, stans perit. Cu
licuit in patria, in domo, inter propinquos, securo conse
nescere æuo, tranquillam sine reprehensione agere vitam
iacet confectus vulneribus, & primo iuuentæ flore fraud
tus, periit miser fato meo. At ego qui debebar illi fortuna
quẽ mors sibi destinauerat, emissus ludo nocentior, quàm
venditus: etiam viaticò illius infelicis reuertor. Placeamu
licet nobis fortuna nostra pater, pauperi soluendo non fu
mus. Si qua est fides, iudices, pudet me cõtrà indicare mea
beneficia, nec videor vobis rationem posse reddere, quod
mihi tam parum obiiciatur. Redemptoris mei patriæ pre
cium meum orbo, egenti, quid præstiti? Quod picatu ca
pto, quod lanista gladiatori, exiguam stipem, & cibos lem
per petendos. Quantulum enim dari poterat, quod non
sentiret dominus tam curiosus? De hac re consedistis, hoc
concitauit istam indicij scenam panis datus mendico: &
latata hac impotentiæ nostræ opinione, videbamur ami
cos ferro occidere, inimicos fame. Computemus totam
istam meæ luxuriæ impensam, audite summam, & mira
ni si hos sumptus ne diuitiæ quidem sustinent. Tanti con
stat patri captiuitas mea, cùm tã carè redẽptus sim. Quo
tandem patereris animo, si delicatus adolescẽs, præsertim
splendidis opibus, vel ex ætate mores, vel ex fortuna trã
xissem, & tempestiua conuiuia, & peruigiles ludos aduoca
ta sodalium turba, solutus atque affluens agerem, tantum
que impenderẽ quantum non posset te ignorante consu
mi, quæ tamen ipsa boni patres libenter annis remiserunt
cùm abdicatione dignum putes, & vltimo patriæ potesta
tis fulmine coërcendum, quod mendico seni porrexerim,

vi pa

vt parcissimè dicam, quod illi filius missit? Non redempta meretrix, non egestum conuiuiis fœnus, non lenonum parasitorumque cara adulatio in crimen venit: cibaria senis nempe vnius ætate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas concutit? hoc fundatam paternis auitisque opibus domum exhaurit? Si tam auarus es, computa, adhuc de alieno vixi. At hæc fortasse quę circunstat iudicium corona, & omnis ignara caussæ turba, magnum nescio quod & portento simile crimen expectat. Abdicas me pater tam citò? Modò tibi ex illa funesta peregrinatione insperatus reuertor, vnde vt venirem, vix optare potuisti. Nulla adhuc pro reditu meo soluta sunt vota, non percussæ diis immortalibus hostiæ, redemptori certè gratiam non retulimus. At ego expectabam vt desiderio incensus affectus vix posset expleri, vt post insaustam profectionem velut obiurgatus tanto periculo, nunquam me posthac saltem peregre dimitteres. Vix salutatis laribus expellor, & apud plerosq; dubitari potest an admissus sim. An hoc agis, ne quid tibi præstitisse videatur qui me redemit? Sæuus enim credo & impius, & (quod maximum omnium vitiorum signũ est) ingratus beneficia patris non æstimo. Fortasse cui vitam debeam nescio, nulla est apud animũ meum memoria meritorum. Miserum me, quòd nõ possum tantum soluere, quantum accepi. Quanquam caussas abdicationis pater altius repetit, & vltra peregrinationẽ meam inquirit, idque ratione duplici. Primùm, vt reum quem premere atrocitas criminum non potest, turba cõfundat: deinde vt grauius videatur iudicium patris, cum is damnet qui soleat ignoscere. Cur, inquit, cùm ego inimicum haberem pauperem, tu amicum filium eius habuisti? Volo iudices, omissa omni contentione scilicet sic agere, Peccaui, veniã peto: & errare hominis est, & ignoscere patris. Duxit me similis ætas, cuicerũt officia, cœpit fides, amantem odisse nõ potui. Nihilominus satis abundeque pœnarum est: & si pietatem tuam bene noui, plusquam velles, datum est. Quantumlibet peccauerim, quid amplius iratissimus dominus exigeret: Ludo tibi satisfeci. Nullúmne cladibus meis finem dari placet? Parum est quòd insanos pertuli fluctus, & sęuis tempestatibus commissus, arbitrio ventorum pependi. Parum est quòd in ne

farias latronum manus præda perueni, & (quæ vltima
lorum etiam seruorum conditio est) sine exceptione
nalis? Inde me si voluisset, emere potuit inimicus. Pa
est quòd me diu piratæ in carcere retentum, quia redē
ptorem illis diuitem promiseram patrem, in ludum vi
derunt tanquam decepti? Quòd quotidianæ pugnæ
ditatione tædiu mori didici? Quòd compositus, arma
inductus perieram, si melior amicus fuissem, nisi me
velut in portu adoptata tempestas, paternis laribus er
rem, & necessarij quoq; victus inopem, circùm ad alie
mitteret domos? Pudet enumerare calamitatum mea
gradus, piratam, lanistam, patrē. Atqui pars ista ac imi
iudices, mei non defendi meruit, sed laudari. Neque e
reperio quidin rebus humanis excogitarit natura pre
tius amicitia, quid concordia contra fortunam mali
xilium? Nam primum præter cætera animalia indu
stris pectoribus quādam societatem, quæ mutuo gau
congressu, contrahere populos, cōdere vrbes edoc
cùm mentibus nostris varios imposuerit motus, n
profectò meliorem benevolentia tribuit affectum
quum foret humano genere felicius, si omnes esse p
amici? Non bella, seditiones, latrocinia, lites, cæte
mala quæ hominibus ex seipsis nata sunt, fortuna
fissent. Id quia nimium deo visum est, at certè hone
uenire mentibus, fidem colere, amoris gratiam re
omnibus temporibus, omnibus gentibus præcipu
quodammodo sacrū fuit (neq; enim nisi optimis mē
cōtingit, vt aut sic amare sciant, aut sic ama i mereā
hoc ego crimen expauescam? Scires quātopere glo
pater, si cum amico ego meo redissem. Nisi forte sin
dine flagitiorum ductus, turpi me cōiūxeram iuueni
vita sine dubio nomen amicitiæ non accipit: tame
paria ducente natura, vitia amborum conuenerūt. Ob
mihi amicū, & habes maledicēdi materiā. Gladiator
quare amicus illius fuisti? Ita, opinor, pœniret. Effer
gius dolor, & nimia concitatus ira, quò progrediare
respicis. Nō sentit pater hoc te mihi obiicere, quod
Quisquā de illa amicitia queri potest præter pauper
ego inimicū habebam illius patrē. Decuerat quidē, si
rates, quas maximè omnium mortales esse voluere
rei,

ges, in his desinere, in quibus nascerentur. Nam sic quoq; immodicas serit discordiarum fortuna causas, etiã si non hæreditaria subeamus odia, ac diutius inimicitię maneãt, quàm inimici. Tamen si quid aduersus te ipse cõmisit adolescẽs, sit hostis & meus. Si innoxius, & omni vacãs culpa, charitatem mereri cupit, si nullius me amici filius validius amat, qui tandẽ vis pater respuam, & iratas obiiciam manus? Tu quoque nõ odisses pauperem si te amaret. Inserit se, & beneficiis certat. Noras adolescentem omnia vltro præstantem, & sic me amabat, quamuis tu esses inimicus patri. Adiice, si tanta in adolescente indoles fuit, quãtam nulla vnquam coegnouere secula: si fides antiquissima, & cum deorum cœtu permixtis inaudita temporibus: si me semper habuit chariorem spiritu suo, etiámne despiciẽda mihi rarissimi boni occasio fuit? At ego perpetuam quandam mihi gloriam reor, quòd ille cælestis animus me potissimùm quem amaret elegerit, quódque ego sim probatus tanto iudice. Me quoque igitur feret fama per gẽtes, & amici laudibus illustrior viuam. Credet aliquis idẽ me pro illo fuisse factutum. Cur cùm inimici nos essemus, vos amici fuistis? Aliud hoc loco crimẽ agnosco. Peccauimus enim fateor, peccauimus, quòd cùm amici essemus, vos inimici fuistis. Hæc, iudices, diutius exequerer, nisi absoluta essent ipso iudice patre. Longum iam istius criminis tempus est, nunquam obiecit, nunquã excanduit. Et quid hoc inter nos pater conuenit, nisi longiores repetis offẽsas? Apud malignos videaris me iratus non redemisse. Sed si quid antè commisissem odio tuo dignum, potuisti me redemptum non recipere. Manifestum est ergo te patiente, id est te volente amicum mihi fuisse iuuenem. Et sanè non solus in hac fuisti sententia; idẽ filio permisit & pauper. At qui si pars hæc causæ, quę confessione longi silẽrij absoluta, hodie in accessionem criminis alterius deducitur, potest apud vos impetrare venia, facilior certè sequẽtium ratio est. Ille enim sanè fuerit inimici filius, hic iã est amici pater. Nec ignoro, iudices, quàm male ista defensio de humano genere mereatur, si adeò nihil est per se miseticordia, vt nisi vlterior aliqua necessitas pudori vim fecerit, pro summo crimine damnanda sit minus necessaria humanitas. Ergo si alienum & ignotum, tamen (quæ pu-

blica omnium mortalium, quippe sub vno parente naturæ, cognatio est) hominem cibo fortè iuuissem, pœnas dignum videretur seruasse perituram animam, & ignouisse rebus humanis, & respectu communis omniũ sortis: velut adorato numini stipem posuisse Fortunæ? Si hoc crimen est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis latrociniisque prudentius. Ferantur sanè profutura humano generi duo exempla, intra tam breue tempus propter misericordiam alter abdicatus, alter occisus. Quod crimen fatendum sit, non animum mihi ipse finxi, aut mea potestate regitur affectus, in arbitrio formantis mores omnis naturæ compositus cum crimine meo natus sum. Nam siue cælestis prouidẽtia, siue irrationabilis casus, siue assignata siderum cursu nascentibus nobis necessitas, multa varietate pectora nostra distinxit, nec minus numerosa animorũ quàm corporum dedit formas. Sunt quorũ mẽtes etiam nocentium supplicia confundant, qui ad omnis sanguinem pallescant, ignotorum quoq; miseriis illacryment. Sunt contrà qui ne suorum quidem miserean mihi mite pectus, & mollis affectus ad omnem calamitatum conspectum tremit. Nolì me æstimare mea forma pater, nõ habeo gladiatoris animum. Vtinam quidẽ nulla causa permitteret sic gloriari, Iuuenis conceptus splẽdis parentibus, cum solum tam speciosæ fortunæ cretẽ fructum posse prodesse, & contra varios mortalium casus quasi portum benignitatis aperire, concupiui quandam humanitatis ciuicam gloriam, periturum hominem, siue ille naufragio eiectus, siue spoliatus incendio, siue erum latrocinio erat, naturæ patriæq; restitui. Paria tecũ facere respublica, quæ propter me vnum ciuem perdideras. Hæc me magis decet impensa, quàm vestis, quàm argentum, quàm vbi laus emitur. Vbi enim pecunia melius poni potest quã vbi fœnus bonitatis extenditur? Magna conscientia est, felicitatẽ meruisse. Ignotus sanè sit & alienus quisquis fuerit antè, non quæro, post hæc erit amicus. Et hercle quò quisque plus potest, quó que latius patet ad fortunæ incursus, hoc magis cogitare debet atque respicere, quàm in nos fortunæ regnum sit, quàm instabili sede humana consistant. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graues crustæ fecerint immemorem fragilitatis. Multa sæpe & locupletibus accidunt

sæpe in

sæpe in imum summa decidunt. Ego vidi pauperem auxilia diuiti ferentē. Sed sanè superbius æstimet miserias longa felicitas, & alienum casum facilè despiciat securus sui. Ego quoties auxilia calamitatis petere aliquem video, nō possum nō moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuò tempus illud, quo ipse clementiam optabam. Ignosce pater, si penitus animo meo hic insedit affectus: amare misericordiam miser cœpi. Sed inimicus, inquit, meus est. Nam quis nos tantopere laudaret pater, si hoc amico præstaremus? Hæc est celebranda virtus, hæc animi suspiciēda moderatio, vincere iram, & inter simultates quoq; meminisse hominis. Vt Fabio Maximo immortalem attulit laudem ereptus ex hostium manibus inimicus: vt Tiberiū Gracchum admirata ciuitas est, Scipione in carcerē duci prohibito: ita quoque similis animi magnitudo memoriæ dabit. Tuis enim opib⁹ viuit inimicus. Quicquid est istud quod senex inops ex nostra domo accipit, si nō irascaris, tu præstitisti, tibi hoc pulchrum atque magnificum est. Nā ego si quid in patre seruatoris mei confero, non sum laudandus. Neque expectaueris hoc loco pater, vt illa dicam, Semper odiorum honestus occasus est: & dum simultates nihil aliud habent quàm nocendi cupiditatē, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctæq; ex hostili penè concursu in affinitatē manus. Vnde tantū misero boni, vt inimicus sit? Aspice solum, egentē, senem, omnibus præsidiis destitutum: nónne contumeliam fortunæ tuæ facis, si hunc odisti, & adhuc tua putas interesse ne viuat? Nulla tibi cōtingere maior vltio potest, quàm si talis est, vt illius etiam nos misereamur. Magna mehercle iam de vetere æmulo pœna superest, panem eripere mendico, & grauissimæ per se fortunæ manu pōdus imponere. Age si petisset, cadauer calcasses? Feræ mehercle generosiores, iacentes trāseunt: & reseruati hostes, restitutæq; vrbes maiora causæ exempla sunt: quod scio, victis etiā gladiatores parcunt. Post orbitatem, post egestatē, quid amplius potest pati, nisi quod optat? Vltérne tibi aliqua vltio quærēda est, aut aliquid rerum natura peius capit? Quis nouit omniū mortalium inhumanissimum putet si hoc aduersus inimicum tuum saltem optasti? Si me hercle inexpiabiles odiorum causæ, & cōpositis quoq; fabulis

vlteriores inimicitiæ fuissent, ausim dicere, si propter
liberos perdidisses, accipienda tamen erat à fortuna tal
satisfactio: certè ad vitandam insolentiæ opinionem, qu
ferè immeritam quoque potentiam carpit, ne vagaretu
per vrbem inuidiosus mendicus, & calamitatis autorit
sas vulgus regereret odiorũ. Nescio quomodo omnis p
laborante fauor est, nec vlla perpetuam gratiam seruat
si modesta victoria. Nostra potissimùm clementia sub
neatur, ne illius alij misereantur. Facilis, vt animaduer
re vos spero, iudices, defensionis meæ cursus est. Antr
incipiam habere causam nimium bonam, hiciam co
scientia trepidat, & ratio velut inter binos deprehensa l
pulos, cum aliud obiiciatur, aliud defendendum sit, ha
in dubio: cum beneficiis meis computare non audeo. C
gnouistis expositionem causæ, quanta quámq; excede
tia fidem adolescentis optimi merita narrauerim. hæc
hi omnia sine dubio ille præstitit. Sed quid interest? de
tor delicatus sum. Quid in hac parte defensionis ag
iudices? Dicam, referre gratiam beneficiis volui? fra
tandem aliquis mendicare amici patrem æquo animo n
surus fuit? At ille me redemit, cui nihil retuli. Dican
ueri me supremis amici mei precibus? Egregia ven
paratio. At ille mihi præstitit, quod non rogaui. Vtin
vertam? Tanquam honestum defendam factum, aut
quam necessarium? Alterum absolui facilius potest, in
rum laudari rectissimum opinor. Veritatis interest. Ad
pater, alimenta ista quæ donata egenti putas, quam
constent. Si accepto captiuitatis meæ nuncio, nullis p
cibus adductus, nullis epistolis vocatus adolescens ad
berandũ me vinculis piratarum profectus esset, quit
men meritis pensarem, cùm id mihi præstitisset, quòd e
tantũ à patre speraui? Intrare maria præsertim tam tec
documento timenda, & latrones vltro quærere, & cùp
ter vicarias manus nihil esset, nauigare voto captiua
quis posset alius quàm qui paratus esset pro amico mo
Magnũ hoc per se, ac seculo nostro vix credibile iudi
Illud verò omni prædicatione maius, ad redimendum
profectus est, cum mendicaturum patrem suum sciret. I
qui sperare poterat futurum, vt sine periculo suo redim
retur nihilominus amicus, cùm haberem dubitem patr
Sed noluit ipsum itineris apparatum, & ne qua per

demptionis hora, præceps cucurrit. Prò fidem deûm hominúmque, quemadmodum ad redemptionem amici festinat etiam cuius pater lentus est? Terentium, quem inter cæteros captiuos secundo punico bello Scipio Africanus vinculis exoluerat, memoriæ tradidere maiores, insigne receptæ libertatis pileo testante in triúpho ducis esse conspectum. Et ille quidem maioris momenti accessione publicam senserat felicitatem, priuatim tamen debere se putauit victoriæ beneficium. Quid me facere conuenit, qui per maria latrociniis infesta solus petitus sum? qui lucem, libertatem, deniq; quicquid patri debeo, nõ ignarus, vt primo natalis horæ tempore, sed videns sentiénsq; acceperim? nec solũ donatus his bonis, sed summis periculis liberatus sum? Nónne me ex amici fide natũ, & tenacioribus beneficiorum vinculis fatear esse constrictum? Misertime amice fidelissime, ingratum me moriendo feciũ. Et quantulum est quod adhuc loquor de meâ infelicitate, de piratis? Leuis est ista fortuna, hęc etiam nunc recepit moram. Solent expectare latrones redemptorem. In ludo fui: qua pœna nullam vlteriorem scelera nouerunt, cuius ad comparationem ergastulum leue est. Hoc si scisses pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te antecessisset. Illa certum habeo expectas vt dicam. morabar inter sacrilegos, incendiarios, &, quæ gladiatoribus vna laus est, homicidas inclusos turpiore custodia, & sordido cellarũ situ. Iamq; in eam veneram fortunam, vt me victũ recipere non posses, victorem nolles. Aderat hora supplicij mei, qua nusquã morandum; iam præbendus erat iugulus, & fundenda vita cum sanguine. Neque enim dubitare de euentu licet, exemplar fati mei vidi. Si me ab his immi nentibus malis pecunia redemisset, beneficiũ tamen potius dicerem magis æstimandũ esse, quàm preciũ. Sed apud malignos interpretes posset videri vel spem secutus aliquã venturi temporis, vel præsentis voluptatẽ. Hoc admirabile: & vni tantũ pietati referẽdum est. dedit beneficiũ quod nunquam reciperet: & cum amicũ quem redimebat, habiturus non esset, nihil aliud emit quàm honestã mortis cõscientiã. Transtulit ergo in se fortunã meam, subiitq; non solũ fortiter, sed etiam libenter id quod mihi miserũ putabat. Res dictu incredibilis, gladiator dimissus, redẽptor eõ

cisus est. Recepit pectore aduerso ferrum, vt quasi quam emittebat animam, in meum pectus transfunderet: & hoc vno tristis occiditur, quòd amplius amicum visurus non erat. Eant nunc antiquarum conditores fabularum poëtæ, & se ad exhortandam amicitiæ fidem magna quædam cõposuisse carminibus putent, si dixerint aliquos per maria terrásque asperiorem fortunam amicorum tantùm secutos, aut principem Græciæ virum in vltionem interfecti amici inauspicata bella gessisse. Nã inter fratres quoque illa maximè admirabilis, tamen alterna mors est. Vna fingitur coniunx, quæ iam perituri vitam mariti vicaria morte sua redemit: adiicitúrque miraculo fabulæ, fecisse hoc eam quod non præstitisset pater. En indubitabile seculi decus, & fictis maius: vt moreretur pro me amicus, suũ reliquit patrem, meum vicit. Et sanè quid profuisset festinatio patris, etiam si ad redimendum me prior fortè venisset? Hoc me precio nemo alius redemisset. Neque verò plurimum fuit præstitisse mortem. nanque interim speciosõ titulo bene vita pensatur. illud verò existimo grauius, nomen gladiatoris accipere, subire dominum lanistam. Minus, te, amice, laudarem si vicisses. An ille animus rediret in cellulam, ferret saginam, magistrum, personam denique sceleris? Mea depugnasti caussa, tua persisti. Hæc tamẽ omnia vltimæ fortunæ nomina, vt mihi detraheret, induit sibi. Venit in arenam homo nec sceleratus, nec infelix. Ecquando, iudices, hoc audistis? Bonitate sua gladiator factus est. Vtinam, iudices, hæc quæ illi speciosa sunt, tam honesta essent & mihi. Quoties ad infelicissimum respexi senem, cuius orbitate viuo, cùm confectum cladibus, & tantum pœnæ suæ residuum considero: verum fatendum est, pudet me precij mei. Video senẽ meliore sui parte præsepultum, omnis etiam spei superstitem, orbum, destitutum. illud tamen solatium est, quòd nisi talem amicum habuissent, hæc de te dicerentur. Huic patri inuidiosa quædam, opinor, & quæ beneficio mortis pensetur, criminosa liberalitas contigerit egẽti. Alioqui duo egentes, & circa omnium vel ignotorum domos stipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parens est, miserebitur senis: si quis iuuenis filius, miserebitur adolescentis. Fortasse prodesit mendicaturo mihi, quòd ipse ali

quando

quando egentem pauperem alui. Accipe satisfactionem, in quacunque parte rerum naturæ es amice charissime. non excidêre mihi tua mandata: fortuna defecit, opes auferuntur. Quod vnum mihi relictum est, en polliceor patri tuo vicarias manus. Quid vis porrò faciam? Agrestia opera delicatior aggrediar? hoc à fortuna non didici: & quotidiani quæstus operis duobus egentibus non sufficit. Miserum me, si exoluere fidem voluero, fortasse mihi in ludum reuertendum est.

SEPVLCRVM INCANTATVM,

DECLAM. X.

ARGVMENTVM.

Malæ tractationis fit actio. Quæ amissum filium nocte videbat in somnis, indicauit marito. Ille adhibito mago incantauit sepulcrum. Mater desiit videre filium. Accusat maritum malæ tractationis.

Pro vxore contra maritum.

QVANVIS, iudices, inter eos qui liberorum mortibus destituti, cuncta vota & præparatas spes in senectutem ante se egerunt, id ferè acerbissimum certamen conflictatio nis oriatur, vt vnusquisque luctibus ac lacrymis suis credat accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse videatur: hæc tamen fœmina neque noto neque publico genere miserabilis, non impudeter inter cæteras matres quę aut vnicos aut iuuenes pios filios perdiderunt, eminere & occupare quandam mœrentium principatum differentia nouæ calamitatis affectat, quæ sola omnium supra fidem infelix in vno filio iam alteram patitur orbitatem. Priorem quidem illam, vt communem cæteris, & fato accidentem, fortius vtcunque tolerabat. Nam & de filio nihil aliud perdiderat misera nisi dies, nec iam timebat ne ille quo fruebatur, mori posset. Planctibus lacrimisque, penè improbè dixerim, parcius ytebatur, nec sibi permittebat dolor lugere venientem. Nunc

destituta solatio, persuasione fraudata, dum nó puni
periisse quem poterat videre, eripuit ingrata filio alte
titulum. Miser ille nisi teneretur, iam ad patrem vena
Tantum misera petit, ne minus perdidisse videatur, qu
ipsa desiderat. Non inani persuasione, nec cogitation
ficta lugentis vmbra veniebat, nec agitabat incerto
uis imago somnos, aeue confusi quidem tristi cine
tus, & infernum fauilla caput noctibus suis obibat, se
lius erat qualis aliquando, & iuuenis, & pulcher hab
nec aspici tantùm videríq; contentus: verùm si quid
derio creditis miseræ quæ sola vidit, amplexus & o
dabat, & tota nocte viuebat. Multũ perdidit mater, si
tingebat hoc illi: non minus, si videbatur. Nunc tene
inanes, & longas oculis flentibus noctes, iuxta somni
riti perui gil, & tantum deserta metitur. Non desider
ctus, aut fucatus habitu, nec vt somniorum vanitate
spicitur, sed experta nõ totum mori hominem, illud q
nec flammis vritur, nec cineribus extinguitur, nec v
sepulcrísque satis premitur, expectat. Nũc ista carcer
seratam animam, & repugnantem magico iuuenem
tat ferro. Infelicissima omnium mater plus aliquid
quàm vmbram filium putat, postquam potuit inclu
sua tantummodo pœna, proprióque supplicio defen
sumitur rescissa orbitate: vel magis cruciatur, quod
eet filio venire cupienti. Nunc barbaro carmine gra
terram totis noctibus pulsat, & impositum sibi sepul
quod non possis euoluere, quæ solebat ipsos discuter
feros, vmbra miratur. Miser quem non tãtum verba
serunt (nam forsitan per illa transisset) sed vincula ser
solidíque nexus ad mortem reduxerunt. Quomodo te
tur infelix, qui ne propter hoc quidem venit, vt quera
Misereor fœminæ, cuius inuidiæ totum facinus adsc
tur. Maritus sic filium inclusit, tanquam se inquietan
ter ista quereretur. Igitur, iudices, nemo miretur, si ad
crudelem, ad tam immitem patrem vmbra nõ venit. Sc
bat vbi lacrymas, vbi posset inuenire singultus, à quo m
gis desideraretur. Nãque isti ferreum pectus, & dura p
cordia, nec sunt de orbitate sensus. Quid enim inhum
nius patre, quid inueniri truculentius potest? Inuidit m
ri ne filio fruerctur: nec hoc ideo fecit, quia videre
male

tralebat: ne viuentem quidem adhuc & incolumem tam blanda, támque debita pietate prosequebatur, vt defuncto seruaturus affectū etiam sepulti pater videretur. Tanto magis effusa mater, & suis ac paternis vicibus occurrens. Hæc pallidior ad metus, ad vota pronior, non diebus secura, non noctibus. Et ille miser intelligebat vtri promptior ex parentibus & facilior esset affectus. Itaque ab huius oculis, ab huius fœminæ ceruice pendebat. Et quia longum est officia præterita debitæ pietatis agitare, illo ipso languore quo filius caducum illud & fragile corpus amisit, quàm perditè mulier, & vsque in exemplum, modò super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc siccata frustra vbera querebatur, nunc superstitem cædebat vterum! Notabat hæc ille deficiens, mandabatq; mortis suæ cui periret. Vbi sunt qui citò iubent stare lacrymas? quibus non placet longum agere mœrorem? Retulit vmbra gratiam matri. Scio, & intelligo, cum inter gementes cadauer iacet medium, & cum omnes videtur remisisse curas; tunc sentit & intelligit, & inter suos iudicat. Moneo te orbitas, moneo effusius fleas, effusius efferas, nūquam periisse credas. Filij sui vmbra cui non apparet, irascitur. Iam gelidi piger corporis sanguis omnes in mortē strinxerat venas, & nutantiū fulgor extremus vanescebat oculorum, & iā desperantibus medicis crediderat pater, adhuc tamen sperare mater videbatur & quamcunque corporis partem oculis misera tepefecerat, illi vitæ calorem redisse clamabat. O derat ignes, o derat rogos: reponi corpus, & seruari membra cupiebat. Et nunc infelicem magi matrem pœnitet quòd sepultus est, qui poterat reuerti. Scitis ipsi quo exequiarum die labore extracta sit, quan diu filium tenuerit allambentibus flāmis. Vnde enim speraret vt postea videre contingeret? vt extra orbitatem haberet oculos? Iam magum misera quærebat, vt vmbra euocaretur. Reliqua, mater infelix, tu ad iudices referre debebas. & nisi orbitate, nisi lacrymis vox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres? Ego vtcunque potero perferā. Satiare misera, satiare saltē memoria diei illius, quo exequias vnici duximus. Iā planctus, inquit, lacrymásque cōsumpseram, & tenebras veluti perpetuas venire gaudebam. Iam fatigata propinquorum

officia

officia defecerant, iam plangorem familiæ altus sopor vicerat. Rogo nequis tam contumelioſus ſit in matrem, vt per quietem contigiſſe filium dicat. Vnde miſeræ tunc, vnde ſomnus? Nihil de te marite, nihil queror. Satis magnas dediſſes pœnas, ſi totis noctibus mecum fiere voluiſſes. Vidiſſes vtique nō quemadmodum tenues rerum imagines ſolent cogitationibus accipere corpus, cùm vanæ abſentis animo cogitationes finguntur, ſed ipſum filium, qualis blandiſſimus erat: & ſi dimittatur, videbo. Subitò ante me diductis conſtitit tenebris, non ille paliens, nec acerbo languore conſumptus, nec qualis ſuper rogos videbatur & flammas, ſed viridis, & ſane pulcher habitu. Neſcio vt totam reliquerat mortem. non igni torridæ comæ, nec ſanguilla funebri nigra facies, nec vix bene cinere compoſito vmbræ recentis igneus ſqualor. Proclamaret mater infelix, etiam ſi talem videre deſiſtet. Primò tantùm ſtetit, & ſe permiſit agnoſci. Ego tunc plurimum ſtupui, non auſi oſcula da. e non iungere amplexus. infelix primam perdidi noctem, dum timeo ne fugeret. Hanc tu marite perſuaſionem putas, & vanum animi mei lugentis errorē? Quicquid eſt in filio, plus apud matrem ſit cùm deſinit. Vis denique ſcire quid vxori tuæ detraxeris? ex defuncto filio nō habet aliud quod ſperet. Iam nox altera aderat, & primus ſtatim tenebris præitō filius erat, non ille vt pridie procul & tantum videndus, ſed audacius & propius, & ad matris manus tanquam corpus accedens. Nec iam niſi cum luce certa, fugatis q; ſi deribus, inuitus ille vaneſcebat ex oculis, multum reſiſtens, ſæpe reſpiciens, & qui ſe promitteret etiam proxima nocte venturum. Iam mœrori locus nō erat, mulier filium nocte videbat, die ſperabat. Quid attinet ſingula referre? Nullis, inquit, deſtituta ſum tenebris, donec ſcelerata tacui. Satiabar oſculis, ſatiabar amplexibus, & colloquebar, & audiebam. Miſera plus perdidi, ſi nemo credit. Iam cœperam tuam quoque marite crudelis agere cauſſam rogabamque iuuenem vt paternis quoque oculis lætus occurreret, & tibi ingrate dimidia nocte cedebam. Iam miſer & ille pollicebatur. hæc me fiducia perdidit, vt confiterer. Rogo, quid tam muliebre, quid tam maternum fieri poteſt? Gaude, inquit, marite gaude, filiū fortaſſe nocte proxima videbis. illum quem crudelibus

flam

flammis exusti, ex quo cineres & ossa supersunt, iuuenē videbis, & fortè etiam die speres. Ego certè totis noctibus mater sum, video, fruor iam & narro. Exitium paterni affectus quæritis? Filium videre timuit. Sic magnum protinus nescia matre cuius horrido murmure imperiosis q; verbis dij superi manesque torquentur, excogitator iste mortis alterius aduocat, non vt exorati manes diducerentur, nec vt euocata nocturnis vlulatibus vndecunque vmbra properaret, sed tanquam parum sepulcra premerent, & tumulorum leue pondus esset, filius, inquit meus non satis periit, adhuc fulgore siderum fruitur, & nocte nostra. Nam cùm dies occidit, imponit morti suæ finem, domum repetit, & maternos territat somnos. Inueni aliqua, inueni vincula verborum; sed arte tota, sed labore toto. Magna tua gloria, est, si retines filium, qui redit etiam à morte ad matrem. Noxium sepulcro circundatur carmē. Tunc horrentibus verbis vrna præcluditur, tunc primùm miser filius mors & vmbra fit. Ite nunc & putate vana fuisse matris solatia. Filium ista si cogitationibus & inani persuasione vidisset, adhuc videret. At quæ supplicia sustinuit infelix illa statim nocte? Iam totam domum ac familiam quies prima sopiuerat, & tacentibus tenebris venerat tempus dulcissimum matri. Iacebat hæc insomnis, inquieta, cùm diceret, iam statim apparebit, iam statim veniet: nunquam tamen tardius venit. Miseram me fili, prozima nocte iam veneras. Ecce iam medios sidera tenent cursus, indignor, irascor. ita demum mihi satis facies, si apud patrem fuisti. Miseram me, iam maligna mundus lucescit. Quando venies? iam redire debebas. At postquam alteram tertiamque noctem deserta vanis questibus duxit, tum tristiora lugubria, tum squallidæ magis placuere vestes, tum repetitis sanguinauere planctibus iā conualescentes lacerti. Nihil est infelicius matre qua perdidit aliquid in filio postquam extulit. Cùm verò comperit noctes suas iuuenis necessitatibus magicis excantato perisse feretro, quantum illa præfixum clausumque tumulum nudis cecidit vberibus? quo flectu sepulcra perfudit? quo gemitu audientem forsitan & exire cupientem frustra vocauit animam? O natura crudelis plus magum posse quàm matrem. Vbi sunt qui acerbas mortium necessitates,

tes, & ferrea iura fatorum, & inuictas nec vllo mœrore mutabiles inanium leges querebantur vmbrarum? Filiũ tuum mulier infelix non impositæ inferis elusere terræ, nec spissa perpetuæ noctis caligo compescuit, non fabulosa vatibus palus, multumque celebrati curuato igne torrentes: hæc permeabat, hæc omnia nocte transibat, leuioremque mortem suam fecerat, quàm si peregrinaretur & abesset. Et nunc minus mali pateretur, si non sentiret. Illi qui non venit in quendam carcerem transfarus à tumulo patitur venefica vitæ. Magnæ sunt ergo vmbrarum catenæ, & quanquam volatilem vagamque imaginem, morstringunt atque alligant tanquam reum corpus animam. Ferro verò ac lapidibus arctare, & vt solent bellicæ robur accipere portæ, ipsam vmbram iam catenis alligare, iam clausstris, non dico crudele est, portentosum, nefarium, vque si hæc faciat qui sensurum filium credat. Et nunc illa miserrima mater in corpus putat & in membra descendere mucrones. O mage sæue, crudelis, ô in lacrymas arisnostras, vellem non dedisses tam magnum experimentum. Irascimur tibi, & blandiri necesse est. Dum cludis vmbra, intelligimus solum te esse qui possis euocare. Videtur itaque mulier infelix à dignitatis dolore secedere, quòd tam vxorias in forum querelas, & tanquam delicata matronæ desideria pertulerit. Nõ enim vestes, nec aurũ nec ambitiosos querit ornatus, contenta est orbitas sordibus suis, ne pellicis quidem dolore compellitur, nec tacita gaudia mariti, impatientia & muliebri vanitate comprobat. Sed nec relictum torum desertumque genialem velut concepta vilitas vxoris vleiscitur: alia longe, alia de noctibus cura est. Ne timueris, quæcũque est, dignitas est magni doloris: nihil queritur misera nisi par orbitati nisi matre digna. & publicos cõsumat oculos, & ignotas quoq; exigat lacrimas. Quantã enim à marito acceperit iniuriã scire vult? Sola mater filiũ perdidit, nec potest inuidiam facere morti. Antè itaque quàm sciatis, iudices, qui dolor, qui mœror, quæ tanta impatientia erupérit, vt mulier aliquando dulcium oblita tenebratum, clarum nitorem publici lucis, & diem etiam domi inuisum, in foro, interque legnotabilis & sepulcris abstracta pateretur, certum proctò habetis, neque audaciam, neque impudentiam,

vanitate vnquã querelas habuisse miserorũ. Quàm verũ est quicquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti gemere exeunt gemitus! Mulier quæ sanguinantes ad iuuices, porrigit lacertos, quæ scisso laniatoque vultu, quæ ingis profertur vberibus, magno dolore cogitur vt hoc portius agat, quàm cineres osculetur, quàm complectatur rnam. Grauis testis querelæ suæ orbitas est. Et antequam ad genus illatæ iniquè iniuriæ venio, cur marite, quæ ex- filium perdidit, quicquam potest queri? Crudelis orbi- tatem feris adhuc alio dolore, tanquam parum desideria ofliciant, quæ de vnico gerit: non pateris animam vacare aerymis suis tu, qui sinũ debes, q colloquia & amplexus. Quàm miserè est quæ queritur, & de solatio suo non con- iugis desideriis largè indulget, nihil asperè, nihil contra voluntatem! Habet priuilegium suum mater infelix, mol- les manus, & mitia fomenta magnis vulneribus admo- ueas. Quæ se adhæc secari plaga permittit, in summo est. Viri sortan quo modo fortior sexus sit, & contra doloré quàm imbecillis animus magis pugnat. Itaque totũ istud lugere, fœmineum est: & simul orbitas imbelle pectus in- uadit, animus ille qui luctus suos sequitur, incipit indulgẽ ri sentire lacrymarum. Fidem tuam marite, coniugi fle- re liceat, satiari gemitu, orbitati permitte quãdiu velit fle- re. Odi patrem, qui cùm filium & ipse perdiderit putat ni- mis lugere matrem. Quid ergo queritur, inquis? Hoc pri- num, filium non quomodo debes scelerate desideras. Ma gno animo orbus es, loqueris fuisse mortalẽ, & interpre- tans nihil superesse post flammas. Flet iuxta latus & plã- gentor, tu siccos oculos habes. Illa totis noctibus fune- bres exercet vlulatus, tu graues somnos, ac placidã quie- tem. Pater crudelis, pater immemor, quid vis tibi amplius obiectamus? Ex quo perdidisti filiũ, nunquã sic desideraſti vt videres. Quid quòd eripuisti matri solatium, putà vanũ & superuacuum? Nolo iudices nolo corripias, scires quan tum esset hoc, si tantundem doleres. Res indignior non est, quàm quòd tibi de eo postulas credi, quod non vidi- sti. Indulge sanè vanæ rei, ignosce: libenter se orbitas de- cipit. Magnas calamitates vana ratio sustentat, quòd in- dulgent mala persuasionibus suis. Quicquid ad miseros pertinet, crudelius eripitur, quo minus est. Clamat itaque,

clamat

clamat mater infelix, si mihi aliquam imaginem filij mei, vel paruuli, vel iam adulti, vel nouissimam iuuenis auferres, inficerē tamē misera tanquā corpori manū, illam simi litudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciem, & ritus oris expressos, & adumbratos artificis manu vultus. Sed illum perdidi, vnde imago, vnde similitudo, vnde solatium. Filius hodie amisi, quàm cùm elatus es. Post mortem te tuam vidi. Si mehercle notas in corpore vnici vestes subtrahere tentares, dicerem, succurre solatio meo. Hæc omnia apud me filij mei membra sunt, ego osculabor, amplectar, flebo supra. Non est ratio fortasse. Ideo quicquid rationem vicit, affectus est. Nihil est sceleratius prudenti orbitate. Leuia, inquit, leuia loquor. Ego filium meum videbam. Quænam istum fortuna, quæ indulserat conditio naturæ? Nō excludebat orbitas oculos tuos. Eras iam consecuta mater, vt iuuenem die absentem putares. Maximam perdidit mors acerbitatem, si possis videre quem amiseris. Videre ergo tibi contingebat ô mulier vultum, habitum, corpus, incessum. Non crederem nisi te perdidisse sentires. Tempora ergo cū morte diuersitas, & superstite filio fruebaris omnibus tenebris. Quàtum perdideris, hinc æstima, hoc tibi si non contigisset, non eras tam improba vt optares. Aliquis (ô pietas) sepultus & conditus, cæreri corporis cinis & fauilla, tamen corpus sumebat in nocte, & ad solita viuentis membra reuocatus præbebat se matris oculis, qualem non crederes receſſurum. Nec queri de luce poteramus: quantum licebat aderat. Videbas ergo mulier, ac præsentia fruebaris. Videbam, inquit, & fruebar. Et ad quem pertinebat rogo, etiā si decipiebar? Sed quid ego vtor testimonio tuo? Mago credo & vidisse te filium, & nunc non videre. At tu misera nihil crudelius ex marito timebas, quàm ne tibi non crederet. Nemo, inquit, oculis meis fidem detrahat. Fili indulgentissime adolescens vidi te, nec semel vidi. Certum est, fixum est, eripi non potest. Quatenus impius pater & hoc tibi auferre conatur, vt te venisse non credam? Nec illud garrula, nec vana voce vulgaui, venire te nulli indicaui, nisi qui deberet optare vt hoc posses. Patri tantum tuo, patri (ignosce deceptæ) confessa sum, dum interrogo an te & ille vidisset. Itaque das mulier infelix gra-

ues

ges nimiáſque pœnas: effecit magus ne filium videres, & ſolum apud te reliquit, vt meminiſſes quòd videras. Totũ tamen illud ſolatiũ tuum refert miſera, ſi potes, & primùm confitere ſimpliciter, an ſoporis pondus illud, & neſciæ quietis vanitas fuerit. Apud me quidem ſatis miſera, ſatis eras mater infelix, etiam ſi tale ſomnium perdidiſſes. Miſerere, inquit, melius de affectibus meis ſentias. Non ego fatigata planctibus ſenſi veniſſe noctem: videre filium peruigiles meruiſtis oculi, ſed primũ dum metuo, vmbra proceſſit ſubitò, dij boni quod ego gaudium, quam vidi felicitatem? Conſtitit ante me filius meus diſcuſſis tenebris, ita dimittatur aliquãdo. Proſilui protinus, & acceſſi. vultus, comas, ora perſpexi. meus erat. Quàm lætum ſe, quàm hilarem offerebat quomodo perſuadebat mihi, ne crederem morti? Scelerate neſcis pater, quàm ſimilem viuenti filium cluſeris. Circumibant totum corpus oculi, non inueniebam quid ignis egiſſet. Subinde dicebam, hunc ego extuli? hunc rogo impoſui? ex hoc ego cineres & oſſa collegi? Si talis eſt, quid habeo quod lugeam? Periſſe filium meum hoc vno intelligebam, quòd illum non poteram & patri oſtendere. Confitebor, primæ tamẽ nec ego credidi nocti, & tanquam victis iraſcebar oculis, & erubeſcebam miſera ſi quies fuiſſet. Ecce iterum iuuenis, ecce iam quotidie venit. Quid habeo quod interpreter? Verum eſt vtique, quod ſemper eſt. Nouiſſimè non tanquam vmbra veniebat, ſed aſſidebat, ſed amplexus dabat. Ego ſentiebam & recipiebam. Quotieſcũque domus fuerat grato ſopore proſtrata, aderat, ille, quales humanis ſe offerunt oculis propitij dij, quale lætiſſimum numen eſt cum ſe patitur videri. Sicut omnis religio templorum, omnis religio lucorum, cùm tacuere mortalia, & profani procul errauere ſedibus totis, ſolitudine frui, & de ſuis dicitur exire ſimulacris: ita iuuenis meus noctibus totis agebat filium, & paterna domo ac penatibus ſuis fruebatur placidus & mitis & matri propitius, vt numen & deus delabi ſideribus, & venire de liquido puróque aëre videbatur. Quid imprecer ſceleratiſſimo patri? vmbram probare voluit. Miſeremini iudices, vt hoc facinus quibus debetis accipiatis animis, maius parricidio, maius quàm ſi filij ſepulcrum funditus eruiſſet, & ſacratos morte lapi-

des, etiam cineres & ossa religiosè quiescentia fracta sparsisset vrna. Aduocatur homo, cuius ars est ire contra naturam: qui simul acore squallido barbarum murmur intonuit, falleréque coëgit superos, audire inferos, tremere terras, vt experimentis loquentium fama est: constitit iuxta tumulum miserrimi iuuenis mors certior: Nunc opertæ, inquit, arcana mea tenebræ adiuuate me dignum nunc omne per vnum numē, & religio, quam isti irrogo propius adeste, succurrite. Magis mihi laborandum est quàm cum sidera mundo reuelluntur, cùm iubentur hiberni fluuiorum stare decursus, cùm potentiore carmine veneno victi rumpuntur in mea instrumenta serpentes. Custodiendus est iuuenis, assignandus est inferis, & desertoribus transfuga eludendus est tenebris. Quāto facilius opus erat si reuocaretur? Mox in ipsam dicitur incubuisse pronus vrnam, & inter ossa, & inter cineres verba eluisse. Hoc tamen subinde respiciens confitebatur, repugnabat vmbra. Itaque carminibus non satis credo, præfigimus omne tumuli latus, & multo vinciamus saxa ferro. Iam bene habet, expirauit aliquando: non videri, non progredi potest. An mētiar, scies proxima nocte. Omnes mehercle parentes, vtique qui liberos perdiderunt, in istos oculos, in ista ora debebant. Tu sic filium tuum elusisti, tanquam nocentes ad inferos reuocari soleant animæ; quæ inter languentium familiam, & tristes penatium morbos vagæ errantésque magica vanitate optantur. Laqueóne vitam damnatus eliserat? Noxium per sua viscera exegerat ferrum? An ex cōscientia venena præsumpserat? nec recipiebat se, nisi carmine incluſus? Quando domum tuam funereus & squallidus, quando te terruit? Crudelissime omnium pater, de filio tuo malam vmbram fecisti. Quas nūc putas vxoris miserrimæ esse cogitationes? quæ materna viscera persuasione torqueri? Nunc filius meus illic vnde venire consueuerat, iacet strictus, alligatus, impatiens. Queritur solito terram grauiorem, vtique cùm sentit venisse noctem, quando vmbræ feliciores dimittuntur ad matres. At verò siqua inter manes colloquia sunt, & esse credo, non deest qui iuueni meo dicat, quàm vilis tuis fuisti? quàm libenter te perdiderunt? Quid illa mater, ad quam ire consueueras? has tibi catenas, hæc

vincula

vincula pro merito reddidit? Ita infelicissima omnium mulier, & si magus etiam recedat, hoc periclitatur, ne filius se putet venisse ad inuitam. Agit iam hoc loco nobiscum maritus grauius, altius, sapientius, vt homo sine dolore. Negat vllos esse manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare viuentes à cinere sensus, nec tã videri imagines hominũ, quàm cogitari, & oculos luctibus credere. Quod si ita est, magũ ad quid aduocauit? Pessimus parentũ, qui dũ liberos suos sepeliũt, flere cõtenti, vt obiter ab rogo siccis oculis reuertantur: negat ad manes, negat ad vmbras peruenire quod plangas: affirmat perire lacrymas, affirmat perire singultus. O sceleratum hominem, quisquis luget, & timet ne hoc perdat. Vana ergo sapiẽtes persuasione frustrati, qui constare homines & perfici corporis alimentis animæque dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, vt sicca humidis, calida frigidis, resolutis astricta pugnarent, partim aut doloribus affici aut nouissimis annis, aut senectute dissolui. Animã verò flammei vigoris impetum, perennitatémque non ex nostro igne sumentem, sed quò sidera volant, & quò sacri torquentur axes, inde venire, vnde rerum omnium autorem parentémque spiritum ducimus, nec interire, nec solui, nec vllo mortalitatis affici fato: sed quoties humani pectoris carcerem effugerit, & exonerata membris mortalibus leui se igne lustrauerit, petere sedes inter astra, donec in alia fata seculo pugnante transmigret: deinde prioris corporis meminisse. Inde euocatos prodire manes, inde corpus & vultus, & quicquid videmus, accipere, occurrere suis imagines charas, aliquando & oracula fieri, & nocturnis admonere præceptis, sentire quas mittamus inferias, & honorem percipere tumulorum. Rogo, cum filius perit, nónne satius est hoc credere? Tuæ tamẽ, inquit, hoc quieti præstiti, ne attonitis agitata terroribus, solicitas semper ageres, suspensásque duceres noctes. Ita parricida commune facinus fecisti: & imputas quòd filium videre desiimus? Somnum enim antè petebamus, & placidum saporem. Crudelis, nunc inquieta, nunc attonita mater est, nunc perdidimus noctes. Vmbrámne tu filij rem formidolosam, rem plenam putasti esse terroris? Quid illa lætius facie? quid illo blandius vultu? quid magis

gis adulatur oculis? quid possunt videre libentius lar-
mæ? Non magis metuenda est vmbra filij, quàm cadav-
Necesse est vt mors horrida fiat aliena. Sed aliæ sor-
animum imagines territant, & tunc inferi vocantur c-
ignoti sunt. Itaque prudenter, si tantùm ad suos ven-
Sceleratus ille, ille impius, quicunque defunctum fil-
vidit, & meminit quòd elatus est. Terrebaris, inquit,
solicitis noctibus laborabas. Itáne es mitte crudelis
cluisses filium etiam si ad te veniret? Nec magus, inq-
inclusit vmbram, sed persuasioni tuæ succurrit: idéo
putas non venire illum, quia nec antè veniebat, quia
factum est aliquid in quo auocareris. Hoc ipso incipit
ter sibi gratulari. Ita non tenetur, inquit, ille, non pte-
tur, nullo carmine, nullo incluſus est ferro. Remouere
go omnia, & interrogabo. Ego autem scelerata tam
credidi, ita non ille ad me veniret solutus & liber? non
hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Qua
enim me iuuenis ipse nisi flentem, quando non liuid
pectus, & sanguinantes vidit lacertos? quando non
buit matri feciſſe terrorem? Arte cluditur miſet, atte
tinetur. Quid vis carmina tibi amplius præstent? effec
quod repromiserant. Desinis erubescere iam quòd fil
non vides? At tu cuius in leges dij superi manésque
quentur, qui nocturno terribilis vlulatu profundum
cus & ima terrarum moues, modò seruientium reuoc
animarum, nunc idem crudelis & inexorabilis custos,
quando preces & matris admitte. Paciscere quantili
toros lugentis posce census, non vt labores. nec vt ho
dum carmẽ exerceas, sed vt ferrum tuum refigas; vt v
ba tua resoluas, vt nihil feceris, dimitte tantum, & euo
sti. Nihil ipse crudeliter. patri scio paruisti, sed & hu
etiam lacrymis, planctibus huius indulge, consule fa
tuæ. Execrabilem te mage facies & inuisum, si facilius
filio exoraris vt includas. Nec tu marite, nec tu timue
ne vltricis vmbræ vanis exagitere terroribus, vllisq
imaginibus: hinc secura dabitur quies, scit ad quam d
beat venire dimissus. Iuuenis piissime, iuuenis indulge
tissime, nunquam matri tuæ vmbra nec manet, si mo
veneficum pondus, & terroribus omnibus verba grauio
ra mago patiente discusseris, ad me, inquit mater infeli
ad me

ad meas noctes, ad meas lacrymas, ad illos viuentes mihi semper amplexus miseræ propera. Scio quid mihi noceuerit, scio quid me torserit. Fruar, & tacebo.

DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS,

DECLAM. XI.

ARGVMENTVM.

Pauper & dives inimici, vtrique terni liberi. Bellum incidit ciuitati. Dives dux creatus, profectus est in castra. Rumor ortus est, ab eo prodi tempublicam. Processit pauper in concionem, & accusauit diuitem proditionis. Absente eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reuersus dives est victor à bello. Petit ad supplicium filios pauperis. Pater se offert. Contradicit dives. Erant enim leges, vt proditor morte puniretur, & calumniator idem pateretur quod reus, si conuictus esset.

Pro diuite contra pauperem.

EXPECTAVERAM quidem vt de inimici mei supplicio non quæreretur, nec me decipi posse credideram in vltione quam mihi debeat ciuitas tam liberi doloris, sed quatinus eò malorum nouitate perueni, vt in vindicta primùm mea consulere leges ac iura velletis, quæso ne quis prodesse pauperi velit, quòd nec defendi potest sine genere pœnæ. Plus meretur pati homo, qui (si ipsi creditis) debet occidi. Hoc est quinimo, iudices, quòd super omnes calamitates meas ferre non possum: videtur sibi satis vixisse pauper, postquam occidit liberos meos. Operæprecium putat coram impatientia mea felicem consummare patrem, & gaudiorum suorum satietati hoc quoque adiicit, vt orbitatem meam liberis suis relinquat. Fidem vestram, iudices, ne pereat quòd vltioni meæ contingit bonus pater. Actum erat de solatiis meis, si liberos suos pau-

per mallet occidi. Illud planè iudices, etiam in hac puberis impudentia miror, liberos meos pudore deceptæ ciuitatis occidit, deinde me crudelem vocat. Parricidas suos ostendit, allegat, tanquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri: nec intelligit quantum debeat ad impatientiam nostri doloris accedere, si passus sum quod & in vltione miserum est. Facinus est, iudices, quenquam calamitatum suarum inuidiam pati. Vltionem meam debetis aspicere, tanquam & liberos suos pauper occiderit. Nec me fallit, iudices, plerosque credere, callidissimum pauperem nec mori velle, & hoc quòd nudat iugulum, pectus opponit, artes esse prouidi. Sed ego illum non credo mentiri, ego qui scio quid mihi luissem. Nunquam hoc aduersus nos excogitasset, nisi impatientissimus pater: & hanc pœnæ meæ supplicij rúmque nouitatem de sua pietate commentus est. Nihil magis de inimico efficere velis, quàm quod ipse sibi non possis. Habet hoc mali, iudices, principum insolentia, quòd inimicos esse nobis, nisi postquam nocuerint, nescimus: & tunc omnibus patemus insidiis, quando nos odit inferior. Homo qui omnem aduersus superiora rabiem de sui vilitate sumebat, qui genus liberum putabat odisse maiores, nulli charitati, nullis implicatus affectibus, quòd humilis, quòd esset abiectus, in me rem se magnæ colluctationis exercuit. Primus se manu dixit inimicum. O dij deæque, cuius ego monstri arietem tuli? In cuius feritatis colluctatione durau? Inimicum habui, neque occidere contentum, & mori paratum. Gratias ago ciuitati quòd in illis necessitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil præstabatis obsequiis, laudatus sum testimonio periculorum. Bellum mihi funestumque publicæ solicitudinis credidistis. Sed neque ego rem melioris ducis facere potui, quàm quòd sine liberis meis profectus sum: non reliquisset illos dux proditurus. Non puto, iudices, adhuc quæri vnde illæ fallarum solicitudinum fabulæ repente proruperint, quis primus trepidæ ciuitatis aures rumore compleuerit, cùm videatis quis sic egerit vt crederetis. Vidit hanc inter metus vestros occasionem, & quia semper apud solicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc quod poterat vi-

deri timere vobiscum. Igitur homo qui nullum conscium meum, nullum mihi crimen obiecit, de mendacij magnitudine fidem veritatis captauit. Ciuitas deinde cui accusator proditam se esse persuaserat, fecit quicquid hic de me facere potuit. Liberos meos quos inimicus tota sua concione monstrauerat, occidit genere quo pereunt innocentes. Feretis me, iudices, liberius aliqua dicentem? Rem pessimi exempli passus eram, etiam si prodidissem. Scio vos, iudices, hoc loco mirari innocentiam meam. Vt primùm enim mihi calamitates meas nuncius in castra pertulit, non arma proieci, non stationes vallúmque deserui: totam orbitatem meam in bella conuerti, tanquam liberos meos ibi perdidissem. Si vnquam, iudices, in me habuissent profanæ cogitationes locum, si patriam odisse vel pro liberis meis possem, proditorem me feceratis. Necesse est, iudices, hoc primùm reuersus exclamem, Ita pauper etiam nunc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus est? O miseræ cogitationes, ô decepta solatia! Sic ego reuertebar quasi vindicatus? Quas ego legionum vestrarum indignationes, quem fortissimi exercitus compescui dolorem, dum omnibus promitto liberos suos, dum minus pro vindicta mea puto, quicquid ipse fecissem? Congerantur iam licet aduersus omnium mortalium nocentissimum cuncta supplicia, ego tamen maximum vltionis meæ solatium perdidi, quòd pauperi vos potius debueratis irasci. Quoniam igitur adhuc cum paupere legibus ac iure consisto, liberos eius in supplicium patris peto. Quid satis imprecer homini qui fecit vt quisquam deberet sic vindicari? Calúniator, inquit, idem patiatur. Permittunt mihi, iudices, calamitates meæ queri de hac lege, tanquam parum nobis in vltione prospexerit. contra nos inuentus est vindictæ modus, quo non debeamus esse contenti. Quisquámne mortalium idem vocat facinus & pœnam? Tantúmne doloris venire de suppliciis, quàtum de calamitatibus, putat? Nescit profectò, nescit quantam patientiam pater mœrori, quantum animo membrísq; rigoris inducat, quod patiaris agnoscere. Innocentia opus est, vt miserum faciat dolor. Conitet licet vtrinque mortium numerus, totidem nobis vltio cadauera assignet, plus tamē est de innocen-

tibus. Et quicquid patiuntur deprehensi, licet solatio idē sit, æquitate minus est. Vt idem sit supplicium nocentis & facinus, vna ratione efficias vt illud ferre non possit. Frustra æstimatis quàm crudele, quàm sæuum sit quod petimus, in quantum excesserit vsitata genera pœnarum. Explicata est iudices, explicata legis inuidia, cùm quis quod patitur, & fecit. Quid quòd hoc solùm est pœnæ genus in quo non debeat nocens nisi de se queri, & tanto minus debeat esse miserabilis, quanto maior est quòd patitur inuidia? Quid æquius excogitari, quid iustius potest? Grassatus aliquis est ferro, præbeat & ipse ceruices. Miscuit noxium virus, refundatur in suum facinus autorem. Oculos rapuit effodito: reddat de sua cæcitate solatium. In nullo mortalium perferre possum sceleris sui impatientiam. Breuissima est iustitia vindicta, cùm facinus mensura pœnæ est. Et si naturam vltionis inspicias, optimè vindicatur quisque quo modo miser est. Fidem vestram, iudices, ne ideo tantum putetis iustum quod exigit reus, quia ego recuso. Non ferretis me pauperis mortem petentem, si liberos suos obtulisset. Ex omnibus tamen quicunque incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis vindicandos puto, quàm quorum liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis leges? vbi respiro? vbi claudo gemitus? vnde summo solatium? Bene bene admones dolor: illos illos liceat inuadere, qui nunc magis amantur, quos orbitas nostra commendat. Sic quoque circunscribimur, nisi totidem sunt, nisi illis par est ac similis ætas, & ante omnia optimus pater. Deceperas me fortuna, deceperas, si mihi tam grande fecisset facinus homo qui liberos non haberet. Quid quòd ex omnium scelerum comparatione nihil est detestabilius hominibus qui leges ipsas faciunt nocentes? vestro mehercle nomine calumniantibus debetis irasci, quorum nefas non potest nisi per iudicum facinus imponere. Actum est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantundem mendaciis licet: nec vllus innocēs huc usque felix est, vt diligentiæ fingentium par sit. Quenquāmne mortalium in re quam finxerit, quam composuerit inuenire aliquid quod potest probationem vocare, & facinus explicare facilitate verborum? Magis oderis mendacium, cum simile vero est. Quoties manifestum est aliquem

quem periſſe ſine cauſſa, calumniantibus iraſci debeas, vt poſsis illis ignoſcere qui crediderunt. Adiicite huic execrationi, quòd calumniatus eſt in bello, quòd de proditione, quòd de duce, quòd hæc omnia fecit inimicus. Non eſt quòd ſe publico tueatur errore, nec in excuſationem afferat tanquam crediderit & ipſe fingentibus. Nemo ſic decipitur, vt de inimico ſuo mentiatur. Rumor, inquit, fuit te prodidiſſe. Bene admones. Hunc primum calumniæ tuæ obiicio rumorem. Quis enim, iudices, neſciat hanc famæ eſſe naturam, vt ſit primo vnius hominis audacia? De nulla re locutus eſt continuò populus, nec quicquam adeò ſubitò ſtatimque notum eſt, vt in illo pariter omnium ſermo conſentiat. Quam non poſsit mouere ciuitatem, quem nō replere populū, ſi quid omnibus nobis narres, in nullo nō cœtu loquaris, & de re quam tum maximè fingas, iam dicas eſſe rumorem? Quanta tibi deinde mentiendi materia de periculorum noſtrorum occaſione ſuccurrit? Nihil eſt tam capax malignitatum ſermonúmque, quàm bellum. Quid intereſt vnde ſumpſerit rumorem? Quod negari non poteſt, tu concionaris, accuſas, tu crimen de fabula facis. In rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniæ genus eſt primum credere. Sed, inquit, mori debeo, quia lex qua te accuſaui, hoc proditorem pati iubet. Poteram quidem breuiter reſpondere, legem quæ calumniatorem idem pati iubet, eius pœnam exigere quod feciſſet, non quod facere voluiſſet. Fingamus tamen non hoc pauperem captaſſe quod accidit, cui debet imputari exitus qui de calumniæ tuæ fluxit errore? Vultis ſcire, iudices, aliud quæritum, quàm quod lex quæ mori iubebat? Accuſauit me eo tēpore quo non poteram damnatus occidi. Dic nunc, non ego effeci vt occiderentur liberi tui, & aude ciuitatis illud vocare facinus: non tamen vilis efficies artibus, vt non potius miſerear reipublicæ meæ: non minus & illa facinus eſt paſſa, quàm pater. Coacta eſt liberos Imperatoris vincentis occidere. Fallitur, iudices, quitquis illum facinus in rebus humanis publicum putat. Perſuadētium vires ſunt quicquid ciuitas facit: & quodcunque facit populus, ſecūdum quod exaſperatur, iraſcitur. Sic corpora noſtra motum niſi de mente non ſumunt, & ociosa ſunt membra donec illis

animus vtatur. Nil est facilius, quàm in quemlibet affectum mouere populum. Nulli, cùm coimus, sua cogitatio, sua mens, vlla ratio præsto est. nec habet vlla multitudo prudentiam singulorum: siue quòd minus publicos communes affectus, siue negligentior est, qui se non putat vllum debere rationem: & multi fiducia facimus omnia. Quam non possit rempublicam turbare, confundere, quis repente proclamet, prodidit vos imperator vester, addixit? & nunc ille liberos habet. Si mehercle post hæc inimice vocem templa monstrasses, sacrilegum contra flagrasset incendium: si conuelli simulacra voluisses, fecisset omne de numinibus suis facinus audacia. Vis scire esse quicquid ciuitas fecit: Gloriareris illo, si prodidisses. Non est, iudices, quod vos à grauitate iustitiæ doloris tionis abducat, quòd mortem suam inimicus offert. Non petit illud, nisi quisquis ipse non debet occidi. Sepositigitur paulisper lege mei doloris, hoc tãtùm ab affectibus vestris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocens pœnæ præstetur arbitrium. Infinitam, iudices, scelerum aperitis audaciam, si pœnam licet eligere cõdemnatoriam vllam mortalium innocentiam trepidatione commeneas, si patitur deprehensus quisque quod maluit. Leges omnes cruciatus, omnem dolorem, præparata mente composuisse patientia. Fallitur quisquis humana tormenta sola nominum atrocitate metitur: nulla pœna est, nisi inuito. Non habemus vllum nisi ab impatientia dolorum & vt aliquid crudele, sæuum sit, metus facit. Supplicium quisquã vocat, ad quod profiitur? quod exposcitur? quod circa se nõ habet moras? Illò per fidem, illo trahite damnatos, quò non sequantur. Tunc est pœna, cùm percussus trepidat, hæret, cùm restringit supremo vincula contu. Volo perituri prius videre pallorem, audire gemitum, volo circunspiciat, volo queratur. Fidem vestram, iudices, ne nocentibus supplicij sui contingat electio. Minus iniquum est vt euadat nocens pœnam, quàm vt contemnat. Mortem verò damnatis quisquis præstat, indulget, nec sunt alia beneficia pœnarum. Fallitur quisquis illam vel omnium supplitiorum summam putat. Occidi non est pœna, sed exitus. Neque enim habet impatientiam nec dolorem

dolorem, quod possis aspicere quasi fatum. Quid si liberos requiras, imò si seruos? quàm felix exitus est, plenus que lætitiæ? Lucri facit mortis atrocitatem quisquis laudatus occiditur. Me inquit, occidite. Non habet liberos inimice, non habet, quisquis hoc te velle miratur. Sque, crudelis, ego tibi permittam mori? At quid iam mihi melius op tem? Vides quantum feceris nefas? Idem pro liberis meis offerre non potui. Tu verò paruulos tuos tene, vt in isto pectore moriantur amplexu. Tu nunc quoque non euades, nô effugies. Quacunque te duxerit orbitas, sequar, effundam si quod paraueris venenum, subtraham omne ferrũ, incidam quoscunque strinxeris nexus, ab omni reuocabo præcipitio. Etiam occisis liberis tuis, non idem patieris inimice, nisi vixeris. Nec vereor, iudices, ne putetis vtriusque nostrũm orbitatem simili esse ratione tractandam. Admouebuntur ecce contra lacrymas meas liberi, quos nemo nouit. Patris innocentis occisi sunt paruuli, quos nunc circa templa ferretis, circa quos se celebraret vestra lætitia. Facinus est, iudices, minorem esse transactarum mortium miserationem. Nô inuenio quemadmodum liberis prodesse debeat odium patris. Periit ũt etiam illi quorum nec pater debebat occidi. Me miserum, quòd sic quoque multa habiturus es, quibus ego qui vindicabor inuideam. Osculaberis antè perituros, alloquêris, accipies suprema mandata, & moriturum te continuò promittes. Exonerabis gemitus tuos, cùm eorum sepulcra numerabis. Siccabit oculos quòd meam nunc quoq; respicies vacuam domum. Me miserum, pauperis tantum solatium futurum est, quòd pares sumus. Quid quòd in ipsa comparatione mortis non idem patientur liberi tui? Occidentur vno fortasis ictu, & erit vitio manibus contenta carnificis. Paruulos meos occidit quicquid fuit tota ciuitate telorũ, omnis sexus, omnis ætas, omnis infirmitas. Nihil est crudelius morte hominum quos populus occidit, & solus hic exitus est, à quo non est nec cadaueribus salua reuerentia. Hoc me nunc coplorare tantum putatis, quòd non sum liberis meis ante satiatus? Miser ego nec ad cadauera accessi, non in sepulcra maiorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare, non

feci

feci. Qualem ego illum patria perdidi diem, cùm duces explicito bello reuertuntur! Non me lætæ cinxere legiones, non effusi obuiã ciues triumphali circa currus exultauere lætitia: sequebar captiuos meos tristior victor mœstus vndique claudebat exercitus, occurrentium lacrymæ propinquorum, & erubescentis circa me populi data solatia. O successuum quoque nostrorum misera conditio! Ergo ego victoriam meam non narrabo sine nemo amicorum propinquorumque coram me de meo loquetur. Nihil est crudelius calamitate, quam dia reducunt. Quoties redierit ille lætus vobis in supp mea dies, lugubres mihi ferte vestes, renouate seruuli ctus, parate solatia propinqui. Nulli liberi impatien desiderantur, quàm qui propter patrem videntur or Sed verum iudices, fatendum est, timeo mehercle n solatiis meis nõ sim, ne me iste quo pro liberis irasc fectus, in media vltione destituat. Sed adiuuate, mi mini propinqui, adiuuate amici: & si fortè defecero, tionem meã populc consumma. Timeo mehercle ne carnifex propius accesserit, subitò proclamem, iam patrem. Sed siquis est pudor, oculi differte lacrymas, gemitus. horridum, trucem debeo præparare, & mile Deprehendam igitur omnium mortalium callidiss hunc quẽ simulas, quem nunc imitaris affectũ. tun mus quo animo rogaueris vt potius ipse morereris. bene noui capax omnium malorum scelerumque pectus inimice viues & libenter, & fortiter, & quasi vindic

PASTI CADAVERIS,

DECLAM. XII.

ARGVMENTVM.

Cùm ciuitas fame laboraret, misit ad frumenta legatum, præfixa die intra quam rediret. Profectus ille emit, & ad aliam ciuitatem tempestate delatus duplo vendidit & duplum frumenti modum parauit. Illo cessante corporibus suorũ pasti sunt. Reuersus ad pristutam diem reipublicæ læsæ accusatur.

PRO

pro Ciuibus contra legatum.

QVAMVIS, iudices, innumerabiles me indignandi causſæ initio ſtatim actionis ſtrangulent, quia nec dicere vniuerſas ſemel poſſum, nec gregatim erumpentes diſferre gemitus (leuior eſt enim dolor qui diſponitur) primum tamen ille ſibi aſſerit eam, qui eſt ex hoc iudicii tempore & tam lentæ vindicis dilatione ortus, animi mei propè dixerim furor, quòd hominem tam ſceleratum, vt nos quoque fecerit nocentes, legibus accerſimus, quòd defendi patimur, quòd vt puniatur precamur, quòd damnantes quoque vel morte fungetur, quam nos in illa funeſtiſſima fame, dum ſeruari licuit, optauimus: vel exilio, quod hi quantopere cõ temnat, apparet, qui tam lentè in patriam reuertitur. Quã quam de quo exilio loquar? Quantalibet ignominia diſmiſſe domo notatum, habet quò eat. Non publicis manibus eeuntem diſcerpſimus? non (quoniam ſemel conſpueramus, & bona fide ferarum eſſe ciuitas cœperat) hic primus nobis ex tam tardo commeatu placuit cibus? Sic enim iſtum laniari, ſic confici, ſic conſumi oportuit iure noſtro. Quis credat? ego me ab hoc abſtinere potui cùm ſæuirem, & iraſcerer? Sed frumento occupati ſumus, nec quicquam aliud videmus. O quanta es fames, quæ tã grandem iram viciſti! At ego etiam ſi talis vltio contigiſſet, ſi meà nefario graſſatore reipublicæ non lingua, ſed dentibus vindicaſſem, nihil tamen iræ, nihil vindictæ præterierat: hoc & meis feci. Aeſtuant adhuc intra pectus ſepulta tribus noſtris cognata viſcera, & tumeſcere intus atque indignari videntur, & ſera pœnitentia redundant. Iam enim vacat nobis lugere, iam cibos noſtros efferimus, viſcera cremamus. nam cætera nobiſcum ſepeliẽtur. O fames inaudita, in qua leuius eſt quòd eſurimus. Ignoſcite tamen violati manes meorũ, hîc vos alloquor, ignoſcite quòd ora temerauimus quòd ab homine deſciuimus. Non vt infelicem animam ſuſtineremus, non vt inuiſum ſpiritum produceremus, fecimus: vna cauſſa mortem diſtulimus, quòd ſi expiraſſemus, idem timebamus. Et ego quidem me conſumptis excuſo, qui mihi ipſe iraſci non poſſum

possum. at iste interim stat vt videtis, longa via fatigatus & satur, atque abundans publico commeatu: ad mentionem ciborum nostrorum plenum fastidio vultum erhit & exangues ac pallidos ad calculum vocat: quasi non confitear illum etiam nimium multum attulisse. T pauci, rari per vias interlucent. & quamuis odio cuerso nostris euocatus è latebris suis populus subsellia non replet. Pauci sceleribus pasti alienis mortibus salui, quòuunt, ipsi sibi rei graues, ægra & tabida membra in pucum protulerunt. Hæ sunt ciuitatis reliquiæ, quas vide Sic tabuimus, vt miseri nec viuos habeamus, nec mtuos. Hic est populus, hæ vires, hæ spes, hæ opes. Nisidem ad vadimonium legate venisses, non multorum rum commeatum habebamus. Quò nunc tantum frumenti? quò classem commeatu grauem? Multum hercle negotiatione tua actum est. Frumentum habeo, populum habeo. Nusquam prodest, nusquam opus est, iam licet das. Dum tu salutis publicæ mundinator proximum quæque emptorem dimittis, dum aut funera nostra vêdis, scelera: dum populo tuo fame morienti, alienæ ciuitatgatus es factus nos interim cibos ex malis inuenimus, fames se ipsa pauit, & miseriæ nostræ crudeles facta sunt Patiamur te defendi, si absolui saltem nos possumus. Hnunc iudices, ego solus queror? ad me magis pertinet aliquid propriè passus sum? non communem dolorem accusator habeo cum iudicibus? Quisquam in hac vindicta teri cedit? non publica inopia, non totius populi mendicitas vna fuit? Nisi quia funestas epulas & nefarios inmus cibos, non putamus famè fuisse. In omnes gentes omnia ventura secula proscripti sumus, omnes hæc prodigia narrabunt, omnes execrabuntur nisi qui non credent Famē ipsam infamauimus, & (quod miseris vltimum miserationem quoque perdidimus. Adhuc tamen vna defensio fuit quòd videbamur in hæc omnia istius opera impulsi. Si hic innocens est, nostra culpa est. Etiámne publica mala narrabo, & miseriis nostris cōuitium faciam? bunt verba? subsequetur sermo? non alligabitur lingua Planè nihil non possumus. Exploramus ordinem clanostræ, & simpliciter omnia indicantur. Decet ista mulore narrari. Sed nouimus, & nimium meminimus, inter

doceri non debet, opinor, reo indicanda sunt qui à malis publicis absuit, qui hoc certè maximum debet patriæ suæ beneficium, quòd à fame solus dimissus est. Audi itaque, audi, frumentum istud quod lucrifeciſti, quanti nobis cõstet. Aliquis fortasse iudices, miratur, etiam si huius feracis anni fructus cessauit, quòd tamen illa superior longi tẽporis beata fœcũditas tabuerit: & secum iste dubitat, quid sit in causſa cur ciuitas opulenta quondam, nihil frumenti nisi in spe habuerit. Sic fit vbi vicinis ciuitatibus vendimus, & undecunque affulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, in uacuam possessionem fames venit. Etiam si quid residui erat, vt carius quidam venderent, ad annonæ incendium supressum est. Testor tamen conscientiam vestram, non sumus questi quandiu duplo emebamus. Non enim vulgaris illa labes frumenti fuit, nec qualis aliis ab agricolis accusari solet perfidia terrarum, & ingratæ messis irritus labor. Noua & inaudita, & abominãda luæs, quæ nihil homini reliquit præter hominem. Aut astricta citra conatum sata sub ipsis tabuere sulcis, aut leui rore euocata radix in puluerẽ incurrit, aut perustis torrido sole herbis moribunda seges impalluit. Nullus imber frientis soli puluerem tersit, nulla super arentes campos saltem vmbra nubium pependit. Calidi spirauere venti, maturitatem præcepit æstus: etiam sicubi fortè ieiunæ herbæ solum vicerant, vanis tantùm aristis spem fefellerunt, & inanes culmos tristis agricola iactaui ventis nihil relicturis. Leuia queror: prata exaruerunt, perierunt frondes, germina non exierunt: nuda terra, & rudes glebæ, & aridi fontes erant. Nisi hæc omnia inter scientes dicerem, potuerim videri falsò questus de hoc anno, quo tantum frumẽti vendidimus. Vtinam saltem nobis rudem victum syluæ ministrassent, & carpere arbusta, cõcutere quercum legere fraga licuisset: & quæcunque primi mortales ante traditos diuinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt, pestifer annus reliquisset. Nõ eram delicatus. Sed ô tristis recordatio, funesta necessitas, nihil habuimus quo viueremus, præter famem. Nec tamen in totum queri de numinibus possumus, maria certè secunda experti. Si voluisset seruare legatus diem quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis afferre. Vt primùm tanti mali sen

li sensus in ciuitatem percrebuit, cum iam vrgente in
quotidie malum arctius premeret, & præsente fam
peior tamen esset futuri metus, apparuit nullum ex
pinquo esse præsidium, cùm finitimas quoque ciuitat
cendium nostrum adussisset. Erat quidem aliquid in
cino adhuc frumenti, sed iam nemo vendebat. Ergo v
dimus salutem publicam trans mare petendam, sed in
riam quisque cogunt. Vt arma bello, vt aqua incendio
flamari publicè solent ita vno quodam consensu,
ætatibus spectatis, non honoribus, pariter retulimus
bauimus, decreuimus, pedibus manibus iuimus in sen
tiam necessitatis: nec ordo nos officiorum moratus
Legationem multi pollicebantur, nec innocentiæ iste
neficio, vel autoritatis meritorumque respectu elect
vna causa nos mouit, quòd se citò rediturum pollic
tur. Pecuniam sine numero infudimus, frumentum i
modo mandauimus, quantum potuisset afferret, festi
ret modò. Hoc vna voce supplices acclamabamus,
ne moraremur, ne hoc quidem diu rogauimus: vnic
tùm vox fuit, quam iste pro quodam præiudicio amp
xus est. Nihil agis afferendo frumentum, si post illum
veneris. Nostris manibus legatum in nauem tulimus
quid moræ esset, pro sua quisque portione etiam com
atum dedimus, retinacula incidimus, & littus ingress
sem publicis manibus impulimus. Inde fugientia vel
go visu prosecuti, facilem emptionem, secundos ven
placidum mare, non secus ac si ipsi nauigaremus, præ
sumus. Quis credat hoc de tam miseris? Omnia à dii
petrauimus, scilicet vnum superest, vt pro aliena ciui
vota soluenda sint. Citò peruenit, citò emit, citò re
quò voluit. Quid prodest expectare? Alia ciuitas prior
& sanè religiosus legatus diem expectat. Nos interim
ecta primò ex agris pecora diripuimus, & ne venturo sa
anno prospici posset non reliquimus qui ararent bouc
seruis fugas imperauimus, iam procumbentes ante li
na principum pauperes in ipsis precibus expirant. Plo
tibus liberis legatum promittimus. Iam tantum sibi qu
que cura est. Nihil tamen horum etiam nunc in inuidi
gati queror, adhuc prior cursus est. Hactenus nostra ma
tulimus, in reliqua legatus nos vicarios dedit. Si quicqu
tu

bi humani sanguinis supereſt, niſi nimia saturitate alie-
e fortunæ cogitatio excidit, reſpice patriæ caſum, reſpi-
e neceſſitatem grauiſſimam. Miſeri te miſimus, expectat
allidi exãguéſque ciues tui, & quicquid extremi ſpiritus
dhuc ſupereſt, ſpe tui trahitur. Figura tibi exeſos vultus
ecreſcentem populum iam præmortuas vires. nec quic-
quam horum potes ignorare, ſi quid tibi credimus: fame
laborantem ciuitatem vidiſti. Feſtina dum ſuperſunt qui-
bus legationem renũcies. Feſtina dum morti vltimum eſt,
flamento digni ſumus. Quid in nos conuertis etiam alie-
næ ciuitatis famem? Quatenus nobis computandum eſt,
propter te duplum mali tulimus tu ſuper frumentum pu-
blicum ſtertis, & omnes maris circunuectus oras, littora
portuſque cognoſcis. Tu inter duas ciuitates fatorum ar-
biter, alienæ conditor, tuæ euerſor, ſalutem noſtrã pere-
grinis admeciris, & ſecunda tempeſtate in patriam feren-
tes habens cõtrarios vẽtos exoptas. Nos per arẽtes effuſi
cãpos, morientium herbarũ radices vellimus, eò quidem
fortius, vt ſi fieri poſſit, in venenum incidamus, ſubeuntes
inſolitis cibis. Et ſicubi fortẽ vberius paulò pabulũ cõti-
git, de paſcuis rixa eſt. Amaros fruticum cortices, & ramo-
rum malẽ arentiũ pallidas frondes decerpimus. morbida
quicquid fames coẽgit, corpus admiſit. Iã paſſim moriun-
tur, & peſtilentiũ more pecudũ ſubinde aliquis ex populo
in ipſis paſcuis procũbit. Crebrior cotidie interitus, & la-
tior ſtrages: & mẽ miſerũ, iam fames deſinit. Quos teſter
deos? Superóſne, quos per tãtum nefas fugauimus? An in-
feros, quos nobis permiſcuimus? An noſtram malam cõ-
ſcientiã, omnia nos antè feciſſe, quæ nemo præter nos fe-
cit? Pecora cecidimus, campos euulſimus, ſyluas deſtruxi-
mus, nouiſsime nihil relictũ eſt præter eſurientes & mor-
tuos. Siqua eſt fides, libenter hanc parte accuſationis ſub-
inde differo: adeò vbi tantum nefas narrandum eſt, etiã
exigua temporum lucra ſectari libet, & neceſſe eſt reo in-
dicare, qui à malis publicis abfuit, quàm multis non ad
diem venerit. Ignoſcite dij hominéſque ſceleri quidem
vltimo, ſed tamen quod feciſſe miſerrimum eſt. Non ha-
bitant vnà pudor & fames: & cum ſemel intrarit impotẽs
domina feras etiam & ingentes beluas ſubigit. Terram
morientes momorderunt. Memetipſum, & nihil fuiſſet

aliud, comedissem. Sed confitendum est, legati beneficio non defuit. Postquam omnem patientiam vicerat ingens fames, postquam spes quoque, quæ miseris vltima est omnis abierat, & frumentum toties sibi frustra promissum animus iam ne cupere quidem audebat, subiit furor, & alienatio mentis, & tota sui arbitrij fames facta est. Animus malis diriguerat, os insolitis cibis stupebat. feris inuidere cœpimus. Primò tamen furtim, & intra suas quisque latebras admisit hoc monstrum: & si paulò citius venisses, potuisset hoc negari. Si quis ex strage corporum defuerat, sepultum putabamus: nec tamen indicauit quisquam, nec deprehendit aliquis. Nemo vt hoc faceret, exemplo impulsus est, se quisque docuit, omnes scire cœpimus, postquam omnes fecimus. Quoties tamen antequam inciperem, in portum cucurri? quandiu in altum intentus, siquę essent in conspectu naues, oculos fatigaui? Tibi legate tempus differre facile est, qui tuam tantum partem non vendidisti. Tu quem habeas diem videri, ego septimum expectare non possum. Ergo rabidi super cadauera incubuimus, & clausis oculis, quasi visus conscientia acerbior esset, tota corpora morsibus consumpsimus. Subit interim horror ex facto, & tædium ac detestatio sui, & planctus. Sed cùm ab infaustis fugimus cibis, vrit iterum fames, & quod modò ex ore proiecimus, colligendum est. Nunc mihi illa fœda videntur, nunc abominãda, laceri artus, & nudata ossa, & abrepta cute intus cauum pectus. Nunc occurrunt effusa præcordia, & liuidæ carnes, & expressum dentibus tabum, & exhausta ossibus medullæ. Quantulum enim corporis fames relinquebat? Nunc illud horreo tempus, siquando aut manus incidit, aut facies, aut aliquid denique quos homines propria nota signat. Nunc cibi succurrunt quos imponere in mensam non ausus sum. Confitendum est enim, deuorauimus homines, & quidem auidè, qui diu nihil edoramus: & tamen cœpisse difficillimum fuit. Postquam res factum est, postquam nemo erat in ciuitate quem conteri puderet, tum verò iam in posterum prospicimus, & funera horreis condimus. Retroaguntur exequiæ, ac citra aut ad rogos pugna est. Hæres cadauer cernit. Nouum & incredibile, nisi nossemus, monstrum habuimus,

fuit

sine rogis pestilentiam. Mortui ratio non constitit. Petisse ciues scio tantùm, quia inter viuentes non video. Aegri assidentes timebant, & labentem animam supremis domesticorum oculis reducebant. Primò tamen nihil rogabant suos nisi totam sepulturam. Vt maior vrgere necessitas cœpit, beneficium factum est expectare dum moritur. Nemo adeò affinis fuit, nemo tam coniunctus, quo pietas abstineret nostros comedimus, nostros. Nam si alienos vellemus, nemo audebat, nemo cedebat. Nihil est tamen quòd indignari velitis, narraui vobis lucrum vestrum. Frumentum duplo vendidimus, & callidissimus legatus vicinæ ciuitati imposuit. Plena nunc horrea, bonæ rationes, onustæ naues sunt, & quò magis gaudeamus tanto bono, pauci sumus. Nam quod ad temporis excusationē pertinet, nihil est opinor quòd æstuet. Iu defectum non incidit populum, nec sanè fuit cur festinaret. etiam nunc expectare poteramus. Sola est nostra ciuitas quæ fame perire non possit. Dissimulaturum me putatis istius patrocinia? Confiteor, venit ad vltimum diem, attulit frumentum, gratulemur quòd iam nulla ciuitas fame laborat. O si vires sufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis diu faucibus residuę vocis exiret: quanta indignatione opus erat, vbi pro omnibus dolendum est? Quod cum ita sit, vniuersi qui assumus, proclamemus, hæc tota concio in vnam vocem consentiat, non esset tamen futura par crimini inuidia. vt omnes accusemus, quo ta pars queritur? Secum quisque reputet quæ tulerit, quid admiserit. Planè immanis belua est, & non tantùm necessitatis caussa per nefas pastus, qui quòd comederit hominem, non irascitur. Succurrite dolor & seri vomitus, & vltrix pœnitentia. Ades longi ieiunij imperiosa necessitas, & vos intus implicitæ, si quid potestis, admouete animæ, & à ferali ventre prorumpite, dum commissum nefas deuoto capite expiamus, & quasi lustrata vrbe, feralem victimam violatis manibus mittimus. Decent nos tales hostiæ. In iudicium perduxi publicum scelus, & infamatæ ciuitati quæro velamentum. Nemo non commisit aliquid, habetis tamen, si vultis, vnum, & pro omnibus nocentem: reipublicæ læsæ accuso. Mirari vos certum habeo hanę verbi segnitiem, cùm ciuitas tota consumpta

sit, cùm populus in se tabuerit, quo perstricta tantùm patria, & leuiter (quod aiũt) manu offensa intelligi Sed ferenda est, vt in cæteris, hæc quoque rerum iniuria, quòd non tam immanibus factis paria verb commodauit: & fames nostra, fames dicitur: & cibi cibi vocantur, & respublica nunc læsa. Nec scilic peracto legitimo ordine reus punietur. Omnia rogo pulosè agantur. Videte vt iure iratscamur, qui con viximus. Imò etiam si libet defensionem audiamu iam nunc nos moretur. Neget læsam rempublicam pluſquam læsa est. Non enim discussos alicuius o angulos, nec reciſas lucorum frondes, nec publica ædium disperſos parietes obiicimus. Ac ſi videbitur, ciet forsitan non esse rempublicam quæ perierit. Id superest, vt iam hoc nomen extinctum audiamus. Pro det eousque fortasse, vt esuriſſe nos neget. Non inſi autem parum propriè hoc legis verbo nefas iſtius fig non posse. Maiores enim ne lædi quidem rempubli impunè voluerunt, ideóque existimo etiam hoc esse prehensum. Nemo autem verebatur ne absolui po crimen lege maius. Quid quòd actionem reipublicæ tentat in legem malè gestæ legationis deflectere? reus crimen, hoc est, noxius crucem optat. Non fusti iudices, in tanto animi motu argumenta conquirere impetus iræ meæ in digitos descendit: hoc tamen non cadit in formulam publicus dolor. Nec ſi adeò cibus quid paſsi sunt exciderit, vt has ferant cauillat nes non diluentes crimen, sed differentes, populus que impunitum nefas sine lapidibus præteribit. Non pr ſcribes. Te accusare male gestæ legationis possum. porrò, ſi occiſos obiecero homines, non tu es cau mortium? Si violata sepulcra, non propter te rogos fr dauimus? Sed legatus fuiſti, quod tamen ipsum quid aliud quàm rempublicam tractare? Rem autem qui m agit, vt arbitror, lædit. An existimas hanc legatis dari p candi licentiam, vt quæcunque scelera in eo officio co miserunt, cum his omnibus hac vna lege decidant? O mium inuidendam huius legationis conditionem, ſi ti & famem remiſit, & legem. Sed errauerim sanè, & qui nullum in foro nostro iudicium fuit, desuetudine ipsa iur

excid

cidérint: quomodo legem meam effugis? Nam nisi
alis stupeo, duo sunt omnino quæ in eiusmodi crimine
eri soleant, An læsa sit respub. an ab eo qui arguitur,
a. In quibus siquid tibi fiduciæ fuisset, non à crimini-
s crimina appellares, nec ad alteram pœnam transfu-
res, sed te ab hac quæ intenditur, tuereris. Dico læsam
sse rempub. Oratione hîc opus est, aut reliquorum more
eusatorum hoc nunc mihi quærendum, quomodo res
ribis aggrauetur. Adeò infirmata est calamitatum me-
moria, quę si posset excidere, non tamen narranda nobis,
d ostendenda erat ruina publica. Agedum, si videtur,
tra portas prospicite squallida arua, & spinis obsitas
egetes, & semesos arborum truncos. Viduis cultore
egis, errant à fame nostra innocentes ferę, inanes villæ
ant, & deserta horrea in ruinam procumbunt. Nullus
uersis aratro glebis campus nitet, nullum solum opere
tenuatur. Iam & in sequentem annum famem timeo.
Redite in domos vestras, videbitis noxios focos, & ignes
abo cadauerum extinctos, & tecta mortibus grauia.
cum maximè inferimus in tumulos ossa insepulta, duci-
mus opertas exequias, & ad sepulturam residua conse-
untur, & tandem cadauera igni permittimus. Vbi verò
uniuersas familias fames extinxit (quæ pars maxima est)
inanes domus situm ducunt, iacent relictæ sine hærede
arcinæ. Inuenitur interim clusa domo conditus domi-
us, cuius mors famem euasit, quem rimantes nō inue-
ere proximi, qui inter suos vltimus decesit. Quò vos
mitto? Ipsam intuemini concionem, vnius deficientis spe-
ien tota ciuitas habet, cauum macie caput, & conditos
enitus oculos, & laxam cutem, nudos labris tremẽtibus
dentes, rigentẽ vultum, & destitutas genas, & inanes fau-
cium sinus. Prona est ceruix, tergum ossibus inæquale,
infernis imaginibus similes, fœda etiam cadauera. Aut si
quis talis non est, confiteatur se vsque ad saturitatem cō-
medisse. Sua quisque consulat miserа præcordia, suũ ven-
trem conscientia grauem. Dic nunc legate, innocens sum,
quòd ad illum diem veni. At ego propter te nocens, sum
quòd ad illum diem vixi. Quæ comparata nobis malà,
non delicatas lacrymas habent? Aliquem populum ho-

stilis exercitus intra portas cogit, solet venire vltima obsessis inopia, sed euerti certe licet. Victor captiuum aut occidet, aut pascet. Tormenta quidam piratarum tulerunt felices quibus contigit innocentia. Mors certe finis est, nec sæuitia vltra fata procedit. Aut etiam siquis adeò hominem exuit, vt ibi pœnam quærat, vbi sensus doloris non inueniat, nempe tamen cadauera feris obiiciet. Circumdati sunt quidam flammis, ipsa tamen pœna habuit sepulturam. Non incendij cinerem perdidimus, nostra etiam ruina tabuit. Nostra mala non latent, non ignis defunctos cremauit, non feræ lacerauerunt, non aues attigerunt, & tamen cadauera mortibus annumerare possumus. Cum spem conualescendi afflicti sumus, imò etiam citra votum. Grauior in dies facti pœnitentia est, pudet vitæ, lucem ac sidera intueri non audeo. cotidie felices mortuos clamo, & malæ conscientiæ facibus agitatus, nihil fortunatius in æterna sede vtcunque compositis puto, adeò mors placet. iam etiam cibis nostris inuideo. præterita differo, ipsaet nimia cupiditate nocet abundantia, desideratos diu cibos auide haurimus, & lassam famē saturirate strangulamus. Morimur adhuc etiam frumento tuo. Atqui cæteræ reipublicæ partes, quæ sunt ad vsum populi comparatæ, & liuiore cum damni sensu pereunt, & facilè remedium accipiunt, cum reparari possit amissum. Opera restituam, æarium replebo, naues, arma reficiam: hîc vulnus altissimè penetrat, hîc ipsa vitalia feriuntur, vbi populus ruit, vbi continuis funeribus omnis sexus atque ætas semel sternitur. Exhausta est ciuitas, & desolatæ domus, triste florentis quondam fortunæ indicium, laxi muri. Quàm multa in ciuitate nostra perierint quæritis? Minima quidem portio supereſt, sed etiam ex hoc intelligi potest, esurienti populo satis fuerunt. Plurimum tamen interest quomodo perierint. Felix pestilentia, felix præliorum strages, denique omnis mors facilis, fames aspera, vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magnitudo peccandi, durissima necessitatum, deformissima maiorum. Hæc ad humile opus nobiles manus mittit, hęc alienis pedibus mendicantes prosternit, hæc sæpe sociorum fidem fregit, hæc venena populis publicè dedit, hæc in parricidia impulit egit. Adhuc tamen vnum videbatur remedium, non exspectare

pectare mortis diem, & tabescentem cotidie spiritum superuenientibus malis subducere. nam in fame nemo quidem mortis immunis est. At non tua culpa fames cœpit, sed vulneratum iugulasti, titubantem strauisti, fumantem incendisti. Nequid iniquè faciam, diuisa sunt mala. Primam famem fortunæ imputo, vltimam tibi. Moram tuam itineribus separo. Denique ex eo inopiam tibi obiicio, ex quo propter te tuli. Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum, fuerint fortunæ, fuerint anni, fuerint temporum. Aliam conditionem habent ciuium mortes, & cadauerum dira laceratio, & peiores inopia cibi. Hæc fames iam tua est. Puta me in præsenti nihil adiicere nisi hoc vnum, tardius quàm potueras venisti. Nondum tibi obiicio duplicata tempora, nec temensum toties mare, nec graues ancoras, nondum tam tam moram, quanta legationi satis esset. Si innocentes essemus, populum septem diebus perdidisses. Angustos humani spiritus terminos fames fecit. morimur, deficimus. festina misericors, omnes excipe auras: etiam si tota secundis flatibus tetenderint vela venti, tamen remis adiuua. Salutem publicam vehis, spiritum populi tui reportas, omnium nostrûm in ista classe nauigant animæ. Iuramus per tuum reditum, effusi per gradus templorum vota suscipimus, tendimus manus: nam quas feriamus hostias, non habemus. Quid spem publicam ad ancoras alligas: non stat interim dies, & plenis velis mors venit. Festina, merita tua non conditores æquauerint, non ipsi dij plus præstiterint. Tibi nos, tibi liberos nostros, tibi quicquid homini iucundum est, tibi debemus quicquid vicinæ ciuitati præstitisti. Non dico illa quæ poteram, puta cæruleus imber in naues ruit, classis inter fluctus latet, nec inter canentes collisarum aquarum spumas vela dignoscimus, egerit ex fundo arenas mare, micant ignes, intonat cælum, scissis rudentibus tempestas sibilat, denique fidus hybernum conditur: tu tamen perseuera: frumentum vehis: nihil horum necesse est feliciter nauiganti, festina. Quererer si naues commeatu tardasses, dum velocitatis ratio haberetur: mallem accipere dimidium. Non delicati lumus, non luxuriæ quæritur abundantia, sed vnde spiritum sustineamus, vnde mortem differamus in

præsentia quantulumcunque. Si plus opus fuerit, relibis. Siccæ fauces sunt, æger anhelitus os tendit. Iam fruſtra in ſinu parentum liberi plorant, & nondum edi conceptus intra vterum famem ſentiunt. Iam nemo diu eſt. Auras captamus, & rore veſcimur, & iam ſperare tormentum eſt, cotidie vires deficiunt. Iam non imus in ictus, ſed redimus. In editis ſcopulis populus ſedet, dum naues expectat, in paſcua non redit. Aquas ingredimur, & vnus ad te ſpectantium rictus eſt, & cum defecerunt omnia, expirant. Te, te expectantes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt. Quoties ſole percuſſa nubes refulſit, nauem putamus. quoties fractus vento fluctus incanuit, vela interpretamur. O mobiles miſerorum ſpes, ad vnaquæque ſolatia, ab vnoquoque quomodo notant? Hæc certè nauis eſt, ecce vela panduntur. propior appellitur, & accedendo creſcit. noſtra eſt, ſuos in vtraque partem ventos habuit, noſtris votis gubernati ſinus ſunt. Hæc dicimus, at illa interim tranſuolat. Fletus inde & deſperatio, & lucis odium. Nihil enim grauius quam deſtitutę ſpes torquent. Ne interrogare quidem licuit, aut quærere. nemo applicabat. Ergo incerti omnium rerum pependimus, nihil quiſquam cognouit. Saltem ſi ſcimus cuiſſet vbi frumentum vendidiſſes, ipſi petiſſemus. Iam quomodo ad ſingula momenta temporum mutabamur animi? Bene eſt, ſerenus ſol occidit, purus ſe dies tollit, at nos venti ferunt, iam veniet. Pendet interim fames, & illud quod iamdiu cogitat differt, ita tamen, vt ſubinde computet quot dies ad mortem ſuperſint. nam quid profecit? Meminiſtis, cùm contrarij venti flare cœpiſſent, & in altum fluctus à terra volarent, quanta comploratio, quanti planctus fuerint. retinebitur, ſtabit, laborabit. At, ſi diis placet, legatus noſter tum maximè bene nauigabat. Nos in hac fortuna, in tam graui caſu, in eiuſmodi cogitationibus ſumus, tu ſinus maris circuis, & per omnes curuatorum littorum ambitus terram legis. Sic fit vt iuuet diu nauigare. Nullus amœnus prætermittitur portus, nulla celebris ciuitas inuiſitata tranſitur. Mentior, etiam ad eſurientes applicas. Dein ſiquam timoris iniuriam quereris, non feram te morantem: quomodo ſatis accuſabo vendentem? Spiritus noſtros tranſcribis, ſalu-

rem

tem noſtram exponis. Quæ diu inæſtimabilis fuit, innocentiam publicam vendis. Frumentum non naufragio perdidimus, non latrocinio: lucro perimus. Tempeſtas quoque aliquam nauem in medium littus impingeret, & ex claſſe numeroſa omnes fluctus exhauſiſſet. Periit frumentum, quia claſsis venit in portum. Ita nos alienæ ciuitati legatum miſimus, & vilia ac deuota capita vicinorum deliciis motimur. Nobis nihil iam reſidui ſpiritus ſupereſt, nos in conſpectu mortis ſtamus, nos legatum frumentúmque noſtrum ore aperto expectamus, claſsis noſtra vecturam facit, & vicinarum ciuitatum copias reconducit. Penè à conſpectu noſtro vela conuerſa ſunt, quantulo minus quàm congeſti frumenti puluerem vidimus? tantum iam temporis tranſiuit ex quo pecuniam contulimus, legatum creauimus. Iam dinumeratis temporibus quæ ſecundi venti breuiora fecerunt, cotidie ſpero, & ſanè propè eſt. At legatus meus ad emendum modò proficiſcitur. Tibi ergo tot ciuium mortes imputo, tibi ſtragem populi, tibi liberorum parentúmque miſerrimas pœnas, tibi quicquid paſsi ſumus, tibi, quod grauius eſt, quicquid fecimus. Et ſcilicet ſperas vt tantam ſceleris inuidiam ab animis noſtris duplæ pecuniæ ſtrepitus, auertat? Neſcis quàm multa vendideris. Duplo vendidi. Itáne infelicitas mea negocianti tibi lenocinata eſt? Quòd fame perire ciues meos patior, quòd vt veſtram ciuitatem ſeruem, meam euerto: quòd à tam vicinis littoribus claſſem torqueo, quòd ad diem redire non poſſum, quòd pretium conſtituitis, quòd occultum datis duplum, patrocinio meo quantulum lucror? At nos inepti ac veſani de fame querebamur, grauis nobis inopia, intolerabilis & miſera, accerſita mors videbatur. Non agimus gratias induſtriæ legati? Reſpub. noſtra locupletior perit. Sacroſanctus mercator opportunum, opinor, inuenit mercis exactum. Miror hercle, ſi tam bene negotium geſſeras, quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo vendidi. Decepiſti vicinam ciuitatem, circunſcripſiſti, ita vt queritur. Duplo vendidi. Hoc enim vnum ſupererat, vt deuectum tantidem venderes. Habita eſt itineris ratio, habita viarum. Ego verò malo quod tam magno vendidiſti. Apparet enim te nihil coactum. Sed ſi ſemel ponis haſtam

salutis, si redemptores vitæ admittis, & nos admone: melius vendes. Nos quicquid in domibus habemus, quicquid in templis, quicquid ciuitas suum vocat, congerere parati sumus. Frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus, fines publicos tradimus: omnia licet eadem vicina ciuitas polliceatur, plus non potest. Profit mihi quod apud negociatores solet, in antecessum dedi. Triplum, quadruplum, quantum popoſceris accipe, illa pecunia frumentum licet vicinis afferas. Si nobis nihil de commeatu nostro partiris, nos vicinæ ciuitati vendemus. Liceat seruire vbi frumentum est. Non exigua res est, pro vita, pro sepultura, pro innocentia licemur. Non potest hic commeatus tam carè emi, quàm expectari. Sed nisi vendidissem, inquit, fame laboranti ciuitati, timui ne raperet. Et ita vtique occupare voluisti, vt nobis iniuriam tu potissimùm faceres. Multum mehercle vos fallit opinio, iudices, si vllam causſam ita euidentem deferri possit in forum putatis, cui nulla ne mendacij quidem velamenta contingant. Opinione sua defenditur: & quæ res minimè coargui potest, vtitur se teste. Ne nos periremus, non timuisti: ne repetiti commeatus post diem nostræ mortis applicarentur, non timuisti. Nostris certè malis quàquam nihil poterat accidere inopinatum, tamen inter medias tempestatum, & ancipites incerti maris casus, confiteor, ne frumentum salua classe perderemus, non timuimus. Non dico vt maxima vis parata sit, vt more immanis latrocinij turba raptorum littus premat, vel repugna, vel fuge, vel roga incensurum naues depressurúmque minitare potius, quàm totum frumentum vtique populo pereat. Partire vel gratis, dum nobis aliquid quo respiremus afferas. Illud quo certè nihil asperius accideret, rapi patere. Faciat fortuna quod voluerit, legatus à præcepto non recedat. Refer nobis saltem iniuriam nostram, mitte nuncios: ira famem differemus, rapiemus furentes arma, & se in obsidionem ciuitatis inimicæ sine delectu populus effundet. vastabo interim fines, hoc est per aliena prata pascar. Siqua in villis deprehendero pecora, diripiam, bellum me alet. Citius ad frumentum peruenimus, quàm tu cum frumento redibis. adiuuabunt pugnantem iusta sacramenta. Si contigerit æquum fortunæ iudi-

cium,

cium, non meos tantùm commeatus recipiam. Si minus, certè dabitur bene mori. Liceat & manum conserere, in acie confligere. condant se postea licet muris, longius ob fidio eat: interim certè hostium potius cadaueribus viuemus. Sed nulla vis fuit, nulla exterior iniuria tuum certè commeatum nemo rapuit. iure miseri sumus, & ex stipulatu legati nostri perimus. Vendidit quantum voluit, quâ ti voluit: & vt hoc ad nostras accederet moras, fortasse diu concionatus est. Omnis cum fide persoluta pecunia est. Hoc quî colligo? Qui quanti vult vendit, iudices, potest non vendere. Nam per fidem, si rapere alienum frumẽtum & possunt, & volunt, quid ita duplam pecuniam soluunt? Nam quomodo in magna inopia quicquid emi potest, vile est: ita cùm possis habere gratuitum, duplo carũ est. Sed mihi credite, color iste patrocinij est, & diu in saturo ocio cogitata defensio. Non potest simiis vsquam fames fuisse. Nos graue huius anni sidus afflauit, nostrum hoc fatum fuit, quos non tantùm fata, sed etiam empta fallunt: qui nostra pecunia, nostra classe, nostro legato, nostro vento, felicissimo cursu, commeatum tamen perdidimus. Nos à frumento longius fumus, ad illam ciuitatem potuit frequenter accedere negociator, sæpius appli cari onusta classis. itaque non misere legatos, nullus illis commeatus longius petendus fuit. quod felicissima anno na, affluentibus copiis, fortunatis opibus contingit, nihil emerunt nisi deuectum. Quare nulla causa illius quem fingis metus fuit, nulla vtique vis. Forũ legisti, & quia adhuc supererat tempus, obiter negotiatus es. Rapturos putasti. Quid dicis scelerate? Et cum hoc timeres, applicabas? Onustus viator apud latrones hospitaris? Commeatũ publicum in annonæ scopulos impingnis? & plenæ frumẽto classis ancoras ad famem ducis? Non præcides medium mare? non velut in hospitales Syrtes, aut voracem Charybdim præterueheris? non tota in fugam vela torquebis? Nusquam est periculosius legationis tuæ naufragium. Tu vt cogi posses, tu vt auferri frumentum posset, effecisti. Tantum habituri sumus, quantum reliquerit pudor esurientium. Quid te duplo frumentum iactas vendidisse? Potuerunt nihil soluere. Quod refers, alienum bene ficium est. Alterum co nfingitur hoc loco mendacium.

Tem

Tempestate, inquit, appulsus. sum. Ita planè infelix nauigator es, & cuius votis auræ non respondeant? Nescimus te duplo melius nauigasse, quàm speraueramus? Nescimus singulis commeatibus bina itinera confecta? Nescimus in vna legatione ventos quater secundos? Sat erat verbo negare, quod verbo ponitur. Remoue hanc spem eludendæ mendacio ciuitatis. Quo damno probas tempestatem? Quid amisisti? Frumentum certè totum venitin portum, nec laborasti. quanquam nimium onustas nauci simulaueris, duplum afferre poterant. Non vexata armamenta, turbatosque funes, aut scissos velorum sinus quereris: classis statim exiit, & quod magnum integræ signú est, citò redit Porrò tempestas in vnum agebat angulum nihil potuerunt obliquata vela deflectere. Nõ potes vltrà procedere, citrà applica. Effuge raptores, effuge non dimissuros. Si aliud fieri non potest, cum tempestate decide, naufragio in desertum littus impinge. Quid euitata procela prodest? quid subducta nubibus inuiis classis? in portu naufragium fecimus, & frumentum ad ancoras perdidimus. Ego verò, inquit, attuli, & quidem duplum. O nos felices, rũpamus saturitate præcordia, pascamur in præteritum, & famem cruditate pensemus. Frumentum attulisti. Quid quòd medicina mortuorum sera est? Quid quòd nemo aquas infundet in cinerem? Quid quòd extincto populo etiam nouendialis tardè venit? Quid quòd iam ego frumentum non desidero? Naufrago tabulam obtulisti, mortuo applicas nauem. Duplũ est, infunde in sepulcra, & admetire tumulis. ibi sunt qui mendauerunt. Quid aliud effecisti afferendo frumentum, quàm vt nos quod adhuc fecimus. pœniteret? Nunc me magis pudet, nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comedisse. O nefas, in quo me scelere commeatus deprehendit? Siccine pariasse cimus? Adhuc nihil habuimus, sed nunc licet reponamus. Quis autem vnquam penusabit necessaria superuacuis? Duplum attulisti, sed illis qui perierunt, nihil. Sed non possumus iam non feciisse quod fecimus: plerunque sera pro nullis sunt. Sed & temporum ista momentis aut pretiosa fiunt, aut vilia. Vis scire quãtum inter hoc tempus & illud interfit? Tenta igitur forum tuum, totum hoc non potes dimidio vendere. Supereſt adhuc vnum patrocinium, in

quo

quo spes omnis profligatæ causſæ consistat. Ad diem veni. State hic certe, iudices. nam ferri non potest, exundat altius dolor. Pudorem publicum, quanuis proiectum, & iam olim sepultum, hucusque protrahis? Cur non expectauimus? Cur famem non ad constitutum diem tulimus? Cur ad tantum nefas accessimus? In hac lance publica causſa, iudices, pendet, aut iste tardè fecit, aut nos citò. Hoc videlicet expectasti, & ne captiosum esset officio tuo maturius rediſſe, ex industria tempus triuisti. Non tempestas in causſa fuit, non vis vlla vicinæ ciuitatis. Vna ratione moratus es, nondum erat tempus. Adeóne nobis miseriæ, publicæ exciderunt? Adeò insperato frumento obstupuimus, vt hæc audienda sint? Vltimum omnis memoriæ reum vna vox innocentem facit? Populatorem euersoremque ciuitatis nisi ad supremum damnabo, absoluatur. Publicus reus rediit. Illum, respondet, diem dedimus. Tu tamen si interpellatus tempestatibus serius veniſſes, excusares mare, & ambiguos flatus, & tibi bonā causſam habere videreris, cùm diceres, antè nō potui. Et nos hæc cogitauimus, his casibus ampliauimus tempus. Nos illum tibi diem dedimus: sed quia illud citius emisti quàm sperauimus, supra votum nostrum nauigasti. ad proximum littus maturè classis applicata est. Ego tibi possum satis irasci? Felicitatem nostram perdidisti. Ergo quantum in te, tēpus consumptum, est dies excesſit, peius pati nihil possumus sed pessima diu patimur. Imputa nobis propitios vētos, & secundum mare, & ciuitatis opulentæ liberalitatē, quæ tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis esset. Quantumlibet velocitate tua, glorieris, computa si placet, quando primùm conterminos portus onusta classe comprehenderis, quàm tardè à vicina ciuitate veniſti. At etiam, si diis placet, animo defenditur, & quam causſam vexandæ ciuitatis habuerit, querit. Istud ego interrogare debueram. non vbique, iudices, morandum est: alioqui si quid requirere vellem, multa occurriſſent. Solent negociatores, præter hæc aperta pretia, priuatum ali quid ac proprium stipulari, vtique cùm alienam rem vendunt. Potest fieri vt primò luerari voluerit pretium, serius deinde subuenerit reddendæ rationis dicendæque causſæ cogitatio. Venit fortasse frumentum lucro, redemptum

est pa

est patrocinio. Potest fieri vt aliquam gratiam speraverit à ciuitate seruata: occulta quædam in ciuitate sua odia, quæ plerunque ex inanibus causis oboriuntur, habuerit. Multa succurrunt, sed (si qua est, iudices, dicenti fides) ego nihil inuidiosius reputo, quàm quòd ciuitatem suam stare causa perdidit. Quæcunque ratio, quodcunque propositum fuit, audi quæ passi sumus postquam redire potuit. Transeo tormenta nostræ inopiæ, maciem corporis, vultus terra, destrictos q; ne ramis cibos, quòd aris altaria non imposuimus, quòd populus corporibus suis vias straueret, quòd mendicus quem rogaret non habuit. Non obiicio tibi famem. O tristis recordatio, ô tormentis omnibus conscientia grauior? rumpe ferreum pectus, & ardentes scelera viuentes q; que intus epulas excute. Luctantur intra viscera animæ, & vrerũ funeribus grauidum mortes agũt. Credibiles fabulas fecimus, felices miserias, scelera innocentia. Omnes quascunque clades fama vulgauit, solatia hinc petant: hic audient occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. Si quis mentitus est Cyclopas, Lestrygonas, Sphingas, aut inguinibus virginis latratum Scyllæ, & quæcunque miser didici domi, comites quæro, hinc argumentum, hinc fidem accipiant. Quædam plane falsa sunt: Sol in ortu suo non occidit, nec ad humanorũ viscerum epulas diem vertit. Vidit nos vulneribus patres & ad cuiscerata corpora illuxit. Publicè monstra commissa sunt, & inexpiabile nefas vno ore ciuitas fecit. Parcis nostris iam ne fames quidem satis est. Hoc non omnes feræ faciunt: & quamuis sensu careant muta animalia, pleraque tamen innocentibus cibis vescuntur, vti quæque cõsuerunt. Inter homines etiam si qua alienis membris imprimunt dentem, mutuo tamen laniatu abstinent: nec est vlla super terras adeò rabiosa belua, cui non imago sua sancta sit. Nos quibus diuina prouidentia mitiores cibos concessit, quibus sociare populos, mutuo gaudere comitatu, sidera oculis animisq; que cernere datum est: nos non ante nos fecimus, nigros fame dentes pallidis cadueribus impressimus, & inter horrorem ac famem rescissis labiis morsus abrupimus. Cadauera rogis deuolua sunt, & ad funera tanquam ad naues concurrimus. Defecit aliquis extremo iam spiritu pendẽs tamen durat, quia prius

rius moriturum alterum putat: inuicem expectant: & si spei figuratione tardius, cadit, morsibus pugnat. Non in omnibus mortes expectantur, pater liberos esurit, & oppressa decimo mense mater sibi parit, redit in vterum laceratus infans. Cludunt domos, ne quis funus eripiat. Solæ sunt diuitiæ mortium. velut infaustæ aues supra expirantes flamus. Secreta miseri petunt, in solitudinem fugiunt: & vbi nulla spes vitæ supereſt, mortes suas absconduntur: iã morituri ad feras confugiunt. Dehisce terra, & hanc noxiam ciuitatem (si hoc saltem fas est) haustu aliquo ad inferos conde: Cælestes auras contaminato spiritu polluimus, & sideribus ac diei graues, & inuidiam seculo facimus. Nullas iam spero fruges, propitios deos non mereor. Quomodo me à scelere meo diuellerem? in quas vltimas terras, quæ inhospitalia maria conderem? Meum sanè conscientia vrunt animum intus scelerum faces: & quotiens facta reputaui, flagella mentis sonant. vltrices video furias, & in quamcunque me partem conuerti, occurrunt vmbræ meorum. Habitant nescio quæ in pectore meo pœnæ: & ne morte saltem hos metus effugiam, occupat grauia apud inferos supplicia, volucris rota, & fugacibus cibis elusus senex. Adeóne apud inferos quidem vlla pœna est fame maior? & ille hæc patitur, qui hominem apposuit epulandum. Nobis imminet saxum. nobis stridunt ferreæ turres, nostris caussis vrna iam stetit, nobis viuax ipsum crescit iecur, quia illic quoq; viscera tantùm aues lanãt. Excipiũt nos in proximo littore inhumatæ nostrorum animæ. Miserum me, veráne hæc sunt, an mens aspicit. Laceros video manes, & truncas partibus suis vmbras. Quid hoc est? Non de sepulcris insurgunt, non aliquo terrarum hiatu procedunt vmbræ nostrorum: de populo exeunt. Illuc ite, illi tædas intendite, illum anguibus petite, & tam longæ moræ exigite rationem. Vobis dicat, Duplũ attuli. Vobis dicat, Ad diẽ veni. Ego si huius pœnam videro, possum reddere rationẽ quòd vixi.

**

APES

APES PAVPERIS,

DECLAM. XIII.

ARGVMENTVM.

Damni per iniuriam dati sit actio. Pauper & diues in agro vicini erant iunctis hortulis. Habebat diues in horto flores, pauper apes. Questus est diues flores suos decerpi ab apibus pauperis. Denunciauit vt transferret. Illo non transferente, flores suos veneno spargit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus est diues damni iniuria dati.

Pro paupere contra diuitem.

CREDO ego, iudices, plerosq; mirari, quod homo tenuis etiam antequam quod habeam perdidi, pauper ausus sim iudicio lacessere diuitem vtique vicinum, eumque nec impotentiæ, experte crudelitatis, in tanta fortunæ viribus perniciosum inimicum etiam si venenum non habeat. Neque ipse hoc periculum ignoro, experta non leui documento, quanti steterit mihi quòd semel imperata non feci. Sed neque illud, iudices, damnum tolerabile est pauperi, cùm tam paruis etiam diuites mouentur. Et mihi quãquam propè nihil iam relictum est quod perderem, si tamen ista impunè sustinenda sint, solorum erit iram potius quàm contemptum pati. Nec sanè causa iam supereſt, si ad cæteras humilitatis nostræ contumelias hoc quoque accedat, vt si habemus aliquid, id grandum sit: si perdidimus, tacendum. Vnum oro, ne cui minor dignitate vestra videatur causa litis meæ. Ante omnia enim non debetis expectare vbi pauper magna perdiderim, sed quantulum est quod abstulerit mihi diues, minus est quod reliquit. Et tamen quis indignatur apes formula vindicari, cùm venenis etiam flosculi vindicentur? Quod tamen iudices (quanquam euersus, & ab omni spe tuendæ paupertatis exclusus) æquiore animo tolerarem, si cuius culpæ etiam si iniustam pœnam, meritã tñ iram tulissem. Sed circunspicienti omnia nihil mihi obiici potest à diuite nisi quòd vicinus sum. Est mihi paternus, iudices, agellus. sanè angustus & pauper, non vitibus consitus, nõ frumentis ferax, non pascuis lætus, ieiunæ modò glebæ, atque humiles thymi, & non latè pauperi casæ circumiecta po

ta possessio. Verùm mihi vel hoc fuit gratissima, quòd non fuit digna quam diues concupisceret. In hoc ego vitæ meæ secreto remotus à tumultu ciuitatis, ignobile rerum agere procul ab ambitu, & omni maioris fortunæ cupiditate constitui: & dum molesta lege naturæ trãsiret ætas, vitam fallere. Hoc mihi paruulum terræ & humilis tugurij rusticum culmen æquitas animi regna fecerat, satisque diuitiarum erat, nihil amplius velle. Quid prodest? Sic quoque me latentem inuenit inuidia. Nec ab initio, indices, vicinus diuitis fui, pares circa me habitauere domini, & frequentibus villis concors vicinia paruos limites coluit. Quod ciues pascebat, nunc diuitis vnius hortus est. Postquam proximos quosque reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit: æquatæ solo villæ, & excisa patria sacra, & cum coniugibus paruisque liberis respectantes patrium larem migrauerunt veteres coloni: & latæ solitudinis indiscreta vnitas facta est, postquam ad apes meas diuitis fundus accessit. Nanque ego, iudices, dum fortius opus permisit ætas, terram manibus subegi, & difficultatem labore perdomui, & inuito solo nonnihil tamen fœcunditatis expressi. Citò labitur dies, & procliuis in pronum fertur ætas: abiere vires, cénsus meus, defectáque labore senectus, magna pars mortis, nihil mihi reliquit nisi diligentiam. Circunspicienti quod conueniret opus inualidæ senectutis curæ, succurrebat sequi pecora, fœtúq; placidi gregis paupertatem tueri: sed ex omni parte circuniectus diuitis ager vix tenuem ad gressus meos semitam dabat. Quid agimus? inquam. Vndique vallo diuitiarum cluſi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arua, inde vineta, hinc saltus. nullus terræ datur exitus. Quæramus animal quod volet. Nam quid apibus inuenit natura præstantius? Parcæ, fideles, laboriosæ. O animal simile pauperibus. Et sanè dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei. Est nanque positus ad ortus solis hyberni, apricus, omnibus ventis medius. Fusus ex proximo fonte riuus, crepitantibus inter radiantes calculos aquis, vtrinque ripa virente præterfluit. Satis consiti flores, & viridis quamuis paucarum arborum coma, nascentibus populis prima sedes, vnde ego frequenter confertum nouæ iuuentutis agmen ramo graueſcente ſuſcepi. Nec me

tanta capiebat voluptas quòd fluentia ceris mella condi rem, quòd ad sustinendas paupertatis impensas deferrem in vrbem quod diuites emerent, quàm quòd aduersus omnia lassæ tædia ætatis habebam senex quod agerem. Iuuabat aut lenta vimina vernis fœtibus texere, & ne æs uus ardor aut hyberna vis grauidam penetraret aluum, hiantes rimas tenaci linire fimo, aut fessis apibus vice præbere mella, aut fugiens examen ære terrere, aut bella sedare pulueris iactu: tum ne quid periculi saltem singulis esset, auidas longè fugare volucres, & arcere parua dictu animalia: recluſas interim scrutari apium domos ne per vacuas aluos fœda pestis insidiosas texeret plagas. Dederam laboribus meis iustam senex missionem, habebam quæ pro me opus facerent. Quò non penetrat liuor improbe? Quídue scabræ malignitati clausum est? Inuidit pauperi diues. Cùm euocasset me subitò trepidum, totóque fortunæ suæ strepitu circunstetisset, Quid tu, inquit, non potes imperare apibus tuis, intra priuatum volent? ne hortorum meorum floribus insideant? ne in meo rorem legant? Remoue, transfer. Impotentissime tyranne, quò? Nunquid tam latum possi deo agellum, vt illum apes transuolare non possint? Neque tamen tantum inerat pectori meo robur, vt non perturbarer denunciatione notæ impotentiæ. Volui relinquere uitos lares, & conscios natalium parietes, & ipsam nutricem casam, iámque pauperem focum, & fumosa tecta, & consitas meis manibus arbusculas transferre destinatus eram decreueram. Volui, iudices, decedere, volui; sed nullum potui inuenire agellum, in quo non mihi vicinus diues esset. Nec tamen licuit diu quærere. Fortè serenus pura luce fulserat dies, & hilaris matutini solis tepor ad cotidiana opera lætius solito agmen effuderat. Quin ipse spectator operis (præcipua nanque hæc mihi voluptas erat) processeram, sperãs fore vt viderem quemadmodum alia libratæ pennis onera conferrent, aliæ deposita sarcina in nouas prorumperent prædas, & quanquàm angusto festinaretur aditu, turba tamen exeuntium non obstante intrantibus, aliæ militaribus castris pellerent vulgus ignauum, aliæ longum permensæ iter fatigatæ anhelitum traherent, hæc ad æstiuum solem porrectas pãderet pennas.

Miserum

Miserum me, ignoscite modò gemitibus meis. Non flosculos perdidi, nec caduca folia proximo lapsura vento. Apes cùm volarent, suffugium tenuitatis meæ, solatium senectutis amisi. Nunquam me aliàs pauperé putaui. triste me excepit expectátq; silentium, & inanis alui inchoata tátum opera, & rudes ceræ. Vos, iudices, æstimate quatenus recipiatis hunc affectum meum. Libenter bibissem, si inuenissem, venenum. Hoc mihi damnã nõ brumæ glacialis penetrabilis rigor, non suppressi longa siti flores induxerunt ieiunam miseris famem, nõ auiditas iniusta domini nihil mellis reseruantis: non æqualis fessas morbus intasit: non damnatis sedibus suis auias fuga petiere syluas. Apes pauper miser in opere pdidi. Parauit homo nefarius ante omnia tantum veneni, quod posset & diuitis hortis latis esse, & liniuit flores maleficis succis, & in venenum mella conuertit. Sparsit omnibus floribus mortem: & q̃to plura interim corrupit, quàm quæ apes abstulissent? Illæ studio quotidiani operis excitatæ, vt primùm aurora lucẽ vocauit, in assueta miseræ pascua volant, vt antequàm nocẽtis humorem radij solis ebiberent. matutinos legerent rores, & cęlestes aquas ad horreum ferre possent, nec sibi, sed operi biberent. Hîc triste spectaculum, & tantùm non ipsi qui fecerat, miserandum. Illa ad primum feralis succi haustũ insolito consternata gustu fugit, sed fugisse nihil prodest. Illa longiores expetitura pastus, in altum tollitur, vitãmq; in aura relinquit. Hæc primo statim flosculo immoritur. Illa rigescentibus morte pedibus exanimis, sicut hæserat, pendet. Alia defecta nisu volãdi, adhuc per tertã languide repit. Si quas tamen vsque ad sedem suã distulit mors lentior, sicut ægræ solent sub ipsis pẽdere portis, in globũ nexas, & mutuò amplexas mors sola diuisit. Quis figurare possit, quis dicere, quàm multas mali formas, quã varia lethi genera fecerint tot mortes? Semel vt ipse tristem finiam expositionem, dicendum est, omnes perdidi. Celebre illud aluearium, & domino suo notius ad nihilum recidit. Audete nunc lacessere diuitem, quibus vitę causſa supereſt: exerite libertatem fortibus verbis siquid offenderit. &, quod difficillimum fuit, iam expertus est venenum. Quòd si mihi fortuna vel ingenij vires, vel ius dedisset, crimen istud non priuatam taxationem for-

mulæ merebatur. Venenum leges habere, emere, posse denique vetant, ineuitabilem pestem occulta fraude grassantem. Mæret hæret ibi innocentia, vbi in potestate est secretum scelus, velut venenum, & quidem præsentaneum, inuentum, compositum, datum est. Quantulum interest quis biberit? Homo dedit; & homini dari potest. Non adeò desunt odiorum caussæ, vt iam rara simultas sit: vt videatur aliquis nihil magis quàm malos odisse, libebit aliquando lõgius manum porrigere, & indulgere animis. Credite mihi iudices, difficilius est venenum inuenire, quàm inimicum. Sed me conscia mediocritatis infirmitas intra meas tantummodo continet querelas. nam damnum id est iudices, grauissimum. Pauper vulnus accepi, quod mihi diutius deflendum apud vos quàm probandum est. Nam coarguẽdis quidem criminibus quis labet est aduersus confitentem? Habent diuites hoc quoque contrà nos contumeliosum, quòd non tanti videmur negent. Porrò qui confessum defendit, non absolutionis sceleris petit; sed licentiam. Longius ista quàm timui quæstio peruenit: non de præterito tãtùm litigamus: hoc agitur, vt etiam si quid fortè reparauero, iterum diuiti liceat occidere. In duas enim, quantum animaduertere potui, quæstiones diuidit caussam, an damnum sit, & an iniuria datum. Negat esse damnum, quòd animal liberũ, & volucre, & vagum, & extra imperia positum perdiderit. Negat iniuria datum, quòd in priuato suo, quòd eas quæ sibi nocerent, extinxerit: postremò quòd sparso tãtùm per flores veneno, ipsæ apes vltro ad mortem venerint. Vt nihil esse quod his possem respõdere, æquum erat inter vicinos sic agi? Sed excutiam singula, nec prius meis argumentis nitar, quàm diuersa repulero. Quoniam quidem quæritur an damnum sit perdere, quod lucrum est habere. Liberum est animal puta: non dico fœtus meis manibus exceptos, & in tutam conditos sedem, & reseruatis ad supplementa generis fauis examen vernaculum, quoniam quidem tyrannorũ iura defendis, natos in priuato meo: puta me vel inanis arboris trunco, vel cauis inuentos petris, domum fauos retulisse: multa nihilominus quæ libera fuerant, trãseunt in ius occupantium, sicut venatio, & aucupatio. Nã vt cætera animalia hominum caussa finxerit prouidentia,

quod

quod omnibus nascitur, industriæ præmium est. Quid autem non liberum natura genuit? Taceo de seruis, quos bellorum iniquitas in prædam victoribus dedit, iisdem legibus, eadem fortuna, eadem necessitate natos. Ex eodē cælo spiritum trahunt: nec natura vilis, sed fortuna dominum dedit. Cur infrenatis equis victor insidet? Cur iniusto cotidie iugo boum colla deterimus? Cur in vsum vestium sæpe pecori lanæ detrahuntur? (Taceo de sanguine & epulis per mortem paratis) Si omnia quæ libera generantur, naturæ demus, definitis diuites esse. Si verò hæc conditio est, vt quicquid ex his animalibus in vsum hominis cecidit, proprium sit habentis: profectò quicquid iure possidetur, iniuria auferatur, vt voluc̃es mites, & aliæ quæ per rusticas villas, quæque ditibus cellis saginantur; in quibus tamen dominii ambigua possessio est, & vaccæ, & armenta, & omne pecudum genus. Sed illa imposítus cohibet magister. Penúne domino in iis ius est, quibus custode non opus est? Nam si hoc dicitis, nihil esse nostrum quod perire possit, ex nullius animalis damno hæc edi formula potest. Nam & errare pecudes solent, & fugere mancipia. Si hoc in cæteris non obstat, vagari tu nolles apes, in opus exire, & ad cotidianum censum laboris assidui non detrectare militiam. An non ipsæ domum suã sponte reuolant, finemque laboris sui sole metiuntur, & omnis intra solitas domos turba conditur, noctemq; mo dcto silentio trahunt? Age porrò, vt non sit earum certa possessio dum volant: nempe cùm remearunt, concludi, transferri, donari, venire possunt: in potestate sunt. Quomodo autem potest sine damno meo perire, quod cotidie meum est? At extra imperia pontum est. Mirum hercle, si negato commercio sermonis humani, sunt in cæterorum animalium forma. Tamen quam dominus dedit incolunt sedem, lasciuientem luxuria fugam tinnitu compescimus. Etiam si diuersis regibus coorta seditio ad bellum inflammauit iras, exiguo puluere, vel vnius pœna ducis refedit omnis tumor. Illa verò admiranda sedulitas, quòd operi totus insumitur dies, in dominorũ reditus ablata suppleatur. Age, si obsequi possent, quid amplius imperares? Intelligo his vanis vitra necessitatem esse responsum. Si nõ suat apes meæ, ne id quidem quod his efficitur, meum est

Atqui nulla vnquam inueniri potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubium vocaret. Hoc ergo fieri potest, vt quod nascitur, meum sit: quod generat, alienum? Age, si mihi alui furto abessent, vtrum nulla daretur actio? An vominis modo vilisque texti precium formula taxassem, & perinde agerem quasi inanes perdidissem? Nisi fallor, esset æstimatio & apum. An tandem quas surripere non liceret, liceat occidere? Nō est damnum quòd exutus sum? quòd reditus perdidi? quòd annuos fructus præsidia pauperis amisi? Non est damnum id perdidisse, quod (vt proximo vtar argumento) si habere voluero, emendum est? Quid ergo tibi opus est maleficis fucciis, cùm liceat palàm trucidare, & plenos vel cremare igni, vel aquis immergere alueos? An est aliquod animal, quod non liceat nisi venenis occidere? Vt damnum sit, inquit, iure tamen feci, in priuato meo. Per fidem vestram, iudices, succurrite exemplo. non sufficit his partibus vnus rusticus pauper. obuiam publicè eundum est, & obiiciendæ aduersus nascentem licentiam consensu manus. Credite mihi, maior lite quæstio est. Hoc vobis hodie iudicandum est, vbi scelus facere non liceat. Nam cur non hoc idem de homicidio respondeat? cur non de latrocinio? Non enim iure ista, sed modo differunt. Aperitur ingens funeri via, & obluctantia diu legum velut claustris scelera libera porta prorumpunt, si in priuatum iura non veniunt, & in manifestissima quaque noxa non de facto quæritur, sed de loco, non æqua portione cum sceleratis terras diuisimus. Vbi enim non iam diuitum priuatum est? Parum est proximos æquare terminos, & possessiones suas velut quasdam gentes fluminibus montibúsque distinguere. Iam etiam deuios saltus, & syluas vasta solitudine horridas occupant, tot aquæ intra paucorum vmbram latent, & finibus suis populus excluditur, nec vllus procedentis finis est, nisi cùm & in alterum diuitem inciderit. Adhuc tamen spolia transeuntium, & abacti pecorum greges sub hoc titulo defendebantur, iam priuati veneni transcriptio est. Iterum ac sæpius, iudices, admoneo, considerate, discite, aut nihil vsquam contra ius licet, aut in priuato omnia. At enim aduersus inferentem damnum iusta vltio fuit. Dicam nunc quàm iniqua sit inuicem iniuriæ compensatio,

tio, quámque non solùm legi aduersa, sed etiam paci. Barbarorum mos est populorum, quos procul omnis iuris humani societate summotos proxima belluis natura eferauit. Nos ideo magistratus legésq; à maioribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris vindex sit: & assiduæ scelerum causſæ se refellant, si vltio crimen imitabitur. Damnum accepisti. Erat lex, forum, iudex: nisi si vos iure vindicari pudet. At mehercle iam ad arma mittimur, & instituitur pernicioſa nocendi contentio, & in vicem legis ira succedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas, & paucorum dominio subiecta plebes triste seruitium perferet. Est tamen & pauperibus interim dolor: & vt facilius nobis noceri potest, ita vobis latius. Postremò placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, si mihi viuere expedit, pares sumus. Quid ergo? Si quid tibi dãni attulissent apes meæ, non mihi auferretur ratio, sed forsitan aliqua daretur & tibi. Nunc verò quid quereris? Credo depopulatos agros, euersósq; reditus. Non enim debet leue esse damnum, quod diues ferre non possit. Decerpebant, inquit, flores meos. Ecquid intelligitis, iudices, quanto dolore dignum sit quod ego perdidi, si etiam hoc damnum est, flores auferre? Ita planè. Alioqui tu illos in vetustatem seruabas, & durarent adhuc nisi ad hortum tuum apes venissent. Cuius rei inueniri potest breuior ætas? Nanque dum immaturos exterior alligat cortex, nondum dixeris florem. Paulatim deinde viuidiore succo tumescit vterus, & albentes accipit rimas, necdum tamen flos est. At cùm seruptis iam tunicis in patulum capita fuderunt, & velut filia in orbem, iámque eorum videtur maturitas, & ignotus occasus est, & iam sine ventis quoque soluta natura, labitur gratia, nec quisquam est flos nisi nouus. Quare si dicerem, abstulere peritura, & quæ protinus humi iacuissent, in vsus hominum conuersa: inauditus tamen liuor videretur etiam apibus inuidere. Nunc verò differendum mihi est, quàm momentosa sit huius animalis rapina. Nescimus qua pernicitate plerunque vix contactis floribus reuolet, discurrátque per singulos velox experimento: quàm etiam vbi immorantur, libratis pẽdeant alis. Quis vnquam quod ferentem apem viderat, vbi deesset inuenit? Quantulum verò est quod ex his manu consitis flori-

bus legant? Prata, syluæq; vel maturæ fructibus viten
fragrantes thymo colles (quantum coniectura suspi
potest) pabulum ministrant. Non ex omnibus floribu
carpunt vtilia operi suo, sed in omnibus quærunt. Praet
& quidem protinus illa redditur merces, quòd omnib
quibus insedere, odorem mellis inspirant, & breui cont
ctu vim sui relinquũt. Hoc tu damnum intelligis? hoc
neno vindicas, quod mehercle inhumanè etiam fu
prohibuisses? An non te solus vicinus colui? Non frug
mearum primitias omni vere misi? Non siquis ceris no
candidior incidit fauus, tuis reseruatus est mensis, cu
paruis mediocritate munusculis illa semper adiecere
commendatio, Hoc tibi mittunt apes meæ? Puto rel
est mihi gratia. Admonui, inquit, & vt transferres dem
ciaui. Idcirco contumacem meritò punisti. Non enim
deo quid aliud patrocinio tuo conferat hæc denuncia
superuacua, si non licuit tibi facere quod queror: inim
si licuit: iusta aut sine ista, aut ne cum ista quidem valet
Pudoris verò quod velamentum est, malè audere, cui
defendi superbia? An tandem tuas pecudes quamuis di
fusa stabula non capient, tibi omne armentis mugien
mus, tu gregibus arua sulcabis, & ad excollendos agro
procedet ignota etiam villicis familia, tuis horreis popul
annona pendebit, nec tamen inuidebimus, nec quisq
tam graue putabit sibi istud fortunæ tuæ pondus, non
paucas apes intra angustias pauperis horti composuisse,
quæ tamen vobis mella faciunt, id prorsus indigne ferend
dum est? &, quòd nunquam fando cognitum est, vicinu
diuiti pauper molestus est? Adeò parum est, plurimum po
sidere, vt cum seruis quoque vestris habere peculium li
ceat, inuidiosum nobis puteris quicquid egestatis nomen
excesserit? Tantóne his, in hac vt putamus æquissima li
bertate, legibus viuimus, vt nobis habere medelam non
liceat, vobis liceat habere venena? Postremò quidem dixi
tis patrocinio non putaui, iudices, respondendum, nisi in
deri vestram maiestatem contumeliosa defensione non
ferrem. Vltro enim, inquit, ad mortem venerunt apes tua
Ita planè. Alioqui tu venenum floribus dederas. Impu
dentiæne, iudices, eius assignem, si hoc mihi apud vos
obtinuerit, an stultitiæ, si sperauit? Si venenum homini de
disset,

disset, diceret ipsum labiis admouisse pocula. Si percussorem posuisset in saltu, ipsum in insidias vltro venisse clamaret. Si telum abiectasset in tenebris, illatum sua culpa contenderet. Ego, iudices, quid dico? Duo esse sola quæ omni in crimine spectanda sint, animum, & euentum. Quis animus diuitis fuit, cùm venenum sparsit? Vt apes perirent. Quis euentus? Perierunt. In summa, iudices, quis dubitet quin damnum ei sit imputandum, sine quo non accidisset? Intelligo neque prudentiam vestram desiderare plura de caussa, neque vestram fidem ac religionem egere exhortatione verè iudicandi. Quid moror igitur? Tenet me dolor, & assuetæ voluptatis desiderium. Suut quædam in hac caussa, quæ sarcire pœna non possit. Maior forsitan materia videatur affectus. Si pauperes amare nisi paria non possumus, & necessariò nobis preciosa, quæ sola sunt animum meum extinctæ vnius horę momento tot animę mouent, quod perierunt, de me bene meritæ. Quin ipsum lethi genus addit indignationem: veneno perierunt. Quis hoc vlla satis persequi possit inuidia? Apes veneno? Hæc illis gratia refertur, quòd fructibus nostris inuigilãt? quòd cotidiana statione laboris alsidui ne damno quidem summouentur? Nam & cætera animalia videtur mihi natura vtibus nostris genuisse, hęc etiam deliciis, cum eo quòd in illis quæ vel scindendo solo, vel maturando itineri comparamus multus antè redditus assumitur labor: & cum perdomanda, cùm alenda sint, nihil tamen possunt sine homine, & tantùm coacta prosunt. Apes faciunt mirabilia suos, sine vllo rationis humanæ ministerio totus fructus vltro venit. Adiice quòd cætera animalia aut satis incurrunt, aut vitibus nocent: primáq; ut fama est, hostiæ caussa pecudi fuit læsa fruges. Harum ita innoxius per prata sylvasque discurrit labor, vt tantum factum opus appareat. Qua satis digna prosequar laude? Dicam animal quo dammodo paruum hominis exemplar? Hoc humana excogitare non potuit solertia. Etiam ratio nostra, quæ sub tetris lucrum inuenit, quæ maria inquisitione sua sideribus immiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari non potuit. Venena potius inuenimus. Iam primum futuræ laudabilis vitæ digna principia, non illas libido progenerat, domitrixq; omnium animalium Venus. Vtq; homi-

nes in excusationem sui fabulis tradiderunt, etiam deorum posteritas has regnis suis excepit. Abest inimica virtutum voluptas castis sine labe corporibus. Solæ omnium non edunt fœtus, sed faciunt. Ipsæ paulatim sicut stipatæ sunt per mella viuiscunt: &, vt oportet animal laboriosum, ex opere nascuntur. Inde vt adoleuit iuuentus, & ad similes labores ætas roborata conualuit, relinquitur libet parentibus locus. Et ne coacta in angustum multitudo noua turba laboret, quasi habita verecundiæ ratione, credit populus minor. suspensumq; proximis ramis examen humanas manus expectat. Acceptas cum fide colit sedes. Et cùm ingenia nostra (quæ nos scilicet ambitiosi nostri æstimatores, proxima diuinis credimus) ad percipiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apis nisi artifex nascitur. Quid credas aliud quàm diuinæ partem mentis his animis inesse? Quid præcipuum referas? Non vt cætera animalia per pastus vaga, incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio semper habitatura, sed tutas sedes continent. vrbes tectis, turba populos imitantur. Non feræ, volucres, non præsentis modò cibi memores, in diem viuunt: duraturus hyemi reponitur victus, & repletis ventricellis tutus annus est. Etiam cùm ad humanos vsus opera subducta sunt, reparare amissa contendunt, & labor ab ano incenditur, & nunquam deficit animus antè, quàm vicus. Quid quòd inter animalia quæ non verba contagunt, non verba rationis inuicem negant, tantus operum consensus est, tanta difficillimæ rei laboris cõcordia? Non humano vitio in proprios quæque vsus lucrum ducit: sed publicum viuitur, & communes opes congeruntur in medium, nec fas est deliberare gestu prius quàm plena horrea securos spondeant menses. Quis porrò tantus ardor operis, quæue officiorum partitio, vt aliæ congerant onera, aliæ accipiant, aliæ liniant? quæ seueritas in castigando inertia? Multa dictu visuq; miranda. præuidere tempestates, nec dubio se cælo tradere, nec vltra viciniam nubium tendere. Iam si leues iniquior aura rapuit, ad dirigendam in destinata cursus, modico lapilli pondere librare pennas. Illas maiorum pectorum totis pro rege castris procurrere, & inire bella, mortémque honestam pro illo oppetere. Adiice, quòd siquas aut ætas longior, aut mo-

bo

bus oppressit, efferuntur prius corpora: posteriórq; operum quàm funerum cura est. Quid illigare cruribus flores? quid ore succos in publicum ferre? Me tamen ipsius operis præcipua admiratio subit. Non est temere, nec formitam figuram, & sedes modò reponendis cibis quæsisse credas: rudis cera componitur, accedit vsibus inenarrabilis decor. Nam primùm tenacibus vinculis fundamenta suspendùt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter crescit, nec quicquam ex inchoatis parum est, quod non sua portione perfectum sit iam, nec alia parte opus esset. Gemina frons ceris imponitur: & cùm foraminibus tantum spatium detur, quantum ad generanda examina puram spem capiat (ipsi enim sibi inuicem anguli hærent, & ita mutuò vinciuntur atque alligantur, vt quod voles, id mediam sit) his textis ne vniuersi mellis effluat pondus, interlepta onera cluduntur. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla interueniente doctrina hanc artem nasci? Quid non diuinum habent, n si quòd moriuntur? Anverò autorem vini Liberum colimus, primitiæ frugum Ceteri referuntur, inuentrix oleæ Minerua narratur: mella genuisse minus est, & interponenda gestus voluptate tantum effecisse, quantum ne ipsa quidem rerum natura per se potuit? Ad plurimarum incursus valetudinum remedium est, & præsentissima medicina. Nam quod ad cibos quidem pertinet, diuites viderint. His animalibus aliquis insidiari potuit, & insidiari quare mella facerent? Hæc pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit? & quod sit indignissimum, quò facilius deciperet, fortasse venenum melle permiscuit? Quæ tam inhumana crudelitas? Quis tam inauditis liuor? Nihil enim est, quòd vtaris patrocinio tuo diues, paucorum damno foliorum doluisse te simulas. Dum meas apes occidere vis, flores tuos inutiles fecisti.

ODII POTIO I.

DECLAM XIIII.

ARGVMENTVM.

Meretrix amatori suo pauperi dedit odij potionem. Adolescens fit amare. Accusat illam veneficij.

Pro iuuene contra meretricem.

SENTIO, iudices, hanc quoque calamitatibus meis accessisse nouitatem, vt vobis dum videar odisse. Nec me præterit plurimum perire de nocentissimæ potionis inuidia. Me putatis adhuc impatientia priorum. Quæso tamen vel hinc totam delati sceleris probationem grauitas vestra prospiciat, quòd dolori meo querelæque non creditur: nec amo, qui accusare possum odi, qui amare mallem. Quid est aliud quod bibi, quàm nenũ? Licet igitur nocentissima fœminarum rideat quod accuso, & in manifestissimi sceleris confessione periculum malorum euadere tentet meorũ: non hoc est quod hodie me torquet ac lacerat, quòd à deterrimæ mulieris charitate discessi, sed quòd remedij mei patior dolorem. Fidem iustitiæ, fidem seueritatis humanæ, ne mentiar, prosit vel quòd præuaricatione videor explicatus. Fuerit fortsitan fuerit, vt amare desinerem: contra me inuentum est, vt inuitus odissem. Hoc primùm itaque, iudices, clementia publica peto, ne quòd videtis tristem habitu, rumque conspectu, verbis asperum, contentione temerarium mores putetis. Hæc est illa sanitas meæ: sic omnium in hac corporis mentisque dierum noctiumque feritate, ille modò lætus, ille (si creditis) nimium remissus amator exanduit. Miseremini, iudices, ne vobis venenea sic imponat tam quam hoc mei charitate commenta sit. Suum animum suum tantum secuta fastidium est. Odij potionem contra se nemo dabit homini nisi quem oderit. Quæso itaque et testorque vos sanctissimi viri, vt calamitatis meæ pœnam velitis æstimare mensuram. Perdidit infelix quod quamquè potui amare desinere: patior necessitatem rei quã libenter vtique noluissem: excogitatur contra animum suum

ra-

rumque rationem, ne quod relinqueretur, meus esset affectus. Iterum cum meretrice compositus sum, rursus in se cogitationes meas, rursus retorsit oculos: & hominem quem ab incommoda charitate vel satietas, vel ætas, vel fortunæ suæ fuit dimissura conditio, ad perpetuam impatientiam viribus nimiæ diuersitatis implicuit. Hoc solum insanabile genus mortis est, vt odisse cogaris. Festina ad consolationem præsentis doloris, anime, festina: sed te à prioribus malis recens abducit indignitas. altius gemitus, altius querela repetenda est. Cùm meretricis sit quòd amator odi, cuius putatis esse quòd pauper adamauit? Non quidem ego, iudices, ex illis vnquam fui, quibus nobiles opes, affluentes indulsit fortuna diuitias, quorum felicitas capere posset in amore luxuriam. Habui tamen vnde ad vitæ necessitates, concessa gaudia parca mediocritate sufficerent. Ideoque meretrice tantùm, & quæ certissima est in voluptate frugalitas: vna fui semper eademque contentus. Atista seria, grauis, quæ nunc amari recusat, ô quàm voluit amari! quibus artibus, qua calliditate miseram simplicitatem meam solicitauit primùm, deinde tenuit, donec quàmlamcunque substantiam in huius sinus credulus iam, tamisque serus amator egererem? Iam frustra captauit videri miserari conditionem, in quam nos ipsa detraxit. Breuiter totum nocentissimæ mulieris accipite facinus: Pauperem me fecit, deinde ferre non potui. Siue enim, iudices, communium quæ ad corrumpendas expugnandasque mentes excogitant ingenia meretricum, placuit experimentũ, & in me tentatum est quantũ quis amare, quãtum quis posset odisse: seu mulier omnibus exposita mortalibus, vanitatem fastidio mei despectuque captauit: ei fama inde quæsita est, vt à solis videretur amari debere diuitibus. Nõ erat profectò quod paulò antè patiebar, iam tunc noster affectus, quòd scortorum foribus hærebam, quòd (si istis creditis) paupertatem in lupanarium obsequia transtuleram: pallor & deformis macies inde veniebant, vnde nunc quòd excandesco, quòd fremo. Nunquã hoc tantùm meretrix scit, quemadmodum non ametur. Quod negari igitur iudices, non potest, virus homine firmius, mente constantius, quod immodico ardoris æstu, & crudãte impatientia possit etiam recusantis animi dolo

rem

rem compescere, diris vtique carminibus, & feralium pro
cantationum terrore permistum, lenitate vultus, & blan
da porrigentis dissimulatione protectum, iam perustis
laborantibus visceribus infudit, & hominem solatiis po
tius ac mollium remediorum ratione tractandum, exas
rauit ira, dolore concluſit, magnaque miserum cõmu
tione renouauit. An fecerit, iudices, vt amare desineret
vos æstimabitis: fecit vt amare mallem. Explicitũ me pu
tis, & ab incommodo hilariorem dimissum? Nunc, nun
me fateor debere sanari. Habet aliquod solatium quis
in amore miser est. Leuior est calamitas cui blanditur a
quid de voluptate lætitia. Nunc infelix vror ac lacer
nunc me retinere, nunc regere non possum. Crudeliter
odisse meretricem. Veneficij ago. Sepositа pauliſper, iud
ces, noxiæ potionis inuidia, nõnne vobis videtur implet
sceleris fidem, quòd abstulit fidem conditio personæ? Ve
neficium, iudices, tota vita meretricis est. Parum se leno
niis, parum putant agere mendaciis. Et cùm omnis ad e
pugnandas mentes cura collata sit, non sufficit tamen n
de sui charitate corpori credant. In hoc noctium dierum
solicitudo cõsumitur, quemadmodum de libidinibus sui
affectus, qua ratione transcurrentia cotidie desideria te
neantur: ne cui prosit offensa, ne quem explicet pudor, ne
quem satietas aliquando dimittat. En quam putetis igno
rare quibus vincatur oculis: quæ per incommoda delibe
ria flagrantes mentes corrumpat primùm, deinde contem
mat, cùm sciat quibus oscula, quibus arctissimi rumpan
tur amplexus: quæ pro lætitia dolorem, pro blanditiis
gaudiisque tristitiam præcipiti velocitate substituant. In
nitum est quantum ex hoc medicamento deprehendi pos
sit notitia peiorum, nemo scit tantum remedium. Tenta
iudices, mulier impudentissima sceleris inuidiam nomi
potionis effugere, & venenũ negat esse tantum, nisi quo
occidit. Facinus est, iudices, euadere nocentes, quia tam
facinus plura deuitat. Quid refert, animo noceat aliqui
an membris? Eodem scelere porrigitur omne quod pu
licet. Vnumquodque ex his quod datur, venenum est. Ex
cusatio mehercle adhuc pro sexu tuo pro conditione mu
lieris: sed vt illa nosses gratia tui, desideriumque posses
gerere nolentibus, excogitasti per quod maritos à conti
gere

gum charitate diducas, per quod iuuenum mentes abiũgar ab aliis fortasse meretricibus. Odij medicamentum nunquam ideo tantum meretrix habuit, vt illo contra se weretur. Me quidem, iudices, si quis interroget, in comparatione veneficij de quo queror, minus odisse debeat quod occidit. Et sicut ex ipsis quoque mortiferis mitiora sunt, quæ statim tota velocitate grassantur, & dolorem in ter exitum vitamque non detinent, ita crudelius quod sic ordinatur, vt corporis pareat inuidiæ, & sit tantùm animi venenum. Quid ais? non est noxium virus, nisi quod occidit? Quid ergo vocaremus illud quo lumina sola raperentur? quo pars aliqua membrorum debilitate langueſceret? Tu te veneficam negas, quæ potes potione facere quantũ offensæ, quantum ira, quantum dolor? Amabit cui permiseris, execrabitur ille quem iusseris: accipient à te desideria nostra ortum, finem, modum. Sanè & amor & odium naturales videantur affectus. veneficium sunt cùm iubentur. Quid ? non potest non habere vim veneni, quod cõtra voluntatem homini datur? Video cur sibi medicina permitrat corporum vitia membrorumque morbos infusis medicaminibus expellere: & sine animæ spiritusque cõtagione, quæcunque extrinsecus accidunt, potione vincũtur. Non potest vllus affectus sedibus suis per virus expelli, nisi totorum concussione vitalium: & cùm anima constet ex sensibus, quemcunque auferre tentaueris, illa statim prima nostri parte corporis retenta, confectoq; quod petebatur, reliqua quoque viribus vicinæ tabis expirant. Quædam fortè medicamina possunt aliud vocari quàm venenum. dare quod non licet, non est aliud quàm veneficium. Quantum nefanda de pœnis humanis excogitare potuisti? Innocentius mehercle fuerat vt amaret aliquis iuuitus. Potionem excogitasti, qua bella committere, qua se totum humanum genus posset odisse. potes efficere vt nõ ament liberos parentes, vt propinquitas, vt fraternitas, vt amicitia se collidat. Odij potionem nemo accipit, nisi cõtra hominem quem non debet odisse. Tentat hoc loco nocentissima fœminarum de scelere suo facere beneficiũ. Meretricem, inquit, amaueras. Differo paulisper, iudices, affectus huius excusationem. Dij deæque, quãtum in hoc contumeliæ est, quòd sibi meretrix videtur adamata? Tu

tibi cu

tibi cuiusquam affectus censoria grauitate præstabis? Tu tibi æstimare permittes, quàm frequenter aliquis lupanar intret? Tu cui non licet excludere debilitates, fastidire sordes, exposita ebrietatibus, addicta petulantiæ, &, quæ nouissima vilitas est, noctibus populoque concessa, mores iuuentutis emendas? Aequiore animo feras vt meretrix nolit adamari. Eras, inquit, amator, & pauper. Volo, iudices, sic apud vos paulisper agere, tanquam in hoc me affectu propinqui amicique castigent. Non ego alicuius matrimonij corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicium duco complexus. Inuentas credo meretrices, vt esset aliquid quod liceret amare pauperibus. Nullā ego circa corpora ista consistere impatientiam puto. Diliguntur immodicè sola quæ non licent. Vt in furorem charitas aliqua conualescat, opus est difficultatibus. Breuis de concessis, sed statim satietati vicinus affectus est. Non fouet, nō nutrit ardorem concupiscendi, vbi frui licet. Et quæcunque in mentibus circa permissa coalescunt, non sunt desiderij sed voluntatis. Hoc ipsum tibi mulier obiicio quòd nouas fabulas sermonesque misisti. Solus debet amare meretricem, quem meretrix oderit. Pauperi dedit odij potionem. Quid illam putatis dedisse diuitibus? Si mehercle reponerent nobis contingerent opes, iterum nos in sui charitatem alia potione reuocaret, & ista nunc seria grauis vel impatientia priore retinere. Meretrix pauperem amatorem propter se tantùm non potest pati. Amanti, inquit, detis. Hoc si remedium est, detur scienti. Prima pars sanitatis est, vt libenter accipiat. Quinimmo cur nō potius datur amaturo? Quanto melius, quanto prouidentius, & minore libentis dolore constabit, vt adhuc labentem aggrediantur animum, vt tum adolescentis ardoris impetus in parua extinguatur elementis? Eo tempore das potionem, quo pariter duos patiar affectus. Aliam impatientiam paras, & accipio odium, quia iam amorem ferre non possum. Non desino, sed esse aliud incipio: nec emendor in amore, sed trāsferor. Illa vera sunt remedia, quæ fugatis morbis, cassisque languoris, postea non sentiuntur: & ea tantùm innocenter dabuntur, quæ potentiæ suæ qualitate consumpta desinunt, cùm profuerunt. tu mihi dedisti quod semper exasperaret. Perpetua res est odisse sine causa. Duca-

lice

licet vxorem, te tamen odero: in peregrinas expeditiones
uria dimittat, te tamē cogitationes sermonēsque respi-
ent. Quid interest quemadmodum possederis animum
eum? quemadmodum mihi à te non liceat abire, disce-
dere? Fecisti vt te vbique persequar, vt meis fortassis ma-
ibus inuadam, velim dare venenum. Qui meretricē odit
non desinit, amator est. Sed infelix, misereris mei. Quid
go sanitate tā rigida? Paulatim potius ratione cōpesce,
misceantur consilia, blanditiis veritas temperetur. Alio-
qui non est quòd abigas, quòd expellas. Exasperant neces-
itates, & in amore contentio semper accendit. Adiuuabit
te interim libertas ipsa qua fruar, tempus, satietas, & for-
asse amator alius admonens conditionis. Sed inter oscu-
a, inter amplexus, paupertatem nō tanquam exploraris,
ed tanquam misererris allega. quāquam quid opus fide?
ine curer vt desinam, si quātum affirmas, inuitum mise-
eris ac diligis. Amatoris vnum remedium est, amari. Si
tamen necessariam putas emendationem, quàm multa
unt amantium remedia citra venenum? exclude, dimitte.
Fastidium posset quantum non possit præstare paupertas.
Fac vt me potius ipse castigem, vt erubescam, vt aliquādo
desperem. Is tantùm in amore sanatur, qui quod desinit,
sibi debet. Homo igitur qui meritò indignatur, si hoc tan-
tum fecisset aliquis vt diligi desinerem, quāto iustius que-
ror, factus cùm iam sum alius, infelix, alia patiens? Deci-
piunt nos rerum fallúntque nomina: & ille qui odit, de
amore miser est. Non refert animi, quid nimium velis, &
inter sanitatem languorémque nihil interest, si vtrunque
ferre non possis. Frustra mihi quisquam blanditur reme-
dio, cuius patior tormenta, cruciatus. Aliud est vt amare
desinas, aliud vt oderis. Recessisse nunc me tantùm puta-
ris ab amore meretricis? Ablatus est mihi ille hominis me
lior affectus, perdidi miser quicquid est vnde gaudiū, vn-
de venit vitæ tota lætitia. Amor ille per quem rerum na-
turæ sacra primordia, toriúsq; mundi elementa creuerūt,
qui tenet nunc figítq; rixantia, & de contrariis depugnā-
tibúsque seminibus molem perpetuę societatis animauit,
fugatus iectúsque est. Non habeo infelix affectum, quo
quandoque possim ducere vxorem, amare liberos, appe-
tere amicitias, sperare conuictus. Quisquis odij medica-

mentum bibetit, vnum fortaſsis oderit, ſed amare nem-
nem poteſt. Dij immortales: quid ego hauſi? quale vi-
ribus virus ingeſtum eſt? Non fuit illud vnum venenum
bibi miſer execrationis quicquid totius mortalitatis
contulerat, quod erat omnium animalium furor, om-
ſerpentium congeſta rabies. Odij medicamentum
aliud eſt, quàm aſsiduus animi labor, perpetua triſtitia
homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris
ductus? Fieri non poteſt, vt virus tam impotens ſeme
viſcera receptum ſit, & in vnum tantummodo ſenſu
mandetúrque quouſque dominetur. Ecce iam mulier
quid tamẽ adhuc facere illud in vitalibus putas? Paula
ſe neceſſe eſt per totum diffundat animum, & quam
primo ſtatim hauſtu illud expugnet in quod datur, bre
tempore in nominis ſui potentiam omnes reliquos ſtri
git affectus. Medicamenti cui tantùm contra animum
mùm licet, prima fortaſsis vis erit odium, exitus iſte
venenum ſit. Reſpondere iudices, illis libet, qui me pa
antè dicunt in amore fuiſſe miſerabilem. Quanto cru
liora, quanto grauiora patior, qui dicor explicitus? Il
deſtior cùm amarẽ, & quietior fuerat ſanè pallor in fa
ſed ipſa quoq; comis, optãda triſtitia. Inueniebam ali
quia, merebarque ſermones: nũc me omnes fugiun
ſantur, oderunt. Tum frequenter à lupanari dedu
pudor, abiiciebat occurſus: nunc publica detinent: on
queror, aſsiſto, conuicior. Prò miſerãda conditio, rideo
vbique, narror, oſtẽdor. Ego ſum tota ciuitate merc
inimicus. Sic patior miſer illas lupanarium inſultation
illa corriualium maledicta, conuicia: non poſſum fa
tormentorum exprimere menſuram. Odi, nec vnqua
viſus ſum magis amaſſe. Intelligitis puto, iudices, hom
nem, qui tantũ ad vos detulit animi mentíſque cruciat
& pro vita queri. Sed potio infelix, quicquid eſt per qu
paulatim proficitur ad mortem, aſsiduè mecum riva
affectus, & breui neceſſe eſt conſumar. Quotidie vinc
Quæ putatis eſſe tormenta, quem dolorem, cùm me
vetatur oculos ſequi, cùm à luminibus ſuis animus ab
citur? Quod non proficit, hoc ſupereſt vt occidat. Me
felicem, ſi venenum iſtud nõ habet mortem, ſi mihi in
hos dolores longior vita ducenda eſt. Cur ergo poſt
ani

animi vices commentáque prospicio? Si meretricis impotentiæ omnia lieent, hoc erit remedium, vt amare rursus incipiam.

ODII POTIO II.

Ex superiore argumento.

DECLAM. XV.

Pro meretrice contra iuuenem.

TSI, iudices, ita à natura comparatum est, ne sit vllus iustior dolor, quàm beneficij sui perdidisse rationem, nihilq; grauius afficiat conscientiam bonorum, quàm quotiescunque nulla merita ceciderunt: non efficiet tamen nefandum præsentis reatus indignúmq; discrimẽ, vt misera puella nõ gratuletur sibi quòd illã pauper accusare iam potest. Timuerat infelix, ne remediò suo sic repugnaret pauper, vt magis amaret: ne iuuenis in omni genere animi contentiosus ac pertinax, potionem illam dolore coactæ sanitatis expelleret. Bene quòd & terribilis & minax est pauper, quòd pœnam nostram, quòd sanguinem petit. Non expectes vt statim gratias agat, qui sanatur iniurius. Nobis tamen, iudices, hodiernam pauperis mẽtem non prima fronte tractãtibus miserrimus iuuenis nondũ videtur explicitus: & si bene prioris ardoris impatiẽtiam noui, quod maximè facit, ira nõ odiũ est. Alioqui si profecisset remedium, & à pristino furore iam liber, animo intellectum sanitatis admitteret, omnem adhuc puellæ vitare occursum, non sibi crederet vltionem, & ipsum quoque iudicij timeret adire complexum. Deprehensa est puto nouissimè potionis superuacua persuasio. Amat, iudices, amat, qui queritur quòd nõ ametur. Quid agam, iudices, hoc loco? sub quo temperamento defensionem periclitantis aggrediar? timeo ne si cœpero simplicissimæ puellæ laudare mores, referre probitatem, amare rursus pauper incipiat. Siue enim, iudices, malignitas est persuasionis humanæ, formam vacantem vocare meretricem, seu miseræ nomen id imposuit aliquis amator, cui cum

corporis bonis fortuna non dederat vnde seueri matrimonij castitati sufficeret, laborauit necessitatum suarum custodire probitatem. Nullius vnquam per hanc matrimonij turbata concordia est. Nemo questus est pro filio pater. Nemo exhaustas facultates in aui dissimos sinus penitentiæ dolore defleuit. Tentet licet ingratissimus iuuenis inuidiam miseræ facere prioris affectus, non poterit obiicere meretrici & quòd amarit, & quòd amare desierit. Ne quem igitur accusator hac prima fortunæ suæ coploratione decipiat, tanquam meretricis chatitate consumptus sit: secuti estote pro innocentia nostra, talis incidit, talis adamauit, nec habuit quòd perderet in tam immodico ardore, nisi mentem. Vidistis enim notissimum tota ciuitate miserum, cum lupanari noctibus diebúsque deseruiens, quamuis indulgentissimæ puellæ simplicitate frueretur, modò tamen maledictis opprobriisque vulgi, modò crebra riualium contentione pulsatus, abigi tamen compescique non posset. mouit mitissimam puellam hic infelicis affectus. laboranti primò sui voluit facultate succurrere: sed quicquid indulserat, fouebat ardorem: quam in hac impatientia prona persuasio est, quia nihil praestat meretrix tam sæpe cõtingeret, amari sibi videbatur. Postquam nihil miseratio, nihil proficiebat humanitas, tentauit asperitate discutere. Poposcit, exclusit. Non defuerunt misero preces adhibita sunt ex ipsa iuuenis conditione consilia. Sed ista vincebat, & vires amoris impedimenta perdebant, donec intelligeret hominem qui explicantione non poterat, necessitate seruandum. Puto, iudices, frustra malè audit in immodico pauper ardore. Meretrix magis amauit, hominem, à quo noluit amari. Consumpta igitur optima fœminarum cunctis indulgentiæ seueritatisque consiliis, dũ apud omnes de pauperis sui amore conqueritur, incidit remedium, quo iam dicebatur alius amator explicitus. Quæ prima igitur medicamenti paritet dantis integritas est, nõ negatura porrexit: adiuuit deinde quod dederat, imperauit sibi ne quas admitteret amplius preces, ne querelis assistentis, ne lacrymis moueretur, exclusit. Vultis scire, iudices, vbi sit medicamenti quod obiicitur, totus affectus? Quisquis odiũ dedit, omnia pos hoc facit vt debeat amari. Quanto iuuenis hoc melius

forum aliquando venisti? Incipis agere serium, grauem: iam leges, iam iura loqueris, conuiciaris, maledicisque meretricibus. Hunc tu animum modò inter libidines ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, solâque impatientiæ tuæ fabula notus. Perieras infelix, nisi bibisses venenum. Veneficij agit. Credam mehercle, Iudices, ad subscriptionem huius immanitatis expectasse publicæ seueritatis aures. Quodnam seculo nefas nunciaret hic gemitus? quæ prosiliret orbitas de nouercalibus quęstura commilsis? Quæ pestiferis hæredem medicaminibus enectum tristis comploraret affinitas? Non pudet ergo quòd vacatis lupanarium querelis, & ad vos deferûtur amantium rixæ? Videtis hunc accusatoria fronte terribilem? oscula poscit, destitutos queritur amplexus. Vultis vos, abite potius in vestra secreta, ibique gaudia querelásque mutata conuersatione consumere? Non agnoscunt leges aciura miseros. Hîc audiuntur seriæ calamitates. Non est vltione dignus, de quo potest efficere meretrix vt queratur. E equando vnquam iudices, audistis de veneficio viuum querentem? facinus hoc semper ex mortibus accepit inuidiam. Si latrocinium, probes cruore, vulneribus: si sacrilegium, spoliis numinum, prædáque temporum. Ita veneficium si arguas, oportet ostendas putre liuoribus cadauer inter efferentium manus fluens tabe corpus. Vt iam istud obiicere possit, & vita debet aliquid esse passa, quod inuidiam mortis imitetur. Veneficium vocà quod cæcitate grassatur, quod in aliqua deprehenditur debilitate membrorum. Profer agedum corporis notas, in quas se noxiæ potionis vagus feruor effuderit, vbi depasta senectus visceribus sæuitura consederit. Aspicio par laboribus corpus, retinere sua ministeria, sufficiétem animum seriis actibus, accusatoria firmitate robustum. Crede, iuuenis, omnibus qui te modò noueramus, nũc acrior erectiórque resedit in sensus vigor, in membra sanguis, viribus velut nouæ iuuentutis exultans. Bibisse te medicamentum probare non posses, nisi meretrix fateretur. Quòd si permittitis, iudices, vt quicquid extra consuetudinem datur, ad huius vulgi referatur infamiam: beneficium malè audiendo vitietur sanitatis, statimque merebitur sceleris inuidiam, quicquid profuerit inuito. Illud tan-

tùm noxium virus vocauere leges, quod non admitteret interpretationis incertum. Iniquissimum est venenum videri, quod in potestate bibentis est an sit remediū. Sentit, iudices, iuuenis crimen & detulit, nec nomine nec effectu scriptionē legis implere. Ita q; ex vocabulo mulieris quærit inuidiam. Meretricē, inquit, accuso. Nescis, mihi crede iuuenis, sceleris quod detulisti, qualem mihi debeas probationem. Rem expecto mehercule, vt sit ante omnia minax vultus, feralis habitus, horreāt squalore crines, rigeat sup nefandas cogitationes efferata tristitia. Facinus quod dicitur inquietare superos, sidera diris agitare carminib⁹, tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelus armare manus, fieri non potest vt autorem suum non statim primo prodat aspectu. Vides veneficæ nō horridos vultus, placidámq; faciem. Si cogitationes, si consilia pertractes, sola cura de forma est. omnis in hoc collata meditatio, vt soliciter aspectu, sermone detineat. Audio subinde exactas mero noctes, tua mulier conuiuia, perditas amantium rixas. Meretricis vnum veneficium est, ne desinat amari. Nunquid iniquè, iudices, in tāti sceleris sub scriptione depoſco, ne nominibus reos velitis æstimare, sed moribus? Venefica tua quid prius vnquam, quid simile commisit? Cuius per hanc expugnatus animus est: Quis queritur iuuenis? quis senex? quis diues? quis pauper alius? In te ergo solo venefica, in te tantùm aliud ista quàm meretrix. Vultis integritatem puellæ breuiter probem? Hanc quam nunc detestatur, accusat, amare mallet. Omnia, iudices, facinora (nisi fallor) causas vel de cupiditate vel de simultatibus trahunt. Quod odium de amatore meretrici? Quæ præda de paupere? Odium, inquit, accepi. Ecquid, iudices? Satis me contra infamiam veneni vel solum medicamenti nomē absolueret. Nec inuenio cur debeat idem videri, quod non potest idem vocari. Agedum iuuenis, potionis imple huius immanitatē, dic, Odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, vt à sacris auocarer affectibus, vt pignora sancta despicerem. Illud odiū in meretrice facinus est, quo vtitur in sui charitatē. Ita vel hoc solum sufficit excusationi, quòd illa contra se tantùm dedit. Odium, inquit, accepi. Nunc te hîc reposco iuuenis inuidiā quam fortunæ nostræ paulò ante faciebas. Dic, meretrix

trix dedit, prostituta porrexit. O quàm timueram ne diceres, amatorium sui. Consurge agedum iuuenis, & totis corporis animique viribus imple susceptæ accusationis horrorem. Est quod audiente tota ciuitate proclames. Mi seremini mei, adiuuate, succurrite, bibi medicamentum crudele, sæuũ, desij pauper amare meretricẽ. Iamiam non inquietis noctibus vagus vilissimi cuiusq; perditos patior ictus, nec exclusus ante lupanariũ fores posterum diẽ perui gil amator expecto. Possum nauigare, colere terras, suffi cio militiæ, redditus est mihi animus quo fierem maritus, quo senectuti liberisq; prospicerem. Quantũ dij deæq; remedium conditioni bibentis valuit! Fecerat te potio ista felicem, si diuitem puella. Ita vel hoc non solùm, iudices, innocentissimæ puellæ pro defensione sufficeret, quòd nihil fecit sua causa? Amatorem dimisit, explicuit illa quæ captare dicitur vt ametur, quæ solicitat, quæ corrumpit affectus. Ingrate, quanta de te potuerit gratia frui? Non quidem confers precia, non stipes, sed assides, sequeris, heres, præstas comitatum, fauorem, laudas vbique, miraris. Hinc ergo iratus meretricibus, quòd illas etiam pauperes ament, quòd facilè contingant, quòd laboribus exonerentur adeuntium facies, hinc amator vt diuites amẽt in crimen maximum captas transferre beneficium? Vt aliquis amare desinat, non nisi ab amante præstatur. Quid ais iuuenis? Ita bibisti potionem, quæ finem cupiditatibus daret, premeret ardorem, desideria restingueret? Abi, rece de, dum puellæ publico generis humani nomine gratias agimus, quòd hoc fieri posse monstrauit. Furor ille qui (si credimus) numina quoque detracta sideribus misit in ter ras, qui de sacris venerandisque pignoribus monstra cõmentus est, ardor qui miscuit hominum ferarúmque con cubitus, ferrum, ignes, claustra laxabat, per interiecta latè maria fugiebat, vetatur, perit. Accipite quod magis debeatis stupere, mirari: remedium amoris mulier inuenit. Desinite nunc incertum timere mortales, nulla pietas hor reat nefandæ cupiditatis instinctum. quicquid nõ parentũ minæ, castigationes, non ferij propinqui, non paupertas, non necessitas poterat efficere, haustus breuis, facilis, vnus extorquet. O si quis odium posset omnium bibere vitiorum! Felix profectò mortalitas, si reliquos lapsus in-

commodósque mentis errores fas esset infusa potio compescere. Facinus est, quòd maximum remedium, gratiam sui autoris vocabulo perdit. Mirarentur hominem qui illud contra meretricem dedisset. Tibi tamen vir omnes immodica cupiditate flagranti, tibi præcipue horrendum iuuenis. Cuius homo conditionis adamaras? Diuitiis opus est, ne simus in amore miseri: & impotentissimi mali difficultates illi fortasse non sentiat, qui contra fastidia exterósque contemptus explicat felicia magna perendi. Felix profectò, qui non nisi facultas in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille æs: tu bibis vxoria, tu lacrymis rogas, pallore blandiris: & quod pessimum spectat euentũ, miserabilis sis oportet, vt amator esse videaris. Finge te nullium huius affectus sentire cruciatum, id amare te pauper saltem non pudet? Homo cui non vacaret agere longa languoris ocia, ægrum non deceret totarum noctium quies, excusare non posset si tantùm perdideris dies, cuius census ex manibus, ex laboribus substantia, quem quotidie poscit vltra rationem in dies demensus, amentiam pateris, felicium oscula tantùm amplexúsque meditaris, & vnde tibi calamitatis huius non potest nec venia contingere, de voluptate mea? Expectandum videlicet quando te fames, inopia obiget. sed inter ista cœpisti, quid iam facere potest ratio pusilium? Odio sanandus est, quem non explicat quod pauper adamauit. Non tamen intelligere possumus tecum olim fuisse paupertatem. Iterum, non opes tantùm tibi, nũc facultates defuerunt: non erant, quantum video, propinqui, non amici: alioqui illi te potius nostra potione sanassent: vel si ignorassent huius graminis vires, vinculis nexibúsque tenuissent. Quid blandis affatibus impotentissimum eludis affectum? Datum est remedium dolori, qui sæpe egit in laqueos, in præcipitia compulit, qui cruciatus laborantis animæ vulneribus emisit. Quantum amori in hominem liceat, illi magis sciunt, qui amant. Iunge nunc cum fortuna tua conditionem mulieris adamatæ. Incideras quidem miser in puellam minimè superbam, minimèque difficilem. Quasdam tamen non possumus circumire meretrices. Quàm multa pro illis exigit sexus, ætas poscit, semper necessitas petit corporũ, cultus poscit, statio-

nis

nis tristissimæ impatientia. Totos infelix dies lupanariū foribus impendes, vt quādoque prostituta pauperi vacet. Contentione numerantium dilatus, exclusus, ocium meretricis expectas. Negatur tibi complexus, indignatione persequeris. Contingit, verùm felicitate corrumperis. Spē gaudia parant, aduersa contrittonem. Ex vtraque fortuna desiderta coalescunt. Nobis crede qui vidimus, quis tibi vni fuit corporis habitus? quis pallor? quàm miserabilis, quàm pudenda tristitia? Quoties tu venenum bibere voluisti? Non est igitur iuuenis, quòd tibi queraris illam mitissimam partem humanæ mentis ablatam, non charitatem, sed impatientiam: non voluptatem, sed tormenta: non amorem, sed quod adamaueras, perdidisti. Amoris (si sapientiæ sequamur autores) antiquissimum numen, & cui se naturæ debet æternitas. Sed ille mitis & serius honestis cupiditatibus & viribus sacræ charitatis exultās, vt qui cuncta priscæ noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. Hic verò quo perditis visceribus adhæremus inquieti, lasciuientis adhuc ætatis instinctu tumultuosus ac petulans, telis funereis facibúsq; armatus. Præstat igitur ille mortalibus liberos hac vsitata coniugij pietate: hæc incesta, libidines, adulteria, meretrices. Referam nunc fabulosas immodici furoris prodigiosásq; nouitates, conceptū nescientibus oculis ignoti hominis aspectum, formam suis in se luminibus ardentē, virgines patrū senectute flagrantes, mortaliū ferarúmq; vultus vsque ad monstrosæ fœcunditatis onera perlatos? Ex omnibus tamen quæ nobis patientibus extorquet affectus, hoc sæuissimum patimur, quòd nemo vult in amore sanari. Ego tamen, inquit, amare mallem. Hoc est ergo propter quod opus odio fuit. Nihil agebant castigationes, nec preces: consilia perdebantur. Odio debet amator explicari, quem sanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, nunquid accusare posses, si quod fecit medicamento puella, fecisset animo? Licuit te reposcere quantum numerare non poteras, fatidire, contemnere. Iam indignaris quòd te maluit remedio quàm dolore sanari? Mulier cui ad dimittendum amorem sufficiebat vt odisset, ipsa pro te commenta est vt illam tu potius odisses. Finge te tamen aliqua remedij tui sentire tormenta, arrogantissime miserorum: tu

autem sperabas ardoris immodici felicem statim sanitatem? Quid si queratur æger abstinentiæ dolore sanatus? Exulcerata sunt plerunque languentium verberibus, redempta debilitate vitia: ignibus, vulneribus interdum profutura grassata sunt, & quæ fuissent mala sanitatis, in gratiam remediorum de maioris periculi comparatione redierunt. Vix mehercle contingere potest, vt hilares ab hac impatientia lætique discedant, quos pudor, quos satietas, quos pœnitentiæ ratio dimittit. Nec sine aliquo morsu relinquuntur a malis, quæ voluptate tenuerūt. Iterum materia amoris est, desinere, nec queri. Opus fuit pari diuersitate, virium quantis adamasti, ne respiceres, ne frequenter in medietate subsisteres. Quale tibi remediū debuerit adhiberi vel ex hodierno sentis iuuenis affectu. Pro homine post odium queritur quòd non amet, parum fuit si amare desineret. Audi igitur ingratissime, quatinus ad publicas aures secreta nostra proferre voluisti. Dedi. Quid enim aliud quit, facerem, quæ remedia tua multa, perdideram? Ferre miserā non poteram quòd te iam cœperunt omnes nisi meretrices. Repete, agedum, illarum colloquia nocturna, quibus te frequenter alterius, & fortasse diuitis amantem iniuria-receptum, inter oscula amplexusque monui. Quid miser cum fortuna, quid cum mea conditione rixam fui? ce necessitatibus meis, duo pauperes sumus. Sed & nuptias in sinus meos lachrimis fictuque resolutus credidisti, Sentio furorem, sed imperare oculis, sed animum regere non possum? quàm libenter te mulier odissem? Non est igitur ingratissime mortalium quòd beneficium nostrum nomine potionis infames. Remedium bibisti, sed illius odium tuum est. Quid? quòd furis, conuiciaris, exclamas nō est haustus illius affectus, sed amor. Talis fuisti. Alia sunt, aliud illi quos in voluptates superfluentiū facultas mittit secura felicitas. Improbius pauperes amant. Si ex multuabaris admissus, sic moras, sic impedimenta ferres non poteras. Maledicebas populo, conuiciabaris iactantibus. Cuius vnquam felicius cōmutata fortuna est, si quas omnes oderas, nunc vnam pauper oditi? Quin potius quæ uenis admittis consilij rationem? Quid agis infelix? Quo redditam modò sanitatem rigore nimiæ contentionis exasperas? Prædico, testor, consumis odium nondum tota

mentem vis perfusa possedit, adhuc circa te duo maximi
trixantur affectus. adiuua potius, adiuua potionem. Con-
tradic, agedum, quicquid est aliud quod tumultuatur, exæ
stuat: totumque sanitas componat hominem. Tũc te scie-
mus amare desisse, cum desieris odisse. Et innocentiam
quidem puellæ satis, vt spero, defendimus, magnitudo
periculi vocet preces. Consurge, agedum, miserrima fœ-
minarum, reliquam defensionis tuæ partem tuere lacry-
mis. Accusator quid speras? quid expectas? Ad genua tua
non mittimus eam. Toto licet infelicem terrore conue-
nias, non exosculabitur manus. Mortem, suprema de-
nuncies, te non rogabit. Frustra tibi aliquid de periculo
nostro metúque promittis. Nescis, puella non habet
odij remedium. Sanè tamen viribus potionis effectum
sit, vt accusaueris innocentem: sufficit vltioni vidisse pal-
lentem: satis est audisse gemitus: memineris hanc esse
quam tu non iuuenis odisti. Quid agis? etiámne perse-
res illud pronunciationis anceps, illiud humanæ salutis
incertum? Numerabis ergo sententias, & si damnaue-
ris, exultabis nefande, gaudebis? Puto non adamasti.
An & sequeris dum carnifex trahit? Intereris dum hos
oculos occisura contingit manus? dum hæc amplexibus
tuis nota ceruix, ad supremos nudatur ictus? Non exi-
lies? non pectus oppones? non fidem hominum deo-
rúmque clamabis? Accipies percussam super palpitantia
membra consistens? potes hoc videre? potes hoc ferre?
Sanatus es. Quòd si quid tristius iudicij huius attulerit
euentus, dij rapidè pereuntium beneficiorum semper vl-
tores, dij quos ille crudelis in amplexibus puellæ
frequenter mœrore, lacrymis, aut finem amo-
ris rogauit, aut mortem, date nobis iustam
de ingrato iuuene vindictam. Non im-
precamur debilitates, naufragia,
morbos. Pauper sit, & amet
quancunque meretri-
cem, & amare
non desinat.

***

AMICI

AMICI VADES,

DECLAM. XVI.

ARGVMENTVM.

Duo amici, ex quibus vni mater erat, peregrè profecti, ad tyran
appliciti sunt. Mater cognito quòd filius haberetur à tyranno, ferr
oculos amisit. Oblata est à iuuenibus tyranno conditio vt dimitt
alterum ad visendam matrem ad diem præstitutam reuersurum i
vt nisi occurrisset ad diem, de eo qui restiterat, pœna sumeretu
iureiurando adstrictus est. Venit iuuenis in ciuitatem. Mater dete
ex lege, qua parentes in calamitate deserere non licebat.

Pro iuuene contra matrem.

ESTSI, sanctissimi viri, olim omnes vide
humanorum pectorum, affectus in sol
amicitiam contulisse, & patior inuidiam ho
minis qui sibi nō reliquerit vt amaret & in
trem: quoties tamē vniuersam pietatis ma
conscientiam intueor, in qua minimum est quòd videa
bonus amicus, non possum non hanc primam electionis
nostræ complorare fortunam, quòd mihi necesse est
amicum relinquere, aut matrem. Facinus seueriſſimum
facinus sit impatientissimis affectibus meis, quòd huma
ri non potest duobus. Excedit omnem querelæ materi
ploratione, quòd tam diuersis meorū conatibus amicit
conueniunt, vt videar eligere. Quid non darem miserr
luce matris, qui vt illam viderem, amicum dedi? Fidem ve
stram iudices, ne inter maximas necessitates pereat vir
hominis, qui paratus est duobus impendi. Iam hîc est ta
ta ratio clementiæ, ne ibi me detineatis, vbi non prosum
Nec dissimulo, sanctissimi viri, proferre me cùm matre
tum incredibilis exempli fidem, vt non immeritò possi
videri cum matre colludere. Ego videor excogitasse illu
colorem, & hoc quòd detineor, amicitiæ vocatur infirm
tas. Miseremini iudices, tentate me, & dimittite. An vo
rum reuerti, scire non potestis nisi reuertor. Illud sanctis
mi iudices, illud affectus meos torquet ac lacerat, q
ingenti expectatione deceptus. Speraueram futurum, v
hoc loco rem magnam faceret & mater. Paraueram ap
tyrannum hanc iactationem, vt me crederet remissum
genus ostentationis adamaueram, vt mirarentur hom
qui

pis fidem etiam in orbitate. Quo vultis hoc animo feram quòd etiam vt reuertar, amico meo mater impoſuit? Et quantum ad hanc pertinet, maximum iuuenem decepit, illum qui meos crediderit affectus. Non poſſum iudices, lris huius diſsimulare facinus. innocentius fuerat vt ego nollem reuerti. Viderint ſanctiſsimi viri, qui receptas nominum perſuaſiones velut aliquam ſeruitutem charitatis attenduat. Me ſiquis interroget, nullos affectus tãtùm naſci puto. Et ſi quis omnia vera ratione reſpiciat, quicquid libetos, fratres, propinquos inuicem tenet, amicitia eſt. Homines igitur, quos eum maximè incredibilium rerum loquitur inuidia, ſumus ſine dubio non eiuſdem pars animæ, nõ eiuſdem pondus vteri: & quanto minus in cauſsis, tanto plus in affectu eſt. Admirabilior charitas, in quam coimus viribus noſtris. Non pudet, iudices hãc fateri perſuaſionem, minus debetur homini qui aliquem ideo tantùm amat, quia neceſſe eſt. Ita eſt iudices, ita eſt, à primis ſtatim ætatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis affectum. Sic effectum eſt, vt nos ſtatim fama committeret: & tali certamine coiuimus, vt ſi quid accidiſſet vni, deberet & alteri exemplum. Inde eſt quòd & pariter reuerti contempſimus, & quaſi facilius eſſet inter fidos, placuit ſub incerto pelagi cohærere. Nec tamen vanitate, nec diſcurſu putetis extractos: magnas & inexplicabiles nauigandi fuiſſe cauſſas, vel hinc poteſtis æſtimare, quòd nos nõ detinuit hic mater. Vtrúmne igitur, iudices, ſumere de nobis etiam nunc voluit experimentum ipſa amicitia? & parum fortuna credidit hominibus adhuc tantum feliciter amantibus? An hæc eſt magnæ ſemper opinionis inuidia? nec vlli vnquàm tã plena confeſsione laudantur, vt illos non ipſa quoque amicitia tentare velit? Littoribus appulſi ſumus, homines: quorum omnia caſus, fama cuſtodiebat. Conſumimur terrore, qui parentibus ſtatim cæcitas eſt. Hinc illud euenit, quòd ſumus pariter alligati. Sic magis aduerſus ſolutum carcer inuentus eſt. Pudet, iudices, fateri, iam in hoc victus, iam inferior receſsi. ex duobus magis amatur, quem tyrannus, paratus eſt alligare. Quantum tibi amice debeo? Non potuit nos diuidere niſi mater. Tibi primùm cæcitas nunciata eſt, tuus hic affectus fuit quòd hoc credidit tyrannus. Quid ille non

fecit

fecit vt rex desideraverit vicarium corpus? amplexus tenas. Sponderi sibi voluit hominē reditutū per matrē: repromisit de incertis tāquām de animo hominum pro se tam multa feciſſet? Præſtitit, amicus, præſtitit rem, quam videbatur ideo tyrannus dulſiſſe, ne fieret: & hominem qui in rebus humanis eſſe nolebat affectum, decipimus dum tentamus. Non inuenio cur horreat mater carcerem, quid ſibi vult deſtinatas operire ceruices. Non odit me tyrannus, non intereſt an alium occidat. Miſerere mater, horum magnorum meritorum pudor: querere quòd vnam citate impatiētius ex nobis amaris ſemper abſentu tu fortunas, quibus neceſsitatibus iniicis manum amicum meum admitteret alterius catena, & nunc mihi portas operiret, ſubſidio nauigium præſtaret. Si mehercle antè morerer, ire deberes mater. Miſera non intelligis quanto te magis plus obſt amicus? plus debes homini, qui me tibi remiſit, etiti non potes vt reuertar. Libet mehercle, iudices, ſereri hominum qui me laudant reuertentem. Amihi credidit vt redirem. Ita nunc ego facio rem ego ſum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille nam Siqua dicētis fides eſt, facinus mihi videtur, quòd non eſſe periturum. Sentit, iudices, & ipſa mater cere turpiſsimā, ſi neceſsitate detinear. Itaque mu adhuc de affectu cuncta fecerat, ad legem ſubitu titur. Peſsima, iudices, cauſſa matris eſt, in qua plex poteſt. Liberi parentes in calamitate ne deſercinus eſt, iudices, hoc dici homini reuerſo. Ita contemno matrem ego deſpicio cæcitatis obſequi qui omnium calamitatum mearum ambitum in ſumpſi, vt redirem? qui inter ſupremas ſolicitudipro me rogaui? Mihi quiſquam contumacium ſuperborum, mihi neglectæ pietatis minatur inuidiam Iupiter, quanti mihi conſtitit ne malus filius videputem tibi neceſſe eſt mater, quòd meum amicpter te reliqui, ad quem facinus eſt non reuerti. Nos iudices, neceſsitates meas, nondum amici meritainterim contendo tunc eſſe tantum legis huius vſuin calamitate ſoli ſunt parentes. Magnam partem

fortuna demisit à legibus, nec vlla iura tam tristia
vt ea in aduersis patiantur homines. Ego cùm me ne
ras rapit, sic habeo queri, quasi relinquar. Excusatæ
parentibus liberorum calamitates, & si quem lex ista
prehenderit, in alterius fatum transeat necesse est tan-
m orbitatē. Quid enim si me detinēte matre alter è la-
re revocaret? & si bella militem poscerent, si legatū pa-
dimitteret, veluti ad propriam descendam necessita-
tem cōploratione? Si me damnatum pœna cōstrin-
ge videlicet effringeres carcerem mater, iniiceres car
nifici manum, & perituri filij iugulum autoritate iu
dicantes? Dij deæque quàm longè est lex quæ reti-
net hominem, qui pœnæ non venit! Nescis quantum
intersit mater, quantam inuidiam debeant facere libe-
ri parentes, à quibus relinquuntur. Mater quæ se dese-
ruisse queritur, illud exclamet, Filium meum ciuitas peregri-
na sollicitat: vt amœnos nescio cuius recessus orbis petat,
complexum meæ subtrahit humeros. Iuuenis meus abduci-
tur à meretricis, & ab officiis ciuitatis vitiis abstra-
hitur oculorum. Eiusmodi gemitu filium necesse est perse-
qui, vt quod detineor, obiter & pœna sit. Non facit ista
ad liberos qui misericordia detinentur. Vt turpe sit
quid recedo, in eo tantùm est ad quem reuertor: & vt fa-
cinus sit relicta mater, non faciunt nisi caussæ relinquen-
di. Homo qui ad tyrannum reuertor, si malo animo relin-
quo matrē, dignus sum qui detineat. Non est itaque quod
à me nominis vestri beneficia mater opponas, non est
hæc vtilitati tuæ fieri potest, si credimus esse in rebus hu
manis & alterum affectum amicitiæ, quam mihi videtur
anima ergo cogitasse vt coire inuicem possit totum hominū
genus, quæ ideo nondum circa se tenet omnes admiratio
nes, quia tota non contingit, quæ tamen peruenerat ad in
diuidibilium fidem nisi illam vos impediretis. Amicitia plu
rium corporum, vnus animus, vicariæ manus, fortior
illum matris affectus. Rogo quid refert quid vocetur ille
qui sic amat? Quid interest ex quibus magna merita descē
dant? Vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? Et
amicum meum putat malle ne reuertar. Finge me positis
ab vllis per merits, quibus obligatus sum, hoc tātum dice-
re, Amicus alligatus est, ire volo mater, vt redeat, vt con-
soler

ſoler, vt dominum rogem, vt ſi tyrannus exegerit, vica
corpus opponam. Quid detines? quid moraris: Hoc eſt
pus propter quod coimus. Neſcias an diligat, cuius n
habet experimenta niſi ſola felicitas: & ſi vitæ præſtet o
nia ſecũda, amicus ocioſa res eſt. Dicturum me putas, h
expectat alligatus, expectat totum imò genus hominu
& nos in hanc fidem perſuaſionis receperunt, vt ſi hoc
eiam, nemo miretur. Vis ſcire mater, quem affectum, q
reuerentiam in calamitatibus amico præſtare debeam
Nullam legem timuit ne relinqueretur. Differo inter
cauſſam amicitiæ, agere pauliſper omnium libet, & ty
nus mihi credidit, volo reuerti. Nulli vnquam mater pl
commiſit fides, neminem magis obligauerunt expectat
nes. Credidit mihi homo, cui res fauorabilis continge
decipitur, qui ſibi excogitaſſe contra omnes amicos vi
tur, vt illi imponeremus. Nõ eſt quod mihi ſupplicia, quo
omnem mortis apparatum mater opponas. Facinus eſt a
tantùm hominibus bene credere, quod expedit: & actum
eſt de rebus humanis, ſi ſola ſeruatur vtilitatum fides. In
finitum eſt quantum mihi crediderit tyrannus, ſi me occ
derit reuerſum. Intelligit, iudices, & ipſa mater, quant
reuerentiæ locum amicus obtineat, quæ incipit contemn
re affectu. Niſi fallor igitur, cum ego ſim materia litis, de
primum æſtimare debetis, vter in ea calamitate plus mo
rit. Ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere
mater queri. Quid tibi tam rabido, tam præcipiti dolori
voluiſti? Quid aduerſis tuis præſtare faciem, & in oculos
tuos accipere nuncium? Non reliquiſti tibi vt redimeres,
ſine dubio adieciſti ad matris affectus: oculos in media ca
bitate fudiſti, ſed illud non laxat catenas, nõ explicat cor
pus. Quid mihi prodeſt iſte qui ſe citra filium conſumpſit
affectus? Plus feciſſet mater quæ iſſet ad tyrannum. Alliga
tus ſum, tu nunc ſic flebis tanquam ſoluar in lectulo, tan
quam in tuis manibus expirem. Inquibuſdam calamitati
bus deſperatio non eſt, ſummus affectus: & quiſquis orbi
tatem ſtatim credit, feſtinat ad impatientiæ ſecuritatem.
Inſimules licet mater tantæ pro me impatientiæ, tam in
credibilis affectus, amicus rem difficiliorem fecit, quod
ſeruauit oculos ſuos, vt alligaretur. Dij deæque quantum
ille præſtitit qui mihi inuidit pœnam meam, nec receſſit
ille,

Ille, ille terribilem carcerem facit, qui inde procedit. Iam non corporis nexus hærebat, nec aliud quàm reſederant pondere catenæ, conſumpti longo ſquallore vultus, concretę noctibus diebúſque ſuper ora lacrymæ. Miſeremini, iudices, ne perdat autoritatem meritum quod vltra expectationem eſt. Ponite ſub oculis alligatos, quorum alterũ amicus redemerit, alterum mater. Rogo vter plus fecerit? Bone Iupiter, quàm auidè, quàm fortiter vincula noſtra tractauit! Quibus ille precibus exegit vt ſibi crederetur! Accipe, inquit, has manus, hæc membra, ſi fieri poteſt, vt amicum matri remittamus. In totum explebo, ſi videatur, vicaria pœna locũ recedẽtis. Vel ſi vis vtique tibi dimiſſa membra reſtitui, ſpondeo quęcunque iuſſeris aperto iugulo diem. Fidem deorum hominúmque, quid nõ factum eſt, vt amicum meum pœniteret? Ingeſtũ eſt miſero illud carceris tenebrarúmque ſecretum, grauioribus vinculis opus eſſe carnifex dixit ad bonum amicum. Accedere ad illud cubile iuſſi ſunt homines nocentes: & ſubinde dictũ eſt, Videtamen, amicus ſi tanti eſt. Vna vox, vnus miſeri gemitus, Vrite, lacerate, diſtrahite, ille tamen reuertetur. Miſerere mater, magna res agitur. amicum meum reliqui contendentem cum tyranno. Excuſo me vobis humani generis affectus, & tibi ante omnia mater excuſo, quòd hoc fieri paſſus ſum. Vlla ergo in rebus humanis neceſſitas tanti fuit, vt illum amicum meum in carcerem ipſe deducerem? vt ſquallorem meum, meas catenas in membra feſtinantis exuerem? vt tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterẽ? Teſtor te miſera conſcientia, & ſi quod nos in illa neceſſitate numen aſpexit, quantum ſimus rixati circa catenas, quàm omnia fecerim vt ille potius veniret ad matrem. Fateor, iudices, vnius cogitationis pudore victus ſum, quòd tam magni beneficij difficultatem ab amico non accipere, affectus videbatur hominis qui non credidiſſet. Miſerere mater, ne me ſolutum putes, amicum alligaui. Hæ ſunt catenæ quæ tegunt membra, quæ per maria, per infinita terrarum ſpatia reſtringunt. Sic non poteſt carcer effringi. Inuideo tyrãno. ſcit alligare amicos, ſcit tenere dimiſſum. Iterũ ac ſubinde proclamem neceſſe eſt, Ego amicum meum alligaui, & vt te viderem, pœnam meam altero homine impleui. Scio

quo hoc amicus præstiterit animo, sed ego rem fec
nis nō reuersuri. Interrogo hoc loco impatientiam
mater, interrogo, quid faceres, si nos ad te videndu
duxisset alligatos aliquis satelles, si barbarus aliqui
reris oculis, fruereris amplexibus? Non est quòd
tanquàm leuior, tanquàm expeditior conditio de
Quid putas esse quòd me dimisit solutum ire quò
Crudelis artifex non reliquit nobis vt imponeremu
peruacuò igitur hoc vos in matris caussa mouet,
cæca est. Hoc quòd nobis inuidiam facit vulneribu
lorum, nolite detinendi putare caussas: idem videa
ret. Nec plus est quod non potest cæcitas ferre, quàm
ter, vt aliqua filio carere non possit, nonnunquam c
tas facit. Quòd si, iudices, in persona mea nec affec
meritis inferior est amicus, quid aliud iustitia vel
bet attendere, quàm vter plus patiatur? Iam satiat
lorem mater, egessit æstus, effudit impetum, iam n
siderant oculi, cùm cadunt. Adiice quòd hanc q
cunque fortunam inter amicos tenet, inter propi
habet omnia ministeria sua debilitas, suas cooper
Vis scire quanto intolerabilius sit quod patitur a
Excęcauit te quòd ego sic tenebar: ille accipit cibo
carnifex, quos tortor apponit.

VENENVM EFFVSVM

DECLAM. XVII.

ARGVMENTVM.

Filium ter abdicare voluit pater, victus. Inuenit quodam
in secreta domus parte medicamentum terentem. Interroga
esset, cui parasset. Ille dixit venenum, & se mori velle. Iussit
bere. Ille effudit medicamentum. Accusatur à patre partic

Pro filio contra patrem.

LASSATVS per diuersos miserę
æstus, & eundem dolorem, dum me ab
que animi genere semper quod imp
abducat, & in pertinaciam desperatio
neutram mihi liceat perferre patientiā
primùm à notissima clementia vestra peto, ne mitt

quòd inter tam varia tristissimáque fata consilio diductus
sum, nec pro malis meis quicquam melius inuenire potui,
quàm vt morerer: nec pro innocentia, quàm vt viuerem.
Quo igitur, iudices, inauditóq; genere discriminis vtriusque
de animi reus, qua satis calamitates meas complorationi-
bus, quo defiebo gemitu? Filium mori volentem penè occi
dit, quòd interuenerat pater. Videtis adhuc illa secreti no
stri contentione rixantem. Quicquid citra suprema, citra
extremum est, contumaciam vocat: quantum absolutionem
sollicit, vitam. Quis post hoc quærat ac dubitet quo me
affectu iusserit virus haurire, qui parricidium vocat quòd
non biberim? Permissurus fuit, si bibere voluissem. Quæso
itaque iudices, delationis hodiernæ penitus velitis perspi
cere causas. Obiicere putatis parricidium patrem pro se?
Necatur, vritur, fine dubio torquetur vita. hoc enim non
potest ferre, quòd mori filiũ iussit, nec coegit, & scit faci-
nus fuisse in imperio, si innocentia est quòd recusaui. Suæ
quod crudelitatis est, vel ab inuidia se criminibus meis de
fendit, excusat, & ne vocem illam tanquam peractum faci
nus oderitis, substituit pro malo patre miserum. Hic est,
iudices, deprehensæ impietatis æstus. Nemo vnquã volet
innocentem filium videri, quem voluerit occidere. Illud
quoque, iudices, à grauitate publica peto ne quis me mo-
ri voluisse non credat contumaciter. Adhuc prioris con-
stantiæ meæ more defendor: aliis est mihi ratio cùm vici,
fortior sum reus quàm absolutus. Sed tunc tantũ par esse
non possum calamitatibus meis, cùm me constare cœpit
nihil aliud esse quàm miserum. Bene quòd rursus vocauit
in forum, iussit integritatis agere causam, fecit vt mihi vi
deat perdidisse mortem. Si pœnitet patrem quòd me bi-
bere iussit venenum, ego ferre non possum quòd effudi.
Licet igitur immitissimus senex confundere publicos co-
netur affectus, querelarum fronte mutata, non sumus no-
ti vobis accusator & reus, nec nos modò pietatis euersæ
recens asseruit immanitas: parricidam me olim vocat. Ita
est enim iudices, ita est, iam pridem hominum nefandorũ
solis nominibus accusatur. Sic mihi illa prima patris ma-
ledixit asperitas. Hic est ille quem desinere iam iusseratis,
qui semper ad vos recurrit, & vincitur. Fallitur quisquis
illam de moribus senis lassitudinem vel patientiam spe-

rat. Patri qui abdicare non potuit, minus est filius nocēs, quàm absolutus. O pertinacissimum accusatorum genus, victi parentes. Dum autoritatem nominis vestri fortiùs imperiosis asseritis affectibus, & ne pudorem pœnitentiámque fateamini, contumacia vindicatis errorem, calamitatibus meis accessit, vt ter absoluerer. Nanque vt eum in superuacuo odio mei senex prima luce deprehensum ferre nō potuit, quòd reddebar inuito: & quia à iudicibus non impetrauerat vt abdicaret, apud se tenuit, ne desineret hoc velle. Credidit tamen aliquid profecturum querelarum errore repetito, & sperauit iuxta contentionem fui vt lassesceret aliquando pro me iusta miseratio. Quid facerem igitur? quò verterem iam fatigatam innocentiā? Nec exire me decebat ex domo, ne viderer quicquid vos non credideratis, agnoscere: nec expectare poteram, cùm mihi rursus aliam seriem malorum minaretur, quòd me iā experat pater contentione qua vobis irascebatur, odisse. Tādem infelix misertus mei, misertus patris, cùm de præsentis prospicerem iurgia tam longa quàm vitam, captaui fateor, omnem occursum, quē mihi videbar exasperare præsentia, exorare dum morior, & tanquàm nouissimi ambitus genus excogitaui, vt me in honorem sui reuerentissimque pereuntem, sic odisse desineret, quomodo parcere solet ira cedēti. Non habet alium quàm mortis exitū filius, qui nec recōciliari potest, nec abdicari. Erat in domo nostra locus, in quo sedebam semper reus, in quem reuerebar absolutus, querelis meis lacrymísque iam conscius, in quem se ferant. In hunc non tanquam custodiæ patris imponerem (nam quid posit inueniri, quo non me captantis aliquid deprehendere cura se queretur?) sed sicut solent qui immori volunt, pudore, non ira, ab omnibus quæ videbantur auocatura, secessi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum, aut quod faceret inuidiam. Sed quid mihi tecum est integritatis nimia simplicitas? Non putat se posse deprehendi, quisquis venenum parat ipse poturus. Totus oculis animóque conuersus hærebā miser in opere moriendi (nec dissimulo) cum quadam cūctatione, tum mora, sicuti bonæ conscientiæ lenta mors est, nec præcipiti per suprema trepidatione festinant quos hoc solum quòd sui miserentur occidit. Abiit per tacitas

conque

conquestiones mens in obitus contemplatione posita: & hausturus potionem qua renunciarem rebus humanis, to tam apud se repetebat animus innocentiam suam, cùm pater secretum quod per impatientiam pereuntis impleueram (quantum credo) lacrymis meis gemitúque perductus intrauit. Nó potest videri, iudices, suspicatus aliquid de parricidio: quid tererem, cui pararem, nesciebat, qui interrogauit. Nuncio vobis, sanctissimi viri, nihil à morientibus fingi: nihil vita laborãte simplicius. Ad subitum interuentum patris non tanquam deprehensus obstupui, facinus me tacente, non pallor, non est confessa trepidatio: nec, sicut accidere nocentibus solet, illa obuia semper errantium patrociniorum verba variaui, cùm me repente interrogatione subita auocauit, abduxit, quæsiuit quid terem, cui pararem: sed ego sine cũctatione, sine tarditate respondi & me mori velle eadem veritate, & confessus sum venenum esse quod terebatur. Date, iudices, patrem qui filium mori nolit & credit. Quis habeat, iudices, dicenti fidem? Venenum filij quod inuenerat pater, non ille potius effudit, stetit quinimmo intrepidus, arrogãs iuxta orbitatem quam videbat, & mihi mortem quam promiseram, quam minabar, ingessit. Bibe, inquit. Quis post hoc, iudices, expectat, vt continuò paream iubenti? Ita demum mihi non est aliud relictum, si patri parui. Audite nunc dij pariter atque homines, quid post tres abdicationes, & querelas toties iudicum grauitate percussas, velut attonitus amens nunciet seculo pater parricida sæuus, parricida crudelis. Non bibi venenum. Hoc est totum facinus meũ, viuo, respondeo, non fugio iudicem, non credo criminibus. Iam non miror quid sit circa quod impatientia deceptæ crudelitatis exæstuet plus quàm orbitatis gaudium, quod modò perdidit senex, sperauerat vt occidere me posset meo veneno. Sed quatinus inuenisse se putat quod crederetis, vt contentionibus subinde damnatis authoritatem de nouo dolore circundaret, inusitata commentus est. Quæ sola mihi superest ratio viuendi, facinus ea simplicitate, ea fide denego, qua confessus sum de veneno. Parricidij agis. Abstulisti quidem mihi partem, vt exclamarem hoc loco, fieri non potest. Scio quantum defensioni meæ difficultatis adiecerit, quòd iampridem in do-

mo noſtra humanorum pignorum ratio non conſtat, ſed pronunciatum liquet vtri ex nobis facilior ſit impietas, vter iuxta alterius languorem ſuprema non fecerit. Tu vnicum quotidie proturbare conaris è domo, velles impiam meam, velles aſpicere ſqualloreм. Ego oſculor illum expellentis manus, ego abiicientis genua teneo, & ad patrem qui me tam notabiliter odit non habeo cur velim ne dire, ſi non amor. Prævaleret nominis tui fortaſsis autoritas, ſi contentio noſtra cœpiſſet à veneno. Conſumpſit quicquid eſt quod parentes ab omnium ſcelerum ſuſpicione defendit. Non habet pater vnde parricidium de filio credat, niſi quem poſſet occidere. Me quidem pater infelicis huius perſuaſionis ſimplicitatem ſi quis interroget, nec à te parricidium fieri poſſe credo, niſi meo veneno. Facinus tamen in omnibus incredibile pignoribus, nullum difficilius quàm liberis puto. Vos adhuc in ſuprema noſtra præcipitat autoritas, qui filium occidere vocatis pœnunque grauitatem, ſicut abdicationis emendationem, ſicut reliqua ſupplicia noſtra rationis fronte proteginis, cuſtóſque prærigidæ mentis affectus vocabulo mollioris lenitis. Nos nec felices facinus iſtud poſſumus concipere, nec miſeri. Non perueniunt ad nefas iſtud nec necessitates. Omnis citra deſperationem dolor, ira langueſcit. Et quanto dij deæq; difficilius ſi patraretur ſine conſcio, ſine miniſtro, totúmque facinus & animum filij poſcat, & manus? Memento cuius obiicias immanitatis horrorem, patrem occidere velle. Hinc tantùm accipis vires, vt mori poſsis deprehenſus. Vt ſciatis, inquit, verum eſſe quod obiicio, & abdicare volui. Non poteſt pater efficere genus querendi, pertinacia probationis. Tu cùm dicis, filius me voluit occidere, videris tibi facere prioribus iudicibus inuidiam, exclamare, vos faciles, vos miſericordes, hunc mihi redditis. Sed iniquiſsimum eſt vt abdicatio, quæ nec in ſui valuit effectum, fidem maiori crimini præſtet. Nó ſum reus inexplorati pudoris, nec anteacta vitæ meæ ſub hodierna primum lite tractantur. Felicior innocétia eſt cùm ſuſpiciones, certior poſt reatum. Et quantũ infamiæ præſtant obiecta dum nutãt, tantundem autoritatis abſoluta reſtituunt. An ſcilicet ſuperatus eſt gratia pater, & apud ſenes, & apud parentes autoritate prævalui? Viderint qui

calamita

calamitatibus suis sic blandiuntur, vt sibi affuisse credant misericordiam, fauorem: filius à patre delatus, nunquam poterit superior esse nisi caussa. Sanè tamen feramus vt prima abdicationem non egesseris totum dolorem, multa tibi de criminibus meis verecundia querendi, multa paternæ pietatis abstulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio? Reuersus es in forum iam ad iudices iratos. Quanto terrore cuncta pertulit pudor ille iam victi & redeuntis indamnatam colluctationem? Acrior semper ex verecundia dolor. Sed & iudicum cura quanto maligniorcirca rediturum reum? Quàm multis placet illa de dissimilitudine pronuntiationis autoritas, & seuerior videtur diuersa sententia? Tertia verò abdicatio dij immortales quem apparatum, quem mouit ambitum! Ego miror quòd mihi licuit audiri, quòd me non statim primus querelarum tumultus oppressit. Quid post ista noui pater obici potest? Inter leges inter iura consenui, non habeo in moribus meis, quod non melius iudices sciãt. Scilicet capit natura rerum vt futurus parricida non præmiserit notas, nullis antè sit maximi sceleris immanitas tumultuata flagitiis: & quandoque culeo, serpentibus expianda feritas, sub placida mente primam pertulerit ætatem? Aliud est miserorum genus quod clementia, quod succurrendi fauore dimittitur. Absoluerunt me qui sciebant non profuturum mihi quod non abdicarer. Proclames igitur licet, Subinde detuli, sæpe questus sum, ter abdicare volui: hoc tamen res ista debet efficere, vt tibi non oporteat credi, quicquid aliud obieceris. Non enim sequitur, pater, vt me tuis criminibus accuses, quòd nocentem tuis moribus probes filium. Parricidam non facit seueritas vestra, non sæuitia, non terror: ad tam grande facinus non ira opus est, sed moribus: non dolore, sed mente. Omnes iniuriæ leuius exaspetant, leuius oderũt: innocentis filij vltio est, mori. Quòd si manifestum est, nihil tunc in moribus fuisse meis, quod posset esse suspectum, æstimemus vnde postea traxerim parricidij causssas. Vos libet interrogare hoc loco, iudices, quis magis debet innocentiam amare? Vici patrem, omni nunc solicitudine, omni labore custodiam illam gratiam, illum ambitum meum, quo remuneror aduocatos, quo persoluo iudicibus illud propter quod au-

deo domum reuerti, propter quod non timeo casus, non subita pro patre, non maligna fata. Fidem non capit, vt me tres absolutiones & innocentē probauerint, & effecerint parricidam. Præterea pater quam infirmum me, quam trepidum reddit ipsa victoria? An scilicet ignoro quòd me reuersum circunsistat totius domus maligna cura? quòd viuo inter homines quibus apud te gratiam parat, si de nobis aliqua mentiantur, fingant? Videlicet hoc nos incinus præcipitat, impellit, quòd aliquid speramus de testamento tuo. Quid? ego non sentio quòd simili scelere missus in domum, à charitate tamen exclusus, abiectus sum? Rogo qua fiducia facinus paro toties delatus, & paterna conquestione petitus? Quod vis patrocinium spe rem pro parricidio meo? Defendi non possem, si bibissem venenum. Finge me parricidij voluntatem, finge habere caussas: vnde occasionem, vnde fiduciam? Ego nec mori possum, nisi vt deprehendar. Venenum paro, qui nó ministrum, qui non inuenio consciū? Despicior à liberis, contemnor à seruulis, euitant sermonem meum, colloquia fingunt, & charitatem tui simulant odio mei. An videlicet spero posse fieri vt ipse porrigam? Est enim mihi ad conuictus tuos facilis accessus. Venenum mehercle putabis quicquid dederint hæ manus. Et virus præsentaneū paro, quod statim, quod subitò corripiat? At quemadmodum mihi superfit vlla defensio? An lentum, & quodtarda peste consumat, scilicet vt non statim exclames, vtte meum virus bibisse non credas? Rogo, cui paraui venenū, quod dare non possum nisi mihi? Ita, inquit, parricidæ argumentum est & hoc ipsum, quòd habuisti venenum. Omnibus, iudices, quibus ad scelerum conatus adiuuatur deteriorum quotidie fœcunda mortalitas, non hanc solam potentiam natura concessit, in quam malis mentibus & nocentium ducuntur ingeniis, sed illis vsus ex animo est, totúmque quod faciunt, de conscientia possidentis accipiunt. Quid enim si latronem gladio tantùm probes? sic munimus & somnos. Excute peregrinantiū sinus, hærent tela solicitis. Non vetant ista leges parare, prospicere: nec instrumenta prohibent, sed æstimant vsus. Finge me velut in media prosperitate vitæ proclamare, Venenum paraui, ad quod incerti casus, ad quod languor, dolor, ad

lor, ad quod confugeret improuisa debilitas. Miramini quòd hoc fecerim homo qui circa me fortunam, qui discrimina humana lassaui? cui nescio quid adhuc paret toties victa delatio? Debuit habere in sua potestate mortem, quem iam pater poterat occidere. Non est, inquit, credibile vt mori volueris absolutus, qui reus noluisti. Poteram quidem dicere, pater, Vixi dum spero fas esse vt incipias aliquando misereri, vt te squallor meus frangat, mitigent lacrymæ, pallor exoret: sed ignoscе innocentiæ, tunc me decuit pertinax & rigida defensio. Vixi ne me videretur expulisse de seculo profundorum scelerum deprehensa trepidatio: ne super cadauer meum proclamare posses. Certè meritò timui, meritò prædixi venenum, qui viuendi non habebat audaciam. Ne supremis meis conuiciareris, ne quid posses obiicere iam non negaturo. Verum tibi de impatientia mea fatendum est, eadem mente nolui mori cum abdicares, quia non bibi cùm iuberes. Sed fruere iterum, fruere sæpius confessione tam misera, & quia oculos spectaculo non licuit implere, satiêtur aures. volui mori. Adhuc, si videtur, hanc malis nostris contumeliam, vt interroges, quare abdicare me iubinde voluisti? Quid ais rerum naturæ pietas? ita iustiores causas habet impatientia, quàm corporum damna, quàm facultatum tristis euersio? In suprema præcipitat me pater Ita non hæc vna vox complectitur omnes calamitates? Non videmini nunc vobis vniuersos audire miseros? Possimus fortasis aliorum accidentium sperare finem: non habent proximorum odia regressum. Quæcunque nexus accepere naturæ & quæ sanguine visceribusque constricta sunt, non laxantur diducta, sed pereunt. Quæ de primo tenore nascendi vix in contrarium victa deflectunt, diúq; prauitatis suæ rigore durata, mox in pristinum cursum remissa non redeunt, sed totum pondus omnesque vires inclinata traxerunt: vigore quo sibi permissa creuissent, in ipsius vitij robur adolescunt. In hoc tota est difficultas, vt incipiat non amare filium pater, hoc cum frontem confessionis accipit, reliqua præcipiti furore decurrunt: & redituris charitatibus obstat, quicquid obstiterat odiis. Semel sibi parentes liberique mutantur, semel auferuntur. Felices qui habent in conscientia sua quod debeant emen

dare, corrigere. Illa demum potest ira desinere quæ coluit ex vitiis liberorum. Ego quid facio, cui non luxuria, non est mutanda petulantia? cuius abdicatio nō de meis, sed de patris moribus venit? Frustra mihi exhortationes, frustra blandientur vana solatia. Hominis quē pater odisse non desinit, vnus exitus est, vt se oderit. Et quantulum habet de toto dolore nostro ille quo venitur ad iudicem dies? Ego cùm dico, pater me odit, illud exclamo, omnes sine me sunt festi dies, omnis lætitia sine filio, non alloquitur mœstum, non assidet ille languenti. Gratissimus, quisquis de nobis tristius aliquid attulerit, quisquis maledixerit, conuiciatus fuerit absenti. Ego si hoc possum ferre, merui. Alia sunt aduersa, quæ de continuatione suæ patientiam parant, quæ durant assiduitate, firmántque mentem. Quòd te pater oderit, quotidie nouū est. Minus fortassis vrant inuicem simultates, & mutuis detestationibus inuisa respirent. Odium is tantum filius perferre potest, qui & ipse oderit patrē. Vos nunc iudices, vniuersos quin immo mortales infelicissimus iuuenis interrogo, quid me facere vultis? Explicuit nos sine dubio de criminibus exitus, quòd absolutus sum. tamen non hoc effecit, ne mori velim, sed vt mihi liceat & viuere. Victus sum enim meherele, victus sum, iudices, absolutionibus meis, & (aut certissima est animæ laborantis infirmitas) misera felicitate defeci. Quem mihi vultum domum reuerso, quem fiducia animum? Non decet gaudium meum, exaspero hilaritate: non decet mœror, offendo tristitia: capto sermonem, inuisus sum tanquam arroganter insultem. Doloris caussa dicor si propius aspiciar: videor si recedo, contemnere. Quousque vincemus? Nesciunt prorsus abdicationibus mederi, qui non statim cedunt, qui conscientiæ suæ rigore nituntur. Non vincitur pater, non sum absolutus: cùm domum veni, nemo me diligit, nemo reuerentur. Iam ad nos de penatibus illis non pertinent nisi secreta, nisi latebræ. Non exuo, non depono sordes, & mihi quotidie senex tanquam accusaturus occurrit. Attendo quid faciam, quid loquar, qualis aspiciar, & (quod maligniſsimum est solicitudinis genus) me ipse custodio. Satiasti me vita, satiasti. & cum felicibus quoque veniat ex nimia prosperitatis continuatione fastidium. quod tædium paras lassitudine miserorum? Consumpta est in la-

crymis, in precibus ætas, exacti sordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tam grauia promittit integritas? Abdicari debet quem nocentem pater odit mori, quem innocentem. Sed vt credamus, inquit, voluisse te mori, cur potissimum veneno? Possis quidē pater hanc de omni supremorum genere litem facere moriē tibus: & quia rerum natura varias fatorum vias indulsit animæ, in nullo non exitu simili ratione reprehēdas quicquid electum est. Sic super strictum nudatumque mucronem proclamares, cur nō veneno? Sed nihil est delicatius exitu quem non supplicia, non metus, sed collecta de calamitatibus commendat infirmitas. Mihi tamen præcipuè cum hoc mortis instrumento propria concordia est: non spargit cruorem, non trucem cadaueris relinquit aspectū: placida est, quieta est. Ingratissime senex, ego & hoc sic moriendo prospexeram, ne me occidisse alius videretur. Te nunc apprehendo, te interrogo pater: ita parricida sum ego, qui venenum affero in domum tuam imparatū, rude, terendum, cui tam multa restant antequam dari possit? Ita parricida sum, qui iuxta te quæro secretum, qui de potione tibi incerta, quam nemo detulit, quàm simpliciter tam facilè respondi? Secedo in medios penates, nullos ab introitu præpono custodes, non euito transitus, non excludo venturos. Rogo, vtrùm hæc omnia sunt occidere volentis, an mori? Venenum quod tibi pararetur, inuenisses absconsum, reconditum, multum circa illud paloris attoniti, concisa verba, trepida suspiria, & me negantem. Parricida deprehensus effudisset venenum, ne fateretur. Cur ergo, inquit, si tibi paraueras, non bibisti? Breuiter, pater, & secundum naturam conditionis humanæ respondeo, nihil aliud esse in potestate miserorum, quàm vt mori velint. Ego cùm dico, mori volo: non hoc dico, moriturus sum: de animo meo respondeo, non promitto de fato. Miraris quòd quanuis iam teneam venenum, multū tamen adhuc casibus incertisque supereſt accipere? persostis plerunque visceribus vitam tamē ab ipsa desperatione redeuntem? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipsius corporis ruina decepit rotatos per abrupta molis ictus explicuit. Tam consentaneum est ne moriatur qui velit, quàm quòd morimur inuiti. Sed malo, sicut cœpi,

sim

simplici tecum ratione consistere. Nihil æquè pater impetu constat, quàm mori velle: nec quicquam res humanæ impatientius habent pereuntis affectu. Hunc si retinere velles, sufficit vt morereris: & rationem quoque homini mortis eripiet, si quis abstulerit ardorem. Frangit animũ quisquis interuenit, abducit, auocat quisquis alloquitur. Ambiuntur cuncta moriendi spatia pro vita. Ideo nos me hercle crediderim eiusmodi exitum eligere secretum. Minimum est quod confundat hominem infirmitate morientem, & exiguis caussis opus est vt displiceat obitus quem misero suauis integritas. Quid si interueniat aliquis qui gaudeat? qui vindicari se putet? si testes adhibeat oculos, quibus inuidendum sit? statim mehercle arrogans vita simulabitur, statim contumax dolor cum deprehensa morte dissentiet. Nescis quantum mihi hæsitationis paraueris, cùm interrogas, dum respondere cogis. Sed quem & reddere, iterum litigare, defendi. Me verò tunc pariter omnes tenuistis affectus, indignatio, pietas, reuerentia, dolor. Ego propter patrem mori possum, coram patre non possum. Adiice nunc quod & dixisti, bibe. Si mehercle sanctum palpitantemque iussisses adigere ferrum, premerem clusis vulneribus animã: si stringere aptatos ad colla nexus, conarer abrupto desilire laqueo: si non iniceres manum ad præcipitia properanti, flecterem in plana cursum. Meritò prorsus anima secretum solitudinemq; captauras. Interuenit pater, actum est, perit ille susceptæ mortis ardor, & vtroque nos resolut affectu. Mori non debeo si vetuerit, non potero si iusserit. Bibe, inquit. Nondũ quidẽ potioni virus aptatum est, sed me ideo deprehẽdisti, quæ adhuc terebatur. Multa tamen mihi pater antè facienda sunt. Volo prius conuocare seruulos, cõtrahere libertos, complorare, conqueri, mandare, defendi. Bibe. Mihi verò tunc adiecisse vitus es, teneris, hæres, eamus ad iudicẽ. Bibe. Sed hoc iubes tanquam negem venenum. Interrogare vos velut in illa secreti nostri præsẽtia libet, quẽ mihi post hanc vocem animum datis? Dicit hoc accusator, dicit hoc victus, dicit secretò dicit sic vt possit negare si bibero. Bibe. Ego quidem volo, & hoc quam maximè paro, sed totũ hunc animum senex tua auiditate mutasti. Bibe. Quid restat aliud quàm vt recusantis ora diducas? vt infundas per

oppo

oppositas manus? Mihi verò tunc excidit quid velim, quid pararim. Vidi truces loquentis oculos, vultus parricidali ardore suffusos: iuberi mihi videbar vt biberē tuum venenum. Nescisti pater pertinaciam meam seruare, nescisti. Filium propter te mori volentem deprehendisti. Vis occidere? veta. inuade poculum ne hauriam, bibam. Exclama, temerarie quid facis? Iam desino irasci, iam reuertor in gratiam. Properabo, vt hoc secum aures ferant, vt impatientia tua fruantur oculi. Tibi imputes quod in me retorsisti quòd ablata sunt sacramenta pereundi. Innocenti facilius est mori, si rogetur ut viuat. Fidem deorum, in quam me contumaciam pater, in quem tunc impulisti contentionis ardore, cùm diceres, bibe! Nec viuere mihi libuit, nec mori. Ereptus sum miser animo meo, & improuisa voce perculsus, steti sine affectu, sine negatione, attonitus, amens, & me penè aliter occidi. Nihil est profectò improuisorum dolore torrentius, & fractæ malorum contentione mentes ad inexpectata caligant. Non querelas post hoc inuenio, non verba, non lacrymas. Ad nullius rei conatum sufficit mori alterius animo, suo veneno. Licet igitur noua me reatus mole conuenias, non pœnitet tamen illum fixisse, non pœnitet illum spiritum rigoremque pereundi: tanquam parricida moriebar. Pater qui queritur quòd nō bibi, iam nunc diceret, deprehensus erat, negare non poterat. Essem nunc ter abdicatus, & me contenderet ad iudices meos redire non ausum. Bene quòd sic effudi, tanquā rursus vita placuisset. Venenum quod videretur deprehensum nemo ideo bibisse crederetur, quia sibi parauerat. Dic nunc, non fui passurus si bibere voluisses. Deinde hoc sic probas vt me hodieque coneris occidere. Non eras passurus. Quando per fidē iniicis manus? potuit eadem, potuit peragi breuitate qua iusseras. Non eras passurus. Deinde non timuisti ne mihi animum pereundi vel hoc faceret, quòd putabam me iuberi. Facinus est si morior, vt postea quæratur an volueris occidere. Tu licet inuidiam vocis illius alterius mentis simulatione defendas, occisuri tamē fuit ipsum experimentum. Nec interest rigoris, quædam patiaris, an tentes. Nunquam mouebit patrem filius hoc quòd moritur, quem nō mouit hoc quòd paratus est mori. Quid nunc faciam, iudices, pertinacissimo rigori? in

quod

quod me componam patientiæ genus? Videtis hominem quem nullus animi mei status mutat, quem constantia nostra, quę offendit infirmitas. viuere volo, perturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Iã fortasis aliquis nobis hodieque clementia vestra succurrerit, paratur, inuenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorum? De filio absoluto fecit vt mori mallet, de moriente vt viuret. Vos verò, sanctissimi viri, quo iã ambitu, quibus possem conuenire precibus? Ille vester infelix, ille vester absolutus, flere vetitus est. Non haber gratiam suam toties genua complecti, & ad fatigatam misericordiam noui dissimilis pōdus attulimus. O mors semper imparata misero, negata cupientibus, quando succurres? Me infelicem, perdidi venenum. Sed quatinus aliquid pater, expectationi tuæ repromisi, nolo desperes. Fruere quinimo ante suprema, ante exitum meum hac voce, vicisti. Nescio quidem quod rursus eligam obitus genus: an placeat reparare virus infelix. Sed prædico, testor, quæcunque federit tractio lethi, miserere, ne iubeas, miserere, ne cogas. Facilius me occiderent gemitus tui, lacrymæ tuæ. Et ne mihi putes illam secreti nostri excidisse vocem, Venenum quidem ne iubente bibere non potui, quandoque tamen hoc oportuit quod bibere iussisti.

INFAMIS IN MATREM.

DECLAM XVIII.

ARGVMENTVM.

Malæ tractationis fit actio. Speciosum filium infamem tanquam incestum cum matre committeret, pater in secreta parte domus posuit: & occidit in tormentis. Interrogat illum mater quid ex filio compererit. Nolentem dicere, malæ tractationis accusat.

Pro muliere contra maritum.

ETSI, iudices, callidissimus parricida facinus suum sic ordinauit, vt vobis matrem faceret inuisam, siue dissimularet misera mortem filij sui, siue quereretur, tantaque monstrorum nouitate circundatam eò perduxit, vt sibi videatur

deatur infamaturus iterum vel patientiam nostram, vel dolorem: matri tamen in cuius calamitatibus ne minimũ sibi vindicat orbitas locum, ideo ad vos fugiendum fuit, vt sciretis non illi præstari quòd tacet maritus. Laudo, iudices, laudo miserã, quòd interrogare noluit domi, quòd nihil fecit & ipsa secretò. Hîc coram ciuitate, coram liberis ac parentibus, &(licet dissimulare parricida videatur) coram rumore mater inquirit, quid tormentis vnici quæsierit, quid morte compererit. Respondeat saltem reus, fateatur iratus, cur in peracta crudelitate modestiæ fronte substitit. Nec vxori potest videri parcere, de qua scire voluit an esset incesta: nec filio, quem tãquam sciret occidit. Ante omnia igitur, iudices, mulier infeliciſsimi pudoris hocab affectibus publicis petit, ne vobis accusare videatur. Rea se incesti, rea parricidij putat. Exhibet populo cõscientiam suam, & aduersus quencunque sermonẽ, quodcunque secretum, marito famæque præstat interrogandi potestatem. Vellet innocentiam suis probare visceribus, vellet in equuleos, in ignes hanc miseram præcipitare pietatem. Ignoscite, iudices, impatientiæ, quæ cõtra callidiſsimam dissimulationem libertate doloris exæstuat. Incestum probaretur silentio patris, si taceret & mater. Equidẽ iudices, tam contrarios affectus senis satis admirari, satis stupere non possum. In rumore tam suspicax, post tormẽta patiens, modò ad fabulas vulgares q; sermones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio, reatus quoque dolore cõcicuit. Quò repentè conuersus est? In quã modestiã desperationemq́ne defecit? torsit tanquam dicturũ: tacet tanquã dixerit. Fidem igitur vestram, iudices, ne cui præstet magnæ seueritatis autoritatem, non posse defendi: néve ideo suspicari nefanda malitis, quia se silẽtio parricida miratur. Parcere nunc illum cuiquam tacendo creditis? lo qui se cùm maximè putat. Et si bene artes & profundæ mentis consilia perspicio, respondere sibi videtur pluſquã mater interrogat. Fallitur quiſquis hunc esse credit inexplicabilis doloris æstum, & inter silentij confeſsionisq́ue causas miserum pudorem. Alium exitũ non habet, quàm vt respondere nolle videatur, quiſquis filiũ occidit, & probare non potest propter quod debuerit occidi. Cõiungat quantum volet nocentiſsimus senex cum rumore populi

silenti

silentium suum, & relatura ordinem tristissimæ sortis collata malignitate cludat ora, compescat aditus: securi tamen estote mortales, fas est, fas est innocentissimæ matri uelut in templis, velut apud ipsos proclamare superos. Amaui filium meum matrona Iudices, cuius puellares annos, primam rudemque coniugij mentem nulla libidinis respersit infamia, cui impudens tumor, suspicax maritus nihil vnquam potuit obiicere nisi filium: quæ pudicitiæ prima fiducia est, edidit partum quem maritus agnosceret non timui ne stupra furtiuosque concubitus, paruuli vultus, aut crescentis infantiæ similitudo detegeret. Natũ de se continuò (siquid ipsi creditis) impatientius complexa quàm reliquæ parentes non in nutrices, nec in ministeria sepositi: suis aluit vberibus, suo fouit amplexu. Nunquid & hos annos parricida, nunquid & pueritiam miseri iuuenis infamas? Actum est de sacrorum nominum fide, si vt videatur innocens mater, ætas tantùm filij facit. Accendebat hanc erga vnicum optimæ matris impatientiam rigidus pater, asper maritus: & sibi videbatur parum implere quem pro duobus conferebat affectum. Rarus hic nanque ad oscula, difficilis amplexibus: & qui vnicum aspiceret animo quo quãdoque posset occidere, fecit vt notabilior esset charitas matris. Omnis igitur miseræ sermo cum filio, omnis in publicum pariter egressus. Gaudebat eum quòd laudandus occursibus, quòd omni frequentia comitique conspicuus, populo iam ipse fateretur & plus amaretur à matre. Miseremini, iudices, ne nefandas suspiciones maritum ex vllius traxisse credatis indiciis: suum rigorẽ, suum tantùm secutus est animum Filium si non amet, videatur tibi mater adamasse? Questurum nũc me, iudices, putatis de licentia sermonis humani? Ego verò iuxta hũc patrem, non accuso rumorem. Quæ materia fabulæ tam impudentis, quis fuerit autor, iste probauit, qui credidit. Facillimum fuit vt loqueretur populus de incesto, de quo mirabatur patrem suspicari. Hæc sunt, iudices, quæ mater fecit securè, simpliciter, palàm coram marito, coram ciuitate. Referat nunc suum iste secretum. Iuuenem (quæ integritatis prima simplicitas est) nihil timentem, in partem domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus auditi, rapuit, abduxit. Ibi verberibus, ignibus

omni

omni crudelitatis arte consumpsit. Quis vnquam, iudices, peius de innocentia temporum, de sacris meruit affectibus? torsit filium, vt probaretur incestum, occidit vt crederetur. Ponite nunc ante oculos, iudices, duorum parentum confessionem. Mater exclamat, filium amauit: pater dicit, occidi. Nefas est vtrunque putetis innocentem. Iam quidem nocentissime senex grande deprehensæ feritatis indicium est, quòd cùm filium occideris, vt interrogeris expectas. Nón erumpis ab illo secreto tuo terribilis in publicum? & homo filij cruore perfusus, non proclamas? non deos hominésque testaris? non occidis & matrem? Scilicet modestia te scelerum tuorum quammaximè decet, & ideo tibi relinquis vnde sis quietæ patientiæ. Miser parcis vxori, coniugales deos, & lectuli iura reuereris. O quàm non habet nec quod mentiatur! Malæ tractationis agimus. Placet ergo, iudices, vt illa voce qua matrimoniorum cõquerimur iniurias, gemitu quo corporum cõtumelias, damna, cultus, & negatos in publicum deflemus egressus, orbitates ac liberorum suprema plangantur? Quid tamen facere vultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legẽ? si intra iuris huius angustias omnis nuptiarum querela constricta est? Mater quæ de morte filij maritum malæ tractationis accusat, non vindicat, sed probare contenta est quòd nõ debuerit occidi. Omittamus paulisper, iudices, orbitatis tristissimæ dolorem, & in parricidio malæ tractationis reddamus aliũde causas. Ita non iustè quereretur vxor, si diceret: adulterium de mẽ facilè suspicatus es, citò credidisti? Matronalis pudor tutelam non ex sua tantùm innocentia habet, infirmitas huius sexus non potest totam improbitatis existimationem debere tantùm moribus suis: omnis in fœminas venit maritorum prædicatione reuerentia: omnes sermones originem de vestris pectoribus accipiunt. Tristior vultus, querela, fastidium, fatum est coniugij. De pudore pronunciat, mittit in ora populi, mittit in fabulas. hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri putant. Nemo peiore exemplo temerè de vxore credit quàm cui omnes crediturí sunt. Sanè faciat vos pronos ad suspiciones nimia charitas, & ex impatientia diligendi plerunque descendat, vt credas facilè quod timeas. Furtiua stupra,

raptósque concubitus obiiciat vel falsò maritus, fas est, fieri solet, parcius tamen si iam sit & mater, si in fidem castitatis vxoria fœcunditate profecerit. Quid si sit iam iuuene quoque filio seuera? iam nurum nepotésque prospiciat? Miseremini temporum, ne alienæ innocentiæ interpretationem de suis quisque moribus trahat. Incestum posse fieri pater hoc solo vult probare, quòd filium potuit occidere. Rumor, inquit, fuit. Est hercules cui contra rerum naturam, contra parentes liberósque credatur. Rumor fuit. Hoc ergo sic audiemus, tanquam si diceres: conscius detulit seruus, nunciauit ancilla. improuisus affuit, dum non timeor aduenio. Rogo, iudices, vtrum credibilius putatis incestum de matre, an de rumore mendacium? Rem impudentissimam populus loquendo fecerat, nisi pater credidisset. Pessimum, iudices, humanarum mentium malum est, quòd semper auidius nefanda finguntur: nec vsquam se maius operæ precium putant maligni facere sermones, quàm cùm incredibilia quasi deprehensa narrantur. Necesse est cõtentiosius loquaris, quod probare non possis: & affirmationem sumit ex homine, quicquid non habet ex veritate. Est tamen hoc iniquissimum de loquacitate populi, quòd plerunque famam accendit contentio non credẽtium. Materiam miraris rumoris, de qua nemo nec sibi credit? quam qui narrat, assignat alij? Rumor res sine teste, sine indice, res ex incertis improbissima, maligna, fallax, & similis silentio tuo. Quid & ipse de rumore senseris, vis breuiter probem? Tormentis quærendum putasti an verum diceret. Sanè sit aliqua publici sermonis autoritas in illis, ad quæ fas est populi peruenire notitiam. Video cur adulteria proferantur in fabulas: explicantur per ministeria, per conscios, habent inconsultæ gaudia. Pars voluptatis videtur esse iactatio. Facinus verò, cui si fas est, vt illud humanæ mẽtis capit audacia, circundatur vndique nox profunda, densior caligo tenebrarum, quod nocẽtes suis quoque oculis fatentur: nõ seruo non creditur ancillæ. Quid internunciis, quid opus est ministeriis? sufficit animus duorum, explicat omne filius matérq; secretum. Incestum tanto incredibilius est, quãto & de illo plures loquuntur. O misera cõditio sexus, cuius ipsæ plerunque virtutes, fabulas parant. Cur ista nullis

in pu

in publicum gaudet egressibus? Vnde aduersum omnes tam rigida conuersatio, tam seuerus affectus? Nihil cõcupiscit, nihil ergo desiderat? Filius possidet cuncta tẽpora, vniuersos occupauit affectus, filius matris tota iactatio est. Rogo, nunquid adamauit? Mihi credite, non est nefandorum ista simplicitas. da vt sit hæc inter matrem & filium conscientia, parcent oculis palàm, abstinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas substringetur in publico. sermones, occursus, coram seruulis libertisque vitabunt. & maximi sceleris ardor captabit affectare grauitatẽ. Elige parricida quod voles, incestũ diligens suspectum non erit, negligens deprehenditur. Sed quid ego sic ago, tanquam inauditum, incredibile scelus locutus sit populus? Teneo in hoc sermone facinus vnius mali mariti. Non interest incestum de vxore fingat, an credat. Quid, iste ergo non timuit tam nefandæ rei famam, nec ad aures patris peruenire rumor erubuit? Dissimules licet, à te malignitas accepit ortum. te secutus est quisquis hoc ausus est narrare, proferre. Da bonum patrem, bonũ maritum, dicturum me putas, non credet? Nesciet esse rumorem. Ite nunc, iudices, & adhuc dubitate quis famæ fuerit autor, cuius pater agit causam. Speciosus, inquit, fuit. Nõ magis hoc facinus in matre est, quàm crimen in filio. Speciosus fuit. Vt hoc obiici possit, vt debeat, adiice, & aduiter, & raptor, in illa matrona maritali dolore penè perculsus, in illa virgine publica subclamatus inuidia: quanquam hæc quoque intra notos discurrunt iuuentutis excursus. Quid ais? ab incesto libidines cœperunt? hoc primùm vnquam iuuenis admisit? hoc solum argumentum sumis ex forma? Dic potius, deprehendi iuuenem mihi venena miscentem, in necem meam conscientia sceleris est armatus. Infinitum est quantum debeat antè fecisse filius, vt de illo incestum pater sibi credat. Speciosus fuit. Quis enim non est formosus filius matris? Amant debilitates, amplectuntur illum morborum suppliciorúmque pallorem, & in vires charitatis accrescit ipsa miseratio. Non impedit ægræ pietatis animum deformitas, pulchritudo non auget. Amare liberos vnus affectus est. Liberi, marite, liberi non amantur oculis, non complectitur mater ore, non vultu, sed est in filio matri nescio

quid homine formosius. Possit forsitan nouitas solicitare visus, expugnare mētes in matris aspectu coalescit infantia, pueritia consurgit, iuuenta surrepit, speciosum semper quotidie videt, miratur, amplectitur. Quæ tandiu amanda quando incipiet amare desinere? Non est opus nocentissime senex ad hoc nefas charitate, sed amentia, sed furore. Vt in iuuene suo mater possit concupiscere quòd formosus est, oderit oportet quòd filius est: & adeò sacra affectibus non adiuuatur in facinus, vt ad illud nisi per obliuionem sui transire non possit. Quid quod & incredibilius est, quòd parem duorum poscit insaniam? & ad incestum opus est vt adamet & filius, non vt adamentur solùm. Ab vtro deinde vultis incipere preces, venite sermonem? Audebit hoc rogare filius matrem? mater hoc impetraturam se sperabit à filio? Hunc animum tuum senex, quo cum maximè taces (si non est callida, non maligna simulatio) de fide tanti sceleris interrogo, an potest mater admittere quod loqui non potest pater? Speciosus fuit. Libet interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo, vt si filio obtigerit intelligentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus. Si virginem vsque ad notabilem speciem natura formauerit, timeat oscula pater, horreátque contactum? Dij deæque malè perdant tam impudentes solicitudines, tam nefarios metus. Propè est ab incesto, timere nefas. Malo simplicitatem, quæ non vereatur infamiam: malo nudos affectus, inconsultámq; pietatem. Nihil de se fingi, nihil credat posse narrari. Teneat insatiabiliter, auideque: sed fama nō est, vt amet filium mater solicitudine pudicitiæ. Me quidem marite si quis interroget, omnes matres liberos suos tanquam adamauerint, amant. Videbis oculos nunquam à facie vultúq; deflectere, comere caput, habitúmque componere, suspirare cùm recesserit, exultare cū venerit, conserere manus, pendere ceruicibus: non osculis, non colloquiis, non præsentiæ voluptate satiari. Hoc est ergo in tam nefanda suspicione sæuissimum, incestum non potest fingi nisi de optima matre. Execrarer mehercle, iudices, si crimen istud clarius obiecisset filio pater, si vsque ad verborum processisset amentiam. Nemini minus fas esse debet credere incestum, quàm qui propter illud

illud paratus est filium occidere. Quid quòd non credis tantùm nefande, sed quæris? Ita tu non times monstri hu ius agitare secretum? Populus loquitur incestum, sed tu nega. Ciuitas infamat: tanto magis osculare vnicum: & coniugem tene: pariter duos circa tuum stringe comple xum. Prò inaudita feritas: ita patri non sufficit non cre dere incestum, quòd non potest probare? Fertem tamen adhuc suspiciones tuas nefandissime senex, si dissimulan ter indicia tanti sceleris agitasses. Obserua sermones, se creta custodi, omnium dierum noctiumque momentis sa gax scrutator insiste. Quid tibi cum abruptis? quid cum su premis? Incestum iam credas oportet vt torqueas. At tu, prò nefas, verberibus, ignibus, & tota crudelitatis arte scrutaris rem, de qua non deberes interrogare seruos, de qua vernilium quoq; corporũ patientiam petulanter ex cutere. Laminas accendis, equuleos moues, & parricidio suspicaris incestum. Nescis quòd præceps, quòd abruptũ tam nefandæ diligentiæ furore commoueas? Patet qui de incesto filium torquet, non est negãti crediturus. Omniũ quidem, iudices, incertorum suspiciones pessimè semper à corporibus incipiunt, nec bene de cuiusquam moribus illam partem hominis interroges, quæ non animo sed do lore respondet. Nondum dico quem torqueas, quis inter equuleos igneſq; ponatur, cuius arguta prius indicia prę tedãt: nouissimum debet esse, quicquid torquet & punit. Fidem hominum deorúmq;, ne grauitatem putetis à no uissimis vltimisque cœpisse. Non habet probationem fa cinus de quo pater non potest alium torquere quàm filiũ. Video qua possis ratione defendi, si omnia ante feceris, vt incestum aliter erueres. Quid ais? Interrogasti seruulos, nõ potuit conscius inueniri. Exquisisti ancillas, non appa rait ministra flagitij. Nõ obscœna literarum commercia, nõ fatentis deprehẽdisti nefande blanditias. Nihil iuuenis matitus, dominus, pater. I nunc & dic scisse rumorem, sed vt torqueas: ducatur tamẽ quæstio per cõiugis ministeria, per filij seruulos, in illa potius vilitate desæuiat. Prius est vt repudietur vxor, vt diuortio fiat in domo grande secre tum. Excedit omnem immanitatem filium ideo torquere vt scias an innocens torqueatur. Vnicum pater ignibus verberibúsq; interrogas, rogo quid facturus si pernegaue

rit? Videlicet vt laudes, deinde dimittas, vt amplectari perusta vitalia, & laceri pectoris vulnera pietati rursus admoueas. Solus supereſt pudor homini qui torſit vnicum vt torquere debuerit. Faciat te neceſſe eſt res iſta peſſimum patrem, & oderis oportet filium, cui ſatisfacere non poſſis. Iamiam malo venena, ferrum, ubitos ictus, improuiſamq; mortem. Inceſtum qui non credit, torquere non debet qui credit, ſtatim debet occidere. Quòd ſi tormenta etiam filij placent, ſi præſtanda eſt ſatisfactio tam nefandi rumoris, exigo ne perdas quæſtionem: in media ciuitate, in ipſa conſtitue fama, aduoca illos malignos, illos inquaces, & ſeculi rem exquire audiente populo. Coram omnibus torqueri debet, de quo loquuntur omnes. Imò quiſque quod volet, ſuis auribus, ſuis credat oculis. Cur in abditam ſemotámque partem iuuenis abducitur? Secretum quæſtionis nec inceſto filio debetur, nec innocenti. Dabo adhuc inter ſecretum publicationémq; temperamentum. Aduoca propinquos, adhibe amicos, recumpone iuuenì ſerios ſenes, interſint magiſtratus, aſſiſtant quibus habere poſsit ciuitas fidem. Præſtare cõtra aut tibi vt probare poſsis, ſi cõfeſſus fuerit aut filio, ſi negauerit. At tu nefande, crudelis, toliis quæſtionis veram partem, efficis ne poſsit amplius innocens eſſe tortus eſt. Quid agunt contra populum torméta ſecreta? Prædico, teſtor, iterum dantur malignis alimenta ſermonibus, & à quæſtione ſepoſita in manus reditur inceſtum. Coram omnibus torquere debet filium pater, & quiuis abſoluere, & qui eſt paratus occidere. Non vultis, iudices, ad facinus indignisſimæ quæſtionis accedat, & quòd quis torſit filium pater? Adeóne non potuit libertis aut ſeruilis neceſsitas iſta mandari? non carnifex potius adhiberi? Pater in tormentis filij non auerſos tenuit oculos, ipſe veſtes ſcidit, velamenta lacerauit, manibus flagella concuſſit, renouauit ignes, & mori filium contentione non ſuit, diduxit os quod iam ſuprema claudebant, fouit animam, vt longis cruciatibus patientia ſufficeret. O dignum patrem, cui dicat innocẽs filius, feci. Non mehercle improbè mihi proclamaturus hoc loco videor, hominẽ qui torquetur in matrem, debere coram matre torqueri. Cur excluditur infelix à ſua cauſſa, à ſua quæſtione? Adhibe ſpecioſis

ciosis cruciatibus hanc nimis amantem: huius gemitus excipe, huius suspiria oculósque custodi: si quod facinus admissum est, torquebis quidem filium, sed fatebitur mater. Irrumpere me tum maximè puta in illud tuũ parricida secretum, iniicio properãti quæstioni manum, inhibe rectus, subitrahe paulisper ignes. quicquid est quod erusisti, profer in medium, memento te fecisse de filio propter quod tibi non debeat credi. Quid spiritum dolore præcipitas? Quid miseræ interualla patientiæ pertinaci crudelitate continuas, si frustra tibi sufficere credis quod audieris, nunciare, proferre? Incestum vt credatur, ipse debet audiri. Mirabar & ego, iudices, si tam nefanda quæstio alium exitum potuisset habere, quàm mortem. Hic est parricidij pudor, sic desinunt quæ incipere non debent. Facinus quæstionis, operis scelere maiore, exire tibi videris per orbitatẽ. Scimus vnde venerit ista contentio, nihil extorsit saeuitia misero. Vincit torquentem qui occiditur, Iamiam non miror, quòd post ista non habes vocem, verba non inuenis. Vnicum sine teste lacerasti, vnicum occidisti, soli tibi deinde notum vis videri celare facinus, & in parricidio quæris aliunde tristitiam. Præpostera res est filium occidere, deinde erubescere. Fas non est non esse notum, propter quod se parricida putat innocentem. Eligas vtrum voles, aut tormenta damnes necesse est, aut silentium. Quod non debet indicari, quæri non debet. Possis videri fortasis crudelissime senex, silentium filio præstare, si viueret. Consumpta est paterni nominis religio, omnis pietatis sublata reuerentia. Si hoc ille meruit, & parum in quæstione, parum vltionis in morte est. Vindicare vis confessionem? traduc cadauer, & super illa vulnera omnes pone caussas. Non est eiusdem fateri cur torqueris, & tacere cur occideris. Quid ais seuerissime parricida? Filium consumpsisti per flagella, per laminas. Potes agere viscera de tuis concepta vitalibus, sanguinem qui de tua fluxit anima, non insania, non furore, sed (quantum vis videri) consilio, grauitate lacerasti. Potes tacere super vulnera vnici, super exutos artus metuẽdus adsitis, & caussas quærente matre, quærente populo, hoc solùm dicis, occidi? cõtenta esse debet incerto? Interrogari nunc te marite credis à matre sola? Caussas mortis illius reposcit solicitudo

generis humani. Stant circa liberos attoniti parẽtes, horret inuicem se charitas fraterna complecti, rupta est illa osculorum inter soceros gener ósque simplicitas. Quoque nos cum silentij tui interpretatione committis? Si nihil factum est quod debeat erubescere temporum pudor, quid sibi volunt verba media, suspensa? Si nefas prodigiis simile fabulis deprehendisti, miserere, ne sis vna mortis contentus. Incestam grauius odisse debes, quòd & venit in forum, quod audaciam innocentis imitatur, & tacere videtur irasci. Cùm filium propter rumorem torseris, propter tormenta occideris, non est media res, vt neutrum sciamus. Mater quidem, iudices, innocentissima hoc comploret, hoc ferre non potest, quòd nihil parricida respondet. Sed nobis videtur iam iam esse dicturus. Non fallimur nos nefande quid captes, hoc quòd supra silentium trahis alta suspiria, quòd prorumpenti videris exclamatione deficere, mendacio paratur autoritas, & in fidem eruptura vocis affertur, vt fateri videaris inuitus. Dic tamen, pro est huic rei matris integritas vt mentiaris? O quanto nunc dolore torqueris, quòd instantem non potes aliqua tui proclamatione discutere. Non verba tibi contra miseram, sed argumenta desunt: non voce, sed probatione deficeris. Quod solùm datur, relinquis infamiæ, & nos cum perpetua sermonum malignitate committis. Qui interrogatem nec damnat nec absoluit, rumore contentus est. Modestiam mariti pariter & patris accipite. De muliere quæ conuinci non potest, sufficere sibi putat vt incesta credatur. Quis vnquam tam nefandas artes, tam cruentum deprehendit ingenium? quia non potest probare quod dixerit, captat vt credatur quod non dixerit. Dissimulas, taces, saue, crudelis? inuenisti tormenta patris. Audi quid misera simplicissimo dolore proclamet. Non efficies, inquit, callidissime parricidarum, vt non audeam cadauer amplecti. Ego verò incesta sum, si possum moderari gemitus, comprimere lacrymas! Corite in funus omnes liberi, omnes parentes, custodite planctus meos, obseruate suspiria. si quid feci, si quid admisi, fatebor. Ecce supra lectum effusa feralem, laceros artus & peruetum complexa corpus exclamo. Teneo vnicum meum, velit nolit inuidia, meum misera formosum. Hoc erat quod infelicissi-

mam

mam matrem vltra solitæ charitatis exagitabat affectus, amabam marite periturum. Infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi videor defuisse, cessasse, multum de lætitia, multum perdidisse de gaudiis. Nemo vnquam filium nimis amauit. Excuso tibi, inquit, iuuenis innocentissime, quòd supremis tuis nondum præstiti misera comitatum. Viuere quidem te defuncto continuò non debui, sed mori marito tacente non potui. Rumpam tædium lucis inuisæ, sed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iusta persoluere, cùm damnato supra callidissimum silentium parricida, nihil te dixisse constiterit. Ignosce quòd ad iudicium istud orbata duraui. Timui ne si ad exitum impatientia, si præcipiti pietate properassem, faceret aliũ parricida de mea morte rumorem.

EX SVPERIORE ARGVMENTO,

DECLAM. XIX.

Pro uiro contra uxorem.

DEBEBATVR quidem tristissimæ orbitatis misero pudori, vt iam taceremus omnes, & post tam prodigiosas rerum sermonúmque nouitates, oportuerat hoc esse nouissimum de malis infelicissimæ domus, quòd occidi filium pater. Sed quoniam mulier immodici semper affectus. super cuncta quæ vel passus sum paulò ante, vel feci, reatus quoque me dolore concussit, veni peniturus à vobis ne me scientem silentium cõtentioni præstare credatis. Non quia occidi filium taceo, sed occisus est vt tacerem. Vtinam, iudices, negare possem quòd occidi, vtinam totum miseræ necessitatis ordinem fas esset in tutæ, & oris huius premere secretum. Miratur hanc aliquis patientiam meam? Ardor ille qui me modò impegit in filium, ipsa sui immanitate consumptus est. Quicquid erumpere posset in proclamationem, parricidio peractum est, in orbitate conticuit. Non habeo affectum, nisi quo cuncta tantum patiar, audiam, feram. Vtrunque de filio fieri non potest, vt & occiderim, & fatear cur meruerit occidi.

eidi. Quapropter, iudices, satis admirari, satis stu-
non possum, quòd mulier cuius præter optimam l
conscientiam, sexus quoque maiorem malis nostris p
rem præstare debebat, tacere non potest silentium
Nouo quinimmo fabuloso; secum impatientiæ ge
dissentit. Quæritur de populo quòd loquatur, de p
quòd taceat. Nec contenta confessione mariti, nihil l
simulare, nihil scire reatus autoritate testantis, manife
silentio meo facere secretum orbitatis. Istud amentu
an innocentia, perditus dolor viderit. Ipsius animus
test scire quid filius meus dixerit, quæ me putat ha
quòd dicam. Fidem igitur vestram, iudices, ne vos ori
tis miseratione confundat sola mater, neue maximæ c
mitatis ibi tantùm putetis resedisse sensum, vnde vo
crymæ gemitusque conueniunt. Mei magis debetis
vxoris comparatione misereri, qui filium & perdidi,
occidi. Ego sum infelicior ex parentibus duobus, qui qu
quid, iudices, ista complorat, & patior, & feci. Febr
ignorantiæ conscientiam matris, qua sufficit interrogat
Maior me impatientia, maior vrit affectus: cur filium
ciderim, indicare non possum, nec pœnitet quòd occ
Infelix senectus, misera patientia, sic quoque quam mi
dicenda sunt? Fuimus quondam, iudices, fuimus felici
mi parentes, cum adhuc rudis vnici nobis blandiretur i
fantia: durauitque domus tota prosperitas, quandiu pa
ter fouebamur, pariter dileximus, quandiu ciuitas de no
bis hoc solùm poterat loqui, filium nos habere forma
sum. Vt verò in eam adoleuit ætatem, in qua corpora
bus bonis iuuentus insolenter exultat, superbus atque a
rogans, in nullum vitæ genus, non in priuatos, non in p
blicos actus florentem duxit ætatem. Dij immortales
quantus qualisque circa iuuenem rumor ingemuit! o
nium maledictis succlamatus, omnium denotatione da
natus est, donec & ipse consensum circa se publici dolo
ris agnoscere. Inde rarus in publico, & tanquam patri
occursus, tanquam ciuitatis ora vitaret. Non est leue co
cipere verbis, in quantam ciuitatis execrationem, in quan
tam culpam iuuenis inciderit. Dictus est occidere pos
patrem, dictus est dignus quem posset etiam pater occide
re. Quid facerem, iudices, infelicissimus senex? iam iam
pos

non euitabat fama nec patrem, iam meis auribus nemo parcebat. Interrogare non audebam, dissimulare non poterram. Fallitur quisquis me putat quicquam fecisse contilio: impetus ac temporis ipsius nescio quis ardor explicuit. Præparari filio tormenta non possunt. Est in miseris penatibus pars remota, sepositа, profunda tenebris, triftis accessu, omnibus apta flagitiis, & in qua audeat facere facinus & pater. Illic taceo dum me variæ cogitationes per totius domus spatia circumagunt, quantum intelligere licuit, improuisus aduenio. Et ille quidem ad conspectum meum tanquam deprehensus obstupuit, refugitque trepidus, puto ne quærerem causam. Irrumpo festinanter, aude, sine liberto, sine seruulo, sicut me deprehenderat temporis illius fatum, manibus, ictibus, & quæcunque ex omnis dolor in telorum transitularat vsus, vltra vires senectutis aggressus: ignes ex proximo raptos, verbera quæ casus obtulerat, non diuiso dolore, non per partes, non per interualla suspenso, sed semel, sed pariter inuado. Pars secreti fuit, vt ipse torquerem. Dij immortales, quæ contumacia, quæ fuit illa patientia, cum domi torqueretur à patre, non inuocare matrem? Non repugnauit iuuenis, non oppositi manus, nullum implorauit auxilium. Meis tantum deiectisque luminibus, tanquam vnquam flagella sustinuisset, tanquam meis torqueretur oculis, omnes ictus excepit in faciem: verberibus, ignibus, laudatos vultus, velut illis iraſceretur, opposuit. Reddo testimonium nouissimum pudori, cùm iam mori veliet, occisus est. Laudo, iudices, patientiam matris, cum & ipsa semper plurimum esset domi, & ab illo secreto fortasse non longè, interuenire noluit, interpellare non ausa est. Sed & manibus meis gratulor, quòd non propinquus aliquis, non amicus irrupit occidissem quisquis me tunc autus fuisset interrogare pro filio. Sepelui tamen lacera membra, funus induisi, ossa collegi. Non iniecit vxor lectulo manū, non inter exequias plantibus elisisque vberibus mihi fecit inuidiam. Vnde in hanc impatientiam prorupit, exiluit? domi me nihil interrogauit. Possum iam mater infelix coram liberis ac parentibus, possum audientibus diis hominibusque clamare, Et ego amaui filium meū, non osculis, non infirmitate,

non

non lacrymis, sed viribus, dolore, patientia. Vnicum quem si acie clausisset hostis, vicaria morte seruasset, subitum cinxisset, incendium, extulissem relicta meorum parte membrorum: eripui malignitati, abstuli famæ. Habeo quod imputem tibi naturæ pietas. Rem difficillimam feci, quòd non me potius occidi. Malæ tractationis acsat. Adéone vxor tibi parum videor dedisse pœnarum periculum & labores ne lucrifaciat pater, quòd occidit filium suum? Non pudet ergo si irasceris parricidæ? Quibi cum lege quam vos propter minores accepisti affectu Querelas habet ista non gemitus, & matre sepulta fo complorat vxorem. Rursus ad populum vocas misera pudorem? materiam noui tumoris accendis? Perdidi egrationem secreti mei. Sic omnia feceram, ne quid quæri posset, aut dici. Iam verò quid impudentius, quindignius, quàm cùm sibi de liberis credunt licere tamdem, & æquum ius patris ac matris esse contendunt, quasi nesciant nobis arbitrium vitæ necisque commissum Non est priuilegium, filium occidere cùm fieri potest quisquam tantùm ideo fecit, quia liceret. Viscera vulnerare suffeci. Ignosce, si non potes mihi credere: nemo filium suum occidit odio: non erit tãti iuuenis inuisus est in patribus vsque ad parricidium terribile, quòd irati, quòd succurrunt, quòd sibi videntur aliter non posse sereri. Non est quòd vos ab æstimatione malorum meorum mollior sexus abducat. Maioris affectus est filium occidere, quàm vindicare. Define igitur me mulier fagare interrogationibus tuis. Ita tibi non videtur omnia respondere pro filio, qui dicit, occidi? Et licet comprimatur exclamationes? ora claudantur, nihil negat qui hoc tetur. Atqui summorum facinorum ipsa immanitas innocentia est. Filium pater non demens, non insanus occid Hominem extra sensus affectusque positum quisquis nomiseratur, occidit. Vides senem, sanguine suo fluentem laceratis exustisque illis sanctioribus charioribusque sceribus super exanimis vnici corpus cruentis manibus centem? Horreo cadauer, & velut corpora quæ cælestis exanimauit ignis, audire propius timeo. Ad quædam facinora sufficit claudere oculos, vultus auertere, tacere, rari, & incredibiles calamitates relinquere suis cau

Mis

Miserere, ne quid amplius quæras, ne quid interroges. Dicturum me putas, parce seculo, parce marito, parce patri? Tu verò parce illi qui occisus est. Nouum, iudices, vxoris in maritum crimen audite. Silentium est de quo queritur. Solebat indignatio vestra conuicia nostra ferre non posse, & matronalis indignatio dicere videbatur, non parcis erga me marite verbis, nullam habet nostri tuus sermo reuerentiam, facilè prorumpis in opprobria, facilè quod libet obiicis, exclamas, & dum nimium libertati vocis indulges, potest populus aliquem de me facere rumorem. Tu mulier obiicis mihi rē quæ nulli vnquam crimini fuit, solam in nostris moribus innocentiam voce reprehensam tuetur taciturnitas. Vide cur manus, cur verba peccare videantur. Illis infamamus, his torquemus, his occidimus. Vis scire quàm non possis queri de silentio meo? Felicissima fueras, si idē feciſſemus omnes. Finge me pauliſper sepositis silentij caussis hoc tātùm respondere, nō prodo secretum. Et omnibus, iudices, quibus humana pectora seriis grauibus q́ complectuntur affectibus, nullam difficiliorem quàm silentij credo virtutem: adeoq́ promptissimo sermone facilè delinquimus, vt constantiam tacendi neque in aliis ferre possimus. Crimen hoc in me mulier vocat, quod in priscis illis morum mentiumq́ rectoribus fuit prima sapientia, quòd quosdam totius uitæ pertulisse patientiam magis illa misera miratur antiquitas, quàm quod temporum vices, siderum cursus, & profunda naturæ velut conscia ratione sanxerunt. Quæ per fidem impotentia est effringere rigens sacra diſsimulatione pectus, euoluere animum quem super sua secreta compositum, non lætitia, non dolor, non necessitas, non fortuna lacerauerint? Quisquis de tacente queritur, multominus ferre poterit loquentem. Nec adeò coniugali societate cuncta miscentur, vt nihil sibi aduersus hanc concordiā proprium relinquat animus. Est aliquis etiam à sanguine suo secretus affectus, genusq́ reuerentiæ, vt tacenda minime velis scire charissimos: quædam nō possis verberibus, equuleis eruere: & plerosque videas fortiter super sua secreta morientes. Agedum (si videtur) vtrunque sexum, omnem conditionem, omnem scrutemur ætatem: nullum sine conscientia pectus, nulla vita sine caussis tacendi. Si te

inter

interrogaret omnia maritus, haberes aliquid & tuq
non fatereris. Et quanto silentium grauius est infe
recundius in marito, sanctius in patre? Pudeat nos m
infirmitatis. Vicit nos modò iuuenis ille constantia
voluit vt taceremus. Vides mulier quibus interpret
bus præstes tuum dolorem? Diceris ideo me interog
quia scis omnia me potius pati malle, quàm loqui. C
enim in hac ciuitate non nouit taciturnitatis mex rig
Quis ignorat qua cuncta soleam ferre patientia? Ne
surus quidem sulpiria gemitusque præmisi. Nihil fecin
erupturum quandoque in orbitatem patris animum
tu præscio timore sentires, aut ipse per turus. Hanc
me iactare conscientiam putas, quòd nihil in publ co
hil in vllo mihi permisi proclamare conuentu. Ego
non sum quæstus de iuuene nec tibi, nec captauir
mecum & mater & odisset. Frustra te putas extorquere
cusatione posse, quod mihi non ipse calamitates, non
lor, non meditatio orbitatis expresit. Vras licet, dum
perferam. passus sum iam quod erat difficilius occidi
sit, inquit, filium meum. Breuiter, iudices, ratio tol
Infamem quid refert, an innocétem, si illud omnibus
quet. Iuuenem cunctis pignoribus inuisum, omnibus
ctibus graué maligni fecere sermones. Quid agima
me? quemadmodum effugimus, euadimus? In tanta
mia nihil facere, credentis est. Vis me circumire singu
reclamare populo, cum rumore rixari? Tuæ fortasse
mitati conueniat negare, me tantùm fortior assertio
ci decet. Eripiendus est non contentione verborum,
vt ciuitas stupeat, vt erubescat. Torquere me filium pu
Inuidiam facio populo. Videor mihi illis verberibus la
rare famam, illis ignibus increpare rumorem. Quæstio
infami filio vnam rationem habet vt probes innocentem
Dij mala prohibeant, vt noueris illum dolorem, quo p
test torquere filium pater. Nihil est infelicius homine,
de vnico suo mors sola non sufficit. Iuuenem in cuius
mo perdiderant nomina nostra respectum, quem cor
necesse habeamus excusare rumori, qui inter nos forte
sum malebat agere quàm filium, verberibus ignibusq
consumpsi. Vis, vis scire quàta tormentorum ratio fuer
Debuit etiam tortus occidi. Si tamen vtique mater vi

re causas leniter audi. Prospiciebam miser in grande quã doque facinus prorupturum, quòd ocio vitam, quòd desidem domi perdebat ætatem. Non peregrinationibus excolere mentem, non experiri militiam non tentare maria, non rura colere, non administrare rempublicam, non ducere volebat vxorem. Præterea traxerat ex frequentibus castigationibus tædium patris, & in execrationem mei, cõscientia qua nõ emendabatur, exarserat. Timebat occursus non audebat adire: colloquia, oscula conuictusque fugiebat. Breuiter perditissimæ mentis definienda mensura est. Oderat me filius, & timebat. Filium igitur totius ciuitatis existimatione damnatum, quem adhuc viuere mirabantur homines, torsisse me putatis? Ego verò occidi, tardè, diu. Quæstionem illud vocas: Pœna, supplicium, & malorum meorum exitus fuit. Nulla ratio est interrogandi hominem, cui non est fas nisi negare. Quanta tamen mihi fuit & in quæstione moderatio? Nõ enim præcipiti raptus impulsu cruor repentè, subitò, nec captus dolore cæco impatientiæ meæ velox vulnus induxi. Non potest non ratione occidi filius, cùm antè torquetur. Dedi moras, spatium rẽpus indulsi. Vides quantam hinc malignitatibus potuerim præstare materiam? si in illo secreto, gladio tantùm? si vulneribus egissem, exitum fecerat iuuenis deprehensi. Non est igitur mulier quòd mihi facias duplicatæ quæstionis inuidiã, id est quòd torsi, & occidi. Sola est huius necessitatis ratio de morte. Illud est parricidium, filium torque revicturum. Putas iuuenem viuere potuisse, cui iam non poterat nisi morte succurri? Quem contra malignos sermones asserere cœperam, non reddidi rursus infamiæ, neque in oculos & ora vulgi de secreto patris emisi: prouidẽtia me tibi quoque mater, ne in hunc interrogetur, eripui. Ille verò non fuit post tormenta laturus vitæ pudorẽ, vt interrogaretur à singulis, vt negaret. Verùm mulier affectibus tuis renunciandum est, ad totius domus nostræ pertinere innocentiam credidi, ne se ipse potius occideret. Sentit, iudices, mulier adius querelæ suæ nec quòd torserim, nec quòd occiderim, pertinere. Itaque quærit quid mihi dixerit ille, de quo nescit an dixerit. Quid ais mater impatiens? ita in morte filij tui nihil aliud ad te pertinet quàm quid locutus sit? Ita si respondero remittis parricidi


ricidium, tormenta non obiicis? O inconsultam mulier
semper amentiam! quid iuuenis in tormentis dixerit,
quam ignoret interrogat. nihil me comperisse non cre
tanquam sciat quid dixerit. Fidem communis sanguin
dem communium malorum, ne parricidij me velis ag
re secretum, ne calamitatibus nostris grauem facias in
centiam tuam. Viderit quid meruerit iuuenis ille, ego
possum suprema reuereri, & post exitum vnici reuert
patrem. Maior defunctis liberis præstanda reuerentia
nec quicquam minus conuenit affectibus patris, quia
insultare videatur occiso. In gratiam me cum filio re
orbitas, iram nostram mors seuera composuit. Quin
mo recogitanti mihi totum secreti illius ordinem, subi
cita miseratio, quantã ego debeã reuerentiã filio, qui
tui torquere solus, quem potui solus occidere. Perseue
cogis, instas? Inuicem te mulier interrogo, cur si tanto
re volebas scire quid interrogarem, quid ille loquere
non irruperis in quæstionem, quam nullis ministris, nul
custodibus vallauerat pater? Quanto melius mater
adisses? quanto fortius interrogasses vna? quanto ubi
ra dixisset? Quis te mulier affectus abegit, tenuit ex
Agnosco verecundiam tuam: timuisti, credo, ne fi
secreto fuissemus omnes, occidisse filium diceretur
ter. Instas tamen, & miseri senis ora diducis. Puta me
solum dicere, ex maximi facinoris cunctatione ven
quid audierim, nondum scio: totus adhuc sum in pani
dio meo, & post mortem vnici omnia quibus lacerat
cisus est, in animum meum tormenta redierunt: Est qua
difficile, vt aliquem pati pudorem parricida videatur: ve
runtamen stupore, amentia, & silentio in orbitate defec
Ablata est mihi omnium verborum fides, omnis serm
nis autoritas: nec habet caussam loquendi, cui non pote
credi. Define mulier interrogare. Filium quem occidit
ter, nec absoluere nec accusare iam debet. Quid, inquit,
xit cùm occideres? Miseram parricidij innocentiã, qua
hoc me non potestas, non magistratus, non propinqu
aliquis, non amicus, non ille semper loquax populos
malignus interrogat. Quie scitis, tacetis. Me infelicem,
quid scitis omnes? Puta me mulier hoc tibi respondere
non habent incredibilia vocem. Quædam maiora fum
quia

quàm vt illa capiat modus sermonis humani. Tu verò crede nihil aliud fuisse quàm furorem. insaniisse me puta, videbam quæ non fiebant, audiebam quæ nemo dicebat. Hoc solùm non insanientis habui, quòd tacebā. Finge me respondere, nihil dixit, nihil locutus est, non credis? Atqui multo minus creditura quid dixerit. Accipe mulier breuē verámque rationem, cur in quæstione iuuenis occisus est. Torquebam, nec interrogabam siqua ad aures tuas ab illa quámuis remota domus parte perlata vox est, meus genitus fuit, meorum viscerū dolor. Quæris cur nihil dixerit? quia non habuit quod scire vellem, quod audire debebam. Nihil aliud quæstio illa captauit quàm silentiū, quod præstare vita non poterat. Quisquis in tormentis occiditur, ideo tortus est, vt occideretur. An tu quæstionē illam fuisse credis, qualis vernilibus corporibus adhibetur? Ideo enim equuleos mouebam artifex senex, tenebā fidiculas ratione ætatis, vt leuiter sedibus suis emota cōpago per singulos artus membra laxaret. Cōsumptus est spiritus silentio sui, & verbera ignéque animum pariter vocémq; eluserunt. Videbatur mihi premere gemitus, tenere suspiria: & sic nihil dixit, tanquam torqueretur ab homine qui sciret. Miratis hanc in filio contumaciam, in iuuene patientiam? Patri torquenti non potest aliter respondere, quàm vt mori malit quàm confiteri. Quod sufficit igitur interrogantibus respondeo, mulier, occidi. Fallitur quisquis expectat vt obiiciamus illa cōmunia: ego verò proclamo, non luxuriosum, non amore meretricis infamem, nihil ille delinquebat quomodo liberi solent. monstrū erat inenarrabile, quod nollem deprehendere, quod ferre non possem. Miratur aliquis quod nō abdicauerim, nec notissima vitione patrum fuerim tantùm expulisse contentus? Tuus mulier nefarius, tuus inconsultus non permisit affectus. Filium cui contra seueritatem meam ignoscebas, quem mecum odisse non poteras, secuta fuisses abdicatum. Finge iuuenem dixisse nescio quid, ego audire nihil potui. non enim potestatis alicuius more consederam, nec torquentibus aliis agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta & pallus sum pariter, & feci. Non vacabat autes præstare verbis, excipere gemitus, æstimare singultus: auocauit me cō tento, dolor, orbitas, parricidium: omnia facta sunt festi-

natione præcipiti. Idē patris affectus est torquere vt scia
occidere vt nescias. In meam, inquit, infamiam tacet.
nūc primùm laboras misera de fama, & post vnici
pertinere ad te cœpit quid loquantur homines? Scilicet
lius impensus est vt erubesceres, vt malè audires? Ad
hoc captanti nō erat satis rem totam commisisse rum
Ego verò me famæ tuæ mulier opposui, & inter matr
liúmque medius parricidium feci: vnicum occidi, ne
aliud loquerentur homines. Alioqui si hoc capto quo
tas, quousque taceo? in quod tempus differo illam
me putas premere vocē? Ecce reatus iudicium pronun
ego tamen scire me nego. Egregiam rationem malig
tis: locuturus aduersus vxorem, teci ne mihi crederetur
teor igitur, nihil ad certum indubitatúmque perdu
est quinimò propter quod ad morte vsque contendi.
explicant tormenta quæstionem, quæ occidunt. Quid
quit, dixit? Felicem te misera, si nescis quid dixit. Ita
es contenta conscientia tua? non sufficit quòd non hab
ille quod negaret, quod fateretur? Poscis verba quæ
nis, cogis, extorques. Testor, tu facis ne possis neg
quod dixero. Quid dixit? parasse te parentibus venen
negas. Proditionis agitasse sermones: negas. Ty
inisse cōsilium: negas. Et quicquid dixero, nega bu
næ conscientiæ incauta simplicitas! Ita non times
ctus loqui multa fingam, multa componam? Si potes
mulier an mētiar, scis quid dixerit. Quid dixit nihil. Qu
dixit? omnia. Maledixit seculo, fecit teporibus mui
detestatus est patrem, conuiciatus est matri. Quid di
plus quàm interrogabam. Vicisti mulier obstinatio
meam. Audi breue succinctúmque respōsum quid de
quod quæris, quod putas. O si quis illam vos secret
stri potuisset adhibere præsentiam! vidisletis nouum g
quæstionis, stabam senex furiis monstrosæ feritatis ac
ctus, manibus exertis, hinc ignibus, hinc verberibus a
tus: super ora, super oculos iacentis assistens clamab
rioſe, demens, tace. Et ille velut exustis amputatisque
quæ dolor exitus in verba, fuit attonitus, amens. Quo
admotis ignibus ad aliquam corporis partem, totum
ctus imposuit? quoties hiatu oris auidè flammas adu
exeuntia verba collegit? Cùm verò iam totus calor

ribus expulsus, viribus nouissimi doloris erumperet, pertractis ab ima pectoris parte suspiriis breuissimè collecti spiritus, ille quo redditur anima ingultus, fuit similis exclamaturo nescio quid, quod & tu fortassis audires. Occupaui fateor, & aduocatis quas iam eôsumpseram viribus, manibus, telis, totóque corpore pariter adnixus antequã mentiretur, occidi. Misera temporis illius recordatio. deficientem in manibus meis filium vidi, aspexi ora pallentia, frigidos anhelitus, interrupta suspiria, & animam magno silentio exeuntem: non tamen tormenta laxaui, non subtraxi restinxique flammas. Miserere mulier, ne quæras amplius vocem huius affectus. filium qui moriebatur, occidi. Non perdidi tamen, non perdidi vnici mortem: fortunam non perdidi, iam me non interrogat nisi sola mater. Confite agedum mulier loco meo, & in habitum paterni furoris accincta admoue equuleos, flagella, lamminas: prædico, testor, aliter non possum loqui, aliter mihi non potest credi. Quanquam miserrime iuuenis (fas est enim iam tuos alloqui manes) exprimere mihi vocẽ nullus poterit dolor, quantum volet laceret, vel occidat: vincere me tormenta docuisti. Si tamen fas est cogitationis memoria tractare verba miseræ quæstionis, cur me coram populo magis interrogas? Eamus vxor in illam desolatam domũ, in illud iam patris filiique secretum, ibi me interroga, ibi, vbi torsi, vbi occidi, vbi adhuc forsitã filij tui vaga per mœstos penates anima discurrit. Porrigat aliquis imaginem iuuenis occisi, ponat in sinu matris illas vestes, quibus ipsa iuuenem misera comebat. Eamus ad tumulum, misceamus super busta lacrymas. Ibi aut tacebimus pariter, aut inuicem confitebimur. Iam iam miser mori possum, explicuit te solicitudo, pietas. Non scribo tabulas, testamento suprema verba non credo, & ego moriar in tormentis meis. Illud tantùm nouissimis precibus à te ciuitas, per liberos, per coniuges, per natos, à te vxor per occisi iuuenis vmbram peto, à te mater, ne quid amplius quæras, tu infamiam ne dicas.

FINIS.





Quia



174/33